Non ſufficit creditori credere mulierẽ in rem ſuã intercedere, quando pro alio promittit, niſi diligentius perquiſierit. Bart.

XVII. AFRICANVS libro quarto Quæſtionum.

VIr vxori donationis cauſa rem viliori pretio addixerat[a], & in id pretium creditori ſuo delegauerat.[b] Reſpondit, venditionẽ nullius mométi[c] eſſe: & ſi creditor pecuniã à muliere peteret, exceptionem[d] vtilem fore: quãuis creditor exiſtimauerit mulierẽ debitricem[e] mariti fuiſſe. Nec id contrarium videri debere ei quod placeat, ſi quando in hoc mulier mutuata eſt vt marito crederet, nõ obſtaturã exceptionẽ, ſi creditor ignorauerit[f] in quã cauſam mulier mutuaretur: quoniã quidem plurimum interſit, vtrum cum muliere quis[g] ab initio contrahat[h], an alienam obligationem in eam transferat[i]. tunc enim diligentiorem[k] eſſe debere.

Si mulieri conſentienti obligationi rei ſibi obligatæ pecunia ſoluitur, Velleiano non iuuatur. aliàs ſecus. Bartolus.

C Si mulier dixiſſet ſibi rem dotis nomine obligatã[l], & creditor curaſſet ei[m] pecuniã dotis ſolui, qui idem pignus acciperet, mulieri etiã pecunia credita deberetur[n]. ſi poſſeſſor creditor aduerſus eam Seruiana[o] agentem exciperet, *ſi non voluntate eius*[p] *pignus datum eſſet*, replicationem mulieri ſenatuſconſulti non profuturam[q], niſi creditor ſciſſet[r] etiam aliam pecuniam ei deberi.

Quæ cum ſocio rei communis tuendæ cauſa neceſſariò mutuatur, in ſolidum vt ſocia obligatur. at ſi amplificandæ tãtum, ac non neceſſariò, in partem tantum. nam reliqui nomine hoc priuilegio adiuuantur. Ottom.

B Mulier & Titius cum in rem cõmunem mutuarẽtur, eiuſdem pecuniæ rei facti[s] ſunt. Nõ omnimodo[t] mulierẽ pro parte ſocij videri interceſsiſſe dicebam.[u]* Nam ſi ob eam cauſam mutuati fuerint, ex qua ſi creditor pecuniã non dediſſet, maius damnum[x] mulier paſſura fuerat, veluti quòd cõmunis inſula fulta nõ eſſet, vel quòd fundus communis in publicũ committeretur:[y] potius eſſe vt ſenatuſconſulto locus non ſit. At ſi in aliquã emptionem mutua[z] pecu-

C nia ſit accepta,[a] tunc pro parte interceſsionẽ factam[b] videri: & ideo creditorem partem duntaxat pecuniæ à muliere petere poſſe. Quòd ſi totũ petierit, exceptione pro parte ſummouetur.

nunquid replicare poteſt? Dicitur quòd non: quia neſciui illa prædia ſibi obligata pro alia pecu. {MVLIER.} Accepi mutuam pecuniam cum muliere in rem communem: & nos inſolidum obligauimus: an mulieri ſuccurratur tanquam ſi fideiuſſerit pro parte mea? Diſtingue. ſiue diuiſimus illam pecuniam: ſed in refectione domus cõmunis impenſa eſt: & conditio mulieris melior facta eſt, & iuuari non poteſt: ſed ſi fideiuſsit: pro parte quæ ad eam peruenit, obligabitur, & conuenietur pro illa: nõ quæ ad me peruenit: quia videtur fideiuſsiſſe.

a *Addixerat*. in fraudem legis: vt cum valeret xv. dedit pro x.

b *Delegauerat*. ſ. mulierem. Accurſius.

c *Nullius momenti*. inter virum & vxo. ſcilicet, ſed inter alios ſic: vt infra de do. inter vir. & vxo. ſi ſponſus. §. circa venditionem. & de contrahen. emp. l. ſi quis donationis cauſa.

d *Exceptionem*. ſcilicet Velleiani.

e *Debitricem*. quæ non erat, quia non tenuit venditio.

f *Ignorauerit*. maxime. ſic non ob. Cod. eod. ſi fœneberis. Alij dicunt quòd ſi ab initio ſciuit, noceat ei: aliàs non. & facit ad hoc ſupra eod. ſi mulier tanquam.

g *Quis*. ſ. creditor.

h *Contrahat*. vt in ſecundo caſu.

i *Transferat*. vt in primo.

k *Diligentiorem*. ſcilicet creditorem. Acc.

l *Obligatam*. à viro. Accurſius.

m *Ei*. ſcilicet mulieri.

n *Deberetur*. à marito, pro quo vere erat obligatum pignus: non autem pro dote, forte quia remiſſum fuerat: vel etiam pro dote erat, non curo.

o *Seruiana*. id eſt quaſi Seruiana, quæ dicitur hypothecaria: vt inſtitu. de act. §. item Seruiana.

p *Si non voluntate*. verba exceptionis.

q *Non profuturam*. nec aliam, niſi &c.

r *Sciſſet*. tunc enim non videtur mulier decipere creditorẽ. ſed certe nec tunc dabitur replicatio ſenatuſcõ. mulieri: ſed hypothecariam intendit nulla elidendam exceptione. cũ ergo hic dicit, niſi &c. reſp. illud niſi, nõ inducit repetitionem omnium prædictorum: ſed illud tantum. ſ. replicationem nõ profuturam, vt prætermittat aliud ſenatuſc. ſic j. man. idemque. §. ſi quis Titio. nam pro remiſsione pignoris non habet locum ſenatuſc. vt C. eo. etiam. & ſ. l. quamuis. in princ. Vel dici poteſt habere locum hic: quia paſſa eſt rem ſibi obligatam obligari: ſicut in re ſua locum habet: & aliud quãdo debitori remittitur: vt ſ. eo. l. quamuis. in prin.

s *Facti*. ſcilicet in ſolidum.

t *Non omnino*. id eſt non indiſtincte, ſed diſtincte.

v *Dicebam*. ego iuriſconſultus Africanus.

x *Maius damnum*. quàm eſſet pecunia.

y *Committeretur*. propter tributa forte non ſoluta.

z *Mutua*. id eſt mutuum acceperant hoc actò, vt ſocij ſint: alioquin non: vt j. de fideiuſ. ſi Titius. & l. Vranius. contra.

a *Accepta*. colore quęſito. Ioan. cum tota pecunia ad Titium perueniret: ſicut aliàs: vt argu. ſupra ad Maced. item ſi filius. aliàs incipit, ſed Iulianus. §. idem ait. & ſupra eod. quamuis. §. ſi cum eſſem. Et tunc dic, pro parte, id eſt pro toto: quia totum peruenit ad Titiũ. Vel dic, quod pro dimidia, quæ perueniebat ad Titium, propoſuerat fideiubere. ſed creditor potius eam mulierem vt conream accepit ſecundum Io. Vel

A hic erãt ſocij: quo caſu videtur fideiubere, vt repetant actione pro ſocio. vel aliter, vt ſtatim dices in magna glo. Vel hic fuit actum, vt vnus pro altero fideiuberet: arg. j. de duo. re. l. reos. & hæc omnia, vt non obſtẽt opi. Io. quam ſtatim dices. Item quid ſi hoc plus valet dimidia rei emptæ, quàm tota pecunia? Reſpon. adhuc dicam mulierem iuuari, cum color pręſumitur. Item quid in ſuperiori, ſi color fuit quæſitus, cum non reciperetur mulier, vt fideiuſſor, mulier ſic ſe obligauit? Reſpon. ei ſubueniri. ſed in dubio nõ præſumitur color: tum quia in reficiendo, tum quia magna vtilitas: ſed hoc caſu in adquirendo. & hoc ſecundum illã expoſitionem, prout color fuit quæſitus.

b *Interceſsionem factã*. dicit Io. & reſpõ. duos reos debendi non videri inuicẽ fideiubere, niſi ſint ſocij: & ſic ſi vnus ſoluat ſolidũ, repetit act. nego. geſt. quæ oritur ex ſolutione: non mandati, vel alia quæ oritur ex fideiuſ. obligatione. ſed quando ſunt ſocij, tũc ſic. Pro eis primum eſt argu. ſupra de arbi. ſi duo. & ar. j. de exce. l. exceptione. §. rei. Secundum argu. eſt j. de duo re. ſi ex duobus. in fi. & inſti. de fideiuſ. §. item ſi ille. Et tertiũ j. de duo. re. ſi duo. & j. de compen. ſi quid. Quartum. j. de fideiuſ. Vranius. vbi ſi ſuccedo ego creditor vni reorum debendi, alter liberatur pro parte cũ erant ſocij, aliàs in nihilum liberatur: ſed vbi ſuccedo fideiuſſori, indiſtinctè remanet obligatus reus: & econtra ſi reo, indiſtinctè liberatur fideiuſſor. Igitur in conreis, ſi viderentur fideiubere, vno liberato liberaretur alter, vel in totum, vel in nihilum. Item ad prædicta, ꝙ duo rei non videãtur fideiubere, facit. j. de lib. l. ſi quis decedẽs. §. nunc. & l. ſi quis reum. Item j. rem ra. ha. l. j. & l. ſi quis vni. Item ar. eſt. C. ſi cer. pe. ſi in rẽ communẽ. Item ſ. de in rem verſo. ſi pro parte. in princ. & §. ſi & j. man. creditor. §. j. Et vbi breuiter loquamur, primum arg. in exceptione, ſecundũ in condictione, tertiũ in cõpenſatione, quartum in cõfuſione obligationis per ſucceſsionẽ: vt l. Vranius. ſed M. omnino ecõtra dicit eos fideiubere videri: vt ſi vnus

D ſoluat ſolidũ, repetat ab alio actione mãdati. & pro eo eſt in auth. de duo. re. §. j. ibi, alterna, &c. coll. vij. & j. de duo. re. l. reos. Sed reſp. ibi eſt alterna fideiuſsio, vbi expreſsim agitur. Item pro eo, ſ. M. eſt hæc lex: ſed hic fuit color quęſitus hoc caſu: ſed ſuperiori non præſumitur ſic: & fuit color. ſ. cũ ipſa deberet intercedere pro Titio, ſcilicet pro dimidia, quæ ad eum eſſet peruẽtura, conſtituit cũ eo ream. vnde & hic dicitur interceſsiſſe fictione huius legis pro parte: vt ſic licet vnus ſoluerit totũ, tamen pro parte ſua ab alio repetere non poſsit: arg. ſi quis cau. ſi duo. & de lib. leg. iij. & j. de fideiuſ. Vranius. & j. rẽ ra. ha. l. j. & ij. Vel dic, non fuit color quæſitus: & tamen ſubuenitur, & nõ intercedit, nec ob. quod dicitur, interceſsionẽ factã, &c. quia hoc verũ eſt quo ad hoc vt ei ſuccurratur: vere tamẽ nõ interceſsit. ſic & j. eo. debitrix. ij. reſp. Item & quãdo rem ſuã obligat: nam nõ intercedit, & tamen dicitur intercedere, vt iuuetur. Tu diſtingue ſecundũ Azo. an peruenerit ad vtrũq; pecunia pro parte: & tũc quatenus ad aliũ peruenerit, videatur alter fideiuſsiſſe, an ad vnũ tantũ: & tunc alter in ſolidũ videtur fideiuſsiſſe, & non ſunt ſocij his caſibus. nec enim poteſt dici ſocietas, licet cõmuniter ſe obligẽt: cũ in cõmunes vſus eã nõ vertãt: & tũc alter

* Flo. dicebat.

in ſolidũ videtur fideiuſsiſſe. ſed ſi non eſt diuiſa, ſed in cõmunes vſus expenſa, ſeruabis quod hic dicit, vt videatur fideiubere pro parte, ſiue ad emendũ, ſiue ad fulciendũ, licet altero caſu mulier iuuetur, altero non. & ſic non refert ſint ſocij, vel non. & facit pro hoc. ſ. de in rẽ verſo. ſi pro patre. §. fi. & ſ. ad Mace. item ſi filius. §. j. Sed quid ſi vnus maiorem partem habet in re in quã impenditur? Reſpon. pro rata fideiuſsiſſe videtur: vt idem ſit in minori parte quo ad minorem: & in maiore quo ad maiorẽ. Et not. quod Azo. accedit opinioni domini Mar.

a *Idem eſt.* quia ſicut ſ. habuit in dimidia: ita hic in totum. & ſic eſt idem: ſed nõ per omnia idem. Accur.

b *Duo rei.* hoc acto, vt ſocij ſint, alioqui non: vt j. de fideiuſſ. ſi Titius. & l. Vranius. Accurſius.

c *Interceſſerint.* in quo caſu muliere ſubducta Titius in ſolidum tenetur: vt j. de fideiuſ. ſi Titius. Sed hoc caſu in totum ſubducitur: in ſuperiori vero pro parte: & ſic nõ eſt per omnia idem. Vel dic, idem per omnia. nam & hic & ibi in totum, quatenus interceſsit, eximitur. ſed hic in totum interceſsit: ibi in partem. Accur.

XVIII. PAVLVS libro octauo ad Plautium.

A IDem [eſt[a]] & ſi pro debitore meo Titius & mulier duo rei[b] interceſſerint[c].

Si mulier alicui pro propria obligatione indemnitatem promiſit, intercedere nõ videtur, ſecus pro obligatione alterius. Bart.

XIX. AFRICANVS libro quarto Quæſtionum.

TVtor pupilli deceſſerat, herede inſtituto Titio. cũ de adeunda hereditate dubitaret[d], quoniam malè geſta tutela exiſtimaretur, perſuadẽte matre
B pupilli vt ſuo periculo adiret, adiit: ſtipulatuſque de ea eſt indẽnem ſe eo nomine preſtari. Si ex ea cauſa Titius pupillo aliquid præſtitiſſet, iſque matrem conueniret, negauit[e] exceptione ſenatuſconſulti locum eſſe: quãdo vix[f] ſit vt aliqua apud eundẽ[g] pro eo[h] ipſo interceſsiſſe intelligi poſsit. Nec diſsimilem[i] huic propoſitioni ex facto agitatam: cum quidã vir pretori⁹ deceſsiſſet duobus filiis ſuperſtitibus, quorum alter impubes eſſet, &
C alter legitimus[k] tutor fratri eſſet, & cũ paterna hereditate abſtinere vellet[l] mãdatu vxoris defuncti[m], quæ mater pupillo eſſet, abſtẽto pupillo ſolum ſe hereditati miſcuiſſe. vbi[n] ſimiliter ſe reſpõdiſſe Iulianus ait, ſi ex ea cauſa[o] agẽte pupillo dãnũ eo nomine paſſus eſſet, non impediri eum ſenatuſconſulto quo min⁹ à muliere rẽ ſeruaret. In ꝓpoſita ſpecie[p] & illud tractãdũ eſt, an is q̃ mãdato mulieris adierit, ſi dãnum ob id patiatur, q̄ debitores hereditarij ſoluendo nõ fuerint, ſenatuſconſulto locus ſit, quaſi quodãmodo eorũ obligatiões mulier ſuſceperit. Magis autem eſt, vt ne ob hãc quidẽ cauſam ſe-
B natuſcõſultũ locũ[q] habeat, quãdo nõ ea mẽte fuerit, vt pro his[r] intercederet, ſed tutoris[s] aduerſus pupillũ, & ceteros fortè creditores indẽnem heredẽ[t] preſtaret. Deniq;[u] ſi ponamus mulierẽ in emptione hereditatis eo nomine dãnum pati, quòd debitores hereditarij ſoluẽdo nõ ſint: nulla (puto) dubitatio erit, quin ſenatuſcõſulto locus nõ ſit,[x] etiã ſi maximè creditoribus aliquantũ preſtiterit. Quid ergo ſi cũ ꝓpterea de adeũda hereditate dubitaret Titius, quòd parũ idonea nomina debitorum
C viderentur: mulier hoc ipſum repromiſit, vt quanto minus à quoquo eorũ ſeruari poſſet, ipſa præſtaret? Prope eſt[y] vt ſit interceſsio.

Debitor delegat⁹ à muliere intercedẽte, antequã ſoluat, tutus eſt Velleiano: & ſi agat, exceptione Velleiani repellitur. Bart.

Cũ haberes[z] Titiũ debito-

TVtor. } CASVS. Titius geſsit tutelam pupilli, & male: & deceſsit Seio herede inſtituto. noluit adire Seius, timens ne conueniretur. mulier promiſit eum indemnem futurum: & hoc heres ab ea ſtipulatus adiit. ſi aliquid præſtitit pupillo: & voluit conuenire mulierem, an obſtet ſibi Velleia. quæritur. Et reſpond. quòd non: quoniam vix, &c. vt in litera. hoc in prima. Alium caſum ſubiungit huic ſimilem, qui talis eſt: Quidam nobilis habuit duos filios: pupillum, & maiorem: emancipauit pupillum, & eius legitimam tutelam geſsit, & male. forte deceſsit vtroque herede inſtituto: pupillus abſtinuit ſe: maior fiduciarius tutor pupilli fratris ſui noluit adire hereditatem, dubitans ne conueniretur ex adminiſtratione patris. mater pupilli eademque nouerca maioris promiſit ei indemnitatem, ſi adiret: adiit. ſi cõueniatur, an poſsit habere regreſſum cõtra mulierem non ob. Vell? Et reſp. quòd ſic. hoc in ſecunda. Sed in primo caſu ſi damnificetur heres eo quòd debitores hereditarij ſoluendo non ſunt: nunquid eſt locus Vell? Dici-
D tur quòd non: quia non fuit eius propoſiti, vt pro debitoribus intercederet: ſed non eſt locus Vell. quia in hoc caſu ob hoc mulier non tenetur: ſed iſta, quia eius fuit propoſiti, vt heres tutoris ſeruaretur indẽnis aduerſus pupillum, pro quo tenetur, nec eſt locus ſenatuſc. Vell. Iſtud probatur per ſimile, quia ſi mulier emit hereditatem, & damnum patiatur, quia debitores hereditarij ſoluendo non ſunt: non propter hoc competit ei Vell. Sed quid? dubitauit adire Seius hereditatẽ, quia credebat debitores eſſe non ſoluendo, & mulier promiſit ei indemnitatem: an videatur interceſsio, vt ſic Vell. ſit locus? Et reſp. quòd ſic: quia hic interceſsit, quia hoc expreſſe promiſit. Sed ſi nõ interceſsit, quia neque hoc actum fuit: non habet locum ſenatuſc. vt ſ. ibi illo verſ. in propoſita, & hoc in tertia. {CVM HABERES. } Titius habebat debitorem, & Seium volebat habere fideiuſ. Seius obtulit ei mulierem: noluit eam recipere propter Velleia. mulier volebat accipere centum à Sempronio, & ſoluere Titio pro Seio.

A Sempronius non habens pecuniam promiſit Titio centum: & mulier confeſſa eſt ſe accepiſſe illa cẽtum. ſi Sempro. petat pecuniam à muliere, an obſtabit ei except. antequam ſoluat? Dicitur quòd videndũ eſt an Sempro. ſit habendus loco fideiubentis pro muliere intercedente, vt ſic ei ſicut mulieri detur excep. Et diſtingue. aut re integra aliquid ſoluit, cum putat mulierẽ interceſsiſſe: aut poſtea ſoluit. ſi ante, Sẽpro. cõpetit except. ſenatuſcõ. aduerſus Titiũ, quia tuta eſt mulier aduerſus Sempro. vt quidam dicũt. ſi poſtea: an mulieri aduerſus Sempro. excep. Sempro. aduerſus Titium cõdic. competit: an perinde ſit ac ſi ab initio cum Seio Sempro. contraxiſſet ipſi mutuando: deinde Seius Titio ſoluiſſet: deinde Titius Sempronio. mutuaſſet? & hoc magis eſt, dicit iuriſconſul. reſpondendo quæſtioni propoſitæ, vt ſcilicet non ſit locus Vell. nec cum non intercedẽs mulier debitorem ſuũ delegat: cum nõ poſsit: cui cõtradicit: vel quia videtur mulier iſta alienã obligationem ſuſcepiſſe, quod ſenatuſcõſul. noluit. tu tamẽ tene aliam ſolutionem. Viuianus. *heredita-tem.

d *Dubitaret.* ſcilicet Titius. Accuſius.

e *Negauit.* ſcilicet Africanus. Sed videtur quòd male: vt C. eod. ſi mater. §. j. quæ eſt contra. Solut. vt dixi ſupra eo. l. quamuis. §. j. Accurſius.

f *Vix.* id eſt nullo modo. Aliter accipitur vix, ſupra de iudi. vix.

g *Eũdem.* ſ. alium. ſed nec pro ſe: vt j. de fideiuſ. heres. §. ſeruo. & l. Vranius. Accurſius.

g *Eundem.* Titium.

h *Pro eo.* Titio.

i *Nec diſsimilem.* quæſtionem ſcilicet ait Africanus, quæ quidem quæſtio talis eſt, cum quidam, &c.

k *Legitimus.* id eſt fiduciarius.[a] Accurſius.

l *Vellet* maior frater, ſemper ſubaudi.

m *Defuncti.* ſcilicet nouercæ ſuæ. Azo.

n *Vbi.* id eſt in qua quæſtione.

o *Si ex ea cauſa.* id eſt aliqua: puta propter patrem, qui cum emãcipaſſet eum, male geſsit tutelam. Vel dic quia ab hereditate abſtinuit. Accurſius.

D p *In propoſita ſpecie.* ſcilicet prima huius legis.

q *Locum.* quia non eſt opus.

r *Pro his.* ſcilicet debitoribus. Accur.

s *Sed tutoris.* ſupple fecit ea mente, vt heredem tutoris, &c. ſic j. de except. rei iudi. ſi cum. arg. in princ. Accur.

t *Heredem.* ſcilicet Titium.

v *Denique.* non mirum ſi ceſſet Vell. hoc caſu quando cõuenitur ab herede propter pupillũ & creditores: quia propter ſuam obligationem præſtat. nam & in hoc caſu cum emit hereditatem, ceſſat. vel coniunge ſuperiori caſui. §. in propoſita, &c. Accurſius.

x *Non ſit.* licet eſſet opus. nam volebat ab emptione diſcedere: qui quaſi emendo fideiuſſerit pro hereditate.

y *Prope eſt.* nam non poteſt dici interceſsio proprie, quia fecit non tam illis ſubueniendo, quàm iſti conſulendo, ſecundum M. Vel dic, prope eſt. i. rationabile eſt. ſic accipitur j. de ſol. l. Stichum. §. pen.

z *Cum haberes.* aliam ponit quæſtionẽ non minus diligẽter.

a Immo verò non fiduciarius, ſed quia ex l. 12. tabularum hæc tutela perfecta eſt, vt tit. de legi. agn. tut. Inſtit. & l. Rom.

Vellet.

rē, & pro eo mulier intercedere vellet^a, nec tu mulieris nomen propter ſenatuſconſultū ſequereris^b, petiit à me^c mulier mutuam pecuniam, ſolutura tibi: & ſtipulāti mihi promiſit, ignorati^d in quā rem mutuaretur: atque ita numerare me tibi iuſsit. deinde ego, quia ad manum nummos nō habebam, ſtipulāti tibi promiſi. Quæſitum eſt, ſi eam pecuniam à muliere^e petam, an exceptio ſenatuſconſulti ei proſit. Reſpondit: Videndum, ne non ſine ratione dicatur, eius loco qui pro muliere fideiuſſerit, haberi me debere: vt quemadmodum illi^f, quāuis ignorauerit mulierem intercedere, exceptio aduerſus creditorem datur, ne in mulierem^g mandati actio cōpetat, ita mihi^h quoque aduerſus te vtilis exceptio detur, mihiq; in mulierē actio denegetur: quando hæc obligatio* periculo mulieris futura ſit. Et hęc paulo^i expeditius dicēda, ſi prius quàm ego tibi pecuniā ſoluerim, compererim eam interceſsiſſe. Ceterum ſi ante ſoluerim, videndum vtrūne nihilominus mulieri quidē exceptio aduerſus me dari debeat, & ego tibi cōdicere pecuniam poſsim: an verò perinde habendum ſit, ac ſi initio ego pecuniā mulieri credidiſſem, ac rurſus tu mihi in creditum iſſes. Quod quidē magis dicendum exiſtimauit^k: vt ſic ſenatuſconſulto locus non ſit^l, ſicuti^m & cum debitorem ſuū mulier^n deleget, interceſsioni locus nōn ſit. Quæ^o poſtea no rectè cōparari ait:^p quādo^q delegatione debitoris facta mulier non obligetur: at in propoſito alienam obligationem in ſe tranſtulerit^r: quod certe ſanatus fieri noluit^s.

Actio reſtituitur contra omnes qui ex interceſsione mulieris liberati ſunt. Pau. de Caſtro.

XX. IDEM libro octauo Quæſtionum.

SI ꝑ vno reo^t interceſsit^u mulier, aduerſus vtrūq; reſtituitur actio creditori.

Si mulier intercedit in rem ſuam animo nouandi: non iuuatur Velleiano. Bart.

XXI. CALLISTRATVS libro tertio Inſtitutionum.

B SI pro aliquo mulier interceſſerit,^x ſed in rem eius quod acceptum eſt vertatur,* exceptio ſenatuſconſulti locum non habet, quia non fit pauperior.^y

Item ſi quid liberaliter^z fecerit, veluti ne iudicatus pater eius, propter ſolutionem vexetur: non erit tuta ſenatuſconſulto. oneribus^a enim earum ſenatus ſuccurrit.^b

Mulier quæ ex interceſsione non damnificatur, Velleiano non iuuatur. Bart.

XXII. PAVLVS libro ſexto Regularum.

C SI mulieri dederim pecuniam, vt eam creditori meo ſoluat, vel expromittat ſi ea expromiſerit, locū non eſſe ſenatuſconſulto Pōponius ſcribit, quia mādati actione obligata, in rem ſuā^c videtur obligari.

Mulier quæ ſcienter verum non reſpondit, Velleiano non iuuatur. ſecus ſi ignorāter. Bartolus.

XXIII. IDEM libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Velleianum.

SI mulier in iure interrogata reſponderit ſe heredem eſſe: ſi ſciens ſe heredē nō eſſe, reſpōderit, minimè^d interceſsiſſe videri: quia decepit. Quòd ſi exiſtimauit D ſe heredem, & eo nomine decepta^e reſponderit: in eam^f actionem quidem dari plerique exiſtimauerunt, ſed exceptione ſenatuſconſulti adiuuari.

Si mulier debitrix delegatur, non iuuatur Velleiano. ſecus ſi aliquid promittat creditori, ne recipiat ſuam delegationem.

XXIIII. IDEM libro ſingulari de interceſsionibus fœminarum.

---

a *Vellet.* animo nouandi.
b *Sequereris.* id eſt, non accepiſti eam.
c *A me.* quarta perſona: Sempronia puta.
d *Ignoranti.* idem ſi ſcienti: vt C. eod. l. ſi fœnebris. ſed ſine ſcrupulo voluit procedere.
e *A muliere.* ſcilicet intercedente. Accur.
f *Vt quemadmodum illi.* ſcilicet fideiubēti pro muliere: vt ſ. eod. l. ſi mulier cōtra ſenatuſconſultum. §. fin.
g *Ne in mulierem.* quæ etiam ipſa pro alio interceſſerat. Accur.
h *Ita mihi.* qui vere fideiuſſor non ſum.
i *Paulo.* id eſt parum habendum. hoc eſt vnum argu. Aphricani, cui Iulianus non reſpon. ſed tu reſpondebis, prout ſolues eius dictum. Accur.
k *Exiſtimauit.* ſcilicet Aphricanus.
l *Non ſit.* nec hoc, nec ſuperiori caſu.
m *Sicuti.* hoc eſt aliud arg. Aphricani, cui Iulianus reſpondet.
n *Mulier.* nō exiſtens ipſa obligata: vt ſ. eo. quamuis. §. plane.
o *Quæ.* ſcilicet iam dicta. aliàs quem, ſcilicet caſum.
p *Comparari ait.* ſcilicet Iulianus, de quo fuit habita mentio. ſ. ea. l. ij. reſpon. Sed male dicit: & omnia verba ſequentia ſunt Iulia. & ſic quod dicit in fin. quod certe &c. male dicit: & ſic ſtamus in reſponſione quam modo fecit Aphricanus. Vel diſtingue, an creditor fuit hic machinatus: & tunc tenet quod hic dicit Iul. an non: & tunc tenet dictum Aphri. vt ar. j. e. l. ſi. §. antepe. ſed ſecundū hoc quod dicis habere locum Vel. ſi creditor machinatus eſt, qualiter reſpōdebis illi ar. quod fuit tale, vt perinde debeat haberi in quæſtione propoſita, ac ſi pecuniam numeraſſem mulieri, & ipſa tibi, & tu mihi? reſp. hoc caſu ſubiicit pro alio, ſi ad machinationem creditoris fiat: quod probo: quia ego ſubij obligationē pro ea: vnde etiam ipſa onus huius obligationis ſuſtinet: vt j. eod. ſi decipiendi. in §. fin. ergo & ipſa ſubiiſſe videtur. Accurſius.
q *Quando.* pro quia.
r *Tranſtulerit.* ex poſt facto.
s *Noluit.* & ſic hic mulier habet Velleia. ſecundum Iul.
t *SI pro vno reo.* de duobus. Accurſius.
v *Interceſsit.* ſ. animo nouandi: vt ſic vterq; liberetur: aliàs quare reſtitueretur? & facit ſ. eo. l. quamuis. §. quanquam.

SI *pro aliquo.* } CASVS. Mulier pro Titio apud creditorē animo nouandi interceſsit. illa pecu. in rem mulieris conuerſa eſt. an habeat Vell? dicitur quòd non. Sed quid ſi accepit mutuo pec. & patrē liberauit, qui tenebatur iudicati: nunquid habet Vell? Et reſpon. quòd non: quia non interceſsiſſe videtur, ſed donaſſe. hoc in ſecunda. Viuianus.
x *Interceſſerit.* pro procuratore ſuo. Accurſius.
y *Pauperior.* ſic j. l. proxi. & ſ. eo. l. ſed & ſi eū. & l. aliquādo.
z *Liberaliter.* forte ſine vſuris credēdo. vel dic ſoluit pro patre, cum non eſſet pro eo obligata.
a *Oneribꝰ.* fideiuſſoris.
b *Succurrit.* non donanti: vt ſ. eod. ſed ſi ego. in fin. & j. eo. bona fide. §. fin. & l. fin. j. reſpon. Accur.

SI *mulieri.* } CASVS. Habebam creditorem: dedi mulieri x. vt caueret creditoribus, vel expromitteret: an habeat locum Vellei? Dicitur quod non: ſed tenetur, cū pecunia in rem ſuā verſa eſt. Viu.
c *In rem ſuam.* propter pecuniam quæ ad eū peruenit. ſic ſ. l. proxi. j. reſpon. & l. ſi mulieri ſoluero. Accur.

SI *mulier.* } CASVS. Titiꝰ tenebatur mihi in centum. deceſsit herede relicto: volo conuenire heredē. mulier interrogata an eſſet heres, reſpondit ſe heredem eſſe. an non habebit locum Velle? Et diſtingue, aut animo decipiendi reſpondit ſe heredem eſſe, & nō habebit locū Vell. aut non: quia credidit ſe heredem eſſe. primo caſu non eſt tuta: ſecundo ſic. Viuianus.
d *Minime.* immo hoc caſu magis quā in alio intercedere videtur: ſed nō videtur intercedere, vt iuuetur: quia decipit: vt ſubiicit. & j. eo. ſi decipiendi.
e *Decepta.* hāc eandē diſtinctionē adhibendam credo cū reſpondit ſeruum alienū eſſe ſuum: vt j. eo. ſi mulier intercedendi.
f *In eam.* tanquam in heredem. Accur.

DEbitrix. } CASVS. Mulier debebat mihi x. delegaui eā creditori meo, & ei promiſit: vtrum iuuetur Velle? Dicitur ꝙ non. ſed ſi promiſit aliquid ne delegetur, certe iuuabitur. { SI SENATVSCONSVLTI. } Mulier pro Titio interceſsit, & ſoluit: an ſtatim mihi in veterē debitorē debet reſtitui act. non expectato ꝙ cōdicat à me? & reſpon. ꝙ ſtatim ex quo interceſsit. { SI PRO EO. } Tenebatur in hi Titius redhibitoria. interceſsit mulier pro eo animo nouādi: reſtituitur. poſtea act. pro rata tēporis: vt ſi ſuperſerant iiij. menſes act. mihi reſtituatur pro eadē rata: licet ſtatim poſtquā mulier interceſſit, cū cōpetierit reſtitutio à lege data, nō tamē præſcribitur contra act. donec ab homine fuero reſtitutus ſecundū quoſdam. ſed verius eſt vt currat tempus reſiduum à tempore interceſsionis.

* al. actio.
* Flo. verſaretur.

terceſsionis, quod idem eſt quod tempus reſtitutionis. Viu.

a *Non vtetur.* vt C. eo. l. ij. Accurſius.

b *Promiſit.* creditori, ne reciperet interceſsionem. Accur.

c *Interceſsiſſe.* Melius dixiſſet cōtrarium. ſed hoc ideo, quia cum creditor habeat pretium interceſsionis, ipſam interceſſionem recepiſſe videtur: vnde obſtat ei exceptio. Accur.

d *Et non expectandam.* id eſt quòd ſoluat mulier, & repetat. Accur.

e *Reſtituetur.* ſcilicet per iudicicis officiū, vt dicunt, non per legem, & hoc bene ſequitur, poſt reſtitutionem. & quod dicit quāuis, &c. exponunt, impetrato. ſ. beneficio reſtitutionis. tu dic quòd reſtitutio fit per legem ipſo iure primæ actionis ad reſiduum tempus, non totius: licet videretur quòd noua reſtituta deberet habere tātum tempus, quantum ab initio habuerit pro prima. Item & alia ratione videbatur eam perpetuā: quia fit à lege reſtitutio: vt inſtit. de perpe. act. in princ. Sed tamen eſt contra: vt hic. & s̄. de mino. l. fin.

f *Quamuis.* quia dixit poſt reſtitutionē, videbatur eſſe interuallum. & ad hoc aduerſatur quamuis.

g *Statim atque.* id eſt poſtquam.

h *Competierat.* actio priſtina. ſ. reſtituta per legem: vt dixi.

SI *domina.*} Casvs. Mulier iuſsit vt ſeruo mutuaretur. tenebitur quod iuſſu, neq; iuuabitur Velleia. ſi vero pro ſeruo fideiuſſit, nec in rem eius pecunia verſa eſt, iuuabitur.

i *Honoraria.* ſcilicet quod iuſſu.

k *Tenebitur.* vt s̄. quod iuſſu. l. iij. §. j.

l *Fideiuſſerit.* quod poteſt facere dominus pro ſeruo: vt inſtit. de fideiuſſ. §. j.

m *Fecerit.* vt ſi ſeruus accepit mutuam pecuniam ad conuertendum in facta dominæ: vt quia volebat de ea reficere domū dominæ, vel quid aliud ſimile facere: & tunc ſi domina ſe obligauit pro ſeruo fideiubendo pro eo, bene tenetur. & ſic aliàs ſi fideiubendo faciat factum ſuum, bene teneretur, vt ſupra eo. l. aliquando.

SI *mulier.*} Casvs. Seruus Titij fecit mihi damnum. volebam conuenire Titium act. noxali. mulier in iure cōfeſſa eſt animo intercedendi ſeruum ſuum eſſe: nunquid iuuabitur? Dicitur quòd ſic, ſi non animo decipiendi reſpondit. ſi vero credebat eum ſeruum ſuum eſſe ſibi bon. fid. ſeruientē: non videtur interceſsiſſe. Viuianus.

n *Vtetur.* hic diſtingue vt ſupra eo. ſi mulier in iure.

o *Interceſsiſſe.* quia quodammodo dicit verum: vt infra de

A DEbitrix mulier à creditore delegata pro eo cui delegata eſt, promiſit. Nō vtetur[a] exceptione. Sed ſi pecuniā ꝓmiſit[b] ne delegetur, interceſsiſſe[c] videtur.

Per ſenatuſconſultum actio ſtatim reſtituitur in priſtinum debitorem in eo ſtatu in quo erat. Bartolus.

Si ſenatuſconſulti beneficium interuenerit, vtrum ſtatim cum mulier interceſſerit, actio in priorem debitorē cōpetit: an ſi mulier B ſolutū cōdicat? Puto ſtatim, & nō expectandā[d] ſolutionem. Si pro eo qui temporali actione teneretur, mulier interceſſerit, temporalis actio reſtituetur:[e] ſic tamen, vt ex præcedenti cauſa continua tempora numerarentur poſt reſtitutionem: quāuis[f] ſtatim atque[g] interceſſit mulier, competierat[h].

Iuſſus non eſt interceſsio: ſed fideiuſsio. Bartolus.

XXV. Modestinvs libro ſingulari de Eurematicis.

SI domina ſeruo ſuo credi iuſſerit, actione honoraria[i] tenebitur[k]. Quòd ſi C pro eo fideiuſſerit[l], exceptione ſenatuſconſulti Velleiani iudicio conuenta aduerſus creditorem tueri ſe poterit, niſi pro ſuo negotio hoc fecerit[m].

Idem dicit quòd lex, ſi mulier. s̄. e. licet in terminis differat. Pau. de Caſt.

XXVI. Vlpianvs libro trigenſimoſeptimo ad Edictum.

SI mulier intercedendi animo ſeruum alienum ſuum eſſe reſponderit: quaſi interceſſerit, auxilio ſenatuſconſulti vtetur[n]. Planè ſi pro bona fide ſeruiente ſibi reſponderit, nō videtur interceſsiſſe[o].

Velleia. non præiudicat ei qui non putat mulierem intercedere. Bartolus.

XXVII. Papinianvs libro tertio Reſponſorum.

BOna fide[p] perſonā mulieris in cōtrahendo ſecutus, ob ea quæ inter virū & vxorem accepta pecunia geſta ſunt[q], exceptione ſenatuſconſulti non ſummouetur.

Mulier contrahens cum ſeruo, Velleiano non iuuatur. Bartolus.

Cum ſerui ad negotiationē præpoſiti, cū alio contrahentes, perſonam mulieris vt idoneæ ſequūtur[r], exceptio ſenatuſcōſulti dominum ſummouet: nec videtur deterior cauſa domini per ſeruum fieri[s], ſed nihil B eſſe domino quæſitum[t], non magis quàm ſi litigioſum prædium ſeruus, aut liberum hominem emerit.

Mulier quæ intercedit in rem ſuam, Velleiano non iuuatur. Bartolus.

Vxor debitricem ſuā viro delegauit, vt vir creditori eius[u] pecuniā ſolueret. ſi fidē ſuam pro ea quā delegauit, apud virū obligauerit, locū exceptio ſenatuſcōſulti non habebit: quia mulier ſuum negotium geſsit.[x]

Verba enuntiatiua à teſtatore prolata, creditoribus non præiudicant. B.

XXVIII. Scaevola libro primo Reſponſorum.

SEia mancipia emit, & C mutuā pecuniā accepit ſub fideiuſſore marito: eáq; ſoluit venditori. poſtea maritus decedens non ſoluendo, in fraudem creditoris cauit teſtamento, ſe eam pecuniam vniuerſam debere.[y] quæritur an interceſsiſſe[z] mulier videretur. Reſpondi ſecundum ea quę proponerentur, non interceſsiſſe.

Mulier quæ rem ſuam obligat, vt pecuniam pro alio ſoluat: iuuatur Velleiano aduerſus creditorem ſcientem. Bart.

Fundum[a] vxoris ſuæ maritus obligauit Sempronio ob conductionem.[b] mox mulier à Numerio ſua fiD de mutuam pecuniam acceptam ſub obligatione eiuſdem fundi ſoluit ſtatim Sēpronio pro marito[c] ſuo. Quæſitū eſt an aduerſus ſenatuſconſultū obligata[d] ſit. Reſpondi, ſi Numerius ſciſſet eam intercedere,[e] fore

A adult. ſi poſtulauerit. §. de eo. Accurſius.

BOna fide.} Casvs. Mutuaui mulieri x. malens agere cū muliere, quàm cum marito. ea conuertit in rem communem ſuā & mariti: an iuuetur Vell. quaſi pro alio ſe obligauerit? Dicitur quòd non. Cetera plana ſunt vſque ad l. Seia.

p *Bona fide.* ſcilicet creditor.

q *Geſta ſunt.* in ſimul in communē rem forte impendendo: vt s̄. eod. vir vxori. §. fin. & facit s̄. eo. ſed ſi ego.

r *Sequuntur.* accipiendo eam in fideiutricē.

s *Per ſeruū fieri.* quod eſſe non poteſt: vt infra depoſi. l. pen.

t *Quæſitum.* quod poteſt eſſe: vt C. de acq. poſ. l. fin.

v *Creditori eius.* ſcilicet mulieris. Accur.

x *Geſsit.* ſic ſupra eo. ſi mulieri dederim.

SEia.} Casvs. Mutuaui mulieri. c. & maritus pro ea fideiuſſit. teſtamentum fecit maritus, in quo cauit ſe teneri mihi principaliter, & vxorem nomine fideiuſſorio: & hoc fecit in fraudem aliorum creditorū: vt tanto minus eſſet de bonis ſuis, ex quibus eis ſatisfieret. an videatur interceſsiſſe propter mendacium viri? Dicitur ꝙ non.

{Fvndvm.} Vir fundum vxoris ſuæ obligauit pro. c. mulier accepit c. à Titio, vt fundum liberaret. an videatur Velleia. locū habere, vt ſic teneatur cum effectu Titio? Diſtingue aut Titius ſciuit eam accipere pecuniā. in cauſam mariti: aut non. primo caſu iuuatur: ſecundo non. Viu.

y *Debere.* principaliter: vt per hoc mulier quod de ſuo ſoluit, repetat vel per actionē manda. vel neg. geſt. & ſic tanto minus aliis creditoribus ſoluetur: vel repetatur ab eo cui ſoluit, condictione ſine cauſa. Accur.

z *Interceſsiſſe.* quia hoc verbis ſuis teſtator innuit: ſed falſum erat: & ideo ſubiicit, nō præiudicare veritati. Et ſic not. ꝙ falſa verba teſtātis nō præiudicāt veritati: vt j. ad Sila. ſi quis in graui. §. j. & s̄. de pig. act. Gaius. & C. de iur. delib. cum aliquis.

Falſa teſtatoris verba veritati non præiudicant.

a *Fundum.* ſcilicet nō dotalem.

b *Conductionem.* conduxerat maritus à Sempronio aliquam rem, pro cuius penſione præſtanda obligauit maritus fundū vxoris ſuæ.

c *Pro marito ſuo.* i. penſione quam debebat maritus. Accur.

d *Obligata.* ſcilicet Numerio.

e *Intercedere.* id eſt hanc pecuniam in cauſam mariti accipere: ſed videtur quòd etiam ſi ſciuit creditor, ſibi non noceat: vt Cod. eo. ſi fœneberis. & l. ſi aduerſarius. quæ ſunt contra. Solu. hic iam erat res eius obligata: ibi nō. Vel hic eo animo accepit,

accepit, vt ſolueret in cauſam mariti: ibi nõ, ſed mutauit po- A ſtea voluntatem ſecundum M. Vel refert hic ſe ad illam interceſsionem quam fecit patiendo maritum rem ſuam obligare Sempronio: quę eſt quaſi interceſsio: vt C. eo. ſi ſine. ibi ad mutuum factũ mulieri. vel hic fuit fraus facta ſenatuſcõ. quia cum fideiuſſerat pro marito, maluit creditor mulieri dare pecuniam. vt ſ. eo. quamuis. §. ſi cum eſſem. & j. l. proxi. Accur.

a *Senatuſconſulto.* Velleiano.

Q*Vidam.*} CASVS. Titius mutuaturus pec. duobus heredibus Sẽpronij: non habens plenam fidem de eis, numerauit vxori testatoris: & ab ea accepit pignora. mulier numerauit heredibus: & quaſdam res accepit in pignore. an mulier iuuetur? Et reſpon. quòd ſic: & ſubducuntur pignora: & datur inſtitoria in heredes. Sed nunquid res quas obligauit mulier, ſint Titio obligatæ? Dicitur quòd non de rigore iuris: ſecus de ęquitate. {PAVLVS.} Mutuaturus. x. Titio, volebat Titius mihi dare mulierem fideiuſſorem. nolui: ſed cum muliere cõtraxi: & poſtea Titius fideiuſsit. an iuuetur mulier? dicitur ꝙ ſic: quia quicquid eſt in fraudẽ ſenatuſcon. factum, ratũ habendũ non eſt. Viu.

b *Dederit actionem.* ſ. reſtitutoriam: vt ſ. eo. quãuis. §. ſi cũ eſſem. Et ſic no. per hanc legem, ꝙ hæc reſtitoria datur ſciẽti creditori: ſed non dolum cõmittenti: vt j. de fideiuſ. l. ſi Titius. §. fin. Accur.

c *In res.* id eſt nomine earum rerum.

d *Paulus reſpondit.* ſ. generaliter. & ſic ſit hic. §. vel ſine. §. & dic, ſcilicet generalius.

S*I decipiẽdi.*} CASVS. Si mulier pro aliquo interceſsit induẽs veſtes viriles, vt ſic creditorem deciperet: an iuuetur? Dicitur ꝙ nõ. {PROCVRATOR.} Ad mãdatum mulieris aliquis pro Titio fideiuſsit. an iuuetur iſte? Dicitur quòd ſic.

ſenatuſconſulto [a] de quo quæreretur, locum.

Mulier intercedens iuuatur Velleiano: & actio reſtituitur in principalem debitorem & pignora. Bartolus.

XXIX. PAVLVS libro ſexto decimo Reſponſorum.

QVidam † voluit heredibus Lucij Titij mutuam pecuniã dare, & cum eis contrahere: ſed quoniam facultates eorum ſuſpectas habuit, magis voluit vxori teſtatoris dare pecuniam, & ab ea pignus accipere. B mulier eandem pecuniam dedit heredibus, & ab his pignus accepit. Quæro an interceſsiſſe videatur: & an pignora quę ipſa accepit, teneantur creditori. Paulus reſpondit, ſi creditor cum contrahere vellet cum heredibus Lucij Titij, euitatis his magis mulierem ream elegit: & in ipſius perſona ſenatuſcõſulto quod de interceſsionibus factum eſt, locum eſſe: & pignora ab ea data non teneri. eas autẽ res quas mulier ab iis pro quibus intercedebat, pignori accepit, creditori mulieris C obligatas non eſſe: ſed non ſine ratione prætorẽ facturum, ſi nõ tantũ in perſona ſubducta muliere, in principales debitores dederit actionum, [b] ſed etiam in res [c] quæ mulieri obligatæ ſunt. Paulus reſpondit [d] ea quæ in fraudem ſenatuſconſulti quod de interceſsione fœminarum factum eſt, excogitata probari poſſunt, rata haberi non oportere.

Mulier decipiens non iuuatur Velleiano. Bartolus.

XXX. IDEM libro ſecundo Sententiarum.

SI decipendi animo, [e] vel cum ſciret ſe nõ teneri, mulier pro aliquo interceſſerit: exceptio ei ſenatuſcõſulti non datur. Actionem enim quæ in dolum [f] mulieris competit, ampliſsimus ordo non excludit. [g]

Procurator [h] ſi mandatu mulieris pro alio interceſſerit, exceptione ſenatuſcõſulti Velleiani adiuuatur: [i] ne aliàs actio intercidat. [k]

B *Adeundo non videtur quis intercedere: niſi fraus creditoris interceſſerit. B.*

XXXI. IDEM libro primo ad Neratium.

SI mulier * quod ex interceſsione ſoluit, nolit repetere, [l] ſed mandati agere, [m] & cauere [n] velit de indemnitate reo audienda eſt. [o]

Velleianum prodeſt aduerſus eum cum quo contraxit mulier, & ſucceſsori eius ad rem & ad fructus. Bartolus.

XXXII. POMPONIVS libro primo Senatuſconſultorum.

SI mulier hereditatem [p] alicuius [q] adeat, vt æs alienum eius ſuſcipiat, vix eſt [r] vt ſuccurri ei debeat: niſi ſi fraude creditorum id con- C ceptum ſit. [s] Nec enim loco minoris vigintiquinque annis circumſcripti per omnia habenda eſt mulier. [t]

Mulier quæ intercedendo dedit pignora: poteſt ipſa vnà cum fructibus & omni deterioratione repetere tam à creditore, quàm etiam ab alio qui habet cauſam ab eo. Pau.

Si mulier rẽ à ſe pignori datam per interceſsionem recipere velit, fructus etiã [u] liberos [x] recipit. Et ſi res deterior facta fuerit, eo nomine magis æſtimetur. [y] Sed ſi creditor qui pignus per interceſsionem acceperit, hoc alij vẽdidit: vera eſt

A perſona habet: vt infra manda. idemque §. pen. & ſic infra de fideiuſ. ſeruus inſcio. & l. ſeq. & l. ſi ſeruus alij. & ſupra de mino. ſi iudex. Accurſius.

S*I mulier hered.*} CASVS. Titius debebat mihi. c. deceſsit, & mulierẽ heredẽ inſtituit. hæc mulier hereditatẽ adiuit. an poſsit iuuari. Vell. vt mihi nõ ſoluat iſta. c? Reſp. quòd non: quia non per omnia mulier eſt priuilegiata ſicut minor xxv. an. niſi forte dolo meo creditoris hereditatẽ adierit. {SI MVLIER.} Interceſsit mulier ꝑ Titio, & pignora dedit. ſubducta muliere, in veterẽ debitorem act. priſtina reſtituta, ſi mulier agit ratione pignoris, & pignus & fruct⁹ pignoris reſtituent: & ſi deterior res facta eſt, damnũ æſtimabitur. hoc in prima. Sed quid ſi creditor iure crediti vendat: an mulier poſsit ab emptore auocare? Dicitur quòd ſic: quia poſcet à vẽditore: neque debet eſſe melioris cõdi. emptor ꝙ vẽditor. hoc in ſecũda. {ITEM SI.} Titi⁹ tenebatur mihi in c. vxor ſua dedit mihi fũdum in ſolutũ, vt accepto ferrẽ viro. ſi mulier vindicet fundũ auctoritate Vell. & excipiã quia vẽdita & tradita res eſt, replicabit ꝙ cõtra ſenatuſc. Vell. celebrata erat vẽditio. hęc ſunt vera, ſiue ego emerim, ſiue aliquem ſuppoſuerim qui emeret, vt ſic mulier fundo ſuo careret. hic in pſona viri. idẽ eſt ſi ꝑ alio quàm pro viro rẽ ſuam tradidiſſet. {SI MVLIER.} Mãdauit mulier Titio vt fideiuberet pro Seio, cũ ipſa nõ poſſet: an Titio cõpetat exce. Vell? Videtur ꝙ non: quia totum ſenatuſcõ. loquitur de petitione non danda contra mulierẽ. Diſtingue. aut creditor recepit Titium in fraudem ſenatuſcõ. vt ipſa non intercederet: & hoc ſciuit, aut ignorauit. Primo caſu obſtat creditori excep. ſecundo non: niſi Titius ſciuiſſet, quo caſu nõ aget Titius mand. con- D tra mulierem obſtante Vell. & Titius creditori erit obligatus. ſecus ſi Titius ignoraſſet. {SI MVLIER.} Mulier pro Titio interceſsit animo nouandi & liberandi eum: creditor volẽs agere reſtitutoria aduerſus Titium, obtulit ſe mulier, dicens ſe paratã ſubire iudiciũ: neque velle opponere Vell. an ſit audienda? Et dicitur quòd ſic: & cauebit ſe non vſuram excep. Vell. {INTERCEDERE.} Si pro alieno ſeruo intercedat mulier, qui ciuiliter obligari non poteſt: an iuuetur? Dicitur quòd ſic, ſed in dominum, &c. vt in litera. Viuianus.

*Flo. Paulus. ſi mulier.

e *Decipiendi animo.* forte induit ſe veſte virili. Accur.

f *In dolum.* i. propter dolum. & ex hoc collige quòd creditor putabat eam teneri. aliàs non videretur deceptus: vt j. de re. iu. nemo videtur. & j. de ac. emp. l. j. in fi. & eſt exemplum. ſ. ſi mulier in iure. & j. l. fi. §. antepe.

g *Non excludit.* vt ſ. e. l. j. §. verba. & l. ſi mulier in iure. & C. eo. l. ſi ſine. §. fi. & l. fœmina. Accurſius.

h *Procurator.* ſcilicet mulieris.

i *Adiuuatur.* ſi creditor ſciuit: alioquin non iuuatur: vt ſ. e. ſi fideiuſſores. & j. eo. l. fi. §. antep. & facit ſ. eo ſi mulier contra ſenatuſc §. fin. & l. tutor. in fi. aliàs non adiuuetur ſ. procurator per Velleianum.

k *Actio intercidat.* ſubaudi, niſi per Velleianũ intercideretur.

l S*I mulier repetere.* ab eo cui ſoluit. Accurſius.

m *Agere.* contra eum pro quo fideiuſſerat.

n *Cauere.* forte non poterit probari mulierem ſoluiſſe.

o *Audienda eſt.* & ſic in procuratore qui exceptionem in ſua

p *Hereditatem.* ſibi delatam. Accurſius.

q *Alicuius.* mortui.

r *Vix.* i. nullo modo. ſic ſupra eo. l. tutor. in prin.

s *Id conceptum ſit.* vt adeat mulier.

t *Mulier.* vt ſupra de mino. l. ſi apud.

v *Etiam.* q. d. non ſolum rem.

x *Liberos.* id eſt tanquam non obligatos.

y *Aeſtimetur.* ſcilicet damnum. Accurſius.

Melioris

a *Melioris conditonis.* No. regulam: vt j. de reg. iu. l. in his. §. nō debeo. & C. eo. ſi ſciens. & ſ. de rei vind. l. redemptores. §. j.
b *Item ſimiliter.* ſcilicet interceſſura.
c *Referret.* i. accepto ferret. Vel dic id eſt compenſaret.
d *Sed replicabitur.* immo videtur ꝙ nō replicet: vt C. eo. l. ſenatus. in fi. quod eſt cō tra. Sed ibi nec marit⁹ emit, nec alium interpoſuit: ſed mulier ipſa emptorē inuenit. Item contra ſ. eo. l. quāuis. §. interdū. & §. plane. Sed ibi voluit delegare: hic intercedere, quare ſecus ſi deinde.

A eorū opinio, qui petitionē dandā ei putant, & aduerſus bonæ fidei emptorē: ne melioris conditionis[a] emptor ſit, quàm fuerit venditor.

Si mulier vendiderit fundum pro alio: iuuatur Velleiano. Bart.

Item ſi mulier[b] creditori viri fundum vendidit & tradidit ea conditione, vt emptor acceptā pecuniam viro referret[c], & hunc fundū vindicat: exceptio quidē opponitur ei de re empta & tradita: ſed replicabitur[d] à muliere, *Aut ſi ea venditio contra ſenatuſconſultum facta ſit.*[e] & hoc procedit ſiue ipſe creditor emerit, ſiue interpoſuerit aliū, quo[f] mulier ea ratione careat re ſua. Idē eſt et ſi non pro viro, ſed pro alio debitore[g] rem ſuā tradidit[h].

B

Si alius mandato mulieris intercedit: exceptioni Velleiani eſt locus, ſi creditor hoc ſciuerit: aliàs ſecus. Bartolus.

Si mulier ne ipſa intercederet, alij mādarit vt id faceret, an in huius perſona locus huic ſenatuſcōſulto ſit, qui rogatu mulieris id faceret? totus[i] enim ſermo ſenatuſconſulti ad petitionē nō dādam aduerſus ipſam mulierem ſpectat. Et puto rem ita eſſe diſtinguendam, vt ſi quidē creditor cui me obligaui, mandante muliere hoc in fraudem ſenatuſconſulti egiſſet, ne ipſa interueniret contra ſenatuſconſultum, daret autem alium: excludendum[k] eum exceptione fraudis ſenatuſconſulto factæ. Si vero is ignoraſſet, ego autē ſciſſem: tunc mandati me agentem cum muliere, excludendum eſſe: me autem creditori teneri.

C

Si mulier in iudicio exceptioni Velleia. renuntiat: Velleiano non iuuatur. Bart.

Si mulier pro eo pro quo interceſſerit, iudiciū parata ſit accipere, vt non in veterem debitorem actio detur, quoniā ſenatuſconſulti exceptionē opponere poteſt: cauere debebit exceptione ſe non vſurā,[l] & ſic ad iudicem ire. Intercedere mulierem intelligendum eſt etiā pro eo qui obligari non poſſit[m]: veluti ſi pro ſeruo alieno intercedit. ſed reſciſſa interceſsione, in dominum reſtituenda eſt actio.

D

e *Facta ſit.* ſubaudi recte exciperes tu emptor: ſed quia eſt facta contra ſenatuſconſul. Velleia. non recte excipis. Accur.
f *Quo.* pro vt. Accur.
g *Debitore.* alicuius.
h *Tradidit.* nō animo donandi. aliàs contra ſ. e. ſed ſi ego. & l. ſeq.
i *Totus.* videtur ꝙ nō poteſt. totus enim &c.
k *Excludēdum.* quid ſi ego mādatarius neſciui ꝙ faceret ad hoc vt alienā obligationē in ſe ſuſciperet? Reſp. forte nō iuuatur mulier: ar. ſ. eo. ſi fideiuſſores. Vel quid ſi putabā ipſam poſſe intercedere?
l *Non vſuram.* Not. ꝙ poteſt renuntiari huic ſena. con. vt hic, & C. quādo mu. tu. of. fun. poteſt. l. fi. & in aut. vt ma. debi. &c. § quia vero. col. v. ſecus in Mac. vt dixi ſ. ad Maced. tametſi. & hoc accipe ſi eſt certiorata de beneficio ſibi cōpetenti. aliàs nō: vt ſ. de trāſac. l. cum Aquiliana. Sed ſi renuntiat, nūquid ſemper præſumitur certiorata? Arg. ꝙ ſic inſt. de fideiuſ. §. ſi. & de inuti. ſtip. §. ſi ſcriptum. Sed quid præſumemus in dubio? Dicere poteſt, ꝙ cum ignoret leges, (quod ei permittitur: vt C. de iu. & fac. ign. l. fin.) quòd reſignatio non valeat, ſecundum Iaco. Sed forte hic ſecus, cum non ſit hoc beneficiū reſtringendum: vt argu. j. de li. & poſt. cum quidam.
m *Obligari non poſſit.* ſ. ciuiliter: vt ſubiicit, & j. de re. iu. l. in perſonā ſeruilē. ſed naturaliter ſic. aliàs fideiuſſor accedere non poſſet: vt j. de reg. iur. l. cū principalis. & facit ſ. eo. ſed ſi pro alieno.

Velleiano mulier renuntiare poteſt.

DE COMPENSATIONIBVS.

Quia in creditis principalibus & acceſſoriis de quibus eſt dictū, obijcitur compenſatio: ideo de ea ponit. Vel, dixit de exceptione Velleiani: nunc de ea quæ fit per compenſationem.

COmpenſatio.} CASVS. Debebas mihi x. ego tibi alia x. ſi petas à me, obiiciam tibi compenſationem: quæ neceſſaria eſt: quia magis intereſt nō ſoluere, quàm repetere ſolutum.
n *Debiti.* ab vtraque parte. Accur.
o *Interſit.* ſcilicet contrahentes.

DE COMPENSATIONIBUS.

TITVLVS II.

B I. MODESTINVS libro ſexto Pandectarum.

COmpenſatio eſt debiti[n] & crediti inter ſe[o] contributio.

II. IVLIANVS libro nonageſimo Digeſtorum.

VNuſquiſq; creditorem ſuū eundemq; debitorem petentem ſummouet, ſi paratus eſt compenſare.[p]

III. POMPONIVS libro viceſimoquinto ad Sabinum.

IDeo compenſatio neceſſaria eſt, quia intereſt[q] noſtra potius non ſoluere, quàm ſolutum repetere.

C *Fideiuſſor poteſt compenſare quod debetur reo principali, & ſibi. hoc dicit cum l. ſeq. Bartolus.*

IIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

VErū eſt (quod & Neratio placebat, & Pōponius ait) ipſo iure eo minus fideiuſſorem[r] ex omni contractu debere, quod ex cōpēſatione re⁹ retinere poteſt. Sicut enim cū totū peto à reo, male peto:[s] ita et fideiuſſor nō tenetur ipſo iure in maiorem quātitatem, q̃ reus condemnari poteſt.[t]

V. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

D SI quid à fideiuſſore petetur, æquiſsimum eſt eligere fideiuſſorē,[u] quod ipſi, an quod reo debetur, compenſare malit. Sed & ſi vtrūque velit compenſare, audiendus eſt.

VI. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

A p VNuſquiſque. *Compenſare.* tātum quantum debet. Sed fallit hæc lex in caſibus: vt dices infra eo. l. ob negotiū. Accurſius.
q IDeo intereſt. propter laborē: & expenſas quæ fiūt in iudiciis: & propter morā iudiciorum: vt ſ. de pec. quod debetur. Et ſic eſt bona ratio, vt hic, & infra de fideiuſ. l. ſi ſtipulatus eſſes. in fin. j. reſpon. Accurſius.

VErum.} CASVS. Debebas mihi x. alia. x. debebam tibi. petij à te fideiuſſorē: & non oppoſita compen. dediſti mihi fideiu. tāto minus tenetur fideiuſ. quantū tu potes retinere per compenſationē. Viuianus.
r *Fideiuſſorem.* ſ. acceptum poſtquam reus potuit compenſare.
s *Male peto.* quia per exceptionē repellor: vt ſ. quando dies vſuſfruc. leg. ce. l. j. in fi. vnde patet quòd ipſo iure non fit compēſatio: vt dices infra. l. proxi. Circa fideiuſſorem tamen diſtingue hic, cū fideiuſſor eſt accept⁹: aut poſtquam compēſare reus potuit, aut ante. Si poſt: aut in certam ſummā, aut ita fideiubes pro illo quod ille debet? In primo caſu tenetur: ſed obiicit compenſationem: vt infra de fideiuſ. ſi ſtipulatus. quæ eſt contra. In ſecundo ipſo iure nō tenetur, vt hic in eo quod obiicitur cōpenſatio à reo: quia verba cū effectu ſunt accipienda: argu. j. de verb. ſigni. ſi debitor. & l. creditores. & de verb. oblig. l. eum qui. §. quotiens. ibi verum dies, &c. & ſupra ne quis eum qui in ius. vo. vi exi. l. ſi per §. docere. & infra de iur. do. ſi ego Seiæ, &c. Si autem antequam reus compenſare potuerit, acceptus ſit fideiuſſor, tenetur in ſolidū, ſed exceptionem compenſationis habet: vt C. de except. l. defenſiones. & de fidu. tu. l. j. Accurſius.
t *Condemnari poteſt.* oppoſita compenſatione a reo.

SI quid.} CASVS. Debebas mihi x. & ego tibi alia x. habui fideiuſſorem cui ſimiliter ego tenebar: an fideiuſſor poſsit eligere, velit compenſare debitum ſuum, an rei ſcilicet tui? Et reſpond. quòd ſic. & hoc in prima. Sed & ſi velit vtrumque compenſare: an ſit audiendus? Reſpond. quòd ſic. & hoc intellige vſque ad concurrentem quantitatem. hoc in ſecunda. Viuianus.
v *Eligere fideiuſſorē.* Fideiuſſor debitū ſuū & rei cōpenſat: vt hic: ſicut pater filij, & ecōtra, ſcilicet filius cōuentus id quod debetur patri, cōpenſare poteſt. Itē dominus ſerui: vt j. e. l. ſi cū filio. & procurator in rē ſuā in tribus caſibus: vt j. eo. l. in rē. §. creditor. Itē ſocius: vt j. de duo. re. ſi duo. aliàs alienum debitum

debitum nemo compenſat:vt C.eo.eius.& infra eo.l.in rem. §.creditor. Item nunquid compenſatio valet ipſo iure? quidam quòd ſic: adeo vt hominis factum non ſit neceſſarium. arg.pro eis inſti.de act.§.in bonæ fi.& arg.C.eo.l.fi.in princ. Tu dicas in delictis fieri ipſo iure: vt dices infra eo.ſi ambo. Item quo ad impediẽdum curſum vſurarũ: vt infra eo. cum alter. Cũ enim ipſæ debeantur pro mora, non eſt in mora qui habet exceptionem, vt ſupra ſi cert. pet. l. lecta. alias autem non ipſo iure, ſed demũ oppoſita ab homine. & ad hoc eſt infra eo. quod Labeo. nam ſi ius compenſaret, nõ eſſet in hominis poteſtate:quod ibi dicit. Item pro hoc eſt quod hic dicit, & ſ. l. proxi. & quod dicitur fieri ipſo iure, quãdoque ſup. ſi opponatur ab homine.

Etiam.} Casvs. Filiusf. tenetur patri:& ita naturaliter.& ſi poſtea emancipatus fuerit: & pater in alia manu teneatur ei in aliis: an naturaliter debitum cõpenſare poſſit, quæritur. Et dicitur quòd ſic. Viuia.

a Venit. infra e. quæcunque.contra. Sol.vt ibi.Accurſius.

Quod in diem.} Casvs. Si tenearis mihi in x. debitis in diem: & ego tibi in x. pure: ſi petas,non obſtabit tibi compen.antequam dies veniat.licet ſtatim debeatur: peti tamẽ non poteſt. {Si rationem.} Tenebaris mihi in. x. & ego tibi in. x. petij: neque oppoſuiſti cõpenſationem:) imò oppoſita fuit: quod eſt verius,ſed non reprobata: aliter non faceret mentionem de except. rei iud.) & mihi condemnatus es. an tuorum.x. remaneat tibi compen. integra, quæritur. Et reſpon. quòd ſic,neque ob.tibi except. rei iudi. hoc in prima. Si vero oppoſuiſti, & iudex eam non admiſit,ſed pronunciauit quòd non fieret, tibi petenti obſtabit rei iud. exce. hoc in ſecunda.

Etiam quod natura debetur, venit [a] in compenſationem.

De debito in diem poteſt obijci compenſatio,licet ante diem peti non poſſit. Pau.

VII. Idem libro viceſimooctauo ad Edictum.

Qvod in diẽ debetur, nõ cõpenſabitur [b] antequã dies veniat, quanquam dari oporteat.[c]

Sententia lata ſuper principali, non præiudicat in incidenti quod poteſt per ſe ſtare. Item ei qui ſuccumbit in exceptione, opponitur exceptio rei iudi. ſi illud idem in modum actionis intentat.quod multum not.Bart.

B

Si rationem* compenſationis iudex non habuerit, ſalua manet petitio. Nec enim rei iudicatæ exceptio obijci poteſt.[d] Aliud dicam ſi reprobauit pẽſationem,[e] quaſi non exiſtente debito. tunc enim rei iudicatæ mihi nocebit exemptio.

Debitum litigioſum poteſt in compẽſationem deduci.Bartolus.

VIII. Gaivs libro nono ad Edictum Prouinciale.

In compenſationem etiã id deducitur, quo nomine cum actore lis conteſtata eſt: ne diligentior quiſq; deterioris [f] conditionis habeatur, ſi compenſatio ei denegetur.

C

Illud quod peti poterat cum adiectione de peculio, deducitur in compenſationem. hoc dicit ſecundum glo. Bartolus.

IX. Pavlvs libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

Si cum filiofamilias aut ſeruo cõtracta ſit ſocietas,& agat dominus vel pater,ſolidum per compenſationem [g] ſeruamus:[h] quanuis ſi ageremus, duntaxat de peculio præſtaretur.

Filius poteſt obiicere compenſationem de eo quod debetur patri,ſi de rato cauet. Bartolus.

Sed ſi cum filiofamilias agatur: an quæ patri debeãtur, filius compenſare poſſit, quæritur. Et magis eſt admittendũ:quia vnus contractus [i] eſt:ſed cum conditione, [k] vt caueat patrem ſuum ratum habiturum, id eſt, non exacturum quod is compenſauerit.

Negligentiæ ad negligentiam admittitur compenſatio. Item debita ex paribus cauſis compenſantur.Bartolus.

X. Vlpianvs libro ſexageſimo tertio ad Edictum.

Si ambo ſocij parem negligentiã[l] ſocietati adhibuimus,dicendũ eſt deſinere nos inuicẽ eſſe obligatos, ipſo iure cõpenſatione negligẽtiæ facta. Simili modo probatur,ſi alter ex re communi aliquid percepit,alter tantam negligentiam exhibuerit,quæ eadẽ quantitate exiſtimatur,cõpenſationem factam videri, & ipſo iure[m] inuicem liberationem. Si quis igitur compenſare potens ſoluerit,condicere poterit[n] quaſi indebito ſoluto.

Debitum ex delicto compenſatur.Bart.

Quoties ex maleficio oritur actio, vtputa ex cauſa furtiua, [o] ceterorũq; [p] maleficiorũ: ſi de ea pecuniarie agitur,

A Sed quid ſi agam cũ filio,& patri tenear:an filius poſſit obijcere compen? Reſpon.quòd ſic:ita tamen quòd filius caueat patrem ratum habiturum, id eſt, non exacturum quod filius compenſauit.& hoc in ſecunda. Viuianus.

g *Per compenſationem.* etiam ſi ex maleficio actor conueniat patrem:vt infra rerum amo.l.& ideo. licet ſequens.§.huius. l. contradicere videatur. dicit enim quod vnus eſt contractus: ſed illa non eſt bona ratio, ſecundum Io.Et no.ſeruari iure exceptionis, quod non poteſt peti: vt infra de contrahen. emp. ſi in emptione.§. item ſi emptor. & ſ. ſi cert.pe.l.cum fundus. §.ſeruum. *Seruari poteſt,quod iure peti non poteſt.*

h *Seruamus.* nos qui fuimus ſocij filij vel ſerui.

i *Cõtractus.*mala ratio: ſed ſupple,maxime.

k *Conditione.* ſ.iſta.

Si ambo.} Casvs. Duo ſocij parẽ negligentiam habuerũt in ſocietate: quia forte per negligẽtiam vnius damnificata eſt ſocietas in x. ex negligẽtia alterius in alia x.an hincinde debeat fieri cõpen? Dicitur quòd ſic. & hoc in prima. Sed quid ſi vnus ex ſocietate recepit.x. alius damnificat in aliis x. per negligentiam: an hincinde poſſit fieri compenſ? Dicitur ꝙ ſic. & hoc in ſecunda. Sed quid ſi ille qui potuit compẽſare, ſoluit: an poſſit repetere? Dicitur quòd ſic per cõdic. indeb. hoc in tertia. {Quotiens.} Tenebaris mihi in x. ex cauſa furti: quia rẽ meam ſurripuiſti: ex alia cauſa tenebar tibi in aliis x. an hincinde locum habeat cõpen? Dicitur quòd ſic. hoc in prima. Idem in condictione furtiua,& nõ *Ex tit.de reb.auth. iud.poſſid.*

in actione furti pecuniariter:vt in primo caſu.hoc in ſecunda. Sed quid ſi ſeruus tuus fecit mihi furtum, ſi conueniam te noxaliter, vel quòd des furem pro noxa,tu velis compen ſare:an ſis audiendus,cum in alia manu ſim debitor? Et reſp. quòd ſic. {In stipvlationibvs.} Domus tua minabatur ruinam ſupra domum meam:& mea ſupra tuam: petij vt caueres mihi,& noluiſti: ſi petas à me quòd tibi cauea, an poſſim obiicere compen. Dicitur quòd ſic. Sed quid ſi hincinde cautum ſit,& damnum hincinde datum ſit, cum agatur ex ſtipulatu: an damnum cum damno poſſit compenſari?Reſpon.quod ſic.Viuianus.

D

b *Non compenſabitur.* vt infra eodem. ſi cum. §. cum intra. Accurſius.

c *Oporteat.* quia ceſsit dies,non tamen venit.

d *Obijci poteſt.* vt hic,& ſupra de nego. geſt. l. ſin autem.§.ſi quocunque modo. & argu.ſupra de his qui no.infa.l.Lucius. Sed argu.contra ſupra de cõdic. inde.l.fi.§.vlt.& C.de fruct. & lit.expen.l.terminato. & C.depo.l.iiij. Solu.illæ in acceſſoriis,quæ non poſſunt durare ſublato principali,vt infra de reg.iur.l.cum principalis.

e *Compenſationem.* id eſt quòd non fiet dixit. quaſi non,&c.

In compenſationẽ.} Casvs.Tenebaris mihi in x.& ego tibi in aliis.x.petij,& litem ſum tecum conteſt. petis à me tua x.& volo ſoluere compenſando:an ſim audiẽdus? Dic quod ſic,alioquin diligentia mea eſſet mihi dãnoſa:quod eſſe non debet.Viuianus.

f *Deterioris.* quod eſſe non debet, vt hic,& infra de reg.iur. non ſolet.immo melioris,vt C.de anna.excep.l.ij.

Si cum.} Casvs. Contraxi cum filiofa. ſocietatẽ, tenetur mihi in x.ex cauſa ſocietatis,& ego ei in aliis x.ſi conueniar à patre, an in ſolidum, an quatenus eſt in peculio,obſta. ſibi compen.excep? Et reſp.quod in ſolidum,licet ſi aliàs agere paratus eſſet, quatenus pateretur pe. & hoc in prima.

l *Parem negligentiam.* id eſt negligentiam quæ par damnum attulit.

m *Ipſo iure.* oppoſita ab homine. Vel dic (quod eſt verius) in maleficiis ipſo iure fieri, ſcilicet à lege, ſicut in vſura, in odium earum: vt negligentia cum negligentia: item dolus cum dolo: vt ſupra de dol. ſi duo. & ꝟ. de except.dolo. apud Celſum.§.Marcellus.& infra ſol.ma.l.viro. Item doli & culpæ, ſi per culpam te læſi in vno: tu me per dolum in alio. ſi autem in eadem re, tunc non. vt ſupra ad leg. Aquil. item ſi. in fi.l.Accurſius.

n *Condicere poterit.* vt hic, & infra de impen. in re. do. fac.l. quod dicitur.§.pe.Si vero tale debitum eſſet quod cõpenſari non poſſet,non datur repetitio: vt ſupra de condi.inde.l.qui inuicem.Accurſius.

o *Ex cauſa furtiua.* id eſt ex furto actio furti Accur.

p *Ceterorumq;.* ex rapina & ex iniuria.Accur.

Locum

compēſatio locum habet.[a] Idem eſt & ſi cōdicatur[b] ex cauſa furtiua. Sed & qui nō xali iudicio conuenitur, cōpēſatione opponere poteſt. In ſtipulationibus quoque, quę inſtar actionū habet, id eſt prætoriis, cōpēſatio locū habet, & ſecūdum Iulianū tam in ipſa ſtipulatione,[c] quā in ex ſtipulatu[d] actione poterit obiici compenſatio.

Quo ad impediēdum curſum vſurarum ſit compenſatio ipſo iure, etiā ſi opponatur ab homine. hoc dicit cum l. ſequen. B

XI. IDEM libro trigeſimoſecundo ad Edictum.

CVm alter alteri pecuniā ſine vſuris, alter vſurariā debet: conſtitutū eſt à diuo Seuero, cōcurrentis[e] apud vtrunque quantitatis[f] vſuras non eſſe præſtandas.

XII. IDEM libro ſexageſimo quarto ad Edictum.

IDem iuris eſt non ſolum in priuatis, verumetiam in cauſa fiſci[g] conſtitutum. Sed & ſi inuicem ſit vſuraria pecunia, diuerſæ tamen ſint vſuræ: compenſatio nihilo minus locū habet eius quod inuicem debetur. C

Vna cauſa non poteſt operari circa diuerſos effectus. h.d. Bart.

XIII. IDEM libro ſexageſimo ſexto ad Edictum.

QVod Labeo ait, nō eſt ſine ratione, vt ſi cui petitioni ſpecialiter deſtinata eſt compenſatio, in ceteris non obiiciatur.[h]

De debito inefficaci propter peremptoriam, nō poteſt obiici cōpenſatio. h.d. Pau.

XIIII. IAVOLENVS libro quinto ex Caſsio.

QVæcūq; per exceptionē perimi poſſunt, in cōpenſationem non veniunt.[i]

Debitum certo loco, poteſt vbique compenſari, habita ratione intereſſe propter locum. Bartolus. D

a *Locum habet.* ipſo iure: vt dixi ſupra proxi. reſp. fallit in caſu in quo nō fit compenſatio: vt C. eo. l. fi. in fi. quæ eſt cōtra. A

b *Condicatur.* cum res interiit. Accurſius.

c *Tam in ipſa ſtipulatione.* vt quia noluit tibi cauere: ideoq́ue miſſus fuiſti in poſſeſsionem. ſi eadē domus in aliā domum quæ mihi remāſit, minatur ruinā, nō poſsū petere caueri: vt j. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis ſibi ſed aliarū nomine poteſt: vt in e. ti. l. damni. §. ſi vicinas. nā in quo deliquit &c.

d *Stipulatu.* ſi hincinde eſt cōmiſſa. Accur.

CVm alter.} CASVS. Tenebar tibi in x. & tu mihi in xx. ſed ſub vſuris admiſſa cōpenſatione debiti cōcurrētis, præſtabis tantū de x. vſuras iſtud habet locū nō ſolū in priuatis, ſed etiā in fiſco. hoc in l. ſequen. {SED ET SI} Si vtrūque debitum erat diuerſarū vſurarū: puta erat vna in quatuor, alia in vj. vſq; ad concurrentem ſortis quātitatē admittetur cōpēſatio in vſuris. x. an ſi velim petere. x. ex alia cauſa, poſſis adhuc obiicere mihi cōpēſationē in illis x. quæ prius cōpenſauimus? Dicitur quod nō.

e *Concurrentis.* vt hic, & j. l. proxi. & C. eo. ſi conſtat. & l. etiam ſi fideicommiſſum.

f *Quantitatis.* ſortis.

g *IDem. Fiſci.* ſi ex eadē ſtatione ſit debitum: vt C. eod. l. j.

QVod.} CASVS. Tenebaris mihi in x. ex cauſa vēditionis: in aliis. x. ex cauſa locationis: & ego tibi in x. ex cauſa mutui. ſi petam x. ex cauſa vēditionis, & admittatur cōpenſatio: an ſi velim adhuc petere x. ex cauſa alia, poſsis mihi obiicere cōpenſationem in aliis. x. quæ prius compenſauimus? Dicitur quòd non.

h *Non obiiciatur.* ſic & j. rem rat. ha. procurator. j. reſp. ar. contra. ſ. de inoffic. teſt. Papi. §. ſed nec impuberis.

QVæcunque.} CASVS. Debes mihi x. ſi feci tibi pactū de non petendo. & ego tibi alia x. debebam: ſi petas, an poſsim obiicere compenſationem; Dicitur quòd non: quia x. cum effectu non debentur. Viuianus.

i *Non veniunt.* Sed naturale debitum non petitur: & ſic non videtur venire in compenſa. vt hic. Sed contra ſupra eod. l. etiam Solut. naturale debitum defectu actionis non petitur: non autem vi exceptionis perimitur. Quid ergo ſi verus debitor abſolutus à me. x. petat: an opponam compēſationem? Videtur quòd non, per hanc l. Sed contra ſupra de cond. inde. l. Iulianus. ſed ibi de compenſatione nil dicit. Item contra ſupra eod. etiam. Solu. ibi ſimplex naturale debitum erat: hic tantum ciuile. & ita cum non ſit ibi actio: nec ergo exceptio. Item contra infra rem ra. hab. l. procurator. §. j. Solu. ibi prodeſt alij, quod vero debitori non prodeſt ſic C. de iur. do. fin. in prin. datur ergo ei vt damnum euitet quod habet per me: vt infra de ſolut. Modeſtinus. Item quod hincinde petitur vel compenſatur, ex vno fonte eſt. Item ibi de damno vitando certat: hic de lucro. Accurſius.

XV. IDEM libro ſecundo Epiſtularum.

PEcuniā certo loco à Titio dari ſtipulatus ſum. is petit à me quam ei debeo pecuniā. Quero, an hoc quoq; penſandum ſit, quāti mea interfuit certo loco dari?[k] Reſpōdit: ſi Titius petit, eā quoq; pecuniā quā certo loco promiſit, in compenſationē deduci oportet: ſed cum ſua cauſa, id eſt, vt ratio habeatur quanti Titij[l] interfuerit eo loco quo conuenerit, pecuniam datuiri.* B

Non poteſt vni heredum cōpenſatio opponi de eo quod ad alterū peruenit. Bart.

XVI. PAPINIANVS libro tertio Quæſtionum.

SI cū * militi caſtrenſium bonorū alius, ceterorū alius heres extitit, & debitor alteri heredū obligatus velit * cōpenſare quod ab alio debetur: non audietur.[m]

Dies qui miſeratiōis cauſa adiicitur ſolutioni: cōpenſationem non impedit. Bart.

Cum intra diē[n] † ad iudicati executionem datum, iudicatus Titio agit cū eodē Titio, qui & ipſe pridē illi iudicatus eſt: compenſatio admittetur. Aliud eſt enim diē obligationis nō veniſſe[o] aliud humanitatis gratia tēpus indulgeri ſolutionis.[p] C

Pœna delicti cōmiſſi in annona, ex cauſa annonæ poteſt compenſari. Bartolus.

XVII. IDEM libro primo Reſponſorum.

IDeo cōdemnatus, quòd arctiorē annonam ædilitatis[q] † tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor non videbitur:[r] & ideo cōpenſationem habebit.

Debito ceſſo poteſt quis obiicere cōpenſationem, ſecus ſi nō ſit ceſſum: licet alius creditor velit. Bartolus.

XVIII. IDEM libro tertio Reſponſorum. D

PEcuniam.} CASVS. Debebas mihi duo Bononiæ, & ego tibi Mutinæ. viij. ſed bene intereat tua in duobus potius ſolui mihi Mutinæ quam Bono. an illa duo veniant in compenſationem? Dicitur quòd ſic. Viuianus.

k *Dari.* cuius intereſſe ratio habetur: vt ſupra de eo quod cer. lo. l. ij. §. nunc de officio.

l *Titi.* id eſt mea, ſcilicet ſtipulantis à Titio: & ſic mutat perſonas. ADDITIO. Vulgares editiones habent tua quò ſpectat gloſſema. ſed nos, quāti Titij, emendauimus ex Pād. Flo. fide.

SI cum militi.} CASVS. Miles habēs bona caſtrenſia & paganica, Titium in bonis caſtrenſibus, in bonis paganicis Seiū inſtituit heredem. Titius conuenit debitorē caſtrēſium bonorum: cui tenebatur. heres ſcilicet Seius paganicorū bonorum vult opponere compenſationem, an poſsit, quæritur. Et dicitur quod nō: quia bona ſeparata ſunt. {CVM INTRA.} Petebas à me. x. & condemnatus ſum. cœpiſti alia mihi debere poſtea. x. & cū currit tēpus ſemeſtre, petij illa. x. condemnatus mihi fuiſti, ſi petas vt exequatur ſententia: an poſsim obiicere compenſationē? Dicitur quòd ſic. Videbatur quòd nō: quia non exceſſerat tēpus ſentētiæ quadrimeſtre ſicut in prima. ſecus tamen eſt. Aliud eſt q.d. aliud eſt debitū quod in diē debebatur: nec compenſetur niſi veniente: & aliud quod debebatur pure: ſed ſolutio eius de benignitate differtur per tempus quadrimeſtre, quo caſu locum habet cōpenſatio: vt ſupra eo. l. quod in diem.

m *Non audietur.* quia duæ ſunt hereditates: vt j. de mili. teſta. l. ſi certa. §. j. Et ſic not. quòd non compenſatur alteri debitum: vt j. eo. in rem. & §. j. & C. eo. l. eius. Sed quid ſi debeo tibi. x. & ſoluo ea cuidam tuo creditori cui tantundem debes: nunquid ſublata eſt mea obligatio? Argu. quòd ſic, ſupra de pig. act. ſolutum. §. ſolutam. Accur.

n *Cum intra diem.* puta quatuor menſium: vt Cod. de vſu. rei iud. l. ij.

o *Non veniſſe.* quia tunc ante diem non compenſatur: vt ſ. quod in diem.

p *Solutionis.* nam tunc cōpenſatur: vt hic, & C. eo. l. ex cauſa. & j. de re. iudi. l. intra dies. Accurſius.

IDeo condemnatus.} CASVS. Statutum erat Bono. quòd frumentum non vēderetur niſi ad. xx. ſi aliquis plus vēdidit, & ita cōdemnatus eſt fiſco. in c. ſi fiſcus illa. c. debeat, an poſſit compenſare? Dicitur quòd ſic. Viuianus.

q *Edulitatis.* id eſt famis. ſic exponitur ideo, quia plus edunt homines in eo tēpore quā in alio. Vel melius, edulitatis ſcilicet neceſſariæ, id eſt ieiunis, quib' neceſſariū eſt comedere.

r *Non videbitur.* tunc enim non obiiciet: vt dices infra eod. negotium. quæ eſt contra. Sol. vt ibi. Accurſius.

In rem.

IN rem ſuam procurator datus, poſt litis conteſtationem[a] ſi vice mutua conueniatur, æquitate compenſationis vtetur.[b]

Creditor compēſare non cogitur quod alij quàm debitori ſuo debet: [c] quamuis creditor eius [d] pro eo qui conuenitur ob debitū proprium, velit compenſare.

De eo quod poteſt peti actione de peculio: poteſt obijci compenſatio. Bartolus.

XIX. IDEM libro vndecimo Reſponſorum.

DEbitor pecuniā publicam ſeruo publico[e] citra voluntatē eorum ſoluit, quibus debitū rectè ſolui potuit. obligatio priſtina manebit: ſed dabitur ei cōpenſatio peculij fini* quod ſeruus publicus habebit.

Debitum ex cauſa victuali non compenſatur. Bartolus.

XX. IDEM libro decimotertio Reſponſorum.

OB negotium copiarū [f] expeditionis tempore mandatum, curatorem condemnatum, pecuniam iure compenſationis retinere nō placuit: quoniam ea non compenſantur.

Procurator qui obiicit compenſationē, non debet timere debitum. Bartolus.

XXI. PAVLVS libro primo Quæſtionum.

POſteaquā placuit inter omnes,[g] id quod inuicē debetur, ipſo iure compenſari: ſi procurator abſentis conueniatur, [h] non debebit de rato cauere: [i] quia nihil compenſat, ſed ab initio minus ab eo petitur.

De debito alternatiuo nō poteſt opponi cōpenſatio, niſi quantitas obligetur. Bart.

XXII. SCAEVOLA libro ſecundo Quæſtionum.

SI debeas decem millia, aut hominem, vtrū aduerſarius volet: ita cōpenſa-
B tio hui9 debiti admittitur,[k] ſi aduerſarius [l] palam dixiſſet vtrum [m] voluiſſet.

Nomine alterius non poteſt obijci compenſatio de eo quod ipſe debet. Bart.

XXIII. PAVLVS libro nono Reſponſorum.

ID quod pupillorum nomine debetur, ſi tutor petat: non poſſe compēſationem obiici eius pecuniæ, quam ipſe tutor ſuo nomine aduerſario debet.

Contra fiſcum obijcitur compenſatio, ſicut contra priuatum. Bart.

XXIIII. IDEM libro tertio Decretorum.

IVſsit imperator audiri
C adprobantem [n] ſibi à fiſco deberi,[o] [in] quod ipſe [p] conuenitur.[q]

DEPOSITI † VEL contra.

TITVLVS III.

Qui rem deponit, abdicat à ſe. Pau. de Caſtro.

I. VLPIANVS libro trigenſimo ad Edictum.

IN rem.} CASVS. Debebas mihi. x. ceſsi Titio ius meum: & Titius tenebatur mihi in x. ſi Titius agat iure ceſſo, & econuerſo conueniatur: an ſit locus compenſationi? Dicitur quòd ſic, ſi lis erat conte. {CREDITOR.} Debebas mihi x. & ego Titio x. cum peterem à te x. & non eſſes ſoluendo, rogaſti Titium quòd compenſaret ſua x. cū illis quæ mihi debebas. an compellendus ſim compenſare, quæritur. Et reſpon. quòd non. Viuia.

a *Poſt litis conteſtationem.* vel acceptionem partis debiti, vel denuntiationem: vt C. de nouat. l. iij. ante enim reuocari poteſt procurator, poſtea non.

b *Vtetur.* immo contra: vt infra. eod. poſtquam. Sol. vt ibi.

c *Debet.* vt ſupra eo. ſi cum j. reſp. Accur.

d *Eius.* ſcilicet creditoris, q. d. licet veniat aliquis qui ſit creditor huius creditoris, & amore debitoris qui cōuenitur, velit remittere vt ſibi remittatur.

DEbitor.} CASVS. Debebam x. fiſco: ſolui ſeruo publico contra voluntatem eorū qui adminiſtrabant rempublicam. ſi illi adminiſtratores petant à me, an poſsim obiicere compēſationem? Reſpond. quòd ſic, quatenus eſt in peculio ſerui publici. Viuianus.

e *Seruo publico.* vel dic tabellioni: vel dic cuidam ſeruo, qui domino non præiudicat, ſicut nec filiusfamil. vt Cod. de pact. l. filius. Accurſius.

OB negotium.} CASVS. Princeps præpoſuit quendā exercitui. puta ducem: ille mandauit alicui qui curator conſueuit nuncupari, vt omnem copiam rerum exercitui ſubminiſtraret. ſi fraudem cōmittat, quia forte illa in ſuum vſum conuertit, & condemnetur fiſco, & fiſcus in tantundem teneatur: an poſsit obiicere compenſationem, quæritur. Et dicitur quòd non. Viuianus.

f *Copiarum.* negotium copiarum dicitur, cum ille qui præeſt exercitui, mandat alij vt omnem copiam rerum exercitui miniſtret quod ſi non fecit, mandati conuenitur: in qua non compenſat: vt hic. Sed contra ſupra eo. ideo. Sol. hic conuertit in ſuum vſum: ibi non. Et not. hic caſus in quibus eſt hinc
D inde debitum, & non fit compenſatio. Primus, vt hic ratione odij. Item eadem ratione, vt cum quis perperam alienam poſſeſsionem occupauit: vt Cod. eod. l. fin. in fi. Item eadem ratione depoſitarius propter ſuam perfidiam non compenſat: vt inſtitu. de actio. §. in bo. fi. Item ratione incertitudinis: vt ſi alter debitum negat: vt Cod. eod. l. fin. §. penul. Item propter fauorem: vt in republica, ſi quid ei deberetur ex Kalendario, vel ex vectigalibus, vel ratione frumenti, vel hordei, vel tributi alimentorum, vel ratione ſtatutorum ſumptuum, vt C. eod. l. in ea. aliàs obiicitur etiam reipublicæ compenſatio ſi debitum eſt liquidum: aliàs intra duos menſes probatur, vt infra de iure. fiſc. l. aufertur. §. qui compenſationem. Item ceſſat, ſi ſpecies hincinde vel ab altera parte debentur, vt ſupra de pign. actio. l. ſi conuenerit. & de condict. inde. ſi non ſortem. §. ſi centum. & de pec. ſi creditor. §. j. infra de impen. in re do. fac. quod dicitur. nec ob. Cod. eo. l. fin. in princ. quia in reali opponitur compenſatio quando ad æſtimationem venitur, non prius. Sed quid ſi hincinde in genere ſit debitum vt homo? Reſpon. fit compenſatio: arg. ſupra ſi pars here. pen. l. j. §. item ſi cum me. & de her. inſtit. qui non militabat. j. reſpon. & de leg. ij. vnum ex. §. ſed ſi vno. & ad Treb.

A deducta. §. nūmis. ibi, cū aūt, &c. Accur. ADDITIO. Tu dic, negotium copiarū, id eſt commeatus, ſiue annonæ exercitui neceſſariæ. Galli munitiones vocant. Duar. I. diſput. ca. 25.

POſtea.} CASVS. Debebas mihi x. & ego tibi x. compenſamus. poſtea vocaui te ad ius: & conſtitui procuratorē, & petij à te quòd compenſaui prius. procurator volebat cōpenſare. quæritur, an poſſit? Reſpon. quòd nō: quia iam facta erat cōpenſatio. vnde non eſt neceſſe vt caueat me ratam habere compenſationē: quia non compenſat, ſed eo minus poteſt petere quod inter nos compenſatum eſt. Viuia.

g *Inter omnes.* ſcilicet contrahentes. Accur.

h *Conueniatur.* pro eo ſcilicet quod iam dominus compēſauerat.

i *Cauere.* nomine cōpenſationis quam faciat: quia iam erat facta, vt ſubiicit. Et ſic non ob. s. eo. l. in rem. j. reſp. nec quod eſt ſupra de procu. Pomponius. §. ſed & is. Alij qui dicunt compenſationem fieri ipſo iure, plane legunt hanc legem totam: & dicunt inter omnes ſcilicet ſapientes. & iſta planior & verior. Accur.

SI debeas.} CASVS. Debebam tibi Stichum, aut x. & tu mihi x. ſi vis compenſare x. an dandus eſt Stichus? Reſpond. quòd non. nam quantum ad ſpeciem nulla eſt compēſatio: nec in quantitate in caſu iſto, niſi prius electa quātitate. Viuianus.

† *Depoſiti elegans locus apud Cicer. lib. 3. Offic. circa fin.*

k *Admittitur.* vt ſi quantitatem eligat, fiat compenſatio. aliàs non.

l *Aduerſarius.* ſcilicet ſtipulator.

m *Vtrum.* id eſt quod eorum vellet, vel x. vel hominem.

ID quod.} CASVS. Debeo pupillo. x. tutor eius debet mihi. x. volo compenſare decē quæ debet mihi tutor: an ſim audiendus, quæritur. Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

IVſsit.} CASVS. habitus eſt ſupra eo. l. idem.

n *Adprobantem.* id eſt, probantem priuatum aliquem.

o *Deberi.* vnde compenſatione vult vti.

p *Quod ipſe.* ſcilicet qui debet.

q *Conuenitur.* ſcilicet à fiſco. & facit s. eo. l. idem.

D DEPOSITI VEL CONTRA.

Inter alios contractus ponit de hoc qui fit gratia dantis tantum.

DEpoſitum.} CASVS. Primo dicit quid ſit depoſitum. Secundo dicit vnde dicatur, dicens quòd dicitur à de, & pono: & de auget: vt oſtendatur quod is apud quem res depoſita eſt, totam fidē adhibeat ad cuſtodiendam rem quæ depoſita eſt. {PRAETOR.} Si rem meam cum plurima deliberatione apud te depoſui, nullius tamen timoris ſuſpicione: neque reſtituis: teneberis in ſimplum. Si vero propter timorem incendij, &c. eam depoſui, teneberis in duplum, heres tuus in ſimplum, niſi & ipſe dolū adhibuerit, quo caſu tenebitur in duplum. MERITO.} Bene diſtinguit prætor inter rē depoſitam de voluntate, & rem depoſitam de neceſsitate: vt primo caſu condemnetur depoſitarius in ſimplum: ſecundo in duplū. hoc in prima. Ratio autem huius diuerſitatis eſt: quia qui volūtate deponit, eligere poteſt, & deliberare penes quē deponat. vnde contētus debet eſſe ſimplo. qui vero ex neceſſitate, nō poteſt. vnde abūdātior fides exigitur in rebus taliter depoſitis ex neceſsitate ſeu ignorantia. hoc in ſecunda. {QVAE.} Si deponas apud me ſeruū veſtitū, an veſtis ītelligatur

tur depoſita? Dicitur quòd non, hoc in prima. Idem eſt ſi depono equum cum capiſtro: quia equus intelligitur depoſitus, non capiſtrum. {Si vestimenta.} Dedi tibi balneatori veſtimenta mea cuſtodienda: ſi pereant, qua actione tenearis? Diſtinguitur. aut interuenit merces, & tenetur ex conducto, & de dolo & culpa. aut merces non interuenit, & tenetur balneator depoſiti ex dolo. Si verò dedi tibi ſeruum ¦vt eum cuſtodias, & tu eum in piſtrinum conieceris: ad quid mihi teneris? Et diſtinguitur. ſi quidem dedi tibi mercedem vt cuſtodias, habeo aduerſus te actio. ex conducto. Si autem tu mihi mercedem dabas, agam contra te ex locato. Si vero non, quia locaui operas ſerui: tunc ex locato. ſi verò ſerui operas pro cuſtodia compenſabat, tenetur præſcriptis verbis. Si verò depoſitarius aliquid pro operis ſerui recepit, neque de operis quicquam conuenit, erit depoſiti actio ſecundum B quoſdam. immo verius, ſi depoſitarius alimenta præſtitit, ſed operis ſerui non eſt vſus: in prædictis tribus caſibus locati, conducti, præ. ver. venit dolus & culpa: in depoſito tantum dolus. de hoc tamen quod conuenit, inſpiciendum eſt, ſiue redacta fuerit conuentio in ſcriptis, ſiue non. {Si te.} Rogaui te vt rem meam perferres ad Titium cuſtodiēdam. qua actione mihi tenearis? Diſtinguitur: aut recepit, aut non. ſi recepit, aut nomine meo, aut tuo. primo caſu tenetur mihi depoſiti ille depoſitarius. ſecundo caſu ipſe tibi depoſiti. tu vero mandati mihi cedendo ab actione mādati liberaberis. Si non recepit, & tu es rogatus, vt ſi non reciperet, tu ſeruares: teneris mandati. Item rogaui te, vt rem meam ab aliquo reciperes, & cuſtodires, & recepiſti: an depoſiti, an mandati tenearis? Reſpon. quòd mandati: quia is erat primus contractus, hoc in prima. Si vero volente me apud te deponere, iuſſiſti vt apud libertum tuum deponam: an depoſiti tenearis? Diſtinguitur: aut depono tuo nomine, & teneris actione depoſiti. ſi vero tu cuſtodire noluiſti, ſed perſuaſiſti mihi vt apud libertum deponerem, teneris ex conſilio. hoc in ſecūda. Si vero mandaſti mihi vt periculo tuo apud eum deponerē, mandati eſt actio. hoc in tertia. Si vero fideiuſsiſti: teneris, C ſiue dolum commiſit apud quem depoſita eſt, ſiue non, dum tamen eſt apud eum. hoc in quarta. Sed in hoc caſu ſi libertus vel quiuis alius incipit eſſe furioſus, vel forte pupillus fuerit, & ſucceſſorem non habeat. teneberis ei ex fideiuſsione. hoc in quarta. {An.} Si apud pupillum res depoſita fuerit nō tutore auctore: an teneatur, quæritur. Et reſpon. quòd ſic, ſi dolus cōmiſſus ſit à pupillo, vel locupletior factus fuerit. {Si res.} Depoſui apud te vas aliquod integrum: tu mihi vis reddere fractum: an tenearis depoſiti? Dicitur quòd ſic. {Si apud.} Si ſeruus depoſitū ſuſceperit, & dolo cōmiſſo manumittatur: depoſiti non tenetur, licet aliàs de dolo commiſſo in ſeruitute, ſi extra contractum teneatur, ſed agetur ad exhibēdum & in rem. & hoc dicit. {Non tantum.} Depoſitarius ſi non ſoluit, nō tantum tenetur actione doli commiſsi ante lit. conteſt. & ita de præterito dolo, ſed etiam poſt. Idem ſi depoſitam rem ſine dolo amiſeris, & eam receperis poſt lit. conteſt. an nihilo minus tenearis? Et reſpon. quòd ſic. {Idem Neratius.} Si cum deponens ageret, excipiebat depoſitarius quòd rē non reſtitueret, quia non habet eius copiam: ſi tamen ante ſententiam habeat facultatem reſtituendi, & non reſtituat, cōdemnabitur. {Est autem.} Apud te rem depono. ſi eam velim ſtatim repetere, an poſſim quæritur. Et reſpon. quòd ſic: quia dolo facere &c. & hoc in prima. Sed an ſtatim in dolo videatur ſi D non reſtituat? Reſpon. quòd non, cum reſtituendi facultatē non habeat. {Si rem.} Depoſitarius rem depoſitam vendidit: poſtea redemit, licet poſtea intereat res, nihilo minus tenetur propter dolum quem commiſit cum venderet. Text. abinde clarus eſt vſque ad §. item. {Item.} Titius me inſtituit heredem, & deceſsit. iacente hereditate ſeruus Titij depoſuit aliquam rem penes Seium. poſtea ego adiui hereditatem. vtrū poſſim agere contra Seium actione depoſiti? Dicitur hic quòd ſic. Et tex. eſt clarus vſq; ad §. ſi rē. {Si rem.} Si ſeruus meus rem meam apud te deponat, & Titio quem credebas eum eſſe reſtituas: an depoſiti tenearis? Dicitur quòd non. quia in dolo non eras: ſed cum Titio agam ad exhibendum. qua exhibita vindicabo eam. hoc ſi res extat. ſi vero Titius eam conſumpſit cum ſciuit rem alienam, agere potero contra te ad exhibendum, & in litem iurabo, quia dolo fecit quo minus poſſideret. {Eleganter.}

Depoſitū eſt, quod cuſtodiendum alicui datū [a] eſt: dictum ex eo quod ponitur. Præpoſitio enim, de, auget [b] † depoſitum: vt oſtendat totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet.

Actio depoſiti datur in ſimplum, niſi factum fuerit: cauſa incēdij, ruinæ vel naufragij: quia tunc in duplum contra depoſitarium, & etiam heredem eius ex dolo defuncti in ſimplum. hoc dicit in effectu vſque ad. §. quæ depoſitis. Pau.

Prætor ait: *Quod neq; tumultus, neq; incēdij, neq; ruinæ, neq; naufragij cauſa depoſitum ſit,*

† *No. quod dictio, de, auget: de qua vide in l. ſi ſeruum. §. Stichum. j. de leg. 1. addo quod cōcor. tex. in cap. epiſcopus. 35. diſtin. quādoque priuat, vt ibi in glo.*

A Si ſeruus apud me pecuniam depoſuerit, & eandem domino pro libertate ſua dedero, an tenear depoſiti? Diſtinguitur. aut dedi quaſi meam, & teneor, quia in hoc caſu depoſitum non reddidi: ſed de meo dedi, vt manumitteretur. & aliud eſt reddere, & aliud eſt de ſuo dare. {Saepe.} Si rem penes te depoſui, & conuenit vt de caſu tenearis: ſi caſu forte intereat res, teneberis. Si vero cū volebam apud Titium deponere, tute obtuleris, vt apud te deponerem: ſolum de dolo vel culpa teneberis. {Si pecunia.} Depoſui apud te in ſacculo, & deceſsi duobus heredibus relictis. ſi vnus repetit depoſitum, qualiter ſibi ſatisfiet? Et reſpon. quòd pecunia coram iudice vel idoneis teſtibus exhibebitur: & pro parte hereditaria ſatisfiet. ſic: ſacculus aperiatur cum auctoritate prætoris. reſiduum autem pecuniæ penes eum reſidebit, ſi vult, dum tamen ſi- B gillis conſignetur à prætore, vel ab aliis honeſtis perſonis. ſi noluerit, deponere debet in æde ſacra. hoc in prima. & hæc vera ſunt cum res erat diuiſibilis. Sed quid ſi erat indiuiſibilis, puta equus, vel ſeruus? in ſolidum datur ei qui repetit, præſtita cautione de ſeruando depoſitarium indemnem ratione illius quod eſt ſupra partem repetentis. ſi ſatiſdare nolit, deponetur in æde ſacra, & depoſitarius liberabitur. {Apud.} Si depoſitarius decedat duobus heredibus relictis, & quilibet dicat ſe heredem eſſe in ſolidum, ei tradenda eſt res, qui obtulerit ſatiſdationem de præſtando depoſitarium indemnem aduerſus alium. Si vero neuter voluerit ſatiſdare, liberabitur depoſitarius, & deponetur res in æde ſacra. {Si quis tabulas.} Is apud quem tabulæ alicuius erant depoſitæ, diuulgauit teſtamentum, ita vt teſtator, qui aliàs credebatur diues, modo appareat pauper, per tabularum recitationem. agere poterit heres depoſiti, & etiam iniuriarum. & hoc dicit. {Si praedo.} Titius furatus eſt mihi codicem meum: depoſuit eum apud Seium. vtrum poſſit agere iſte Titius contra Seium? Dicitur quòd ſic. {Si quis argentum.} Aurum vel argentum in C ſacco depoſuit, & depoſitum repetit: an in libello debeat dicere ſpeciem & pondus? Dicitur quòd ſic. hoc in prima. Idem eſt in pondere & materia. Sed ſi lanam & purpuram petam in genere: pondus in genere deſignandum eſt. {Si cista.} Qui ciſtam cum rebus deponit, & repetit depoſitum: an debeat tantum ciſtam in libello comprehendere, an res? Diſtinguit Trebat. aut is qui deponit, oſtendit res quas depoſuit: aut non. primo caſu repetuntur non ſolum ciſta, ſed etiam ſingulæ res quæ in ea depoſitæ ſuint. ſecundo caſu non. Labeo tamen ait agendum depoſiti, & pro ciſta, & pro rebus indiſtinctè. Sed quid ſi depoſitarius ignorabat ibi eſſe: an hoc proſit quo ad hoc vt neceſſaria ſit ſpecificatio? Dicitur quod non. auctor legis dicit, de rebus agendum cum ſpecificatione, quamuis ciſta ſignata fuerit. {Filiusfam.} Si apud filiumfamilias res depoſita eſſet, agitur cum eo depoſiti, & cum patre illius depoſitarij de peculio. Idem eſt in ſeruo, in quo venier dolus domini, vel patris, ſi in re depoſita doloſè verſati fuerint: non ſolum dolus filij vel ſerui. {Si apud.} Si apud duos res deponitur, quilibet tenetur: & ſi cum altero agam, non propter hoc liberabitur alter: quia non electione, & cet. & ſi ambo fuerunt in dolo, & alter conuentus intereſſe præſtiterit: liberabitur alter. hoc in ſecunda. Si conuentus in nihilo D ſoluendo eſt, vel minus: peruenitur ad alium. hoc in tertia. Si verò alter tantum, qui non dolum commiſit, conueniatur, & abſoluatur: ad alium erit regreſſus. hoc in quarta. Si vero duo deponant ambo, cui erit reſtituenda, quæritur. & diſtinguitur: aut conuenit vt vni in ſolidum traderetur: aut pro parte. in vtroque caſu fiet quod conuenit. {Si sic deposuero.} Si quis rem deponat, vt poſt mortem depoſitarij res reddatur: mutata voluntate poterit depoſitor agere, vel heres eius, ſi in eadem voluntate perſeuerauit. idem eſt ſi conuenit vt poſt mortem depoſitarij res reddatur. Viuianus.

a *Datum.* id eſt traditum. nam & proprietas, & poſſeſsio penes deponentem manet: vt infra eo. licet. §. j.

b *Auget.* vbi enim dico pono, cuſtodiam rei à me non abdico: ſed cum dico depono, quaſi dico deorſum à me pono & ſeparo. & per hoc videtur totum alij committi. Azo.

In ſimplum.

a *In ſimplum.* & hoc perpetuò, cum ſit rei perſecutio: vt j. de actio. & oblig. l. in honorariis. j. reſpon.
b *In duplum.* duplum exigitur ita demum, ſi infitiatio fuerit ſecuta: alias non: vt inſtitu. de actio. §. ſed furti actio.
c *Eius.* ſ. defuncti.
d *Quod.* pro ſed.
e *Ipſius.* ſcilicet heredis dolo.
f *Dabo.* vnde videtur prætoria: ſed non eſt, niſi in quatuor caſibus iſtis. ex eo enim quòd in his quatuor caſibus dicit eam prætoriam, patet alias eſſe ciuilē: vt colligitur inſtit. de actionibus. §. omnes. Accurſius.
g *Elegit.* ex voluntate. Accurſius.
h *Contentus* ſibi enim magis imputet, qui tali commiſit: vt inſtitu. quibus mo. re contrahi. obliga. §. penul.
i *Inutile.* id eſt contra vtilitatē, ſcilicet publicam & deponētium. Accurſius.
k *Huiuſmodi.* in quibus deliberari non potuit: vt ſupra de exer. l. j. in princip. & infra de dam. infe. ſed cum poſtulaſſem. ſed nec in aliis eſt fides frangenda: vt ſ. de conſti. pec. l. j. in prin. & de pac. l. j. in princ.
l *Cum capiſtro.* Sed nonne perinde eſt ac ſi equum & capiſtrum depoſuiſſet: vt infra de vſufruct. leg. l. illi. & ſupra commo. ſi vt certo. §. ſi me: Reſpon. ita, ſi ſic dixit, depono equum cum capiſtro. ſed hic dixit tantum, depono equum: qui tamen erat capiſtratus: ſed tamen & de capiſtro debet habere cuſtodiam: alias depoſiti agitur, non vt pro depoſito, ſed vt pro acceſſorio depoſiti: vt argumenta. ſ. commoda. ſi vt certo. §. vſque. Accurſius.
m *Conuentio.* vt hic, & infra eod. §. at ſi cibaria. & §. ſæpe. ſed & ſi conuenit vt non præſtetur, valet: vt ſupra commoda. ſi vt certo. §. interdum. & ſupra ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem. & infra de regulis iur. contractus. §. j. & l. nec ex prætorio.
n *Ex conuentione.* licitæ rei: ne ſit contra infra de ſuis & leg. l. fi.
o *Probabis.* id eſt approbabis. Accurſius.
p *Nec ſequenda.* vt ſupra de pa. l. ſi vnus. §. illud.

in ſimplum: [a] *earum autem rerū, quæ ſupra comprehenſæ ſunt, in ipſum in duplum:* [b] *in heredem eius,* [c] *quod dolo malo eius factū eſſe dicetur qui mortuus ſit, in ſimplum: quod* [d] *ipſius,* [e] *in duplū iudicium dabo* [f]. Meritò has cauſas deponendi ſeparauit prætor, quæ continent fortuitam cauſam depoſitionis ex neceſſitate deſcendentem, non ex voluntate proficiſcentem. Eum tamen deponere tumultus, vel incendij, vel ceterarum cauſarum gratia intelligendum eſt, qui nullā aliam cauſam deponendi habet, quàm imminens ex cauſis ſupraſcriptis periculum. Hæc autem ſeparatio cauſarum iuſtam rationem habet, quippe cū quis fidem elegit, [g] nec depoſitū redditur, contentus [h] eſſe debet ſimplo. Cū verò extāte neceſſitate deponat, creſcit perfidiæ crimen: & publica vtilitas * coërcenda eſt vindicandæ reipublicæ cauſa. Eſt enī inutile [i] in cauſis huiuſmodi [k] fidē frāgere.

Sicut pro re depoſita competit actio depoſiti, ita pro rebus quæ depoſito accedunt: licet illa non dicantur depoſita. hoc dicit l. ex. cum glo. Baldus.

C

Quæ depoſitis rebus accedunt, non ſunt depoſita: vt puta ſi homo veſtitus deponatur: veſtis enim nō eſt depoſita: nec ſi equus cum capiſtro. [l] nam ſolus equus depoſitus eſt.

Contractus ex conuentione legem accipiunt ad hoc ſemper allegatur. P. ui.

Si conuenit, vt in depoſito & culpa præſtetur: rata eſt conuentio. [m] Contractus † enim legem ex conuentione [n] accipiunt.

D

Conuentio ne quis teneatur de dolo, non valet. Baldus.

Illud nō probabis, [o] * dolum nō eſſe præſtandum, ſi conuenerit. nam hæc cōuentio contra bonā fidem contraque bonos mores eſt: & ideo nec ſequenda [p] eſt.

Depoſitum dicitur, cum nulla merces pro cuſtodia datur: alias dicitur locatio. h. d. In primo caſu venit dolus & lata culpa tantum. In ſecundo venit etiam leuis. Paul. de Caſt.

Si veſtimenta ſeruanda balneatori data perierunt: ſi quidem nullam mercedem ſeruandorum veſtimentorū accepit, depoſiti eū teneri, & dolū dumtaxat [q] præſtare debere puto. quòd ſi accepit, [r] ex conducto.

Qui dat pecuniam, dicitur conductor: qui recipit, locator. Item contractus innominatus iudicatur ſecundum contractus nominati naturam, cui aſſimulatur: niſi aliud actum fuerit. hoc dicit. quem. §. nota: quia declarat multum naturam locati & conducti. Bartolus.

Si quis ſeruum cuſtodiēdum coniecerit fortè in piſtrinum: ſi quidem merces interuenerit cuſtodiæ, puto eſſe actionem aduerſus piſtrinarium ex conducto. Si verò mercedem † accipiebā ego pro hoc ſeruo, quem in piſtrinum accipiebat: ex locato me agere poſſe. Quòd ſi operæ eius ſerui cum cuſtodia compēſabātur, quaſi genus locati & cōducti interuenit: ſed quia pecunia non dabatur, * [s] præſcriptis verbis datur actio. Si verò nihil aliud quā cibaria præſtabat, [t] nec de operis quicquam conuenit, depoſiti actio eſt. In conducto & locato, & in negotio, ex quo diximus præſcriptis verbis dandā actionem: & dolum [u] & culpam [x] præſtabunt qui ſeruum receperunt. At ſi cibaria tantum dabant, * dolum duntaxat. Sequemur tamen, vt Pomponius ait, & quod habuerint præſcriptum, * [y] aut quod conuenerit: [z] dūmodo ſciamus, & ſi quid fuit præſcriptū, [a] * dolum [b] tamen eos præſtaturos, qui receperunt: qui ſolus in depoſitum venit.

Cui datur res perferenda, tenetur mandati: cui datur cuſtodienda, depoſiti tenetur. Bartolus.

Si te rogauero, vt rem meam perferas ad Titium, vt is eam ſeruet: qua actione tecum experiri poſſim, apud Pomponium quæritur. & putat tecum mandati: [c] cum eo verò qui eam * receperit, [d] depoſiti. Si verò tuo nomine receperit [Titius,] tu quidem mihi mandati teneris, ille tibi depoſiti: quam actionē mihi præſtabis [e] mandati iudicio conuentus.

Quando procedit contractus perfectus, & adiicitur conuentio quæ poteſt cadere in nomen contractus, potius inducitur informatio primi, quàm nouus contractus. h. d. notabiliter. Bart.

Quòd ſi rē tibi dedi, vt ſi Titio rē nō recepiſſet, tu cuſtodires, nec eā recepit: videndū

q *Duntaxat.* per actionem depoſiti: ſed per actionem locati, culpam, vt ſubiicit. & ſic non obſtat ſupra nau. cau. l. nauta. quæ eſt contra, ſecundum Ioan. vel forte ſpeciale eſt in caupone, nauta, ſtabulario, vt teneantur nomine mercium illatarum, & veſtimentorum etiam de culpa: licet non accipiant mercedem. in balneatore contra. nā illi mercedem habent, licet non pro cuſtodia: vt ibi dicit. Accurſius.
r *Accepit.* ſ. mercedē. Accurſius.
s *Non dabatur.* Nos locationem non eſſe ſine mercede in pecunia conſtituta: vt hic, & infra de do. inter vir. & vxor. l. ſi vir vxori. & de præſcript. verſic. l. naturalis §. at cum do. contra partiarium ergo colonum, vel præſcriptis verb. vel actione pro ſocio agitur: vt infra locat. ſi merces. §. vis maior.
t *Præſtabat.* depoſitor, vel depoſitarius.
v *Dolum.* id eſt latam culpam.
x *Culpam.* latam & leuem: quia ſimilis hic eſt contractus innominatus locationi: vt infra de præſcrip. ver. naturalis. §. ſed ſi facio. Fallit tamen quandoque: vt ſupra ſi mē. fal. mo. dixe. l. j. §. hæc actio.
y *Præſcriptum.* id eſt conuentum per ſcripturam: & quòd ſubiicit, conuenerit: ſcilicet ſine ſcriptura. Accurſius.
z *Conuenerit.* ſcilicet ſequemur.
a *Præſcriptum.* etiam quòd dolus non præſtetur. tamen non valet: vt hic ſubiicit, & ſ. ea. l. §. illud. Acc.
b *Dolum.* & latam culpam: vt infra eo. quod Nerua.
c *Mandati.* Et ſic videt quòd ſit procurator: & tamen eſt nuntius. & ſic eſt contra. ſupra de procu. l. j. ibi, ſicut nec is, &c. ſed certe illud ſtatim ibi corrigitur. Item intellige hoc quando non recipit ille ad quem mittebatur.
d *Receperit.* vbicunque vna competit, alia denegatur: quia aut ille recipit: & tūc habet locum depoſiti tantū. aut nō recepit, & tunc mandati tantum.
e *Præſtabis.* Cum ideo tenearis: vt ſ. de pecul. quod debetur. in fi. & infra eod. ſi is. & infra tit. j. qui mandatum.

Marginal notes: † Contractus legem ex conuentione accipiunt. vt s. commoda. si vt certo. §. vsque. (left margin, partly illegible) — † Locatio ſine mercede eſſe nō poteſt. † Fac. gl. 2. in c. 2. in ver. idem ſi mercedem. extra. eo. titu. * Flor. datur. * Flo. dabat. * Flo. quid habuerunt præſcriptū aut quid. * Flo. præſcriptum. * Flo eas res.

eſt vtrum depoſiti tantũ, an & mandati actio ſit. & Pōponius dubitat. puto tamen mādati eſſe actionem : quia plenius fuit mandatum habens & cuſtodiæ [a] legem.

Si res iuſſu meo deponitur apud aliũ recipiētē ꝑ me, ego teneor depoſiti. aliàs tenetur recipiēs, et nō ego, niſi hoc expreſſerim, vel fideiuſſerim: & tunc obligatio durat etiam principali ſine herede defuncto.

Idē Pōponius quęrit, ſi tibi mādauero vt rē ab aliquo meo nomine receptā cuſtodias, idq; feceris: mādati, an depoſiti tenearis. Et magis probat, mādati eſſe actionē, quia hic eſt primus contractus. Idē Pōponius quærit, ſi apud te volentē me deponere, iuſſeris apud libertum tuũ deponere: an poſsim, tecũ depoſiti experiri. Et ait, ſi tuo nomine, hoc eſt, quaſi te cuſtodituro depoſuiſsē, mihi tecum depoſiti eſſe actionem. Si verò ſuaſeris mihi, vt magis apud eũ deponā: tecũ nullā eſſe actionē.[b] cum illo depoſiti actio eſt: nec mādati teneris: quia rē [c] meā geſsi. Sed ſi mādaſti mihi vt periculo tuo apud eũ[d] deponā: cur nō ſit mandati actio, nō video. Planè ſi fideiuſsiſti pro eo, Labeo omnino fideiuſſorē teneri ait, nō tātum ſi dolo fecit is qui depoſitũ ſuſcepit: ſed & ſi nō fecit, eſt tamē res apud eũ. Quid enim ſi fureret is apud quem depoſitũ ſit, vel pupillus ſit: vel neq; heres, neque bonorum poſſeſſor neq; ſucceſſor eius extaret[e]? Tenebitur [f] ergo vt id præſtet quod depoſiti actione præſtare ſolet.

Pupillus tenetur de dolo eatenus quatenus locupletior factus eſt. Bartolus.

An in pupillũ, apud quē ſine tutoris auctoritate depoſitũ eſt, depoſiti actio detur [g] quæritur. Sed probari oportet, ſi apud doli mali iā capacem depoſueris: agi poſſe, ſi dolum commiſit. Nam & in quātum [h] locupletior factus eſt, datur actio in eũ etſi dolus non interuenit. Si res depoſita deterior reddatur, quaſi nō reddita agi depoſiti poteſt [i]. Cũ enim deterior redditur, poteſt dici, dolo malo redditā nō eſſe.[k]

Si ſeruus meus depoſuerit, nihilominus depoſiti habebo actionem.[l]

In ſeruũ manumiſſum nō datur actio ex cōtractu ante facto: ſed ex delicto ſic. Bar.

Si apud ſeruũ depoſuero, & cũ manumiſſo agā, Marcellus ait nec tenere[m] actionē : quāuis ſolemus dicere, doli etiā in ſeruitute cōmiſſi[n] teneri quē debere: quia et delicta [o] & noxæ caput ſequũtur. Erit igitur ad alias[p] actiones cōpetentes recurrendum. B Hęc actio bonorũ poſſeſſoribus, ceteriſq; ſucceſſoribus, & ei cui ex Trebelliano ſenatuſcōſulto reſtituta eſt hereditas, cōpetit. Non tantũ† præteritus[q] dolus in depoſiti actionem veniet, ſed etiam futurus, id eſt poſt litem conteſtatam.

Quæ poſt litem conteſtatam accidunt, veniunt in hac actione. hoc dicit notabiliter. Bart.

Inde ſcribit Neratius, ſi res depoſita ſine dolo malo amiſſa eſſet,* & poſt iudiciũ acceptũ recuperaretur, nihilo minus recte ad reſtitutionem reũ cōpelli[r], nec debere C abſolui, niſi reſtituat. Idem Neratius ait: quanuis tunc tecũ depoſiti actũ ſit, cum reſtituēdi facultatē nō habeas, horreis forte clauſis: tamen ſi ante cōdemnationem[s] reſtituendi facultatem habeas, condemnandum te, niſi reſtituas: quia res apud te eſt. tunc enim quęrendũ, an dolo malo feceris, [t] cum rem non habeas.

Depoſitarius ſtatim poteſt conueniri ad rei reſtitutionem, niſi cauſa de nouo emergat. h. d. iſte. §. Bartolus.

Eſt autē † & apud Iulianũ libro tertiodecimo Digeſtorũ ſcriptũ, eũ qui rē depoſuit, ſtatim poſſe depoſiti D actione agere. Hoc enim ipſo dolo facere eum qui ſuſcepit, ꝙ repoſcenti rem nō reddat. Marcellus autē ait, nō ſemper videri poſſe dolo facere eum, qui repoſcēti non reddat [u]. Quid enim ſi in prouincia res ſit, vel in horreis, quorum aperiendorum condemnationis tempore non ſit facultas, vel conditio depoſitionis non exiſtit? Hanc autem actionem bonæ fidei eſſe,

Mandati actio quandoque cum depoſiti actione concurrit.

a *Cuſtodiæ.* ex hoc. §. dicunt quidam quòd vbicunque rei depoſitæ cuſtodia depoſitario cōmittitur per verbũ rogo, vel volo, vel ſimile, quod etiam mādati eſt actio: & ſic concurrit cum actione depoſiti. Alij diſtinguunt: aut cũ tradidit, committit cuſtodiā : & tũc depoſiti tantùm: aut nō cùm tradidit, ſed ante: & tunc mandati propter omiſſam cuſtodiam: & depoſiti propter factam depoſitionē. ſed ſecundum hoc quod in princ. gl. dixit, ſemper eſſet mādati. nā ſemper cōmittitur cuſtodia. nā inde dictũ eſt depoſitum: vt s̄. ea. l. in princ. & ideo Io. dicit contra, quòd tantum depo. Nec ob. quod hic dicitur: quia hic fuit primus cōtractus mādati, in quo etiam rei depoſitio ſub cōditione cōmiſſa venit, quia initiũ cōtractus inſpicitur: vt j̄. ea. l. §. ipſe autem. & infra pro ſocio. ſi id quod. §. ſi filius. & s̄. de mino. l. iij. §. ſcio. & j̄. man. ſi procuratorem. in prin. & quia hic primus cōtractus eſt: vt j̄. proxi. §. Accurſius.

b *Nullam eſſe actionem.* diſtinguit Pōpo. mandem, aut perſuadeam, an faciam vtrũque ſimul. hoc non eſt hic: & ſi perſuadeo, nō teneor : vt hic, & ſupra de his qui not. infa. ob hoc. Sed contra ſupra de dolo. l. ſeruus. ſed ibi fuit cum fraude.

c *Quia rem.* bona ratio : vt s̄. ad leg. Rho. de iac. l. nauis aduerſa. in fine. Et ſic nota neminem ex cōſilio obligari: vt infra titu. j. l. ij. in fine.

Conſilium neminem obligat.

d *Apud eum.* ergo naſcitur actio depoſiti etiam antequā admittatur dolus. ſic & infra ea. l. §. eſt autem.

e *Extaret.* vt j̄. vt leg. no. ca. poſtquam. j. reſpon. contra. Sol. ibi ab hoſtibus captus: hic alibi. vel alius caſus eſt ibi. vel ibi commiſſa fuit ſtipulatio eo tempore quādo eſt captus. nam tunc extitit conditio : hic autem etiam prius erat nata actio. Item ibi nō erat perſona vel ius, id eſt hereditas: hic autē eſt perſona, vel pupillus, vel furioſus, vel hereditas. Sed arg. cōtra ſupra de conſti. pecu. hactenus. ſed aliud in cōtractu, alioqui nō pēdet ex vltima volũtate: arg. j̄. de do. cau. mor ſenatus. in fi. quaſi enim tũc videtur legatum cum conditio extitit. ſic & tunc promiſsio facta : vnde cũ principale tunc non ſit, nec fideiuſſor tenetur. Accurſius.

A f *Tenebitur ergo.* ſcilicet fideiuſſor, de quo s̄. dixit. Accur.

g *Actio detur.* vt ſupra de nego. geſt. l. iij. §. pupillus. & s̄. cōmo. l. iij. j. reſpon. & ſic not. dolum cōmiſsiſſe, & locupletatũ eſſe, paria eſſe: vt hic, & C. de reputationibus. l. vnica. in fi.

h *Et in quantũ.* ſcilicet depoſitarius. vel dic vt infra. proxi. §. Accurſius.

i *Depoſiti poteſt.* vt ſupra ad. l. Aquiliam. l. qui tabulas. ſic & in commodato : vt s̄. cōmo. l. iij. §. j. & alias infra de verbo. ſignifi. l. mulieris. §. res. Accur.

k *Non eſſe.* immo videtur reddita: vt C. ad exhi. l. exhibitionis. quæ eſt contra. ſed illa in ea actione, ſcilicet ad exhibendum.

l *Actionem.* vt infra. eo. §. non ſolum. & §. ſi ſeruus.

m *Non tenere.* vt infra. eo. ſi apud filium. in fi. contra. Solut. ibi ratione præſentis depoſiti dicit teneri : hic negat ratione doli in ſeruitute commiſsi: vt argu. s̄. de nego. geſt. l. at qui natura. vel ſolue vt ibi.

n *Commiſsi.* extra cōtractum.

o *Et delicta.* ſ. alia ſpecialia. nam & dolus delictum eſt.

p *Ad alias.* ſcilicet rei vim. & ad exhi. Vel dic, ad actiones quæ ex maleficio naſcuntur, ſi quæ poſſunt cōpetere.

q *Non tantum præteritus.* ſic & in petitione hereditatis : vt ſupra de peti. here. ſed & ſi. §. ſi ante. in fin. Accur.

r *Compelli.* ſic in act. in rem : vt ſupra de rei vin. ſin autem. § j. & in act. ad exhi. vt s̄. ad exhib. l. tigni. §. pen. in fi. & facit infra. l. proxi. & infra. §. proxi.

s *Si ante condemnationem.* facit ſupra ad exhiben. l. tigni. §. fi. Accurſius.

t *Feceris, cum rem non habeas.* Sed cũ habes, ſemper videris in dolo, niſi reſtituas: vt ar. j̄. tit. j. ſi procuratorē. §. ſi dolo. & j̄. proxi. §. Accurſius.

v *Non reddat.* vt infra ead. l. in fin. & s̄. de pecu. in bonæ fidei. in fi. niſi iuſta cauſa interueniat: vt ſubiicit. & j̄. manda. l. ſi procuratorem. §. dolo. & infra de pig. ſi fundus. §. in vendicatione. & j̄. de acquiſi. poſ. ſi quis rem. in fine. ſic & in precario: vt infra. de preca. leg. cum precario. Secus in commodato : quod non poteſt reuocari, niſi finito vſu in quem commodatur: vt ſupra commo. l. in commodato. §. ſicut. Accurſius.

Dubitari.

dubitari nõ oportet[a]: & ideo & fructus in hanc actionem venire, & omnem cauſam, & partum, dicendum eſt: ne nuda res veniat. A

Dolus commiſſus in vendendo, non purgatur rem redimendo.

Si rem depoſitã vendidiſti, eamque poſtea redemiſti in cauſam depoſiti: etiam ſi ſine dolo malo poſtea perierit, teneri te depoſiti,[b] quia ſemel dolum feciſti, cum venderes. In depoſiti quoque actione[c] in litem iuratur.

Ex depoſito facto per ſeruum noſtrum, vel in quem habemus vſumfructum, quæritur nobis actio. Bart.

B Nõ ſolũ ſi ſeruus meus, ſed & ſi is qui bona fide mihi ſeruit, rẽ depoſuerit: æquiſsimũ erit dari mihi actionẽ, ſi rem ad me pertinentẽ depoſuit. Simili modo & ſi vſumfructũ in ſeruo habeã, ſi id quod depoſuit, ex eo peculio fuit, qđ ad me pertinebat, vel res mea fuit, eadẽ actione agere potero.[d] Itẽ ſi ſeruus hereditarius depoſuerit, heredi poſtea adeunti competit actio.

Si ſeruꝰ depoſuit: ſiue viuat, ſiue deceſſerit, vtiliter[e] dominus hac actione experietur: ipſe autẽ ſeruus manumiſſus non poterit agere.[f] ſed & ſi fuerit alienatus, adhuc ei cõpetit actio, cuiꝰ fuit ſeruus cũ deponeret. Initium[g] enim cõtractus ſpectandũ eſt. Si duorum ſeruus ſit qui depoſuit, vnicuiq; dominorum in partem competit depoſiti[h]. C

Qui depoſitum reſtituit domino putatiuo: liberatur, niſi ſciens fuerit. Bart.

Si rẽ à ſeruo depoſitã, Titio, quẽ dominũ eius putaſti cũ nõ eſſet, reſtituiſſes, depoſiti actione te nõ teneri[i] Celſus ait, quia nullus dolus interceſsit. cum Titio autẽ, cui res reſtituta eſt, dominus ſerui aget. ſed ſi exhibuerit, vindicabitur. Si verò cum ſciret eſſe alienam*, cõſumpſerit,[k] condẽnabitur,[l] quia dolo fecit quo minus poſsideret. D

Qui quaſi de ſuo ſoluit: non videtur depoſitum reddere. h.d. notabiliter. Bart.

Elegãter apud Iulianũ quęritur, ſi pecuniã ſeruus apud me depoſuit, ita vt domino pro libertate eius dẽ, egoque dedero, an tenear depoſiti. Et libro tertiodecimo Digeſtorũ ſcribit, ſi quidẽ ſic dedero, quaſi ad hoc penes me depoſitã, teq; certioraueró, non cõpetere tibi depoſiti actionẽ, quia ſciẽs[m] receptiſti: careo igitur dolo. Si verò quaſi meã ꝓ libertate eiꝰ numerauero,[n] tenebor.[o] Quæ ſententia vera mihi videtur. Hic enim nõ tantũ ſine dolo malo nõ reddidit: ſed nec reddidit. Aliud eſt enim reddere: aliud quaſi de ſuo dare.[p]

Si pecunia apud te ab initio hac lege depoſita ſit, vt ſi voluiſſes, vtereris: prius quàm vtaris, depoſiti teneberis.[q]

Conuentio & ſpontanea oblatio facit depoſitarium teneri de leuiſsima culpa. Bart.

Sæpe euenit,[r] vt res depoſita, vel nũmi, periculo ſint eius apud quẽ deponuntur: vt puta ſi hoc nominatim conuenit. Sed & ſi ſe quis depoſito obtulit,[s] idem Iulianus ſcribit, peculio ſe depoſiti illigaſſe: ita tamen, vt non ſolum dolũ, ſed etiam culpam & cuſtodiam præſtet: non tamen caſus fortuitos.

Si depoſitum eſt diuiduum, vni ex heredibus repetẽti ſoluitur pro parte. ſi indiuiduũ, ſoluitur in ſolidum, ſi quidem ipſe caueat: alias deponetur. Bartolus.

Si pecunia in ſacculo ſignato depoſita ſit, & vnus ex heredibus eius qui depoſuit, veniat repetens: quẽadmodum ei ſatisfiat, videndũ eſt. Promẽda[t] pecunia eſt vel coram prætore, vel interueniẽtibus honeſtis[u] perſonis, & exſoluenda pro parte hereditaria. Sed & ſi reſignetur,[x] nõ contra legẽ depoſiti fiet, cũ vel prętore auctore, vel honeſtis perſonis interueniẽtibus hoc eueniet: reſiduo vel apud eũ remanẽte, ſi hoc voluerit, ſigillis videlicet prius ei impreſsis vel à prætore, vel ab his corã quibus ſignacula remota ſunt: vel ſi hoc recuſauerit, in æde deponendo. Sed ſi res ſunt quę diuidi nõ poſſunt,[y] omnes[z] debebit tradere: ſatiſdatione idonea à petitore ei præſtanda in hoc quod ſupra eius partem eſt. Satiſdatione autem non interueniente, rem in ædẽ deponi, & omni[a] actione depoſitarium liberari.

Si duo ſe heredes contendunt, licet debitori ſoluere cui vult, exacta cautione quòd ſe ab alio defendet. Bartolus.

Apud Iulianum libro tertiodecimo Digeſtorum talis ſpecies relata eſt. Ait enim: ſi depoſitor deceſſerit, & duo exiſtant qui inter ſe contendant vnuſquiſque ſolum ſe heredem dicens: ei tradendã rem, qui paratus eſt aduerſus alterum reũ defendere:[b]

a *Dubitari non oportet.* vt inſti. de act. §. actionum. Accur.

b *Teneri depoſiti.* Sed contra infra de vſuca. ſequitur. §. item Labeo. & ſupra de alie. iu ex hoc. §. ſi quis. Solut. [a] hic vendidit & tradidit: & ſic plus contrectauit, & plus deliquit: & ideo tenetur de caſu, cum dolus præceſſerit: ibi ſolùm vendiderat, & non tradiderat. Alij dicunt, [b] quòd ibi recuperauit poſſeſsionem: hic ſolùm redemit. Tu dic quòd non ſunt contra: quia ibi non excuſat eum à caſu: ſed quo ad aliud dicit ibi quòd ſufficit rediiſſe. Item contra ſupra de condict. furti. l. qui furti. in fin. Solut. vt ibi. Item facit infra de fideicom. l. quidam. & l. ideo. & de vi & vi arm. l. j. §. rectiſsime. & l. ſi vi me. & l. penulti. Accurſius.

c *Actione.* ſcilicet directa, non contraria: vt infra eodem. l. ei apud.

d *Potero.* facit inſtit. per quas perſo. no. ac. §. de his.

e *Vtiliter.* id eſt efficaciter. nam directa datur: vt ſupra ead. l. §. ſi ſeruus. & in eo quod durat ſeruo mortuo. & facit. j. de actio. & obli. l. quæcunque. Accurſius.

f *Agere.* vt ſupra de pact. iuriſgentium. §. penulti. Accurſius.

g *Initium.* vt diximus ſupra eo. quòd ſi rem. Accurſius.

h *Depoſiti.* actio: vt infra de ſtipula. ſeruo. l. ſi ſeruus communis ſit omnium. Accurſius.

i *Non teneri.* vt argu. ſupra de condict. indebi. ſi vrbana.

k *Conſumpſerit.* ſcilicet Titius.

l *Condemnabitur.* ſcilicet actione ad exhibendum. Accurſius.

m *Quia ſciens.* bona ratio: vt infra de act. em. l. j. in fi. Accurſius.

n *Numerauero.* ſcilicet eãdem pecuniam quæ fuit depoſita. ſic & in ſuperiori caſu, & eſt ſimilis diſtinctio huius §. infra manda. ſi mandauero. §. ſi mandauerim. Accurſius.

o *Tenebor.* hoc ſi pecunia fuerit à domino conſumpta: vt ſic cadat in ſolutionem pecuniæ promiſſæ pro libertate: vt ſupra ſi cer. petat. non omnis. §. fina. ſed ſi extet, contra eſt. quia quam habeo, petere non poſſum actione depoſiti: & ſi quis pecuniam aliquam pro libertate illa promiſerit, non eſt liberatus per talem ſolutionem: quia non fecit dominium in creditorem tranſire.

p *Dare.* Argu. contra infra de verbo. ſignifi. l. verbum.

q *Teneberis.* aliter ſi permiſit tibi poſtea vti quia tunc etiam antequam moueatur, fit mutuum: vt ſupra ſi cert. peta. l. rogaſti. §. fina. & l. ſequẽ. Accurſius.

r *Sæpe euenit.* Nota, quinque ſunt caſus in quibus depoſitarius tenetur de caſu fortuito. Primus, ſi pactum interuenit: vt hic, & infra mand. & Ariſtoni. & s̄. de pact. l. iuriſgentium. §. item ſi quis. Secundus, ſi mora præcedat caſum: vt infra eodem. ſi in Aſia. §. fina. Tertius, ſi culpa: vt infra eodem. quod Nerua. Quartus, ſi dolus: vt ſupra eodem. §. ſi rem. Quintus ſecundum Ioan. ſi gratia tantùm accipientis ſit depoſitum: vt ſupra ſi cer. petat. l. ſi quis. in fin. j. reſpon.

s *Obtulit.* ſic infra ad leg. Cor. de fal. l. vxori. §. j.

t *Promenda.* id eſt exhibenda. & incipit reſpondere.

u *Honeſtis.* ſic infra de ſolutio. ſi ſtipulatus ſum mihi aut Titio. §. ſi lancem. & C. quemadmodum. teſta. aper. l. ij. Accurſius.

x *Reſignetur.* id eſt aperiatur.

y *Non poſſunt.* commode, vt equus, & ſimilia: vt inſtitu. de offic. iudic. §. quòd ſi cõmode.

z *Omnes.* id eſt totam rem.

a *Omni.* id eſt ipſo iure: [c] vt hic, & C. de ſolut. l. obligatione. licet quidam dicãt, per exceptionem. Accurſius.

b *Defendere.* id eſt cauere de defendendo. Sed cur pręſtatur huic depoſitario cautio, cũ ipſo iure ſit tutus bona fide reſtituendo alteri eorum quem putat heredem: vt ſupra ead. l. §. ſi rem à ſeruo? Reſpond. dicunt quidam hoc fieri ſuperuacuo,

Depoſitarius quando de caſu fortuito tenetur.

c Ludo. Ro. in ſuis ſing. fo. 1. ſin. 1. dicit iſtam gl. ſing. poſt Baldũ hic, ad hoc ꝙ verbum omnino, importat ipſo iure. adde ꝙ iſtã gl. etiã dicit ſing. Ale. in apoſt. ad Barto. in l. imperator. j. de iure fiſci. & ibi pleniſsime per eum de dictionibus importantibus ipſo iure.

hoc eſt, eum qui[a] depoſitum ſuſcepit. Quòd ſi neuter hoc onus ſuſcipiat, commodiſsimè dici ait non cogendum eſſe à prætore iudicium ſuſcipere. oportere igitur rem deponi in æde aliqua, donec de hereditate iudicetur.

Qui tabulas teſtamenti depoſitas publice legerit, depoſiti & iniuriarum tenetur. h. d. Et prima datur ad intereſſe ſi quid intereſt, ſecunda datur, ſi non intereſt, ad æſtimationem iniuriæ. Pau.

B Si quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas, pluribus præſentibus legit, ait Labeo depoſiti actione rectè de tabulis agi poſſe: ego arbitror & iniuriarum [b] agi poſſe,[c] ſi hoc animo recitatum teſtamentum eſt quibuſdam præſentibus, vt iudicia ſecreta eius qui teſtatus eſt, diuulgarentur.

Etiam prædoni res depoſita reſtituitur. Paulus.

Si prædo† vel fur depoſuerint: & hos Marcellus libro ſexto Digeſtorum putat rectè depoſiti acturos.[d] nam intereſt eorum[e], eo quòd[f] C teneantur.

Qui petit ſpeciem argenteam, debeat in libello inſerere ſpeciē & pondus: niſi ſe ignorare iurauerit. Bartolus.

Si quis argentum vel aurū depoſitum petat: vtrum ſpeciem, an & pondus complecti debeat? Et magis eſt vt vtrunq; complectatur,[g] ſcyphum forte, vel lancem, vel pateram dicendo, & materiam & pondus addendo. Sed & ſi purpura ſit infecta, vel lana, pondus ſimiliter adijciendum, ſaluo eo, vt ſi de quantitate ponderis incertum eſt, iuranti[h] ſuccurratur.

Qui vas plenum & ſigillatum deponit: ſi res oſtenderit, de rebus ſingulis aget depoſiti: ſi non oſtenderit ſimiliter agere poterit. Bartolus.

Si ciſta[i] ſignata depoſita ſit, vtrum ciſta tantum petatur, an & ſpecies comprehendendæ ſint? Et ait Trebatius ciſtam repetendam, non ſingularum rerū depoſiti agendum. Quòd & ſi res oſtenſæ ſunt, & ſic depoſitæ: adijciendę ſunt & ſpecies veſtis. Labeo autem ait, eum qui ciſtā deponit, ſingulas quoque[k] res videri deponere: ergo & de rebus agere eum oportet. Quid ergo ſi ignorauerit is qui depoſitum ſuſcipiebat, res ibi eſſe? Non mul-

B tum[l] facere, cum ſuſcepit depoſitum. Ego & rerum depoſiti agi poſſe exiſtimo[m], quamuis ſignata ciſta depoſita ſit.[n]

Ex contractu filijfamilias durante patria poteſtate poteſt conueniri tam filius in ſolidum, quam pater de peculio. Pau.

Filiumfamilias teneri depoſiti conſtat, quia & ceteris actionibus tenetur. Sed & cum patre eius agi poteſt[o], duntaxat de peculio. Idem & in ſeruo. nam cum domino agetur. Planè & Iulianus ſcripſit, & nobis videtur, ſi eorum[p] nomine qui ſunt in

C poteſtate, agatur: veniet[q] in iudicium & ſi quid per eum in cuius iure ſunt, captus fraudatúsve eſt: vt & dolus eorum veniat, non tantùm ipſorum cum quibus contractum eſt.

Plures depoſitarij ad rei reſtitutionem tenentur in ſolidum, & etiam de dolo ſi omnes dolum commiſerint: ſecus ſi alter tantum. Bartolus.

Si apud duos ſit depoſita res, aduerſus vnumquemque eorum agi poterit:[r] nec liberabitur alter, ſi cum altero agatur. non enim electione[s], ſed ſolutiōe liberātur. Proinde ſi ambo dolo fecerint, &

D alter quod intereſt præſtiterit, alter non conuenietur: exemplo duorum tutorum[t]. Quòd ſi alter vel nihil vel minus facere poſsit: ad alium peruenietur. Idemq; & ſi alter dolo non fecerit, & idcirco ſit abſolutus. nam ad aliū peruenietur.[u]

Pluribus deponentibus eandem rem, fienda eſt reſtitutio ſecundum conuentionis formam. Pau.

---

uacuo, vt infra de euic. l. emptori. §. j. Tu dic quòd non ſit ſuperuacuo. nam ſi ſine cautione præſtaret, cum iam ſit ab altero mota controuerſia, dolo videtur facere: vt infra ad leg. Fal. dolo carere. Item quid ſi vterque paratus ſit cauere? Reſpon. ille auditur, ſecundum M. qui præuenit. Sed quid ſi ambo ſimul veniunt? Reſpon. locus erit gratificationi: vt argu. ſ. de reli. l. fi. & infra ad Sil. ſi quis in graui. §. ſi cum. & infra de le. ij. ſi quis ſeruum. §. ſi inter. ſecundum Ioan. Item quid ſi actum eſt ne vni ſine altero reddatur? Reſpon. & hoc ſeruatur, vt argu. ſupra ea. l. §. ſi conuenit.

a *Eum qui &c.* i. depoſitarium. Accurſius.

b *Iniuriarum.* quid enim tam durum, &c. vt C. quando & qui. qua. pars. l. ij. in fine. ideoque iniuriarum agitur: vt hic, & ſupra ad l. Aquil. ſi quis teſtamentum. §. ij.

c *Poſſe.* à teſtatore qui depoſuit. Azo.

d *Depoſiti rectè acturos.* vereor ne ex improbitate ſua conſequatur actionem. Ir. quod eſt contra. l. vt infra de fur. l. itaque. ſed non oportet vereri: quia non ex improbitate ſua, i. ex furto quod fecit, ſed ex contractu quem iniuit, agit depoſiti. ſi opponas de eo quod dicitur j. de fur. itaque. §. ſed furti? Reſpond. illud ideo dicitur in actione furti, quia alteri eſt quæſita, id eſt domino actio furti, quia eius intereſt: vnde denegatur actio furti. ſed ex contractu non poteſt eſſe quæſita niſi contrahenti: vnde ei datur. & hac ratione datur violento interdictum vnde vi, ſi ab alio expellatur: quia ratione illius violentiæ domino dari non poteſt, cum non ſit expulſus: vt hic, & infra de vi & vi arm. l. j. §. qui vi à me. & plus dicunt quidam, etiam rei vindi. dari prædoni contra depoſitarium & commodatarium: quaſi non poſſit obijcere de dominio, cum ab eo cauſam habeat, vt diximus ſupra commo. l. ita. & facit ſ. de iu. non à iudice. & ſupra de pig. actio. ſi pignore. §. ſi prædo.

† *Cōcor. cū hoc §. gl. ſuper verb. cōtra. in med. in ca. 2. extra eod. tit.*

e *Eorum.* ſcilicet prædonis, vel furis. Accurſius.

f *Quòd.* id eſt quia.

g *Complectatur.* vt infra de fur. l. in actione furti. in prin.

h *Iuranti.* ſcilicet ſe neſcire: vt infra de fur. l. in actione. §. plane. & hoc quo ad hoc, vt recipiatur eius libellus. nā aliàs eius non eſſet libellus recipiendus, quia pondus in eo debet cōtineri, vt ſupra de rei vin. l. ſi in rem. §. j. non quo ad ſententiam

A pro eo dandam, niſi poſtea probet. nam cum ſit incerta petitio, non poteſt eſſe certa ſententia, vt C. de ſen. quæ ſine cert. quan. l. hæc ſententia. ſed nunquid eodem modo ſi dubitet de ſpecie, ſuccurritur? Reſpon. non nec hęc lex hoc dicit, nec alia. Item eſt alia ratio: quia de quantitate magis quàm de ſpecie dubitari poteſt, vt arg. C. de reſcin. ven. l. quiſquis.

i *Si ciſta.* i. ſcrinium, vt vocant Teuthonici. & dic ſignatum & firmatum. Idē in quolibet ſacco cum rebus ligato.

k *Quoque.* vnde ſoluit totaliter pro ciſta.

l *Non multum,* vt arg. j. de ac. empt. tenetur. j. reſpon. argu. contra infra de acquir. poſſ. l. peregre. §. Iulianus. & infra de contrahend. emp. l. in lege. & j. de euict. qui fundum.

m *Exiſtimo.* & ſic aſſentit Labeoni.

n *Depoſita ſit.* & ignorauerit: ſed tamen neceſſe ſit quòd probet actor quòd ibi fuerunt res quas repetit. Accurſius.

o *Agi poteſt.* qui habet eum in poteſtate. aliter ſi emācipatus rem teneat, vt infra eod. §. ſi apud. Accurſius.

p *Eorum.* ſcilicet filiorum. Accurſius.

q *Veniet.* vt ſ. de pecu. l. depoſui. in prin. & l. in bonæ fidei. & ſupra commo. ſed mihi. §. ſi filio. Accurſius.

r *Agi poterit.* ſ. in ſolidum. Accur.

s *Electione.* immo, vt j. de duob. reis. l. ij. quæ eſt contra. Solu. quod ibi dicitur de ea petitione, intelligitur de ea quæ eſt cū effectu, id eſt cum exactione. vel hic de his quę obligantur in ſolidū auctoritate legis, ibi verbis: vel ibi de ea petitione quæ fit animo nouandi, hic non: vt arg. j. de noua. ſi rem §. ſi duo. Accur.

t *Tutorum.* vno quorū conuēto & exacto alter liberatur: vt infra de tut. & ra. diſtra. ſi ex duobus.

u *Peruenietur.* & ſic videtur quòd in ſolidū teneātur ipſa re, vt infra de duo. re. l. eandē. quod quidā de plano cōcedunt. Alij diſtinguūt, an depoſitū cōſiſtat in re indiuiſibili: & tunc in ſolidum. & ſic erit hic ar. infra eo. ſi duo. ſicut & ſi duo promittāt idē, vel vni⁹ promiſſoris duo ſunt heredes, vt j. de verb. ob. l. ij. §. j. aut in re diuiſibili: vt tūc pro partibus agatur, non in ſolidum teneantur. tu dic ſemper teneri pro partibus, niſi actum ſit vt quilibet in ſolidum teneatur: & ſic fuit hic actū: & in d. l. eandem. ſicut eſt in pluribus heredibus, qui pro partibus tenētur: vt j. eo. l. in depoſiti. nec ob. ſ. cōm. ſi vt certo. §. ſi. Nam & ibi actū erat. nec ob. j. de ver. ob. l. ſtipulationes non diuiduntur. Quod enim ibi dicit rem pro parte

parte reſtitui non poſſe: verum eſt, quando hoc actum erat. Item non ob. j.eod.ſi duo. quia illud eſt caſuale, quando quiſque heredum rem depoſitam interuertit, vt ibi dicit: aliàs pro parte, vt ea.l.dicitur. Accurſius.

a *Pro qua eorum.* quod ſemper fieri intelligitur, vt j.e.licet.

b *Intereſt.* quia diuiſibilis eſt.

c *Mutare.* Not.quem poſſe mutare velle ſuum. ſic & j.manda.ſi quis alicui. §.j. & l. ſi vero non remune. §.ſi mandauero. & de verbo.oblig.l. ſi quis ſtipulatus. Sed arg. contra ſupra commo. in commodato.§.ſicut. & infra de leg.j l. huiuſmodi. §. Stichum. Ac. ADDITIO. Dic quod poſt obligationē contractus non licet mutare voluntatem circa id ad quod quis eſt obligatus alteri. ſed ſi depoſui apud te pecuniam reddendam poſt tempus, non ſum tibi obligatus repetere ante tempus: ideo poſſum voluntatem mutare &c. ſecundum Bart.

d *Quia autem.* ſub intellige, ex eo quod dictum eſt.

e *Ignarus.* quod facile euenit, vt inſt. de vſucap.§.ſed tamen.

f *Non reddit.* & ſic pretiū rei meæ mihi reddit, vt ſ.de petit. here. l.quòd ſi in diem. §.idem Iulianus ait. & ſupra ſi cert pet.l.ſi eum ſeruum.

g QVid ergo ſi pretium. iuſtum tamen, vt differat à ſequenti. Accur.

h *Aut minoris præſtabit.* ſi ſine dolo ſic fecit. aliàs tenetur, vt ſupra de tribu.illud.§. penult.

i *Vendidit.* ſubaudi, & non exegit. Accur.

k PLane. *Culpa.* vt j. tit.j.dolus. & ſupra l.j.§.eſt autē apud. & infra de leg.iij. non dubium.§.ſi. & facit j. eo.l. ſi quis inficiatus. Accurſius.

l *Cauſatus.* i.dicens & allegans. Accur.

m SEd & ſi non ſit heres. habendo ratum in ſubſidium. Accurſius.

n *Extorquebitur.* ſic & j.tit.j.idemque. §. ſed ſi pecuniam. & ſ. de pet.her. poſt ſenatus. & eſt hoc de ſumma æquitate: vt qui non eſt heres, velut heres teneatur, lucrum habendo tantum in ſubſidium. Accur.

EI apud.} CASVS. Si in re depoſita aliquid impenſum fuerit, contraria depoſiti aget depoſitarius: in ipſa non iuratur in litem, neque in infamiam. {IN SEQVESTREM.} Si duo litigant de re aliqua, & apud ſequeſtrem depoſita fuerit, ei reddet qui vincit. ſi nolit eam reſtituere, conuenietur depoſiti ſequeſtraria: & ſi de loco conuenit, ibi debet fieri reſtitutio. hoc in prima. Sed ſi de pluribus locis conuenerit, in electione ſua erit vbi velit eam reſtituere. ſi non conuenit, denunciandum eſt ei vt apud prætorem exhibeat. {SI VELIT.} Si ſequeſter velit deponere officium depoſitionis, an poſſit? Dicit Pomponi. quòd ſic adito prætore, & denunciatione facta ijs qui apud eum depoſuerunt: & ei reſtituet qui præſens erit. Dicit Vlpia. quòd officium quod ſemel ſuſcepit, deponere non debet, niſi cauſa cognita, & tunc non eſt reſtituenda ei res qui venit, ſed deponetur in æde ſacra. deinde exponit quid ſit ſequeſter. Viuianus.

Sed ſi duo depoſuerint, & ambo agant: ſi quidem ſic depoſuerunt, vt vel vnus tollat totum, poterit in ſolidum agere. Sin verò pro parte pro qua eorum[a] intereſt[b], tunc dicendum eſt in partem condemnationem faciendam.

Poteſt quis repetere depoſitum ante tempus ſtatutum. Bartolus.

Si [ſic] depoſuero apud te, vt poſt mortē tuam reddas: & tecum, & cum herede tuo poſſum depoſiti agere. Poſſum enim mutare[c] voluntatem, & ante mortem tuam depoſitum repetere. Proinde & ſi ſic depoſuero, vt poſt mortem meam reddatur: potero & ego & heres meus agere depoſiti. ego mutata voluntate. B

Depoſitarius non tenetur niſi de dolo & lata culpa: & ideo re vendita per heredem abſque dolo, non tenetur niſi de eo quod ad eum peruenit. Bartolus.

Quia autē[d] dolus duntaxat in hanc actionē venit, † queſitū eſt, ſi heres rem apud teſtatorē depoſitam, vel cōmodatam diſtraxerit, ignarus[e] depoſitam vel commodatam, an teneatur. Et quia dolo non fecit, non tenebitur de re. An tamen vel de pretio teneatur, quod ad eū peruenit? Et verius eſt teneri eum. Hoc enim ipſo dolo facit, quòd id quod ad ſe peruenit, non reddit.[f] C

II. PAVLVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

QVid ergo ſi pretiū[g] nōdum exegit, aut minoris[h] quàm debuit, vēdidit?[i] actiones ſuas tantummodo præſtabit.

III. VLPIANVS libro trigenſimo primo ad Edictum. D

PLanè ſi poſſit rem redimere, & præſtare, nec velit, non caret culpa[k]: queadmodum ſi redēptam, vel alia ratione ſuam factam, noluit præſtare, cauſatus[l] quòd ſemel ignarus vendiderit.

IIII. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

SEd & ſi non ſit heres[m], ſed putauit ſe heredem, & vendidit, ſimili modo lucrum ei extorquebitur.[n]

In contraria depoſiti non iuratur in litē. h.d. Vel ſic: In actionibus contrariis in quibus de fide rupta non agitur, non efficitur quis infamis. Bartolus.

V. VLPIANVS libro trigenſimo ad Edictum.

EI apud quem depoſitum eſſe dicetur, contrarium iudicium depoſiti datur: in quo iudicio merito in litem non iuratur. [o] Non enim de fide rupta agitur, ſed de indemnitate eius qui depoſitum ſuſcepit: B

Contra ſequeſtrum habet locū actio qua tenetur rem exhibere in loco conuento, vel in altero ex his. Bartolus.

In ſequeſtrē depoſiti actio competit. Si tamen cum ſequeſtre conuenit[p] vt certo loco rē depoſitam exhiberet, nec ibi exhibeat, teneri eum palam eſt. Quòd ſi de pluribus locis[q] conuenit: in arbitrio[r] eius eſt quò loci exhibeat. Sed ſi nihil conuenit, denūciandum eſt ei vt apud prætorem exhibeat.

Sequeſter non poteſt officium ſuum deponere ſua ſponte niſi ex cauſa, & tunc iudice interueniente. Bartolus.

C Si velit ſequeſter officium deponere, quid ei faciendum ſit? Et ait Pomponius adire eum prætorem oportere, & ex eius auctoritate denuntiatione facta his qui eum elegerant, ei rem reſtituendam qui præſens fuerit. Sed hoc non ſemper verū puto. Nam plerumq; non eſt permittendum officium quod ſemel ſuſcepit, contra legem depoſitionis deponere. niſi iuſtiſſima[s] cauſa interueniente. Et cum permittitur, raro ei res reſtituenda eſt qui venit: ſed oportet eam arbitratu iu- D dicis apud ædem aliquam deponi[t].

VI. PAVLVS libro ſecundo ad Edictum.

PRoprie autem † in ſequeſtre eſt depoſitum, quòd à pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum reddendumque traditur.[u]

In re aliena intempeſtiue miſericordiam exercere, dolus præſumptus eſt. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro trigenſimo ad Edictum.

o *Non iuratur.* nec infamat contraria, vt ſ. de his qui not. inf. l. furti.§.ſi. at in directa in litem iuratur, vt ſupra ea. l. j. §. in depoſiti. & ſupra de in litem iurādo.l.in actionibus.

p *Conuenit.* alternatiue. Accurſius.

q *Quòd ſi de pluribus locis.* No.ar. quòd cum quis duo alternatiue promittit, vtrunq; ſit in obligatione, vt ſupra de min.& ſi ſine.j. reſpon.

r *In arbitrio.* vt infra de iure do.plerunque. in fine.

s *Iuſtiſſima.* ſic & infra mā. inter cauſas.§. qui mādatum. & ſupra de arbi.l.iij.§. tametſi. & l.licet. & de procu.ſed & hæ.§.pen. Accur.

t *Deponi.* vt ſupra ea. l.j.§.ſi pecunia. Accurſius.

u PRoprie. *Traditur.* vt infra de verb. ſignifi. ſequeſter. & facit infra eodē.l. licet. Accurſius.

SI hominem.} CASVS. Depoſui apud te ſeruum ligatum, vt de eo queſtio haberetur. miſericordia ductus ſoluiſti, & fugit. de lata culpa tenebe- ris. idē ſi apud ſequeſtrē homo erat depoſitus. {DATVR.} Si depoſitarius in re depoſita doloſe verſatus fuit, & deceſſerit, tenebitur heres de dolo; licet aliàs in puris delictis non tenetur heres niſi in quantum ad eum peruenit: niſi litem cum defuncto fuiſſet conteſtatus. ſed hic dolus eſt admiſſus in contractu. vnde ſi vnus eſt heres, in ſolidum tenetur. ſi plures, pro ea parte qua ſuccederet. {QVOTIENS.} Apud Maſſarium Titius rem ſuam depoſuit. multi cum eo contraxerunt. ſi Maſſarius cedat bonis, primo ſatisfaciet Titio qui eſt

† Iuxta hāc definitionem eſt quod Gell. l.2.noct. At.ca.19. ſcribit.

eſt plus priuilegiatus. & hoc ſi pure erat depoſitor qui depoſuit: non autem vt repeteret vſuras, neque ante depoſitionem, neque poſt. Sed quid ſi plures depoſuerunt, & ſucceſſiue: an ordo ſpectandus ſit, vt primo ſatiſfaciat primo deponenti: & ſic deinceps? Et reſpon. quòd non. hoc in ſecunda. Sed nunquid refert, extet pecunia apud eum, an cõſumpta ſit? Dicitur quòd nõ. hoc in tertia. Sed quid ſi quidam ex deponentibus fuerunt miſsi in poſſeſsionem bonorum: & alij poſtea venientes deſiderãt mitti: an ſint audiendi? Dicitur quòd ſic, ſi reſtituant ſumptus his qui primo petierunt mitti in poſſe. & in ea cauſa ſumptus fecerunt. Viuianus.

SI hominem apud ſe[a] depoſitum, vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum[b], vel ad malam manſionem extenſum[c], ſequeſter ſoluerit miſericordia ductus, dolo proximum eſſe quod factũ eſt, arbitror, [d] quia cũ ſciret cui rei pararetur, intẽpeſtiue miſericordiam exercuit: cũ poſſet non ſuſcipere talẽ cauſam, quã * decipere.

B *Quando dolus defuncti purgatur per actionem deſcendentem ex cõtractu, heredes tenentur inſolidum, non attento quantum ad eos peruenit. h.d. quem. §. no. Bartolus.*

Datur actio depoſiti in heredem ex dolo defuncti in ſolidum. Quanquam enim aliàs[e] ex dolo defuncti non ſolemus teneri, niſi pro ea parte quæ ad nos peruenit: tamen hic dolus ex contractu,[f] reique perſecutione deſcendit: ideoque in ſolidum vnus heres tenetur: plures vero pro ea parte[g], qua quiſque heres eſt.

C *Quando nummularij foro cedunt, potior eſt cauſa deponentium, & vſuras non recipientium: & inter eos qui prior eſt tempore, non eſt potior in iure. h.d. Vel ſic: Cauſa depoſiti præfertur ceteris etiam priuilegiatis, niſi deponens vſuras receperit. h.d. cũ l. ſeq. Bartolus.*

Quotiẽs foro[h] cedũt nummularij, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum: hoc eſt eorum qui depoſitas pecunias habuerint, nõ quas fœnore apud nummularios, vel cum nũmularijs, vel per ipſos exercebant. & ante priuilegia igitur ſi bona venierint, depoſitariorũ ratio habetur: [i] dummodo eorũ qui vel poſtea vſuras acceperunt, ratio non habeatur, quaſi renũtiauerint [k] depoſito. D Item quæritur, vtrum ordo ſpectetur eorum qui depoſuerunt: an verò ſimul omnium depoſitariorum ratio habeatur. Et conſtat ſimul admittendos. hoc enim reſcripto principali ſignificatur[l].

VIII. PAPINIANVS libro nono Quæſtionum.

QVod priuilegiũ exercetur nõ in ea tantũ quantitate, quæ in bonis argentarij ex pecunia depoſita reperta eſt[m], ſed in omnibus fraudatoris facultatibus. idq; propter neceſſarium vſum argentariorũ ex vtilitate publica receptum eſt. Planè ſumptus cauſa[n] qui neceſſariè factus eſt ſemper præcedit. nã deducto eo bonorum calculus ſubduci ſolet.

In actionibus bonæ fidei quilibet heredũ tenetur in ſolidũ ex dolo ſeu facto proprio. Ex facto autem defuncti pro hereditaria portione. Bartolus.

IX. PAVLVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

IN depoſiti actione ſi ex facto defuncti agatur aduerſus vnum ex pluribus heredibus, pro parte hereditaria agere debeo. ſi verò ex ſuo delicto, pro parte non ago[o]: meritò, quia æſtimatio refertur ad dolum quem in ſolidum ipſe heres admiſit.

X. IVLIANVS libro ſecundo ex Minicio.

NEc aduerſus coheredes eius qui dolo caret, depoſiti actio competit[p].

Depoſitum factum per ſeruum poteſt ſibi reſtitui: & liberatur depoſitarius, niſi ſciat vel ſcire poſſit dominum non conſentire, vel contradicere. Paulus.

XI. VLPIANVS libro quadrageſimoprimo ad Sabinum.

QVod ſeruus† depoſuit[q]: is apud quem depoſitum eſt, ſeruo rectiſsimè reddet ex bona fide. Nec enim conuenit bonæ fidei, abnegare id quod quis accepit: ſed debebit reddere ei à quo accepit: ſic tamen, ſi ſine dolo omni reddat: hoc eſt, vt nec culpæ quidẽ ſuſpicio ſit. Denique Sabinus hoc explicuit addendo: nec vlla cauſa interuenit, quare putare poſsit dominum reddi nolle[r]. hoc ita eſt, ſi potuit ſuſpicari, iuſta ſcilicet ratione motus[s].

a Apud ſe. ſcilicet qui non eſt ſequeſter, ſed ſimplex depoſitarius. ſed poſtea ponit caſum in ſequeſtro in tertia perſona, ibi, vel ad malam manſionem &c.

b Vinctum. ſcilicet ſolueris.

c Extenſum. ſcilicet apud ſequeſtrum. Az. Sed quare hic dicitur mala mãſio? Dic, quia in carcere aliquo.

d Arbitror. vt ſupra de dolo. l. & eleganter. §. idem Labeo. Acc.

e Aliàs. iſtud aliàs, non notat aliam ſpeciem eiuſdem generis: ſed diuerſum genus, ſcilicet actiones quæ ſunt ex maleficio: & ſic aliàs extra contractum. Accurſius.

f Contractu. idem ſi ex quaſi cõtractu deſcenderet: vt C. de negot. geſt. curatoris. Et ſic no. ex dolo commiſſo in contractu teneri heredem: vt hic, & infra de act. & obl. l. ex contractibus. & l. ex depoſiti. & infra de reg. iur. ad ea. §. fina. Sed hoc fallit in caſibus: vt ſi dolus dedit cauſam contractui: vt inſti. de perpe. & tem. ac. §. aliquando.[a] Item fallit in actione in factum quæ datur contra mẽſorem: vt ſupra ſi menſ. fal. mo. di. l. iij. §. pe.[b] Item fallit in tributoria: vt ſupra de tri. l. illud. §. fina.[c] Item in actione in factum de edendo: vt ſupra de eden. l. fin. quæ eſt anomala.[d] Item in ſtipulatione interpoſita cauſa iudicio ſiſti in locum actionis iniuriarum: vt ſupra ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum[e]. Item in actione in factum de precario: vt infra de preca. l. quæſitum. §. fina. quæ ſunt omnes contra. & eſt ratio ibi, quia non tranſit ad heredem ex contractu defuncti precarium: vt C. eod. titu. cum precario. ADDITIO. Iſta ratio diſplicet Bal. ideo dic aliter ſecundum eundem, quòd de precario actio non eſt ex contractu, ſed eſt datiua, datur enim à prætore: vt notatur in l. cum precario. §. j. infra de preca. ſed ſi ageret actione præſcriptis verbis, quæ concurrit cum actione de precario: vt not. infra de preca. l. ij. quam a- A ctionem de præſcri. ver. certum eſt ex contractu oriri: vt in l. iuriſgentium. §. j. ſ. de pact. tunc debet dici quòd daretur contra heredem ex dolo defuncti: quod eſt notandum, ſecundum Bald. hic.

g Parte. id eſt quantum peruenit. Accurſius.

h Quotiens foro. quia litigare nolunt, ſed bonis cedunt[f].

i Depoſitariorum ratio habetur. Sed contra infra de priui. credi. l. ſi ventri. §. in bonis. Sol. hic res depoſitę extabant: ibi non. quod nõ placet: vt infra l. prox. Vel admittuntur ante priuilegia perſonalia, ſed poſtea realia. ſed & quædam perſonalia eis præferuntur, vt dotis: vt C. qui po. in pig. hab. l. fin. item funeraria: vt ſupra de reli. & ſumpt. fune. l. penult. Item eius qui in refectionem rei credidit: vt infra qui po. in pig. ha. interdum. Vel dic vt ibi.

k Renuntiauerint. ſic j. de leg. com. l. ſi per emptionem. §. fina.

l Significatur. ſed nonne etiam inter eos occupantis melior eſt cauſa? Reſpond. ſic: vt j. de re. iud. inter eos. Accurſius.

m QVod priuilegium. Reperta eſt. ipſa extet, ſiue aliud ex ea emptum.

n Sumptus cauſa. ſ. ab his qui poſſeſsionem primo petierunt, & in poſſeſsionẽ ſunt miſſi: vnde debet reſtitui eis, cum alijs communicent poſſeſsionẽ: vt C. de bon. autho. iudi. poſ. l. fin. §. & expenſas. Vel dic ſumptus factos à depoſitario. Accurſius.

IN depoſiti.} CASVS. Si in re depoſita is penes quem depoſitũ eſt, dolo verſatus fuerit: ſi pluribus relictis heredibus deceſſerit, heredes ex dolo defuncti pro parte conuenientur, licet pro primo in ſolidum. ſed an in ceteros coheredes qui dolum nõ fecerunt, depoſiti detur actio ex dolo coheredis? Dicitur quòd nõ. hoc in ſecunda.

o Non ago. ſcilicet in ſolidum.

NEc aduerſus. Competit. pro dolo coheredis. Accur.

QVod ſeruus.} CASVS. Si ſeruus rẽ deponat, reddetur, niſi appareat dominũ nolle quòd reddatur, ſecundũ Sabinũ. Paulus dicit quòd reddenda ſit: quia ſufficit bonã fidẽ adeſſe. hoc in prima. Si vero eius rei quã depoſuit, ſeruus furtum fecerit: ſi reddat credens dominũ inuitum, non liberatur depoſitarius. neq; refert, ei manenti in ſeruitute, vel libero facto res reddatur: quia ſemper contingit liberatio, idem in omni debitore ſoluente iuſta cauſa ignorantiæ interueniente.

q Depoſuit. bona fide: vt j. eo. l. bona fides. §. incurrit.

r Nolle. hic ergo erit in culpa: vt ſ. ſi cert. pet. l. quod te. Acc.

s Motus. hic Sabinus ſtatim corrigitur, ceterũ ſufficit, &c. vt patet

** id eſt potius quam Ant. Augu. lib. 4. emẽ. ca. 8.*

a Immo ibi non fallit. nã cũ ibi loquatur quãdo dol⁹ dat cauſam cõtractui, & per conſequẽs cõtractus fuit ipſo iure nullus: non poteſt purgari dolus per actionem deſcendentẽ ex cõtractu: merito heredes tenetur inſolidũ, ſecundũ Bal. hic.

b Ibi nõ fallit: quia actio nõ eſt ex contractu, ſed ex delicto mẽſoris, ſecundum Bal.

c Ibi etiã nõ fallit: quia non datur actio ex dolo adhibito in cõtractu: ſed ex dolo cõmiſſo non in doloſa diſtributione: vt ibi patet, ſecundũ Bald.

d Illa nõ naſcitur ex cõtractu: ſed naſcitur ex dolo cõmiſſo in nõ parendo iudici. Bal.

e Dic quòd ibi loquitur de actione ex cõtractu quæ erat acceſſoria ad actionem deſcendentẽ ex deli-

† Contra Lucenſes, & quod ibi not. in l. ſi ſeruus. j. de ſol. & quod not. in l. ſi vnus. ſ. de pact.

patet j.de ſol.l.quod ſeruus.& l.ſi quis ſeruo. & j. de fur.qui re ſibi.ſed pro eo erat s.ſi cert.pet. quod te.in fin.& inſtit. de act.§.ſi quis agens.ibi,ſane ſi tam,&c.Accurſius.

A teritura eodem modo penes actorem,non aliàs:vt infra eod. l.ſi plures.§.fin.ſed illa lex intelligitur aliter quàm ipſe dixerit:vt ibi dices.

ceterum ſufficit bonam fidẽ adeſſe. Sed & ſi antè eius rei furtum fecerat[a] ſeru᷒:ſi tamẽ ignorauit is apud quẽ depoſuit, vel credidit dominum non inuitum fore huius ſolutionis, liberari poteſt. Bona enim fides[b] exigitur. Non tantum autem ſi remanenti in ſeruitute fuerit ſolutũ, ſed etiam ſi manumiſſo, vel alienato ex iuſtis cauſis liberatio contingit, ſcilicet ſi quis ignorans manumiſſum, vel alienatum, ſoluit. Idemque & in omnibus debitoribus[c] ſeruandum Pomponius ſcribit.

Quod eſt fiendum in re depoſita, in dubio intelligitur expenſis deponentis, niſi aliter actum ſit. Bartolus.

XII. POMPONIVS libro viceſimoſecundo ad Sabinum.

SI in Aſia depoſitum fuerit, vt Romæ reddatur: videtur id actum, vt non impenſa eius id fiat, apud quem depoſitum ſit, ſed eius qui depoſuit.[d]

Res ibi debet reſtitui, vbi depoſita eſt: niſi alibi expenſis petentis petatur. Bart.

C Depoſitum[e] eo loco reſtitui debet, in quo ſine dolo malo eius eſt[f] apud quem depoſitum eſt. Vbi vero depoſitum eſt, nihil intereſt. Eadẽ dicenda ſunt communiter & in omnibus bonæ fidei iudicijs[g]. Sed dicẽdũ eſt, ſi velit actor ſuis impenſis, ſuoq; periculo perferri rem Romam[h], vt audiendus ſit[i]: quoniam & in ad exhibendũ actione id ſeruatur[k].

Actio depoſiti ſequeſtraria datur contra heredes. Bartolus.

D Cum ſequeſtre[l] rectè agetur depoſiti ſequeſtraria actione: quam & in heredem eius reddi oportet.

Poſt litem cõteſtatam rei periculum pertinet ad depoſitarium. Bartolus.

Quemadmodum quod ex ſtipulatu, vel teſtamento dari oportet, poſt iudicium acceptum cum detrimento rei[m] periret[n]: ſic depoſitum quoque, eo die quo depoſiti actum ſit, periculo[o] eius apud quẽ depoſitũ fuerit eſt, ſi iudicij accipiendi tempore potuit[p] id reddere reus, nec reddidit.

Ab ea die qua quis incipit habere iniuſtam cauſam litigandi, videtur dolo malo facere, & ad eum periculum ſpectat. Bartolus.

XIII. PAVLVS libro trigenſimo primo ad Edictum.

SI quis inficiatus ſit nõ aduerſus dominum, ſed ꝙ eum qui rem depoſitam petebat, B verum procuratorem non putaret, aut eius qui depoſuiſſet, heredẽ: nihil dolo malo fecit. poſtea autem ſi cognouerit,[q] cum eo agi poterit: quoniam nunc incipit dolo malo facere, ſi reddere eam non vult.

Pro re depoſita non cõpetit condictio antequam committatur dolus. Bartolus.

Competit etiam condictio[r] depoſitæ rei nomine, ſed non antequam id dolo admiſſum ſit. Nõ enim quẽquam hoc ipſo quòd depoſitum accipiat, condictione obligari, verùm quòd dolũ malum admiſerit.[s]

Depoſitum eſt reddendum maiori parti heredum. Bartolus.

XIIII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI plures† heredes extiterint ei qui depoſuerit, dicitur, ſi maior pars adierit,[t] reſtituendã rem[u] præſentibus. Maiorem autem partem non ex numero vtiq; perſonarum,[x] ſed ex magnitudine portionum hereditariarũ intelligendam, cautela idonea reddenda.

Si res depoſita perijt eo modo quo eſſet peritura apud deponentem: depoſitarius liberatur. Bartolus.

D Siue autẽ cũ ipſo apud quẽ depoſita [res] eſt, actũ fuerit, ſiue cum herede eius, & ſua natura res ante rẽ iudicatã[y] interciderit, veluti ſi homo mortuus fuerit: Sabinus & Caſſius abſolui debere eũ cum quo actũ eſt, dixerunt: quia æquũ eſſet naturalẽ interitũ ad actorẽ pertinere: vtiq; cũ interitura eſſet[z] ea res,

a *Fecerat.* domino.

b *Bona enim fides.* ſcilicet tantum.

c *Debitoribus.* qui ſoluunt iuſta cauſa ignorantiæ interueniente, diſtinctione peculiaris & dominici peculij adhibenda: vt j.de ſolu.l. quod ſeruus. & l. ſi quis ſeruo.

S*I in Aſia.*} CASVS principij eſt planus. {DEPOSITVM.} Si depoſitarius aliò rem depoſitam transferat, ibi reddet, vbi res eſt. Sed quid ſi is qui depoſitum petit transferri petat ſuis ſumptibus: an ſit audiendus, quæritur. Et dicitur quod ſic. quod obſeruatur & in actione ad exhibendum. {QVEMADMODVM.} Sicut in actione ex ſtipulatu quæ eſt ſtricti iuris, vel ex teſtamẽto poſt moram, id eſt litem conteſtat. res debita moram facienti perit: ita res depoſita: vt ſi tempore accepti iudicij poteſt rem reddere, neque reddit: ex tunc ſuo ſit periculo. Viuianus.

d *Qui depoſuit.* ſecus in commodato: vt ſupra commo.l. ſi vt certo.§.idem Labeo. quæ eſt contra: quia tãtum gratia accipientis contrahitur.

e *Depoſitum.* i.rem depoſitam.

f *Eius eſt.* i.extitit. ſecus ſi dolo illud tranſtulit.

g *Iudicijs.* puta ſi emi rem quæ erat Mutinę, debet mihi ibi dari.

h *Romam.* quæ eſt cõmunis patria: vt infra ad munici.l.Roma.

i *Audiendus ſit.* & nihil conuenit. Io.

k *Seruatur.* vt ſupra ad exhiben. ſed ſi hereditas.§.j. Item in actione in rem: vt ſupra de rei vin. l. ſi res. & l.ſeq.

l *Cum ſequeſtro.* ergo eſt ſecũdę declinationis, ſicut magiſter:.& facit accuſatiuum ſequeſtrum. alibi eſt tertiæ, & facit accuſatiuũ ſequeſtrem: vt C.eo. l. propter.

m *Rei.* ſ.conuenti.

n *Periret.* vt j.de leg. j.apud Iulianum.§. ipſius quoque.

o *Periculo.* etiam fortuiti caſus ſecundum Io. vt s. de conſtitu.pecun.qui autem.§.ij.& infra de vi & vi arma.l.j.§.rectiſsime. & l.pen. & infra de re iudic. ſi homo. cum enim qui impedit ne depoſitarius reſtituat, teneatur deponenti de fortuito caſu, vt in authen. de depoſito & denun.§.j. col. vj. multo magis ergo is qui mihi obligatus eſt ex depoſito: cum perfidius faciat. ſed M. intelligit hunc.§. quando non erat in-

p *Potuit.* ac debuit.

S*I quis.*} CASVS. Si is qui rẽ depoſuit deceſsit, & heres eam ſibi reddi petit: an ſi is ignorat eum heredẽ eſſe, nec velit eam reſtituere antequam ei conſtet: an ſit audiendus, quæritur. Et reſp. quòd ſic. Idem eſt in procuratore. neq; ob hoc videtur dolum cõmittere, hoc eſt ſi ipſum heredem vel procuratorem eſſe negauerit. Viuianus.

q *Si cognouerit.* ſic & ſupra de tribu. illud. §. ſi tamen. & infra de doli except. l.ij.§.item quia. & ſupra eo.l.plane. in fine.

r *Condictio.* ſcilicet furtiua, & ſine cauſa.

s *Admiſerit.* ſed depoſiti etiam prius: vt ſupra e.l.j.§.idem Põponius.

S*I plures.*} CASVS. Si deponens plures heredes reliquerit, maiori parti præſenti res reſtituenda eſt. Maior pars nõ dicitur ex numero perſonarum, ſed ex magnitudine portionum hereditariarũ. & eſt reddenda cũ cõpetenti cautela, vt depoſitari᷒ ſeruetur indemnis. {SIVE.} Si cum depoſitario agatur, ſiue cum herede, & ante ſententiam & etiam litem motam, ne inſurgant contraria, res intereat, abſoluitur reus: maxime cũ penes actorem fuiſſet ſimiliter interitura. Viuianus.

† *Iſta lex eſt intelligẽda habere locum ſecundũ Bal. in re depoſita diuidua. ſecus ſi eſſet indiuidua: quia tũc poſſet vni ſoli reſtitui. de hoc habuiſtis s.e.in l.1.§.ſi pecunia.*

t *Adierit.* ad repetendum depoſitum. Acc.

u *Reſtituendam rem.* etiam ſi ſit diuidua. nã ſi indiuidua, etiam ſi vnus adeat, ei reſtituitur: vt ſupra eo.l.j.§. ſi pecunia. Accurſius.

x *Perſonarum.* ſcilicet tãtum. ſic etiam eſt in creditoribus: vt ſupra de pac. l. maiorem. & C.qui bo. ce.poſ.l.fin. Accurſius.

y *Rem iudicatam.* ſupple & ante motã controuerſiam: aliàs contra: vt infra de verbo. oblig.nemo. §.j. & de lega.j.cum res.§.fin.& ſupra eod.l. ſi in Aſia. §.fina. Sed alij dicunt ſpeciale in depoſito, cum & alia multa ſpecialia ſint in eo: & ſic intelligunt hic poſt moram etiam. ſed prima verior. niſi iuſtam cauſam habeat litigandi: vt ſupra de peti. here. illud. vt propter impenſas: vt ſupra commo. in rebus.§. poſſunt. & infra de fur.l.creditoris. nam tunc etiam poſt moram non tenetur de interitu: vt dicta.l.illud. Accurſius.

z *Interitura eſſet.* ſubaudi, maxime. nam idem ſi non erat interitura, ſecundũ Ioan. vt dixi. s.e.l. ſi in Aſia. in fin. Sed M. hanc

diſtinctionem ſemper etiam poſt moram admittebat, præterquam in fure & meticuloſo: vt C. quod metus cau. l. j. & facit pro eo ſupra de conſtitu. pec. l. ſi duo. §. ait prætor. & infra de iur. do. l. ſi is. in princi. & ſupra ad l. Rho. l. fin. §. fin. ea. & ſupra quod metus cau. l. ſi cum. §. quid ſi homo. ibi: ſed & ſi non culpa. vel hic iuſtam cauſam litigandi habet propter impenſas. Accurſius.

Qvi rem.} CASVS. Depoſuiſti rem meam apud meipſum. an ego poſsim teneri depoſiti? Dicitur quod non: & ponit exemplum. Viuianus.

a *Ex locato*. nullum iſtorũ valet in re ſua: vt hic, & infra de reg. iur. l. neque pignus. & C. loca. qui rem. & infra eod. l. bona fides. §. ſi tamen. & infra de vſuca. l. ei à quo. ſed videtur contra in precario: vt infra de preca. l. certe. §. fina. & l. ſeq. ſed & ibi fuit in alieno, id eſt poſſeſsione quæ erat aliena. ſ. creditoris.

SIis.} CASVS. Depoſui rem meam apud Titiũ, Titius depoſuit apud Mæuiũ. iſte Mæuius commiſit dolum. quæritur, ad quod mihi tenebitur Titius primus depoſitarius? Reſpon. quòd ad hoc, vt act. cedat mihi contra Seium, Viuianus.

b *Tibi præſtet*. quod ſufficit: vt ſupra de pecu. l. quod debetur. in fi. & ſupra. l. j. §. ſi vero tuo. & eſt ratio: quia de ſolo dolo tenetur. ſecus ergo in actione negot. geſt. in qua venit etiam culpa, vbi non liberatur cedendo: vt ſ. de nego. geſt. nam & ſi. §. ſi. quæ eſt contra.

† *Facit in ca. v. glo. 2. prope. fin. in verſi. cōſiſtit autem depoſitum. extra eo. titul.*

Licet.} CASVS. Vnus & plures deponere poſſunt. ſ. cum eſt ſimplex depoſitũ: apud ſequeſtrum vero non niſi plures. & hoc fit in re litigioſa: & hic quilibet videtur depoſuiſſe in ſolidum ſecus in re communi: quia quilibet pro parte ſua deponit. {REI DEPOSITAE.} Iſte §. ſatis clarus eſt, & leges ſequ. vſque ad l. ſi apud. Viuianus.

† *Cōcor. in c. 2. glo. 2. in fi. in verſic. item rei depoſitæ. extra eod. titul.*

etſi reſtituta eſſet actori.

In re propria non conſiſtit depoſitũ: ideo depoſiti agi non poteſt. idem in commodato & precario. Bartolus.

XV. IVLIANVS libro tertiodecimo Digeſtorum.

QVi rem ſuam deponi apud ſe patitur, vel vtendam rogat: nec depoſiti, nec commodati actione tenetur, ſicuti qui rem ſuam conducit: aut precario rogat, nec precario tenetur, nec ex locato[a].

B *Deponens primus non habet actionem contra tertium depoſitariũ, niſi prius ei fuerit ceſſa.*

XVI. AFRICANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

SI is apud quem rem depoſueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiſerit, ob dolum eius apud quem poſtea ſit depoſitum, eatenus eum teneri apud quem tu depoſueris, vt actiones ſuas tibi præſtet.[b]

Apud ſequeſtrum plures tantum deponunt, & tunc poſſeſsio amittitur. Bartolus.

XVII. FLORENTINVS libro ſeptimo Inſtitutionum.

C LIcet deponere tam plures quam vnus poſſunt, attamen apud ſequeſtrem nõ niſi plures † deponere poſſunt. Nam tũ id fit, cum aliqua res in cõtrouerſiam deducitur.[c] Itaque hoc caſu in ſolidum [d] vnuſquiſque videtur depoſuiſſe. quod aliter eſt cum rem communem plures deponunt. Rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet, † ſed & poſſeſsio,[e] niſi apud ſequeſtrem depoſita eſt. nam tum demum ſequeſter poſsidet. Id enim agitur [f] ea depoſitione, vt neutrius poſſeſsioni id tempus procedat.

Actio depoſiti in quatuor caſibus contra heredem ex dolo defuncti datur in ſimplũ, & intra annum ex dolo heredis ſecundum ſuam naturam. Bartolus.

c *Deducitur*. & vt reddatur vni, conuenit: vt hic, & ſ. e. l. ei apud quem. §. propriè. & ſ. qui ſatiſd. cog. l. ſi fideiuſſor. §. fin. & j. de verb. ſignifi. l. ſequeſter. & agitur præſcriptis verbis, ſecundum quoſdam: vt j. de præſcrip. verb. l. & ſi rem. §. fin. ſed tu dic, depoſiti ſequeſtraria: vt ſ. eo. l. ei. §. j.

d *In ſolidum*. ſecus quãdo plures rem communem deponunt: quia quilibet pro parte depoſuiſſe videtur: vt ſubijcit, & ſupra eo. l. j. §. ſed & ſi duo. & hic, vt ſubijcit, rei depoſitæ. Accur.

e *Poſſeſsio*. ſic & in cõmodato, vt ſupra commo. l. rei. Accur.

f *Agitur*. tacite, vt hic innuit, niſi contra probetur, quod eſſe poteſt: vt infra de acquir. poſſ. l. intereſſe puto. Accur.

g DE eo quod tu. Poteſt intelligi in herede depoſitarij cauſa tumultus, vt teneatur intra annum in ſimplum: vt ſicut

A vnum ſpeciale eſt contra depoſitarium, qui conuenitur in duplum, ita ſit hic aliud pro herede. & fiet punctum ibi, intra annum quoque. & incipiat verſus, in ipſum &c. Item quod dicitur, in ipſum, refertur ad depoſitarium, non ad heredem. & quod dicitur in perpetuum, ſcilicet ratione ſimpli. Alij intelligunt quod principium loquatur de herede depoſitarij vſq; illuc, & intra annum &c. & poſtea de ipſo depoſitario. & quando datur in ſimplum, detur in perpetuum, ſcilicet etiam in heredem: & ſic ad primum dictum refertur quod dicit in fi. & in perpetuum. prima verior eſt. Accurſius.

h IVlianus. *Poſſe*. nam hęc eſt vna de illis actionibus quæ iure vetere ſibi dantur: vt ſ. de iudi. l. ſi longius. §. ſi filius. & infra de actio. & obl. l. filiusfa. Accurſius.

i SI *ſine*. Nec cauere. ſecus in actione in rem. vt ſ. de rei vin. l. ſi vero. §. Iulianus. quæ eſt contra. & eſt ratio: quia ibi cauet propter lucrum quod lit. conteſta. ſenſit, ſcilicet vſucapiendo. nec enim ſine onere debet eſſe lucrum: vt inſti. de leg. pa. tu. in fin. hic autem nullum eſt lucrum in re depoſita: ideoq; depoſitarius nullum ſentit onus: Item ſecus in actione ad exhi. vt ſupra ad exhi. l. Celſus. §. ſi quę eſt contra. Item ſecus in procuratore: vt infra titu. j. l. ſi procurator. §. vlti. quæ eſt contra. Sed eſt ratio, quia procurator durius aſtringitur, cum teneatur etiam de leuiſsima culpa: vt C. manda. à procuratore. At in depoſito ſolus dolus venit: vt ſupra l. prima. §. at ſi cibaria tantum. Item ſecus in condictione ob cauſam: vt ſupra de condict. ob cau. ſi pecuniam. §. item ſi quis. in fine. §. Item ſecus in alijs bonæ fi. iudicijs, vt ſupra de iudicijs. l. in omnibus. Accurſius.

SI apud.} CASVS. Si res apud filiumfa. deponatur, & emancipatus rem teneat, & depoſiti tenetur, & de pecu. pater intra annum non cõuenietur: ſed filius tenebitur. idem in ſeruo, ſi manumiſſus rem teneat, in ipſum non in dominum competit actio.

k *Si apud filiumfa*. ſic & j. pro ſoc. l. ſi id quod. §. fin.

l *In ipſum*. ſ. manumiſſum. Sed contra ſupra de neg. geſt. Pomponius in negotijs. & ſupra eod. l. j. §. ſi apud. & C. an ſeruus ex ſuo facto. l. j. Sol. hic ſpeciale, vt hic innuit, licet ex ceteris &c. Alij dicunt quòd hic conuenitur ratione præſentis poſſeſsionis, non autem ratione eius quem in ſeruitute habuit: vt argu. ſupra de iudi. non aliàs. §. ſi. Vel dic,[a] quòd hic conuenitur rei vindi. non vero actione depoſiti, quę eſt ex contractu: quod videtur conſonare cum eo quod habes ſupra eo. l. j. §. ſi apud. Accurſius.

XVIII. NERATIVS libro ſecundo Membranarum.

DE eo quod tumultus[g]*, incendij, ruinæ, naufragij cauſa depoſitũ eſt, in heredem de dolo mortui actio eſt pro hereditaria portione, & in ſimplum, & intra annum quoque: in ipſum, & in ſolidum, & in duplum, & in perpetuum datur.

XIX. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

B IVlianus & Marcellus putant filiumfamiliàs depoſiti recte agere poſſe[h].

Depoſitarius qui ſine dolo & lata culpa deſiit habere facultatem rei reſtituendæ, deſinit poſſe cõdemnari, ſed ſi recuperat, redncipit teneri. ſed primo caſu non tenetur cauere de reſtituendo. Pau.

XX. PAVLVS libro octauodecimo ad Edictum.

SI ſine dolo malo rem depoſitam tibi amiſeris: nec depoſiti teneris, nec cauere[i] debes, ſi deprehenderis, eam reddi. ſi tamen ad te iterum peruenerit, depoſiti teneris.

C *Emancipatus tenetur de depoſito ante ſibi facto, idem in ſeruo manumiſſo. Bart.*

XXI. IDEM libro ſexageſimo ad Edictum.

SI apud filiumfamiliàs[k] res depoſita ſit, & emancipatus rem teneat: pater nec intra annum de peculio debet cõueniri, ſed ipſe filius. Plus Trebatius exiſtimat, etiam ſi apud ſeruum depoſitũ ſit, & manumiſſus rem teneat, in ipſum[l] dandam actionem, non in dominum: licet ex ceteris cauſis in manumiſſum actio non datur.

D *Si plures heredes depoſitarij ſeparatim dolum committunt, quilibet tenetur pro parte. vbi vero communiter, quilibet tenetur in ſolidum. ſed ſi ad rei reſtitutionem agitur, condemnatio fit pro parte. h. d. ſecundũ lect. quam tenet. Bartolus.*

XXII. MARCELLVS libro quinto Digeſtorum.

a Si duo.

SI duo heredes rem apud defunctum depoſitã dolo interuerterint, quodam vtiq; caſu in partes tenebuntur. Nam ſi diuiſerint decem milia,[a] quæ apud defunctum depoſita fuerãt, & quina milia abſtulerint,[b] & vterque ſoluẽdo eſt, in partes obſtricti erunt.[c] nec enim amplius actoris intereſt. Quòd ſi lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo paſsi fuerint, aliáve, quæ ſpecies dolo eorum interuerſa fuerit, in ſolidum cõueniri poterunt, ac ſi ipſi ſeruãdam ſuſcepiſſent.[d] Nam certè verum eſt, in ſolidum quemq; dolo feciſſe: & niſi pro ſolido res[e] non poteſt reſtitui. Nec tamẽ abſurdè ſentiet qui hoc putauerit. planè,[f] niſi integrę rei[g] reſtitutione, eum cum quo actum fuerit, liberari nõ poſſe, condemnandum tamen ſi res non reſtituatur,[h] pro qua parte heres extitit.

In hac actione admittitur cõputatio expenſarum. Bartolus.

XXIII. MODESTINVS libro ſecundo differentiarum.

ACtione depoſiti conuentus ſeruo conſtituto[i] cibariorum nomine, apud eundem[k] iudicem vtiliter experietur.

Commendatum & depoſitum idẽ ſunt: item actione depoſiti vſuræ veniunt à tempore moræ: etiam ſi pecunia numerata deponitur, licet depoſiti terminos egrediatur. Bartolus.

XXIIII. PAPINIANVS libro nono Quæſtionum.

LVcius Titius Sempronio ſalutem. Centum nummos, quos hac die commendaſti mihi adnumerante ſeruo Sticho actore, eſſe apud me vt notum haberes, hac epiſtula manu mea ſcripta tibi notum facio, quos * quando voles, & vbi voles, confeſtim tibi numerabo. Quæritur propter vſurarum incrementum.[l] Reſpondi, depoſiti actionem locum habere. Quid eſt enim aliud commẽdare,† quàm deponere?[m] Quòd ita verum[n] eſt, ſi id actum eſt, vt corpora nummorum eadem redderentur. Nam ſi vt tantundem[o] ſolueretur conuenit, egreditur ea res depoſiti notiſsimos termi-

B nos.[p] In qua quęſtione ſi depoſiti actio non teneat,[q] cũ conuenit tantundem non idem reddi: rationem vſurarũ haberi non facilè dicendum eſt. Et eſt quidem conſtitutum in bonæ fidei iudicijs, quod ad vſuras attinet, vt tãtundem poſsit officium arbitri,[r] quantum ſtipulatio. Sed cõtra bonam fidem,[s] & depoſiti naturam eſt, vſuras ab eo deſiderare temporis ante moram, qui beneficium[t] in ſuſcipienda pecunia dedit.[u] Si tamen ab ini-

C tio de vſuris præſtandis conuenit,[x] lex contractus ſeruabitur.[y]

Qui me præſente rem meam recepit, depoſiti actione tenetur. Bartolus.

XXV. IDEM libro tertio Reſponſorum.

DIe ſpõſaliorum aut poſtea res oblatas puellæ quæ ſui iuris[z] fuit, patet ſuſcepit. heres[a] eius vt exhibeat, rectè conuenietur etiã actione depoſiti.[b]

In depoſito pecuniæ numeratæ veniunt vſuræ à tempore moræ. Bartolus.

Qui pecuniam apud ſe non obſignatam,[c] vt tantundem redderet depoſitam, ad

D vſus proprios conuertit: poſt moram in vſuras quoque iudicio depoſiti condemnandus eſt.[d]

SI duo.} CASVS. Si depoſitarius decedat duobus heredibus relictis, & rem depoſitam dolo interuertunt: an in ſolidum teneantur? quæritur. Et diſtinguitur, aut erat res diuidua: puta. x. erant depoſita: & v. tractauerunt: & ſinguli in partes conueniuntur: quia plus actoris nõ intereſt. ſed in indiuidua quilibet tenetur in ſolidum ad rem reſtituendam: cuius niſi integra fiat reſtitutio, condemnatio pro partibus fiet.

a *Decem milia*. & ſic diuiſibilis. ſic s̄. eo. l. in depoſiti. & j̄. de adminiſtr. tu. l. tres tutores. circa princi. ibi, plane ſi pecunia &c.

b *Abſtulerint*. contrectando & conuertẽdo in ſuum vſum quilibet ſua quinque milia.

c *Erunt*. quilibet in media. ſ. quinque milia. & ſic agitur & fit condemnatio pro partibus.

d *Suſcepiſſent*. & ſic contraxiſſent. ſecus ſi non contraxiſſent: quia tunc pro partibus: vt s. eod. l. j. §. ſi apud duos.

e *Res*. ſ. ſi extaret.

f *Plane*. i. certe.

g *Rei* indiuiſibilis cõtrectatæ. Accurſius.

h *Non reſtituatur*. No. actionem in ſolidum: condemnationem vero pro parte, in hoc caſu: in pecunia vero ideo aliud, quia pro parte tantum, non in ſolidum videntur eam contrectaſſe & habuiſſe: vt s̄. ſi cer. pet. nam & ſi fur. §. fi. Sed in ſpecie contra: quia licet habuerit eam pro parte, tamen in ſolidum eam contrectauit animo lucrãdi: vt & quando plures ſubripiunt: & ideo tenetur ratione delicti in ſolidum, ſed cõſiderata naturali & primordiali qualitate actionis depoſiti: quæ eſt vt pro partibus teneãtur: vt no. s̄. eodem. l. j. §. ſi apud. quilibet liberatur præſtando intereſſe pro parte. ſecus ergo in furibus: quia ibi non poteſt hæc qualitas aſsignari. Item ſecus in iſtis heredibus ſi conueniantur non actione depoſiti, ſed cõdictione furtiua. & facit j̄. de præto. ſtipu. l. prætoriæ ſtipulationes. Accurſius.

ACtione.} CASVS. Si in ſeruo depoſito ſumptum fecerit depoſitarius: contraria depoſiti conueniet deponentem.

i *Conſtituto*. apud ſe depoſitarium.

k *Eundem iudicem*. vel etiam apud alium: vt ſupra commo. in commodato. §. j.

LVcius.} CASVS. Seruus Sẽpronij. c. tradidit Lucio Titio: Lucius Titius miſit literas Sẽpronio: quibus ſignificauit ꝙ habebat ex numeratione ſerui. c. quæ promiſit ſibi numerare vbi vellet, & quando vellet. quis contractus ſit. ſ. an mutuum, an depoſitum? quæritur. Quæſtio fit propter incrementum vſurarum. Et reſpon. ꝙ ſi actum erat ꝙ eadem. c. redderetur, depoſitum eſt. ſed ſi tantundem, egredietur naturam depoſiti: ſed non aperit ſit depoſitum, an non. Verum proinde cum cõuenit vt non idem ſed tantundem reddatur: non facile eſt vt

A veniant vſuræ, cũ in ſtrictis iudicijs &c. vnde ex mora in hoc caſu debentur: alioqui non, niſi ab initio aliter conueniſſet.

l *Incrementum*. quis contractus ſit, depoſitum, an mutuum.

m *Quàm deponere*. vt infra de verb. ſignifi. l. commendare. aliter accipitur infra man. ſi vero non remunerandi. §. cum quidam. Accurſius.

n *Verum*. indubitanter.

o *Tantundem*. id eſt tãtum ſi conſumpta eſſet. Accurſius.

p *Terminos*. eſt tamẽ depoſitum: vt j̄. l. proxi. §. qui pecuniam. & l. Publia. §. j. in fi. ſunt autem notiſsimi termini, quòd depoſitor neq; dominium neq; poſſeſsionem amittit: vt ſupra eo. licet. §. rei. & idem debet reddi: vt ſupra ſi cer. pet. l. ij. in princ. & j̄. loca. l. in naue.

q *Non teneat*. ſed tamen tenet, vt dixi.

r *Arbitri*. id eſt iudicis. & facit. ſupra de nego. geſt. l. quia tantundem.

s *Sed contra bonam fidem*. proſequitur quando idem: & idem etiã quando non idem debet reddi.

t *Qui beneficium*. cuſtodiæ.

u *Dedit*. id eſt fecit.

x *Conuenit*. ad caſum quando tantundem: vt s̄. e. Publia. §. j. in fine. vel ad illum quando idem poteſt referri, puta à die tali in antea tenearis ad vſuras.

y *Seruabitur*. nam in bo. fid. iudic. vſuræ ex ſolo pacto incontinẽti habito debentur: vt j̄. de vſuris. cum quidam. §. ex locato. Accurſius.

† *Not. ꝙ idẽ eſt commẽdare, & deponere. concor. tex. in l. cũ hereditas. C. e. tex. in l. Lucius ſupra eo. tex. in l. cõmendare j̄. de verb. & re. ſign. tex. in c. ne quis. 22. q. 2. tex. in c. 1. extra de depoſi. tex. e. ius naturale. 1. diſtin.*

DIe ſponſal.} CASVS. Depoſui apud te pecuniam nõ obſignatam, vt tantundem redderes: nõ quòd hoc expreſſum fuerit: quia tunc ſecus. poſt moram iudicio depoſiti conuentus teneberis ad vſuras.

z *Sui iuris*. aliàs ſecus: quia tantum naturalis obligatio eſſet nata contra patrem: vt s̄. de condict. indebi. l. frater à fratre. §. quæſitum.

a *Heres*. ſcilicet patris.

b *Depoſiti*. hoc quando præſente puella accipit pater: aliud ſi ignorante: vt ſupra de neg. geſt. l. ſi fideiuſſor. §. ſi ignorante. quæ eſt contra. ADDITIO. Dic quòd ibi puella non fuit præſens: vnde non poteſt dici depoſitum. hic vero erat præſens, ſecundum Bart. hic.

c *Non obſignatam*. hoc ideo, vt &c.

d *Condemnandus eſt*. vt j̄. eo. l. Quintus & l. ſi ſacculum. §. fi. ſi ergo depoſiti agitur vbi cõuenerit inter eos vt tantundẽ redderetur, quomodo ſciam detur actio ex mutuo, vel ex depoſito? niſi dicas, ſecũdum quod eſt actum inter eos. ſed pone nil actum. Ad hoc reſpon. ꝙ hic non cõuenit expreſſe vt ea vteretur, præſumitur tamẽ quòd voluerit ea vti, quia pecuniam nõ obſignatã reliquit: & ideo depoſiti agitur inſpecto initio: vt ſupra eod. l. j. §. idem Pomponius quærit, ſi tibi mandauero. ſi vero expreſſe conueniſſet vt ſi vellet, vteretur: demum

Ex pacto appoſito in traditione rei meæ quæ durat, alteri quæritur vtilis actio. Bartolus.

XXVI. PAVLVS libro quarto Reſponſorum.

PVblia Mæuia cum proficiſceretur ad maritũ ſuũ, arcam clauſam cum veſte & inſtrumentis commendauit Gaiæ Seiæ, & dixit ei: Cum ſalua ſana ve venero, reſtitues mihi: certè ſi aliquid mihi humanum [a] contigerit, filio meo, quem ex alio marito ſuſcepi. Defuncta ea inteſtata, [b] deſidero, [c] res commendatæ cui reſtitui debeant, filio, [d] an marito. Paulus reſpõdit, filio.

In contractibus bonæ fidei, ex ſolo pacto nudo debentur vſuræ. Bartolus.

Lucius Titius ita cauit: † ἔλαβον, καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα τοῦ ἀργυρίου δηνάρια μυρία: καὶ πάντα ποιήσω καὶ συμφωνῶ καὶ ὡμολόγησα ὡς προγέγραπται. καὶ συνεθέμην χορηγῆσαι σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβόλους τέσσαρας, μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. [id eſt, Suſcepi, habeoq; apud me titulo depoſiti ſupra ſcripta denariũm argenti decem milia: meq; ad præſcriptum omnia præſtaturũ & promitto, & profiteor: conuentione ſcilicet inita, vt quoad omne argentum reddatur, in ſingulos menſes ſingulasque libras vſurarum nomine quaternos tibi obolos ſubminiſtrem.] Quæro, an vſurę peti poſſunt. Paulus reſpondit, eum contractum de quo quæritur, depoſitæ pecuniæ modum excedere: [e] & ideo ſecundum conuentionem, vſuræ quoq; actione depoſiti peti poſſunt.

Verba enunciatiua non inducunt obligationem in contractibus, ſed probationem. item priuata ſcriptura fidẽ facit contra producentem, non pro eo: niſi ab aduerſario fuerit approbata. Bartolus.

Titius Sempronijs ſalutem: Habere [f] me à vobis auri pondo plus minus [g] decem, & diſcos duos, ſaccum ſignatum: ex quibus debetis mihi decem, [h] quos apud Titium [i] depoſuiſtis: item quos trophimati [k] † decem, item ex ratione patris veſtri decem, & quod excurrit. † Quæro, an ex huiuſmodi ſcriptura aliqua obligatio nata ſit: ſcilicet quod ad ſolam [l] pecuniæ cauſam attinet. Reſpondit ex epiſtula de qua quæritur obligationem quidem nullam natam videri: ſed probationem depoſitarum rerum impleri poſſe. [m] An autẽ is quoque qui deberi ſibi cauit in eadẽ epiſtula decem, probare poſsit [n] hoc quod ſcripſit: iudicem æſtimaturum. [o]

Licet non valeat quod in veritate agitur, tamen valet quod ſimulate concipitur. Bartolus.

XXVII. IDEM libro ſeptimo Reſponſorum.

LVcius Titius cum haberet filiã in poteſtate Seiã, Pamphilo ſeruo alieno [p] in matrimoniũ collocauit: cui etiam dotem [q] dedit: quã ſub titulo depoſiti in cautionem contulit: [r] & poſtea nulla denuntiatione [s] à domino facta, pater deceſſit: mox & Pãphilus ſeruus. Quæro qua actione Seia pecuniam petere poſſit, cum ipſa patri heres extiterit. Paulus reſpondit, quoniam dos conſtitui non potuit ex cauſa [t] depoſiti, actione de peculio pecuniam [u] repetendam.

Qui promittit prouidentiã pecuniæ depoſitæ, tenetur ad vſuras, ſi eas perceperit, vel in ſuos vſus conuerterit. Bart.

XXVIII. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

QVintus Cæcilius Candidus ad Paccium Rogatianum epiſtulã ſcripſit in verba infra ſcripta: Cæcilius Candidus Paccio Rogatiano ſuo ſalutem. Vigintiquinq; nummorum, * quos apud me eſſe voluiſti: notum tibi ita hac epiſtula facio, ad ratiunculam meam ea* perueniſſe: quibus vt primum proſpiciam, ne vacua * tibi ſint, id eſt vt vſuras eorũ accipias, curæ habebo. Quęſitum eſt, an ex ea epiſtula etiam vſuræ peti poſſunt. Reſpondi, deberi ex bonæ fidei [x] iudicio vſuras, ſiue [z] perceperit ſiue in ſuos vſus conuerterit.

---

cum vtitur, & fit mutuum, & de mutuo agitur: vt ſupra ſi certa peta. l. quod ſi ab initio.

PVblia.} CASVS clarus eſt, & procedit per terminos. {LVCIVS.} Titius miſit epiſtolam ad Seium, qua ſignificauit ei ſub hac forma: Notum ſit tibi quòd habeo. x. apud me: confiteor hic & promitto tibi ea reddere cum vſuris: an ob hoc vſuræ debeantur. Et reſpon. quòd licet iure contractus videatur excedere naturam depoſiti: tamen depoſitum eſt, & ex conuentione actione depoſiti petentur vſuræ. {TITIVS.} Titius miſit epiſtolam Sempronio: qua ſignificauit ei ſic, notũ tibi facio quòd apud me habes. x. pondo auri plus vel minus, & ſacculos ſignatos. x. & alia manu teneris mihi in x. an per talem ſcripturam aliqua ſit nata obligatio, quæritur. Et reſpon. quòd non: ſed rerum depoſitio per eam probari poteſt. ſed an per epiſtolam hanc Titius probare poterit. x. ſibi dari debere à Sempronio? Reſpon. quòd iudex æſtimabit, ſcilicet ſi Sempronius cõſenſit his quæ ſcripta erant contra ſe, vt ſic ſtetur epiſtolæ in totum. aliàs non puto, quia dicit, huic ſcripturæ quæ dicit me debere Titio, non cõſentio: ſed his quę pro me faciunt conſentio. Viuianus.

† Vide Alcia. li. diſpũ. 1. cap. 8.

a Humanum. i. quod moriar: vt infra de verb. ſignifica. l. vulgari. §. j. & §. ij. Accurſius.

b Inteſtata. Publia.

c Deſidero. vt mihi tria dicas.

d Filio. ſcilicet per vtilem actionem depoſiti: vt hic, & C. ad exhi. l. penu. & j. de pact. dota. l. ſi ita. & l. pactum. non autem directa: vt infra de donatio. l. donationes. §. penul. quę eſt contra. vel illa in extraneo, vt in eum non videatur collata donatio, vt hic in filio. ſed econtra per filium ſic paciſcentem matri non quæritur: vt infra ad Trebellia. l. debitor. §. fin. de marito autem ideo dubitabatur, quia forte fecerat ei pactum mulier quòd res ſuas lucraretur poſt mortem ſuam. Accurſius.

e Excedere. ſupple, eſt tamen depoſitum: & ideo ſecundum conuent. &c. vt ſupra eod. l. Lucius. in fin. debentur enim ex pacto vſuræ in bonæ fi. iudi. vt C. de pact. inter empto. & ven. l. initio. Accurſius.

† id eſt q᷑ in nutricis expendi. Vide Alcia. lib. 1. diſpũ. ca. 18. &

f Habere. ſubaudi notũ ſit veſtræ dilectioni, aliàs diſcretioni.

g Minus. i. parum plus, vel parum minus.

h Decem. obolos.

i Apud Titium. Mæuium vel apud alium Titium. Accur.

k Trophimati. i. mercedi & pretio nutricationis.

l Solam. idem in alijs: vt in reſponſione dicit ſtatim.

m Poſſe. vt j. de prob. l. fin. & de leg. iij. cum quis. §. codicillis. & ſ. de pactis. l. emptor. §. fina.

n Poſſit. Per hanc epiſtolam. Accur.

o Aeſtimaturum. vt ſi ille conſentit his quæ erant etiã cõtra ſe, ſtetur epiſtolę in totum: aliàs non.

LVcius.} CASVS. Collocauit filiã ſuam Titius in matrimoniũ Pãphilo ſeruo alieno. & erat hæc in poteſtate. & dedit dotẽ cum ea, quam ſeruus recepit vt depoſitam. deceſſit pater, & deceſſit Pamphil⁹. qua act. repetet. c. data nomine dotis filia? Reſpon. ꝙ nõ dotis actione: quia nulla erat dos: ſed act. depoſi. de pec. à domino Pamphil. repetet hoc edicto.

p Seruo alieno. quem putauit liberũ, ſecundum Azo. & ſic etiam ſecundum cano. non tenet matrimonium, ratione inæqualitatis. Accurſius.

q Etiam dotem. i. quaſi eſſet dos.

r Contulit. i. fecit Lucius vt ſerues caueret ſe debere ex cauſa depoſiti pecuniam quam ex cauſa dotis acceperat, & id agebatur vt ex cauſa depoſiti, non dotis, contraheretur obligatio ad præſens. Accurſius.

s Denuntiatione. quòd eſſet hic ſeruus. vel ꝙ non teneret matrimonium: propter quã denuntiationẽ omiſſam, ſi dominus non reuocaret ſeruum, fieret liber: vt in auth. de nup. §. ſi vero ab initio. & §. ſi autem. & §. ſi vero ipſe quidem. colla. iiij.

t Ex cauſa. quia ſeruus erat.

u Pecuniam. ſed cur non datur condictio ſine cauſa? poteſt dici & illam vtpote generalem dari: vt ſ. de condic. ſine cauſa. l. auunculo. Accur.

QVintus.} CASVS. Cæcilius ſignificauit per epiſtolã Paccio in hæc verba: Notum tibi facio quod vigintiquinque quos apud me eſſe voluiſti, venerunt ad rationem meam: quos curæ habeo vt non ſint tibi vacui. an ex epiſtola tali vſurę debeantur, quæritur. Et reſpon. quòd ſic, ſiue ex cauſa mutui, ſiue vſuras percepit, ſiue in vſus ſuos conuertit. Viuianus.

x Ex bonæ fidei. ſ. depoſiti. Accurſius.

z Percepit.

a *Percepit.* vſuras ex hac pecunia: vt infra titu.j.idemque.§.ſi procurator meus. Accurſius.
b *Vſus eſt.* non ergo iure pacti: & quia non certum dicit: vt j. de vſur.tutor.§.fi.& quia non incontinenti.aliàs etiam ex pacto: vt j.de vſuris.l.cum quidam.§.ex locato. Accur.

SI *ſacculum.* } CASVS. depoſui apud te ſacculum plenum pecunia: tu iſtum ſacculum vel argentum me inuito cõtrectaſti. dicitur quòd teneris mihi furti actio & depo. Sed pone quòd permiſi tibi vti pecunia mea depoſita. Dicitur quòd non teneris mihi niſi ad vſuras. Viuia.
c *Vel.* pro id eſt. Accurſius.
d *Et depoſiti.* vt ſ. eod. l.dic.§. qui pecuniam. Accurſius.
e *Et furti.* vt inſtit. de obl. quæ ex deli. na.§. placuit. Accurſius.
f *Vt in ceteris.* ſcilicet ratione moræ, vel pacti appoſiti incontinenti.& intellige quãdo non fuit actum vt de mutuo agatur, ſed vt ex depoſito obligatio prima duret. aliàs ageretur ex mutuo, & non venirent vſuræ citra vinculum ſtipulationis: vt C.de vſuris.l.quanuis. Accurſius.

SI *fideiuſſor.* } CASVS. Depoſui apud te decem: & Titius pro te fideiuſsit. egi contra Titium, & rei depoſitæ æſtimationem exegi. res depoſita quæ apud te eſt, remanet in tuo dominio: quia tua fit. Viuianus.
g *Pro te.* id eſt apud te. Accurſius.
h *Rem tuam fieri.* ſi res præſens eſt: vt ſ.de rei vindica. l. eius rei. & l.hoc.

BOna. } CASVS. Depoſui apud te rem aliquam: commiſi delictum, & deportatus ſum, & bona confiſcata ſunt: vtrum reſtituere debeas depoſitũ, ſcilicet, an mihi, an fiſco? huic quęſtioni non reſpondet, ſed dicit quòd inſpecto iure naturali, mihi reſtituenda eſt: inſpecto iure ciuili, quòd non, ne relinquatur delictum impunitum: vnde & alij terreantur, reſtituenda eſt fiſco. tu dic indiſtinctè, quòd reſtituenda eſt fiſco. hoc in prima. Sed quid ſi rem tibi ſubripui, & eam apud Titium depoſuero, cui erit reſtituenda? Dicitur quòd ſi velimus inſpicere tantum accipientem & dantem, erit reſtituenda illi qui eam depoſuit. ſecus ſi perſonas reſpicimus quas contingit negotiũ. idem eſt in poſſeſsione, hoc in ſecunda. Sed quid ſi ſubripuero filio tuo vel ſeruo. & apud te dominum vel patrem ignorantem depoſui: an ſit depoſitum? Et reſpon. quòd non: cum ſit hæc res domini vel patris. hoc in tertia. Sed quid ſi rem meam ſubripueris, & apud me depoſueris ignorantem rem meam eſſe: an ſit depoſitum? Dicitur quòd non. hoc in quarta. Sed quid ſi tu ignorans eam reſtituiſti, qua actio poſsis eã recuperare? Reſpon. quòd condict. furtiua. tamen hoc non bene apparet.

percepit[a], ſiue pecunia in rẽ ſuam vſus eſt[b].

Depoſitarius vtendo re depoſita præter voluntatem deponentis, tenetur furti, & etiam depoſiti: ſecus ſi ex eius voluntate: tunc tamẽ tenebitur ad vſuras ex mora vel ex pacto. Bartolus.

XXIX. PAVLVS libro ſecundo Sententiarum.

SI ſacculum vel[c] argentum ſignatum depoſuero: & is penes quem depoſitum fuit, me inuito contrectauerit: & depoſiti[d] & furti[e] actio mihi in eum competit. Si ex permiſſu meo depoſita pecunia is penes quem depoſita eſt, vtatur: vt in ceteris[f] bonæ fidei iudicis, vſuras eius nomine præſtare mihi cogitur.

XXX. NERATIVS libro primo Reſponſorum.

SI fideiuſſor pro te[g], apud quem depoſitum eſt, litis æſtimatione damnatus ſit, rẽ tuam fieri[h].

Bona fides eſt in genere, vt res depoſita deponenti reſtituatur: niſi extrinſeca & ſpecialis ratio hanc bonam fidem impediat. h.d. tota lex. Bartolus.

XXXI. TRYPHONINVS libro nono Diſputationem.

BOna fides, quæ in contractibus exigitur[i], æquitatem ſummam deſiderat. Sed eam vtrum æſtimamus ad merum ius gentium[k], an verò cum preceptis ciuilibus, & prætorijs? veluti reus[l] capitalis iudicij depoſuit[m] apud te centum: is deportatus eſt: bona eius publicata ſunt. vtrúmne ipſi[n] hæc reddenda, an in publicum deferenda[o] ſint? Si tantùm naturale & gentium ius intuemur: ei qui dedit, reſtituenda ſunt. Si ciuile ius, & legum ordinem: magis in publicum deferenda ſunt. Nam malè meritus, publicè, vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet. Incurrit hic & alia inſpectio, bonam fidem inter eos tantùm quos cõtractum eſt, nullo extrinſecus aſſumpto, æſtimare debemus, an reſpectu etiam aliarum perſonarum, ad quas id quod geritur, pertinet[p]. Exẽpli loco, Latro ſpolia quæ mihi abſtulit, poſuit apud Seium inſcium de malicia deponentis. vtrum latroni, an mihi reſtituere Seius debeat? Si per

B ſe dantem & accipientemq; intuemur: hæc eſt bona fides, vt commiſſam rem recipiat is qui dedit[q]. Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis quæ negotio iſto continguntur impletur, mihi reddenda[r] ſunt, quæ* facto ſceleſtiſsimo adempta ſunt. Et probo[s] hanc eſſe iuſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur[t] ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione. Quòd ſi ego ad petenda ea non veniã, nihilo minus ei reſtituenda ſunt, qui depoſuit, quamuis male

C quæſita depoſuit. Quod & Marcellus in prædone & fure ſcribit.[u]

Si tamen ignorans latro cuius filio vel ſeruo rem abſtuliſſet, apud patrẽ dominúmve eius depoſuit ignorantẽ, nec ex iure gentium cõſiſtet depoſitum:[x] cuius hæc eſt poteſtas, vt alij nõ domino ſua ipſius res quaſi aliena ſeruanda detur. Et ſi rem meã fur, quam me ignorante ſubripuit, apud me etiã nunc delictum eius ignorantem depoſuerit, rectè dicetur non contrahi depoſitum: quia nõ eſt

D ex fide bona, rem ſuam dominum prædoni reſtituere cõpelli. Sed & ſi non etiã nunc ab ignorante domino tradita ſit quaſi ex cauſa depoſiti: tamen indebiti dati condictio[y] competet.

i *Exigitur.* vt C.de act.& oblig.l.bonam fidem. Accur.
k *Ius gentium.* id eſt naturale: vt inſtitu.de re.diui.§.ſingulorum. Accurſius.
l *Reus.* id eſt accuſatus.
m *Depoſuit.* caute ponit in deportato: quia liber ipſe manet.
n *Ipſi.* ſcilicet deponenti vel eius procuratori.
o *Deferenda.* vt alij timeant propter pœnam impoſitam vni: vt C. ad legem Iuliam rep.l.j.& j. de cuſtod. reo.diuus Hadrian. in fine. & ſupra eodem. l.j.§. hæc autem ſeparatio.& no.quòd huic quæſtioni non reſpon. tamen ego dico ea potius in publicum deferenda. Accurſius.
p *Pertinet.* ſed nonne in ſuperiori caſu idem? Reſpon. non, quia publicum & deponens idem reputatur, vt heres & defunctus. hic non idem deponens & dominus. *Flo.qui.
q *Qui dedit.* vt ſupra eodem, quod ſeruus. & infra titu.j.l. Quintus. Accurſius.
r *Mihi reddenda.* ſcilicet domino. ſed contra in authenti. de depo.§.j.coll. vj. quæ eſt C.eo.ſuper.l.pen. Sol. dicunt quidam hanc corrigi. alij dicũt nulli extrinſecus, ſcilicet præter dominum qui auditur, vt hic. tu dic, refert an ſolum interdicat quis quod fieri non debet, vt ibi, an agat, quod poteſt: vt hic.
s *Probo.* nunc ſoluit. Accurſius.
t *Vt non diſtrahatur.* ac ſi diceret, nullus eſt alius qui iuſtiorem habeat petitionem quã dominus: ideoque ipſe præfertur. vel dic, id eſt ſaluo iure cuiuſlibet. nam nulli debet abſtrahi ius ſuum: vt inſtitut. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt.§.fin. Item cõtra. ſupra nau. cau. ſtab. l.j.§. idem Pomponius. Solut. vt ibi. Accurſius.
u *Scribit.* vt ipſi agãt: vt ſ. de iudic. l. non à iudice. & ſupra commo. l.ita vt ſi. & ſupra eod.l.j.§.ſi prædo. Accurſius.
x *Depoſitum.* vt ſ.eod.l.qui rem ſuam.
y *Condictio.* ratione poſſeſsionis, non quòd retinuerit poſſeſſionem ex tali depoſitione, quæ nulla fuit: vt infra de vſucap. l.ei à quo. ſed quia tranſlata eſt modo ad eum propter redditionem rei. vel datur cõdictio furtiua indebiti, i. pro eo quod non erat debitum. Azo.

QVod Nerua. } CASVS. Si depoſui apud te rem meam, & eam per latam culpam dimiſiſti extra clauſuram tuam. dicit Nerua hanc latam culpam eſſe dolum: quod negat Proculus. Celſus

Ius. Celſus non conſentit, dicens quòd non caret fraude, qui rem apud ſe depoſitam non cuſtodit ſicut ſuam, vel quemadmodum quilibet diligens rem ſuā cuſtodiret, quia non minor diligentia adhibenda eſt in re depoſita, quàm propria. tunc. enim negligētia dolo comparatur: quia non caret fraude, qui eſt minus diligens in rebus alienis, quàm in ſuis: ſiue vltra communem modum ſit diligens in ſuis & non alienis, ſiue econtra: & ſic vtroque modo hic ponitur caſus. Viuianus.

† *Adde videndā gl. in §. præterea. inſtitu. qui. mo. re contra. ob. quid ſit dolus, lata culpa, leuis, & leuiſſima.*

a *Diceret.* & bene. Ac.

b *Latiorem.* i. latā, cuius finis eſt non intelligere quod omnes intelligunt: vt infra de verb. ſig. latæ.

c *Dolum eſſe.* i. dolo comparari: vt eſt, vbi quis de dolo tenetur, ibidem teneatur & de lata culpa. non autem eſt idem, cum dolus ſit ex fraude, & lata culpa ex fatuitate. preterea dicitur ſimilis eſſe: vt j. ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit. l. j. §. ij. & j. ad Trebell. l. mulier. §. ſi heres & ſ. ſi men. fal. mo. di. l. j. §. pen. ergo non eſt idem, cum dicat Ariſtoteles: nihil eſt idem cui idipſum ſimile eſt.

d *Nam & ſi quis.* quaſi dicat, & ſi forte aliquis non ſit ita diligens ſicut homines ſolēt eſſe, fraude nō caret: niſi ad ſuum modū, quem ſ. tenet in rebus ſuis, curam preſtet in depoſito. Sed quid ſi tantū præſtet in depoſito, quantū in rebus ſuis: ſed in ſuis nō tantum quantum natura hominum deſiderat? Reſpon. tenetur: quia eſt lata culpa: vt j. ſol. mat. l. ſi conſtante §. ſi maritus. Accurſius.

e *Ad eum modum.* aut minus eſt diligens in ſuis quàm alij homines: & tunc non minorem quàm in ſuis: vt hic. aut ecōtra plus eſt diligens in ſuis, quàm alij homines, & tunc ſimiliter quantum in ſuis: vt hic, & ſecundum hoc dic non ad eum, quia minus vel plus diligens eſt in ſuis, quàm alij. ſed in primo caſu etiam ſi fuerit vt in ſuis: teneatur adhuc per l. ſi conſtante. & non per hanc legem. Accurſius.

f *Ad ſuum modum.* quem habet ſicut hominum natura deſiderat. Accurſius.

g *Fraude.* id eſt lata culpa, quæ fraudi comparatur. vel dic fraude, ſcilicet præſumpta.

h *Minorem.* quàm debet: vt ſi in ſuis nō eſt diligens vt alij homines. ſed quid ſi in ſuis eſt diligentiſsimus, in depoſitis eſt vt alij homines? Videtur eſſe in fraude: vt ibi, niſi tam &c.

i *Iis.* ſcilicet depoſitis. Ioan.

k *Diligentiam.* quæ adeſſe præſumitur, cum res ſuas habeat ſaluas, alienis non apparētibus: vt C. loc. l. j. & ſupra commo. l. ſi vt certo. §. quod vero ſenectute. & ſi abeſt bona fides, dolus ineſt, & econtra. nam contraria ſunt: vt C. de reſcindenda venditione. l. ſi dolo. ADDITIO. Pro intellectu iſtius glo. diſtingue ſecundum Bartolum hic, quia aut loquimur in rebus communibus, & tunc adhibere maiorem diligentiam in ſuis quàm in rebus communibus, non eſt fraus preſumpta: vt hic, niſi ſit alia præſumptio quæ illam præſumptionem elidat, ſecundum eundem Bartolum.

Latior culpa dicitur dolus præſumptus: qui colligitur ex eo quod depoſitarius non adhibuit eam diligentiam in re depoſita quā adhibuit in ſua. Bartolus.

XXXII. CELSVS libro vndecimo Digeſtorum.

QVod † Nerua diceret[a] latiorem[b] culpam dolum eſſe[c], Proculo diſplicebat: mihi veriſsimū videtur. Nam etſi quis[d] non ad eum modum[e] quē hominem natura deſiderat, diligens eſt: niſi tamen ad ſuum modum[f]
B curam in depoſito præſtat, fraude[g] non caret. Nec enim ſalua fide minorem[h] ijs[i] quā ſuis rebus diligentiam[k] præſtabit.

Depoſitio ſerui apud ſequeſtrū, non impedit dominum agere. Bartolus.

XXXIII. LABEO libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

SEruus tuus pecuniā cum Attio in ſequeſtre[l] depoſuit apud Mæuiū ea cōditione, vt ea tibi redderetur, ſi tuā eſſe probaſſes: ſin minus, vt Attio redderetur. poſſe dixi cū eo apud quem depoſita
C eſſet incerti[m] agere, id eſt ad exhibendum[n], & exhibitam vindicare: quia ſeruus in deponendo tuum ius deterius facere non potuiſſet[o].

Qui recipit pecuniam, vt reddat depoſitum: depoſiti conuenitur. Bartolus.

XXXIIII. IDEM libro ſecundo πιθανῶν.

POtes agere depoſiti cum eo qui tibi non aliter quā nummis à te acceptis depoſitum reddere voluerit: quāuis ſine mora[p] & incorruptum reddiderit.

A SEruus.} CASVS. Inter Seium & Titium quæſtio erat de pecunia ſerui Titij: eam apud ſequeſtrum depoſuit, vt ei traderetur qui vinceret. ſi quis ergo vincat, qua actione poterit conuenire ſequeſtrum? Et reſpond. quòd ad exhibendum, vt poſtea vindicet. Viuianus.

l *In ſequeſtre.* i. apud ſequeſtrum. Accur.

m *Incerti.* non depoſiti, cum non habeat ratum factum ſerui.

n *Ad exhibendum.* ideo dicta incerti, quia ad intereſſe meum quis condemnatur: non autem in depoſitum, cū non habeam ratum ſerui factum.

o *Non potuiſſet.* vt C. de pactis. l. ſeruus. Sed nunquid in poſſeſsione ſaltē domino præiudiciū fecit? Reſpon. non, licet in non quęrendo faciat: vt C. de acquirend. poſ. l. fin. Accurſius.

POtes.} CASVS. Depoſui apud te rem: non vis reſtituere mihi, niſi pecuniam pro reſtitutione tibi dem: an te conuenire poſſim pro illa pe? Dicitur quòd ſic, ſiue tu eſſes in mora, ſiue non: ſiue etiam incorruptā rem depoſitam reddidiſſes. Viuianus.

p *Sine mora.* quia ſtatim reddit accepta pecunia. ſed ad quid? Reſpon. ad ipſam pecuniam. vt ſ. de condic. ob turp. cauſam. l. fin. & facit ad idem. C. de condic. ob turp. cau. l. fi.

Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber ſeptimuſdecimus.

MANDATI VEL contra.

TITVLVS I.

Mandatum conſenſu contrahitur pure, in diem, & ſub conditione: & debet eſſe gratuitum. Bartolus.

I. PAVLVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

B OBligatio mandati cōſenſu[q] contrahētium conſiſtit: ideo per nuntium quoq; vel per epiſtulam mandatum ſuſcipi poteſt. Item ſiue *rogo*, ſiue *volo*, ſiue *mando*, ſiue alio quocunq; verbo[r] ſcripſerit, mandati actio eſt[s]. Item mandatū & in diē differri, & ſub conditione contrahi poteſt.[t]

Mandatum niſi gratuitū[u] nullum eſt. nam originem ex officio atque amicitia trahit.
C Contrarium ergo eſt officio merces. interueniente enim pecunia res ad locationem & conductionem potius[x] reſpicit.

Mandatum contrahitur modis hac. l. expreſſis. Bartolus.

II. GAIVS libro ſecundo Rerum Cottidianarum, ſiue Aureorum.

MAndatum inter nos contrahitur, ſiue mea tantum gratia tibi mandem, ſiue aliena tantum, ſiue mea & aliena, ſiue mea & tua, ſiue tua & aliena. Quòd ſi tua tantum gratia tibi

MANDATI, VEL contra.

Mandatum, eſt officium ab eo qui gratuito ſuſcepit exhibendum. licet Pla. dicat, mandatum eſt officium honeſtum gratis ſuſceptum ab amico exhibendum. quod non valet: quia & de inhoneſta re ſit mandatum, licet non ſit obligatorium: vt j. eo. ſi remunerandi. §. rei. Item & non amicus ſuſcipit quandoque mandatum. Accur. — *Mandati definitio.*

D q *Obligatio mandati conſenſu.* Solo, non deſiderante adminicula verborum, ſiue rei, ſiue literarum: vt inſti. de oblig. quæ ex conſenſu. §. j.

r *Quocunque verbo.* ſimili & idoneo, non admonendo ſolum: vt j. e. idem. §. ſi quis ea quæ. & ſ. de neg. geſt. item & ſi ſerui. Item non commēdando tantū: vt j. eo. ſi vero non remunerandi. §. cum quidam. Item non tātùm exhortando: vt ſ. de his qui no. infa. l. ob hoc. ibi, non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. Item non tantum perſuadendo: vt ſ. depoſi. l. j. §. idem Pompo. Sed oportet quòd animo obligandi interueniat, ſicut dicitur de proxeneta, qui laudare videtur, non ſe obligare: vt j. de proxe. l. ij. in ambiguis autem, ſicut in teſtamentis vel in contractibus, verbis inhærebo: vt j. de leg. iij. non aliter. & ſ. de exer. l. j. §. ſi is qui nauem.

s *Actio eſt.* i. eſſe poteſt, ſi aliud non impediat. nā ſi de re turpi, licet aliquod tale verbum interueniat, non eſt actio: vt j. eo. ſi remunerandi. §. rei.

t *Contrahi poteſt.* vt inſti. eo. §. mandatum.

u *Niſi gratuitum.* idem in procuratore ad litem: vt C. de procura. litem. idem in tutore & curatore: quia & iſti mandatum habent vel à defuncto, vel à lege. Accurſius.

x *Poti⁹.* electiue. & regulariter eſt hoc, q quādocūq; cōtract⁹ gratuitus

mandē, ſuperuacuū eſt mandatū: & ob id nulla ex eo obligatio naſcitur[a]. Mea tātum gratia interuenit mādatum, veluti ſi tibi mandē vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emeres, vel vt ꝓ me fideiubeas. Aliena tantū, veluti ſi tibi mandē vt Titij negotia[b] gereres, vel vt fundū ei emeres, vel vt pro eo fideiubeas. Mea & aliena, veluti ſi tibi mandē vt mea & Titij negotia[c] gereres, vel vt mihi & Titio fundū[d] emeres, vel vt ꝓ me & Titio fideiubeas. Tua & mea, veluti ſi tibi mādē vt ſub vſuris[e] crederes ei q in rē meā mutuaretur. Tua & aliena, veluti ſi tibi mandem vt Titio ſub vſuris crederes. Quòd ſi vt ſine vſuris crederes, aliena tantū gratia interuenit mandatū. Tua autē gratia interuenit mādatū, veluti ſi mandē tibi vt pecunias tuas potius in emptiones prædiorū colloces, quā fœneres: vel ex diuerſo vt fœneres potius quàm in emptiones prædiorum colloces. cuius generis mandatum magis conſilium eſt, quàm mandatum: & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio[f] obligatur, etiam ſi non expediat ei cui dabatur: quia liberū eſt cuiq; apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium[g].

In mandato indeterminato ſufficit negotium vtiliter eſſe geſtum. ſed ſi fuit determinatum in exceſſu vel deterioratione vel deminutione quantitatis in præiudiciū mandantis non datur actio mandati, niſi ad formam debitam reducatur. ſi in alia ſpecie excedatur, mandatum non impletur. ſi vero ad commodum mandantis quantitatis deminutio fiat, mandati actionem non impedit. h. d. vſque ad l. ſi remunerandi. Bartolus.

III. PAVLVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

PRæterea in cauſa mādati etiā illud vertitur, vt interim nec melior[h] cauſa mandantis fieri poſſit, interdum melior[i]: deterior verò nunquā[k]. Et quidē ſi mādaui tibi vt aliquā rem mihi emeres, nec de pretio quicquā ſtatui, tuq; emiſti: vtrinq; actio naſcitur. Quòd ſi pretiū ſtatui, tuq; pluris emiſti: quidā negauerunt[l] te mandati habere actionē, etiā ſi paratus eſſes id qđ excedit remittere. nāq;[m] iniquum eſt, nō eſſe mihi cū illo[n] actionem, ſi nolit: illi verò, ſi velit, mecum eſſe.

IIII. GAIVS libro ſecundo Rerū Cottidianarum, vel Aureorum.

SEd Proculus rectè cū vſque ad pretium[o] ſtatutum acturum exiſtimat. quæ ſententia ſanè benignior eſt.

V. PAVLVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

DIligenter[p] igitur fines mādati cuſtodiēdi ſunt. Nā qui exceſſit, aliud[q] quid facere videtur: & ſi ſuſceptū nō impleuerit, tenetur. Itaq; ſi mādauero tibi, vt domum Seianā centū emeres, tuq; Titianā emeris lōge maioris pretij, centū tamē, aut etiā minoris: nō videris impleſſe mandatū.[r] Itē ſi mādauero tibi vt fundū meū centū venderes, tuq; eū nonaginta vēdideris, & petam fundū: nō obſtabit mihi exceptio,[s] niſi & reliquū mihi, qđ deeſt mandatu meo, præſtes,[t] & indēnē me per oīa cōſerues. Seruo quoque dñs ſi præceperit certa ſumma rē vendere, ille minoris vēdiderit, ſimiliter vindicare eā dominus poteſt: nec vlla exceptione ſummoueri, niſi indēnitas ei præſtetur.[u]

gratuitus fieri debet, interueniente pecunia eſt locatio: vt inſtit.eod.§.fin.

a Mandatum inter nos. Naſcitur. nota ex contractu naſci obligationem: ex obligatione actionem: vt ſ.de procu. licet.§.ea. Item hoc verum, niſi aliàs facturus non erat: vt j.eo. ſi remunerandi.§.plane. vel niſi fraudulentum fiat: vt j. de regu. iur.l.conſilij. Eſt & ſextus modus ſecundum Io. vt ſi mea & tua atq; aliena gratia tibi mando. Accurſius.

b *Negotia.* ex hoc mādato, eo ꝙ ſuſcepiſti, non quia geſsiſti, teneris: vt j.eo.ſi remunerandi.§.j. Item cū mea tantū ſit vtilitas, videtur ſolus dolus venire, quod quidā dicunt: vt ſ.commo. ſi vt certo.§.interdū. ſed nos indiſtinctè dicimus eum de omnibus teneri, niſi de caſu: vt C. ea. l. à procuratore. Itē quid ſi tibi mandem vt mihi pecuniā credas? Io. arg. quod non teneamus. j. eo. ſi mandauero. §.ſi hi quorum.

c *Negotia.* mirabiliter hæc tria exēpla ponit hic & in ſuperiori caſu. Primum eſt, vt retineam quæſita. Secundū vt acquirā. Tertiū, ne vexer. ſed videtur hoc mandatū nullū in his tribus caſibus. cū enim nō intereſt mea alij dari vel fieri: vt j. de ver.obl. ſtipulatio. §.alteri. ergo nō datur actio: vt j. ſi procuratorem.§.ſi ꝗuis mādauerit. & ſic videtur loqui quando ad hoc tenebatur mandās. Vel dic, quāuis non ſit vtile mandatū vt agatur contra te, ſi nō eſt geſtū; eſt tamen vtile vt agatur ſi male geſtum eſſet: & ideo directa & contraria competit: vt ſ.de nego.geſt.ſi quis mandato. Accurſius.

d *Et Titio fundum.* ſ. certum. quid ſi incertū? Ar. quod nō teneatur. j.de iu. do. cum poſt. §.gener. & j. de teſta. tuto.l. tutor incertus. Sed contra dicendum eſt: quia & vbi pecunia ſine numero promittitur, nō tenet: ſed ſecus in mandato: vt j.e.l. præterea. Item not. ꝙ hoc caſu poteſt & mandati [blot] contra mandantem. & neg.geſt. contraria contra alium: vt C.de neg.geſt.ſi mandatum.

e *Sub vſuris.* in hoc eſt vtilitas mutuantis propter vſurariū lucrū. Sed cōtra. j.de vſur.l.cum quidā.§.ſi pupillo. in fi. Sed ibi debet ſubaudiri, tantū. Vel dic, non ſunt propter lucrū inducta, ſcilicet principaliter, vt ibi: ſecundario tamen ſic, vt hic.

f *Quia nemo ex conſilio.* Not. regulam quæ fallit in caſibus qui his legibus dicuntur: vt ſ.de dolo. quod ſi cum ſcires. & j. de proxene.l.ij. ſed certè ibi fuit fraudulentum cōſilium: vt j.de reg.iur.l.cōſilij. item fallit ſ.ad l. Aquil. liber homo.j.reſpon. & j.de iniur.l.non ſolum, in prin. & §. Proculus. & inſtitut.de iniur.§.non ſolum. & j.quod vi aut clam. ſemper. §. j. & j. de fur. ſi quis vxori.§.cum Titio & ſ. de ſer.cor.l.j.reſp. & §.perſuadere. ſed hoc in maleficijs. Itē ſi aliàs facturus nō erat. aliàs obtinet hæc regula: vt hic, & j.eo. ſi remunerādi.§.plane. Sed certè nec his caſibus videtur teneri: vt infra eo.ſi remunerandi.§.rei turpis. Sed dic, non tenetur illi cui conſiliū tale præſtatur: vt ibi in §.rei. ſed illi in cuius læſione conſulit: vt in illis legibus. vnde dici poteſt quod nec his caſibus fallit dicta regula, cum dicat non teneri. ſ. illi cui conſiliū præſtitum eſt, niſi in caſibus illius legis, & ſ.de dolo. quod ſi cū. & j.de proxene.l.ij. & hic not. ſimiliter: vt inſtitut.eo. item facit hic.§.pro opi. Pla. quod dic vt j. eo. ſi remunerandi. §. plane. Accurſius.

g *Sibi conſilium.* poſtquam eſt ſuſceptū: ſed nō ſic in mādato: imò oportet perfici: vt j.e. ſi mandauero.§.fi. Ac.

PRæterea in cauſa. h *Melior.* cū inuitis beneficiū nō detur. & da exemplū. j.eo.diligenter.ibi, itaq; &c.

i *Interdum melior.* vt j. eo.diligenter.§.fi.

k *Deterior verò nunquam.* vt j.e.diligēter. §. item ſi mandauero. & §.ſeruo. & ſ.de procurat.l.ignoranter.

l *Quidam negauerunt.* ſed male: vt j.l.prox.

m *Nāque.* mutat perſonas. de ſecūda enim trāſit ad tertiā in perſonam procuratoris: & eſt ſenſus, iniquum eſſet quòd ille expendat ad volūtatē ſuam, & ſemper totū repetat per actionem ſuā: ego autē non poſſim agere ad voluntatem meā: ſi ipſe. ſ. non dat plus: & ſic non poteſt emere: & ego nō poſſum eum inculpare, ꝙ non dedit plus. nā ſic claudicaret: quod eſſe non debet. vt ſ.de arbi.ſi cum dies. §. pen. ideoque videtur quod in nihilum agat. ſed Proculus &c.

n *Mihi cum illo.* Io. ſubaudi tantū. q.d. hoc eſſet iniquitas, ſi nolit expendere plus, quòd non tantū mihi, ſed etiā ſibi cōpetit actio: ſibi ad pretiū, mihi ad rē: & ſic vtriq;. at altero caſu. ſ. ſi velit plus expēdere, eſſet ſibi. ſ. remittēdo reſiduū, & tenetur mihi. eo vero nō remittente, nec me illud reſiduū offerēte, non tenetur mihi. Vel alias, iniquū eſt nō eſſe mihi cū illo ſi nolit: quia non remittit, & ego non offero integrum: illi vero ſi velit. ſ. remittēdo mihi, eſſe ad pretium: quod in idem recidit.

† Concor. c. cū dilecta. de reſcript. & c. cū in veteri. de at cauſa. &c. bona memoria. 2. de poſtula. prel. Vide Gellium li. 1. cap. 13.

o SEd Proculus. *Vſque ad pretium.* ſed an pro eo quod eſt vltra, ſi vtiliter fecit? M. ſic. nos ſecundum Io. & Bul. contra: vt j.eo.ſi pro te. & C.de neg.geſt.l.fin. & ſ.de neg.geſt.qui aliena.§.libertos.

p DIligenter. Quia non repetit quod vltra dedit, igitur diligenter &c. vt hic, & C.eo.cum mādauero. & j.e.ſi quis pro eo ſpoponderit.

q *Aliud.* no. qui excedit, aliud &c. vt hic, & j.ad Trebel. ſed & ſi ante. & ſ.de iure. ſi itaque. & ſ.de recep.arb.parui. in fin. Sed arg. contra ſ.quemad.ſer.amit.l.is cui.

r *Impleſſe mandatum.* quia non emiſti illam quam dixi.

s *Exceptio.* vt hic, & l.proxi.§.j. & j. de excep.rei vendi.l.j.§. Celſus. & j.quib.mo.pig.vel hypo.ſol.ſicut.§.ſed ſi promiſit.

t *Præſtes.* ſ. tu procurator, vel emptor.

u *Præſtetur.* ſupra.prox.i.

a Non

a *Non vltra pretium.* vt in ſecundo caſu. Ioan.
b *Intra pretium.* vt in primo caſu. & facit j. de acquir. here. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauit. & §. quòd ſi ex parte. & inſtit. eo. §. is qui exequitur. Sed quid ſi pluris emit, & lõge plus acceſſerit? Reſpon. malè fecit: vt s. in prin. huius l.

S*I remunerandi.* CASVS. Mandaui tibi vt gereres negotia mea, & aliquid tibi dedi. quæ actio tibi cõpetat, quæritur. Et reſpon. quòd mandati. {SI CVI.} Mandaui tibi vt gereres negotia mea. ſiue geſsiſti, ſiue mandaſti alij vt gereret, non neg. geſt. teneberis: imò etiam ſi nec geſsiſti, neq; alij gerenda commiſiſti. {SI PASSVS.} Si apud creditorem tuum te præſente & non contradicente fideiuſsi: an tenearis mihi mandati? Dicitur ꝙ ſic: niſi in tribus caſibus. prim⁹, ſi animo donãdi fideiuſsi. ſecundus, ſi in rẽ Mæuij. tertius, ſi pro inuito. {REI.} Adoleſcens luxurioſus mãdauit mihi vt fideiuberem pro meretrice ſua: an agam mandati? Dicitur quòd non. {SI TIBI.} Mandaui tibi vt fideiuberes pro aliquo: puta pro Titio. quę datur actio? Et reſp. quòd à Titio mãdati. hoc in prima. ſi vero mandaui tibi vt pecuniã tuam collocares in emptione prædiorum, quamuis hoc facias, non erit actio. man. niſi mea interfuit: vel niſi aliàs non eras factur⁹: licet mea nõ interfuit. {APVD.} Ordinaui proc. ad vnã rem tantum: poſtea mandaui ei vt fœneraret pecuniam meam ad duos den. & quod ſuperhaberet: illud cederet lucro ſuo. an ſit cõtractus man. an mutui? Reſpon. quòd mutui. hoc in prima. Sed quid ſi erat generalis procu. meus? in hoc caſu erit man. hoc in ſecunda. {MARIVS.} Marius conuenit rei vin (pone de fundo Corneliano) Titium. Seius obtulit ſe defenſioni eius, & conuenit vt daret ei. v. propter fideiuſsionem: & ſi obtineret in cauſa, pactus eſt Seius de quota litis: & Seius fideiuſsit iu. ſol. pro Titio: & condemnatus eſt Seius ad reſtitutionem rei petitæ & fructus. Seius ſoluit æſtimationem fructuum: & iudex quia pactus eſt de quota litis, interdixit ei aduocatione in quinquennium: vult Seius agere man. ad conſequendum id quod pro Titio ſoluit. an ſit audiẽdus? Reſpond. quòd non, propter calliditatem ſuam. Marcel. diſtinxit, nihil tamen tangens de pacto quotæ litis, ſed de pacto inito propter fideiuſsionem: quia aut Seius accepit pecuniam vt fideiuberet periculo ſuo, aut non. primo caſu audietur, ſecundo non.

Melior autem cauſa mãdantis fieri poteſt: [puta] ſi cum tibi mandaſſem vt Stichum decem emeres, tu eum minoris emeris, vel tantidem, vt aliud quicquam ſeruo accederet: vtroque enim caſu aut non vltra pretium[a], aut intra pretium[b] feciſti.

Quod datur remunerationis cauſa: non impedit actionem mandati. Bart.

VI. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

B SI remunerandi gratia honor[c] interuenit, erit mandati[d] actio.

Illa vera eſt cauſa, qua exiſtente res exiſtit, & ea deficiente res deficit. Bar.

Si cui fuerit mandatum vt negotia adminiſtraret, hac actione erit conueniẽdus: nec rectè negotiorum geſtorum cũ eo agetur. nec enim ideo eſt obligatus, quòd negotia geſsit: verùm idcirco, quòd mandatũ ſuſceperit. denique tenetur & ſi non geſsiſſet.

Qui patitur aliquid facere quod ad ſui commodum ſpectat, mandare videtur: & ſic mandati tenetur. Bartolus.

C Si paſſus ſim aliquem pro me fideiubere, vel aliàs interuenire: mandati teneor[e]. & niſi[f] pro inuito quis interceſſerit, aut donandi animo, aut negotiũ gerens, erit mandati actio. Rei turpis nullum mandatum eſt: & ideo hac actione non agetur[g].

Ex mandato quod non ſit gratia mandatarij, oritur actio: aliàs ſecus: niſi interſit eius: vel aliàs facturus non eſſet.

Si tibi mãdauero quòd mea non intererat[h], veluti vt pro Seio interuenias, vel vt Titio credas, erit mihi tecũ mandati actio: vt Celſus libro ſeptimo Digeſtorũ ſcribit: & ego tibi ſum obligatus. Planè ſi tibi mandauero quòd tua intererat[i], nulla erit mandati actio: niſi mea quoque interfuit: aut* ſi non eſſes facturus, niſi ego mandaſſem[k], etſi mea non interfuit, tamen

B erit mandati actio.

In mandato ſpeciali non deuoluitur mutuum: ſecus in generali. Bartolus.

Apud[l] Iulianum libro tertiodecimo digeſtorum quæritur, ſi domin⁹ iuſſerit procuratorem ſuũ certam pecuniã ſumere, & fœnerare periculo ſuo,[m] ita vt certas vſuras domino pẽderet dũtaxat, ſi pluris fœnerare potuiſſet, ipſe lucraretur: in creditum* pecuniam videtur, inquit accepiſſe. Planè ſi omnium negotiorum erat ei adminiſtratio mandata, mandati[n] quoque eum teneri: quemadmodum ſolet

C mãdati teneri debitor, qui creditoris ſui negotia[o] geſsit.

Procurator qui eſt pactus de quota litis: pro eo quod condemnatus ſoluit, vel fideiuſſor promiſit, actionẽ mandati non habet: ſecus ſi de quota litis pactus non fuerit, ſed pretium fideiuſſor recepit. Bartolus.

Marius Paulus quidã fideiuſſerat[p] pro Daphnide,[q] mercedem pactus[r] ob ſuã fideiuſſionẽ: & ſub nomine alteri⁹[s] ex euentu[t] litis cauerat ſibi certã quantitatem[u] dari. hic à

c *Honor.* id eſt donatio vel remuneratio aliqua. ideo ſic dicta quia honor eſt ei cui datur. Accurſius.
d *Erit mandati.* ſcilicet nihilo minus: quia non vt merces interuenit. aliàs eſſet locatio: vt s. eo. l. j. in fi. Accurſius.
e *Teneor.* quia videor ei mandaſſe: vt infra eo. qui fidem. & C. eod. ſi fideiuſſor.
f *Et niſi.* ſupple, & erit mandati actio (quod eſt j.) niſi in caſibus iſtis. Primus, quando pro inuito, quo caſu non agit, etiã ſi bene geſsit: vt hic, & s. e. ſi pro te. & de re mili. l. iij. §. in bello. & C. de nego. geſt. l. ſi. Secundus, quando animo donandi: vt hic, & s. de pact. l. quòd dictum. Tertius, quando in rem

A ſuam: vt pro ſuo procuratore: vt hic, & s. qui ſatiſda. cog. de die. §. j. Quartus, vbi hoc eſſet actum vt non agatur: vt j. ea. l. §. Marcellus.
g *Non agetur.* ab aliqua parte: pone exemplũ vt j. e. ſi vero nõ remunerandi. §. ſi adoleſcens. & j. eo. ſi tibi mandauero. §. qui ædem. & facit inſtitu. eo. §. illud. & j. de con trahen. emp. quod ſæpe. §. veneni.
h *Non intererat.* quidã libri habẽt, intererat, ſiue non: vt quia receperam à Seio mandatum. Alij habent, non intererat: tunc ſupple, ſi tamen poſtea intereſſe cępit: vt ſi fui heres Titij vel Seij: aliàs non agerem: vt j. eo. ſi procuratorem. §. mandati. Vel dic, non intererat ratione dominij, vel quaſi, ſed aliàs: quia mihi erat mandatum. Vel dic, non ageret, quia non intereſſet ſi non eſſet geſtũ: ſed ſi geſtum eſt, agit: vt diximus s. e. l. ij. §. aliena tantum.
i *Quòd tua intererat.* ſ. tantũ, non mea. & ſic pro nobis cõtra Pl. in ſecundo puncto ſeq. gloſ. Accurſius.
k *Ego mãdaſſem.* quia tunc agitur, & ſi mea &c. & no. qđ hic ſcripſit & dixit Pl. quòd ſi tibi mandat quis vt Titio pecuniã credas: ita demũ tenetur, ſi aliàs facturus non eras: vt hic. item ſi mandet vt pecuniã tuam nõ deſignata perſona credas: nõ tenetur, etiam ſi aliàs facturus non eras: ar. s. eo. l. ij. §. fin. quæ ambo falſa ſunt ſecundum Ioan. & Azo. nam in primo caſu omnino etiam ſi aliàs eſſes facturus, tenetur vt s. e. l. ij. §. tua & aliena. & s. de neg. geſt. l. iij. §. fi. & l. iiij. Item in ſecundo debet teneri, ſi aliàs facturus non eſſes: vt hic.

* Habe.

* Fland. tan.

l *Apud.* duos caſus ponit. Primo erat procurator vnius rei. vel etiã tantum huius pecuniæ fœnerandæ: ideoq; principaliter ex mutuo tenetur. nõ ergo mandati tenetur: vt hic. & j. eo. idemque. §. ſi quis Titio. item quia non fuit gratuitũ: vt s.

D eo. l. j. in fin, & j. de præſcrip. verb. ſi tibi areæ. Secundo fuerat generalis procurator, etiam ante hoc mandatum: quo caſu & mãdati ex mutuo tenetur, ſicut & ſi primo fuiſſet debitor, & ad negotia mea gerẽda acceſsiſſet: vt hic, & j. ſi negotia mea.
m *Periculo ſuo.* ſ. procuratoris: quod eſt ex vi pacti, non ex natura mandati: niſi fuiſſet in culpa: vt s. de neg. geſt. litis. §. ſi pecuniæ. & s. ſi certum peta. l. periculum.
n *Mandati.* mandatũ generale includit debitũ futurũ: vt hic, quia & præteritũ, vt ſubijcit, quemadmodũ &c. & ſic eſt ar. ꝙ accedens ad vnũ negotiũ gerendũ, nõ teneatur à ſe exigere.
o *Negotia.* cum mandato. Accurſius.
p *Fideiuſſerat.* ſ. iudi. ſol. nam & ſi rei vin. conueniebatur quis, ſatiſdabat: vt hic, & inſtit. de ſatiſda. in prin.
q *Pro Daphnide.* proprium nomen.
r *Pactus.* puta ſibi dari, & id ſolummodo quia fideiubebat. nã quia procurabat, aliud pactum fecit, quod ſubijcit, ſcilicet ſub nomine alterius, puta dabis dominæ meæ, quod perinde habetur: vt C. quod me. cau. ſi per impreſsionem.
s *Alterius.* vt puta vxoris ipſius Mauri.
t *Ex euentu litis.* puta ſi abſoluatur Maurus procuratorio nomine.
u *Certã quantitatem.* i. quotã partẽ litis vel victoriæ dari. & ſic ponit

ponit quantitatem pro quotitate. ſic j. pro ſocio.cũ duobus. §.item ſi ex facto.nec fuit actũ vt Marius ſuo ſumptu faceret. Et ſic not. quòd non licet facere pactũ de quota parte litis:vt hic,& C.de procu.litis.& s.de pact.ſumptus.& ibi de hoc dixi.& hoc niſi poſt litem finitam:vt j.de var.cog. l. j. §. ſi cui. quæ eſt contra.

Claudio Saturnino prætore maiores [a] fructus inferre iuſſus erat, & aduocationib' ei idẽ Saturninus interdixerat [b]. Videbatur [c] autem mihi iudicatũ ſolui fideiuſſiſſe, & quaſi redemptor litis extitiſſet,† velle à Daphnide mãdati iudicio cõſequi quod erat condemnatus [d]. ſed rectiſsimè diui fratres reſcripſerunt nullã actionem eum propter ſuam calliditatẽ habere: quia mercede pacta acceſſerat ad talẽ redẽptionem [e]. Marcellus autẽ ſic loquitur de eo qui pecunia accepta [f] ſpopondit [g]. vt ſi quidem hoc actum eſt, vt ſuo periculo [h] ſponderet, nulla actione agat: ſin verò hoc non actum eſt, vtilis [i] ei potius actio competat. quæ ſententia vtilitati rerum conſentanea eſt.

a *Maiores.* quàm debent, vel quàm eſſent percepti:& ſic de percipiendis.& hoc cũ re principali petita. Acc.
b *Interdixerat.* quod potuit: vt C.de poſtu. ſi qui aduocatorum. Accurſius.
c *Videbatur.* vt bene ſoluat, repetit thema.
d *Condemnatus* ſ.ſoluere, puta ſumptus & expenſas quas fecerat actor. Item & in fructibus percipiendis, propter ſuam calliditatem.
e *Redemptionem.* hoc intelligunt quidã ſi & ſuo periculo fideiuſſerat, nõ aliàs: vt ſtatim diſtinguit Marcellus. j.prox.§.Tu dic quòd ſequens diſtinctio nõ habet locum niſi in euentũ litis certũ quid de rebus ſibi dari paciſcatur, tũc enim indiſtincte ſibi denegaretur actio: vt hic.ſed ibi ob fideiuſsionem tantũ accepit, vel etiã cauſa honoris:vt infra proxi.l.ſalarium. licet enim diſtinctio Marcelli ponatur tãquam contradicat prędictis, non tamen contradicit.Accurſius.
f *Accepta.* ob fideiuſſionem, vel cauſa honoris.Accurſius.
g *Spopõdit.* ſcilicet iudicatum ſolui.Acc.

Salariũ nudo pacto promiſſum officio iudicis exigitur, niſi ſit pactũ de quota litis. B.

VII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

SAlariũ procuratori cõſtitutũ [k] ſi extra ordinẽ [l] peti cœperit, conſiderandum erit laborem dominus remunerare voluerit, atq; ideo fidem haberi placitis oporteat: an euentũ litiũ maioris pecunię præmio contra bonos mores procurator redemerit.

Procurator vt inſtrumenta ſibi data reddat, tenetur actione mandati, non depoſiti. idem ſi per colluſionẽ paſſus eſt ſe vinci. Bar.

VIII. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

D nibus annis ſecedere ſolebat, ſphæriſterium[e] & hypocauſta,[f] & quædã ipſius[g] valetudini apta, ſua impenſa faceret. Deducto igitur quãto ſua ædificia pretioſiora feciſſet, quod amplius impendiſſet, poſſe eum mandati iudicio perſequi.[h]

a *Vel probari.* i. approbari. Accur.

b *Quondam.* alter ſi conditionem, id eſt electionem adoleſcenti deferas: vt infra de admi. tu. cum quæritur.

c *Meo.* ſ. ex eo quòd ille nõ exegit.

d *Quia extinctum.* hæc non videtur bona ratio: vt infra eod. inter cauſas. in princi. & l. ſi præcedente. ſed ibi præceſsit in procuratione quanquam reuocata: hic contra. vel ibi morte, hic expreſſe. eſt tamen pro ea ſupra titu.j.l.j.§. antepe. & C. e. ſi pater tuus. Accurſius.

e *Mandati agere.* vt fiat monumentum: immo de dolo. & ſic ceſſat mandatum: vt ſupra de relig. & ſump. fun. at ſi quis. §. ſicut. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

f *Si ſua.* ſcilicet mandatarij.

g *Mandati.* cõtra heredem.

h *Pecunia.* defuncti exprimendo, non pecunia procuratoris. & ſic in vita mandantis fieri debuit: & ſic ceſſat mandati morte extincta eo mandatario ſciente. Sed hoc caſu huius. §. quomodo faciet ſi non habet pecuniam? Reſpond. aget, ſed reuocari poteſt re integra, non aliàs. Accur.

i *Faceret.* ſcilicet ſtatim.

k *Pecuniam.* mandantis: vt innuunt ſequentia.

l *Parauit.* qualiter videatur parare, habes infra de pol.l.j.§. cœpiſſe. & ad idem ſupra de condic.ob.cau.l. ſi pecuniam. Sed quid ſi res eſt integra, & heres reuocat? Videtur quòd poſsit: & maxime, abundat. Vel eſt ſpeciale in monumento: argum. ſupra de religi. ſi quis ſepulchrũ. §. hoc edictum. Accurſius.

m IDem eſt. *Emeres.* Et ſic no. quòd nõ finitur mandatum morte. ſed contra infra eod. inter cauſas. & l. ſi quis. §. morte. Sol. hic actũ fuit vt duraret. Item contra j. de le. ij. cum pater. §. Mæuia. Solu. ibi fuit mandatum vt fieret in vita mandantis, ideoque finitur. Item contra j. de ſol.l.fi.in fin. l. ſed ibi licet ſit dictum vt poſt mortẽ fiat: non tamen intereſt heredũ fieri, immo non fieri, quia ſic debitorem amitterent: hic autẽ & §. ſuperiori expedit heredibus finiri mandatum. Accur.

HEredem.} CASVS. Si fideiuſsi pro te, & deceſsi herede relicto: ſi heres ſoluat, an habeat actio. mandati? Reſpõ. ff. Vetus.

Mãdatum non ſemper finitur morte.

n *Sed ſi vendiderit.* heres fideiuſſoris.

o *Habeat.* heres qui vendidit.

p *Quia tenetur.* ſimilis ratio redditur ſupra eod. ſi procuratorem. §. ſi quis mandauerit. & infra de fideiuſ. cùm is qui. & facit s. eod. l. ſi procuratorem. §. ſi liber.

q *Actiones ſuas.* ſcilicet mandati. Sed cur emptor iſte non habet vtilem actionem, quæ directo competit venditori: vt C. de hered. vel actio. ven. l. emptor? Reſpon. quia venditori non competebat tempore cõtractus, ſed incipit ea poſtea competere.

r *Quia poteſt.* Nota duo, quorum quodlibet eſt cauſa alterius.

s *Præſtare.* actionem mandati. Azo.

t *Stipulatori.* id eſt creditori.

u *Soluerit.* ſ. emptor, idemque coheres.

x *Ex ſtipulatu.* id eſt ſtipulatione empti & venditi. infra de verb. ſig. cum ſtipulamur.

y *Coheredem.* vt præſtet eum indemnem ratione partis: aut cedat actionem mandati: vt quod iuris fuit in toto quo ad totũ, vt ſupra proxi. reſpon. idem ſit in parte quo ad partẽ: vt infra de vſu. l. quid ſit. Accurſius.

z *Habebit.* ſ. facta ceſſione. & ſic partim ſuo nomine, partim iure ceſſo aget: vt s. fa. er. l. iiij. in fin. Vel dic coheres, idemq; venditor.

SI mandaſſem.} CASVS. Mandaui Titio vt mihi pratum emeret pro. c. poſtea me pœnituit, & mandatum reuocaui. ſed antequã ſciret Titius me pœnituiſſe, iam emerat. an habeat man. act? Dicitur ꝗ ſic.

a *Ero.* facit inſt. e. §. itẽ ſi adhuc. & j. de manumiſ. ſ. vin. ſi pater.

b SI quis mihi. *Facere.* propter vtilitatem mandantis. Azo.

c *Aurelius.* infirmus quidam forte.

d *Eius.* ſcilicet medici.

e *Sphæriſterium.* id eſt,[a] locus amœnus herbis.

f *Hypocauſta.* ab hypo quod eſt ſub, & ſteron quod eſt ſtatio, id eſt ſubterranea ſtatio in æſtate bona.

g *Ipſius.* Aurelij, ſecundum Azo.

h *Perſequi.* ſic ergo in re ſua tenet mãdatũ hoc caſu, quia ꝓ vtilitate

† Facit glo. in c. ex parte decani. ſuper ver. dicebant. in medio. extra de reſcript.

a Sphæriſterium, locus eſt in primis ad exercitium pilæ deputatus, ſed & locus in balneis, in quo veteres frictiones ſuas & varia exercitationũ genera faciebant. Hypocauſtum autẽ, vaporariũ eſt, quia vaporandis cubiculis adhibetur.

vtilitate

vtilitate mandantis: vt & ĩ eo. ſi mandauero. §. interdũ. & §. Iulianus. aliàs contra: vt ſ. eo. l. ij §. fi.

a SI mand. uero. *Conſtat*. facit. ſ. de pig. act. l. ſi rẽ alienam. §. fi. & ſ. de pec. quæ ſitũ. j. reſpon. præcedebat enim contractus: vt ſ. de iud. l. non poteſt.

Actio ſuperueniens pendente iudicio ex cauſa de præterito, prodeſt actori ad condemnationem. Bartolus.

XVII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

SI mandauero tibi vt à Titio decem exigeres, & ante exacta ea mandati tecum egero: ſi ante rem iudicatam exegeris, cõdemnandum te eſſe conſtat.[a]

XVIII. VLPIANVS libro quadrageſimo ad Sabinum.

QVi patitur ab alio mãdari vt ſibi credatur, mandare intellegitur.[b]

Ex facto ſerui non debet cogi dominus ſeruum recipere, quem ſeruum voluit dominus in perpetuum alienare. Bartolus.

XIX. IDEM libro quadrageſimotertio ad Sabinum.

SEruus meus ſi de ſemet emendo mandarit,* vt redimatur: Pomponius eleganter tractat, an is qui ſeruum redemerit,[c] vltro conuenire poſsit venditorem vt ſeruum recipiat: quoniam mandati actio vltro citroq; eſt.[d] Sed eſſe iniquiſsimum Pomponius ait, ex facto[e] ſerui mei cogi me ſeruum recipere, quem in perpetuum alienari volueram. Nec magis in hũc caſum debeo mãdati teneri,[f] quàm vt eum tibi venderem.

Mandatarius non debet ſentire lucrum, nec damnum. Bartol.

XX. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

EX mandato apud eũ qui mandatũ ſuſcepit, nihil remanere oportet:[g] ſicuti nec damnum pati debet ſi exigere fœneratam pecuniã non potuit. Fideiuſſori negotiorum geſtorum eſt actio,[h] ſi pro abſente[i] fideiuſſerit. Nam mandati actio nõ poteſt competere, cùm non anteceſſerit mandatum.

QVi. } CASVS. Te præſente & non cõtradicente mãdaui Titio vt tibi x. daret. intelligeris mihi mandaſſe vt Titio mandem, & teneris mihi mandati.

b *Intelligitur*. non dicas creditori. quia tũc ex mutuo teneretur, & ſic ceſſaret mandati: vt ſupra eod. idemque. §. ſi quis Titio. ſed intelligitur mandare mandanti vt mandet. Et no. patientiam pro conſenſu haberi. & hoc ideo, quia ſpectat ad vtilitatem eius qui patitur. ſecus ſi patior rem meam vendi vel donari: quia etſi contradicerem, tamen poſſet hoc fieri: vt infra de re iudic. l. ſæpe, niſi ratio affinitatis intercedat: vt infra de dona. inter vir. & vxo. ſeruus communis. vel dominij, vt ſupra de nox. l. iij. & iiij. Accur.

Patientia pro conſenſu habetur.

*Flo. mandaret.

c SEruus Redemerit. id eſt emerit.

d *Eſt*. id eſt eſſe ſolet. hic enim non eſt, vt hac lege ſubiicitur: & infra eo. l. cum ſeruus. Accurſius.

e *Ex facto*. ſimilis ratio. ſupra de eo per quem fac. eſt. l. ij. in fin. & eadem ratione nec ego agere debeo, vt recipiam ſecũdum Pla. nos contra: vt not. C. ſi ſeruus extero.

f *Teneri*. vt recipiam. Accurſius.

g EX mandato. *Oportet*. Not. procuratorem omnia debere reddere, & nil lucrari: vt hic, & ſupra eo. idem. §. j. ij. & iij. ſic & geſtor negotiorum: vt ſupra de negot. geſt. l. Pomponius. in fin. ibi, quemadmodum &c. & l. ſi autem. §. item ſi. idem in poſſeſſore hereditatis: vt ſupra de pet. her. l. & ancillarum in fin. & l. ſeq. & l. ſi & rem. in fin. Idem in præſide, vel iudice: vt in authent. de man. prin. §. oportet. col. iij. & in authent. iuſiurandum quod præ. §. & primum. col. iij.

Procurator omnia reddere debet.

h *Actio*. niſi interceſſerit animo donandi: vt ſ. eo. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus.

i *Si pro abſente*. ſecus ſi pro præſente. vt C. e. ſi fideiuſſor. & infra eo. qui fidem.

CVm mandatu } CASVS. Mandauit Titius vt pro te fideiuberem: ipſe, non tu mandati tenetur. hoc in prima. Sed ſi vterque mandauit, vterque mandati tenetur.

k *Fideiuſſerim*. animo donandi.

l *Spopondit*. nolens in ſe transferre obligationem: vt à primo caſu differat.

m *Obligatum*. vt infra eod. l. antepe. §. duobus. & fa. ſupra de neg. geſt. l. iij. in fi.

SI mandauero. } in princip. littera eſt plana. CASVS ergo in §. interdum. ſic ponitur: debitor tuus delegauit tibi debitorem ſuum periculo ſuo, hoc eſt quanto minus conſequereris à delegato, quòd reciperes à delegante: tenetur man. cùm mihi mãdauit debitorem ſuũ recipere. ſuum enim negotium geritur. Idem ſi fideiuſ. tibi mandauit, vt cum debitore ſuo ageres. {SI HI.} Obligaui res meas Titio. auctoritate iudicis ſubhaſtatæ ſunt. mandaui Seio vt res illas emeret, an valeat mandatum? Et reſpõ. quod ſic, licet aliàs in re mea quo ad perſonam meam nulla ſit emptio. {IVLIANVS.} Deceſsit Titi9 pluri9 heredibus relictis. mandaui vni here. vt partem ſuam & aliorum mihi emeret, ſi de pecunia ſua ſoluit: quæritur, an ſim ei obligatus, & ipſe mihi? Et reſpõ. quòd ſic: & ſi nolit mihi heredi. reſtituere, ſoluam tibi pretiũ. {SI MANDAVERIM.} Debebas mihi x. mandaſti ſeruo tuo vt mutuam pecu. acciperet, & mihi ſolueret. ſi ſoluat, an habeam man. actio. contra te? Et diſtingue, aut ſoluit nomine meo immediate, & accepit nomine tuo: aut non. in primo caſu liberaris, & teneor mand. ſecundo caſu nõ. {FVGITIVVS.} Seruus meus qui fugerat, emit ſeruos, & Titius quidã illos recepit. dicitur quòd habeo ac. mã. contra Titium, ſi voluntate ſerui mei recepit. ſi autẽ non, habeo actio. ex empto. {SI CVRATOR.} Titius debitor multorum creditorum cùm eſſet, ceſſit bonis abſens: creditores qui erant præſentes, ordinauerunt curatorem, qui bona diſtraxit. ſi vendidit, neque creditoribus ſatiſfecit: qua act. teneatur, quæritur. Et reſpon. quòd præſentibus actio. man. abſentibus, ſi eorum nomine fecit. neg. geſt. actio. & hoc in prima. Si verò non contemplatione abſentiũ, ſed tantũ præſentium mãdatum ſecutus diſtraxit: abſentes eum nego. geſt. non habebunt obligatum, ſed eos qui mandauerunt: vel ſi ſe ſolos crederent creditores, actio. in factum, ſi ipſi ſimiliter contemplatione abſentium mandauerunt. hoc in ſecunda. {SICVT.} Eſt in poteſtate cuiuſlibet mandatum ſuſcipere: ſed ſi ſuſceperit ſemel, neceſſe habet implere, niſi contradixerit ſine læſione mandantis. deinde ponit quibus caſibus quis non cogitur mandatum ſuſceptum implere. Viuianus.

Ille tantum tenetur mandati, cuius mandatum quis fuit ſecutus, ſiue vnus, ſiue plures ſint, non alius. Bartolus.

XXI. VLPIANVS libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.

CVm mandatu alieno pro te fideiuſſerim,[k] nõ poſſum aduerſus te habere actionẽ mandati: quemadmodum qui* alienũ mandatum intuitus ſpopõdit.[l] Sed ſi nõ vtique vnius, ſed vtriuſque mandatum intuitus id fecerim: habebo mãdati actionẽ etiã aduerſus te: quemadmodũ ſi duo mihi mandaſſent, vt tibi crederem, vtrumque haberem obligatum.[m]

*Hal. nec qui.

Qui fideiubet, vel ſoluit ante diem, non poteſt agere niſi adueniente die. Bartolus.

XXII. PAVLVS libro trigenſimo ſecundo ad Edictum.

SI mandauero tibi vt pro me[n] in diẽ fideiubeas, tuque purè fideiuſſeris, & ſolueris: vtili9 reſpõdebitur interim nõ eſſe tibi mãdati actionẽ, ſed cũ dies venerit. Itẽ tractatũ eſt, ſi cũ in diẽ[o] deberẽ, mandatu meo in diẽ fideiuſſeris, & ante diẽ ſolueris: an ſtatim habeas mandati actionem. Et quidam putant præſentem quidem eſſe mandati actionem, ſed tanti minorem,[p] quanti mea interſit ſuperueniente die ſolutum fuiſſe. Sed melius eſt dici, interim nec huius ſummæ mãdati agi poſſe,[q] quando nonnullum adhuc commodum meũ ſit, vt nec hoc[r] ante diem ſoluam.

Quando mandatum reſpicit commodum meũ & alienũ: oritur actio mandati. Bart.

n *Vt pro me*. qui nihil debeam, vt differat à ſequenti caſu. & hic in fideiubendo & ſoluendo deliquit. ĩ. in ſoluendo tantum, quod in idem recidit.

o *In diem*. ſcilicet de ſoluendo in Paſcha, &c.

p *Minorem*. ſ. eſſe mandati actionem. Accur.

q *Agi poſſe*. vt hic. & infra ad l. Fal. l. in l. Fal. non habetur. Sed contra. ĩ. ſol. ma. ſi conſtante. §. quotiens. Sol. maritus præciſe nõ habet beneficiũ dilationis, ſed ita demũ ſi ſatiſdet: cũ ergo nõ ſatiſdat, amittit beneficiũ. ſed relinquitur interuſuriũ. itẽ arg. cõtra. ſ. ad Velleia. l. aliquãdo. §. ſed ſi ſub conditione.

r *Vt nec hoc*. non ſolùm ſuperiori caſu.

Vtilem.

Interdum euenit vt meũ negotium geram, & tamen vtilem[a] habeam mandati actionem: veluti cùm debitor meus periculo ſuo debitorem ſuum mihi delegat, aut cum rogatu fideiuſſoris cum reo experior. Nam quãuis debitum meum perſequar, nihilominus & illius[b] negotium gero. igitur quòd minus ſeruauero, cõſequar[c] mandati actione.

B

Valet mandatum de re mea emenda à tertio de iure vendente. Bartolus.

Si hi quorum res veneunt quas pignori dederunt, ſuppoſuerunt emptores, & eis emendas res mandent, mandatum intellegitur,[d] licet quantum ad meram rationẽ mandatum non conſiſtat,* Nam cum rem tuam[e] emas, nulla emptio eſt in tua perſona rei tuæ.[f]

Conſiſtit mandatum de re emenda, quæ eſt mandatarij pro parte. Bart.

C Iulianus ſcripſit, mandati obligationem cõſiſtere etiã in rem eius qui mandatum ſuſcipit, ex eo maximè probari, quòd ſi pluribus heredibus vendentibus,[g] vni mãdauero vt rem hereditariam emeret:[h] etiam pro ea parte qua heres ſit, obligatur mandati actione, & obligat. Et ſanè[i] ſi ille propter hoc extraneo rem non addixerit, quòd mãdatum ſuſceperat: ex bona fide eſſe, præſtari* ei pretiũ quanti vendere poterat. Et contra, ſi emptor ad emptionem rei ſibi neceſſariæ idcirco nõ acceſſerat, quòd heredi* præcepiſſet ſe[k] ei[l] empturum: æquiſſimum eſſe mandati iudicio præſtari quanti eius interfuit emptam rem habere.

Qui retinet ea quæ ſunt iuriſgentium, ex contractibus iuriſgentium habet actionem ciuilem. Bartolus.

Is cuius bona publicata ſunt, mãdare alicui poteſt[m] vt ea emat: & ſi emerit, vtilis[n] erit mandati actio ſi nõ præſtet fidem. quod ideo receptum eſt, quia publicatis bonis, quicquid poſtea adquiritur, non ſequitur[o] fiſcum.

Mandatum rei turpis nullum eſt. Bart.

B Qui ædẽ p̃ ſacrã ſpoliandã, hominem vulnerandũ, occidendũ, mandatũ* ſuſcipiat, nihil mandati iudicio cõſequi poteſt, propter turpitudinem mandati.[q]

Qui rem in vſus ſuos citra formam mandati conuertit, etiam furti tenetur: & non poteſt quis eligere ſeipſum. Bartolus.

Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares, tuq́; non dederis, ſed conſumpſeris: & mandati & furti teneri te Proculus ait: aut ſi ita dederim, vt quæ velles[r] dares, mãdati tantummodo.

Solutio facta de pecunia creditoris, vel eius nomine accepta, non liberat debitorem. Bartolus.

C Si mãdauerim ſeruo tuo, vt quod tibi debebã, ſolueret meo nomine:[s] Neratius ſcribit, quãuis mutuatus ſeruus pecuniã, rationibus tuis quaſi à me receptã intulerit, tamen ſi nummos à creditore non ita[t] acceperit vt meo nomine daret,[u] nec liberari me, nec te mandati mecũ acturũ.[x] Quòd ſi ſic mutuatus ſit vt pecuniã meo nomine daret,[y] vtrũque[z] cõtra eſſe: nec referre,[a] alius quis,[b] an idẽ ipſe ſeruus nomine tuo quod pro me ſoluebatur acceperit. & hoc verius eſt: quoniã quotiẽs ſuos nũmos accipit creditor, nõ contingit liberatio[c] debitori.

D

Si res empta à ſeruo alteri eius mãdato traditur, vẽditor liberatur, aliàs ſec⁹. Bart.

Fugitiuus meus cũ apud furẽ eſſet, pecuniã adquiſi-

a *Vtilem.* i. efficacẽ. ſimilia exempla ſunt s̃. eo. l. ſi quis mihi. & l. ſi verò non remunerandi. §. ſi poſt creditum. in fi. §. Acc.

b *Et illius.* ſ. mandantis. & ſic quod minus conſequar à reo, à fideiuſſore petam mandante per actionem mandati: & ſic ex mandato hic proximo agitur. Sed contra. ſupra de procu. licet. §. ea. ſol. vt dices infra eod. ſi mandato. §. fin. Sed nonne hoc mandatum eſt ſuperuacuum, cùm & ſi interueniret, ſuo tamen periculo ageretur? Itẽ bis idem promiſit, ergo ſemel tantum tenetur: vt infra de verbo. obl. l. qui bis. ergo non datur actio: vt ſupra eo. l. ij. §. j.? Reſpõ. non eſt ſuperuacuum, quia & circa præſcriptionem prodeſſe poteſt, quæ licet primàm actionẽ ſuſtulerit, ſecundam tamen nondum peremit. Item quantum ad impendia litis quæ veniunt in hac actione: vt j. eod. inter. §. impendia. nec vna obligatio vel actio per aliã tollitur: vt j. de fideiuſ. l. ſi heres. §. non eſt.

c *Conſequar.* à delegato in primo, & à debitore in ſecundo.

d *Mandatum intelligitur.* de æquitate: vt ſtatim innuit, & probatur j. proxi. §. & in §. is cuius. & s̃. e. l. ſi quis mihi. & infra e. ſi fundum.

e *Tuam.* Debitor. & de tertia ad ſecundam perſonam tranſit.

f *Rei tuæ.* vt hic, & ſupra de pign. act. l. debitor. & infra de contrahend. emp. ſuæ rei. ſed per alium ſic: vt hic dicit, & infra quæ res pign. ob. l. Ariſto. in fin. & ſupra de pac. l. epiſtola. §. ſi inter. Accurſius.

g *Vendentibus.* i. vendere volentibus.

h *Emeret.* ſ. mihi.

i *Et ſanè.* ecce exemplum qualiter ille cõtra me agit.

k *Se.* ſ. heredem.

l *Ei.* ſ. mandanti. licet quidam dicant hęc eſſe verba mandatarij, ſignificantis ſe ei empt. &c. & facit infra de cõtrahen. emp. in modicis. Accurſius.

m *Alicui poteſt.* vt infra de Publi. l. contem. §. eam.

n *Vtilis.* i. efficax. vt s̃. ea. l. §. ſi hi quorum. Accur.

o *Non ſequitur fiſcum.* imò contra: vt C. de bo. proſ. l. deportati. quæ eſt contra. Sol. hic propter illicitam negotiationem fuit deportatus: ibi ratione delicti, ſecundum quoſdam. Azo dicit idem in vtroque: vt C. quæ res ven. non poſ. l. j. & ſoluit, quia retinet propria, vt hic: nõ tamen habet in eis heredem: vt ibi: ſed eo mortuo publicantur: vt ibi dicit. vel dic quòd hic corrigitur.

p *Qui ædem.* facit s̃. eo. ſi remunerandi. §. rei turpis.

q *Mandati.* vt s̃. eo. l. ſi verò non remunerandi. §. dedi. Accur.

r *Vt quæ velles.* quidam libri habent, cui velles. alij, quæ velles. ſecundum primam cum dedi vt cui velles dares, in te trãſtuli dominium: ideoque non habeo furti actionem, ſed nec

A mandati actio videtur danda, quia ad intereſſe competit: vt ſupra eo. ſi procurator. §. mandati. Alij verò dari non intereſt mea: vt infra de verbo. oblig. ſtipulatio. §. alteri. ideoque ceſſat mandati. Quid ergo eſt quod hic dicit? Reſpon. non eſt ita. poteſt enim eſſe, vt cui velles ex cognatis meis tradere, ſuſcepiſti mandatum quod eſt obligatoriũ, quaſi interſit mea ſaltem ratione affectionis, cuius habetur ratio in bo. fid. iudi. vt infra eod. l. cum ſeruus. j. reſpon. & hoc ſi ita habetur litera, cui velles, &c. Si autem ita contineatur, vt quæ velles, &c. plana eſt, quia tunc illius pecuniæ dominiũ videtur in eum tranſlatum: & ad tantundem eſt obligatus, ſicut eſt in mutuo: vt ſupra ſi cer. pet. l. ij. j. reſpon. & §. appellata. ſi verò vt dares Titio tibi tradidi (vt fuit in primo caſu) quæritur dominium Titio, & ſtatim, ſi eius erat procurator, vel ratihabitione interueniẽte: vt infra de donat. qui mihi. & ſupra de negot. geſt. ſi ego. vnde datur actio mandati, & etiam furti, ſi interſit mea illi dari: ſed illi datur actio fur. & dic verò, ſcilicet domino: vt C. de furtis. l. ſi is cui. Sed quomodo tam contrariæ dantur: vt C. de fur. l. j. quæ eſt contra? Solu. ibi impediũtur ratione contrarietatis, quia actio furti ibi intendebatur: quia pecunia contra domini voluntatem erat contrectata. mandati verò, quia ſecundum eius arbitrium. & ſic ſunt contrariæ, vt ibi. hic autem bene fuit accepta pecunia ſecundum domini voluntatem: ſed quia eam retinuit poſtea contra domini voluntatem, nec ei cui debuit, ſoluit, tenetur manda. & furti.

*mandatum.

s *Meo nomine.* ſcilicet vt in peculio haberet. Azo. & facit ſupra ad Mace. ſi pater. §. j.

t *Ita.* quia neuter hoc geſtiuit. Accurſius.

u *Meo nomine daret.* non vt haberet in peculio, ſed vt meo nomine daret, etiam hoc non expreſſo in ſoluendo, quia mihi per eum quæſitum eſt dominium: vt j. de acqui. poſſ. l. j. §. hæc quæ de ſeruis. & §. per procuratorem.

x *Mecum acturum.* vt libereris ab actione de peculio, qua teneris creditori à quo mutuum fuit acceptum. Azo.

y *Daret.* vel mutuans, vel ſeruus: vt in l. qui mihi. j. de dona. ſcilicet tempore accepti mutui.

z *Vtrunque.* & me liberari, & teneri mandati.

a *Referre.* ad primum caſum ſe refert. & dic, ſiue libero mandem, ſiue ſeruo tuo, vt quod tibi debeo ſoluat, & accipiat tuo nomine mutuum. & ſupple, & tu habeas ratum: & ſic eſt facta tua pecunia.

b *Quis.* ſcilicet liber homo.

c *Liberatio.* vt hic, & infra de act. emp. l. ex empto. §. j. & s̃.

eo. ſi procurator. §. ſi liber. niſi ſciẽs eos accipiat: vt ſupra depoſi. l. j. §. eleganter. Accur.

a *Titius.* ſcilicet quidam tertius voluntate ſerui.
b *Rogatu ſerui.* ſcilicet quidam amicus ſerui.
c *Exempto.* ſcilicet tantum. q. d. non mandati. Accur.

uit, & ex ea ſeruos cõparauit, eosq; Titius [a] per traditionem à venditore accepit. Mela ait mandati actione me conſecuturum vt reſtituat mihi Titius, quia ſeruus meus mãdaſſe Titio videbatur vt per traditionẽ acciperet: ſi modò rogatu ſerui [b] hoc fecerit. ꝙ ſi ſine volũtate eius vẽditor Titio tradiderit, tunc poſſe me ex empto [c] agere [d] vt mihi eos vẽditor traderet: B venditoremq; per condictionẽ à Titio repetiturũ ſi ſeruos tradiderit Titio quos non debuerit, cùm debere ſe exiſtimaret.

Ei ad quem negotium ſpectat, datur actio mandati ſi interceſſit, vel actio negot. geſt. ſi eius contemplatione eſt geſtum. aliàs habet actionem in factum. Bart.

Si curator [e] bonorũ vẽditionẽ quidem fecerit, pecuniã autem creditoribus non ſoluerit: Trebatius, Ofilius, Labeo reſponderũt, his [f] qui præſentes fuerunt, [g] competere aduerſus eũ mandati actionem: his autẽ qui abſentes fuerunt, negotiorũ geſtorum actionẽ eſſe. C Atquin ſi prẹſentiũ mandatũ [h] executus id egit, [i] negotiorum geſtorum actio abſentibus nõ eſt, niſi fortè aduerſus eos qui mandauerunt curatori, tanquã ſi negotia abſentiũ geſſerint. Quod ſi cum ſoli creditores ſe eſſe exiſtimarent, id mandauerint: in factũ [k] actio abſentibus danda eſt in eos qui mandauerint.

Qui mandatum ſuſceptum non implet, vel intempeſtiue renuntiat, tenetur mandati ad intereſſe, niſi ex iuſta cauſa fuerit excuſatus. Bartolus.

Sicut autem liberum eſt mandatũ non ſuſcipere, † ita D ſuſceptũ conſummari oportet, [l] niſi renuntiatum ſit. [m] Renuntiari autem ita poteſt, [n] vt integrum ius mandatori reſeruetur vel per ſe, vel per aliũ eandem rem cõmodè explicãdi: aut ſi [o] redũdet in eum captio, qui ſuſcepit mandatũ. Et quidem ſi is cui mandatum eſt vt aliquid mercaretur, mercatus non ſit, neque renuntiauerit ſe non empturũ, idque ſua, non alterius culpa fecerit: mandati actione teneri eum conuenit. Hoc amplius tenebitur (ſicuti Mela quoq; ſcripſit) ſi eo tempore per B fraudẽ renuntiauerit, cum iã rectè emere non poſſet.

XXIII. HERMOGENIANVS libro ſecundo iuris Epitomarum.

SAnè ſi valetudinis aduerſæ, [p] † vel capitalium inimicitiarum,

XXIIII. PAVLVS libro ſecundo Sententiarum.

SEu ob inanes [q] rei actiones, [r]

XXV. HERMOGENIANVS libro ſecundo Iuris Epitomarum.

SEu ob aliam iuſtam cauſam [s] excuſationes alleget: audiendus eſt.

C *Morte mandantis ſoluitur mandatum, ſed effectus durat ſi mandatarius ignorauit.* Bartolus.

XXVI. PAVLVS libro trigenſimo ſecundo ad Edictum.

INter cauſas omittẽdi mãdati etiam mors mandatoris [t] eſt. nam mandatũ ſoluitur morte. Si tamen per ignorantiã impletum eſt, cõpetere actionem vtilitatis [u] cauſa dicitur. Iulianus quoque ſcripſit, [x] mãdatoris morte ſolui mandatum: ſed obligationem aliquando durare. [y] Si quis debitori ſuo mãdauerit vt Titio ſolueret, & debitor mortuo eo cum id ignoraret, ſoluerit: liberari D eum oportet.

Fideiuſſor delegans debitorem etiã non ſoluendo, ſoluiſſe videtur. Bartol.

Abeſſe intellegitur pecunia fideiuſſori, etiã ſi debitor ab eo delegat [y] ſit creditori, [z] licet is [a] ſoluẽdo nõ fuerit: quia

d *Agere.* videtur ergo venditor non liberatus. & ſic eſt contra. infra de ſol. l. fugitiuus. ibi, ſed ſi cum liberum &c. ſed licet dicat hic mandati agi, non contradicit, ſi ibi dicas liberari illũ qui fuerat factus debitor per ſeruum, ſecundũ quoſdam. quod nihil eſt: immo nec liberatur hic, quia non ſeruo, ſed alij dedit: vt in d. l. dicitur. ibi, ſed ſi &c. & ſupra ſi cer. pet. cum fundus. §. ſeruũ. & infra de act. emp. ſi ſeruus. §. ſeruum. & facit infra eo. inter cauſas. §. mandato. & ſic mandati & ex empto actionem habeo. Accur.
e *Si curator.* datus bonis. Accur.
f *His.* ſ. creditoribus.
g *Fuerunt.* quorum contemplatione geſſerunt.
h *Mandatum.* qui id mandabant pro ſe & abſentibus: vt differat à ſequenti caſu.
i *Id egit.* ſcilicet tantum.
k *In factum.* immo negot. geſt. in curatore gerente: vt ſupra de negot. geſt. ſi pupilli. §. ſi quis ita. quæ eſt contra. Solu. dubitabatur hic de actione, & ideo decurritur ad actionem in factum. vel ſol. vt ibi. Item videtur nulla: vt infra de cur. bò. dan. l. fin. Solu. ibi priuato conſilio: hic coram iudice datus fuit curator. vel ibi nulla ordinaria. vel ibi aduerſus curatorẽ fuerũt, quorum litem illam geſſerunt.
l *Oportet.* vt hic, & ſupra commo. l. in commodato. §. ſicut. & inſtit. eo. §. pe.
m *Renunciatum ſit.* à mandante. nam & ipſe renunciare poteſt: vt ſupra de condic. cau. da. ſi pecuniã. in princip. vel à mandatario: vt hic ſubijcit. Accurſius.

† *Hoc reſponſum copioſe enarrat Cic. in oratione pro Roſcio Amerino.*

n *Ita poteſt.* id eſt debet. ſimilia quære ſupra de offi. procon. l. obſeruare. §. fin.
o *Aut ſi non.* ſcilicet renuntiet: vt dictum eſt, argu. infra eo. ſi fideiuſſor. & ſi cum debitor. in fi. §.
p *SAne. Aduerſæ.* ſcilicet cauſa. Accur.
q *SEu ob immanes.* vt accuſationes capitalium criminum, vel quia circa funus fuit impeditus. Accur.
r *Actiones.* id eſt cauſam excuſationis alleget, ſiue actus: & fundi, audiendus eſt. Accur.
s *SEu ob aliam iuſtam cauſam.* quæ poſſunt multæ colligi, ſ. de procu. l. ante litem. & l. poſt litem. cum ſeq.

A *INter cauſas.* CASVS. in §. Si quis. Mandaſti debitori vt ſolueret Titio. deceſsiſti. hoc ignorans debitor ſoluit, an liberetur, quæritur. Et reſpond. quòd ſic. {ABESSE.} Si fideiuſsiſti pro me apud Titium, an contra te poſsim agere manda. quæritur? Et reſpond. quòd ſic. ſed quantum mihi debuit, videtur abeſſe, ſi is ſoluendo non fuerit. {SI IS.} Fideiuſsi pro te apud Titium qui habebat creditorem meum Sempronium debitorem. animo liberãdi me ab obligatione fideiuſſoria, & animo donandi mihi remiſit Sempronio Titius debitum in quo ei tenebatur: an poſsim agere cõtra te man. quæritur? Et reſpon. quòd ſic. hoc in prima. Neque plus cõſequitur iudicio mandati, quàm quòd exoluerit. & hoc in ſecunda. {NON OMNIA.} Mandaui tibi vt ires vltra montes ad negotia gerenda: & detentus à latronibus fuiſti, & deprehenſus & vulneratus, & in curatione expenſas feciſti. an id iudicio mandati cõſequi poſsis à me, cùm non alias eras hoc impenſurus niſi tibi mãdaſſem? Reſpon. quòd non propter mandatum: cũ per fortuitum caſum prædicta paſſus es. {SI CVM.} Mandaui tibi vt mihi ſeruum emeres. emiſti. furtum tibi fecit ſeruus iſte. teneor mandati vt dedatur ſeruus iſte tibi. quod ſi ſciui eum furem. & nõ prẹdixi tibi, tenebor acti. in factum ad intereſſe. {FABER.} Mandaui Titio vt ſeruum mihi emeret. emit pro x. & fabricam docuit, & mandato meo vendidit eum Titius tibi pro xx. & mihi iudicio coactus ſoluit pro pretio. emptor agit redhibitoria, & pretium eſt conſecutus. an Titius iudicio mandati poſſit conſequi illa xx. à me? Dicitur quòd nõ, niſi poſtquam emerit, vitium ſeruo ſuo acceſsiſſet. Si verò mandaui de emendo, & de docendo, contrarium eſt: quia mandans de docendo, videor approbaſſe emptionem: & cibaria illa, in eo expenſa conſequi poterit Titius, niſi, &c. Viuianus.

† aduerſæ.

t *Mandatoris.* ſiue mandatarij: vt hic, & C. eod. l. mandatum. & inſtit. eo. §. item ſi adhuc. & j. e. ſi quis alicui. §. morte.
u *Actionem vtilitatis.* ne iuſta ignorantia damnum afferat: vt hic & j. pro ſocio. l. actione. §. item ſi alicuius.
x *Scripſit.* circa hæc dicens idem quòd ſupra proxi.
y *Aliquando durare.* vt j. eod. ſi præcedente. in princi. ſ. ſi perficiatur quod erat mandatum. Accur.
z *Creditori.* qa ſoluiſſe videtur: vt ſ. ad Vellei. l. quãuis. §. interdũ. idẽ & ſi pecuniã conſignauerit: vt j. eo. qui mutuã. §. j.
a *Is.* ſcilicet debitor delegatus. Accurſius.

Facit.

a *Facit.* videtur eum approbare pro bono.
b *Admittit.* eo ipſo quod recipit: vt j. de fideiuſ. l. qui ſatiſdare in fin. & l. qui debitorem. & infra de tute. & rat. diſtra. ſi probatum. ſi tamen fuit ſciens: vt infra de iure do. l. promittendo. §. ſi à debitore. quoddam tamen non poteſt fieri bonũ: vt ſupra ad Macedo. l. j. Item contra infra ſolu. matri. ſi cũ dotem. §. ſi mulier. Solu. ibi fauore mulieris dictum eſt in dote. vel dic, vt ibi dicit, quia fuit decepta dolo delegantis.
c *Si is qui.* puta Titius.
d *Eius.* ſ. fideiuſſoris. Accur.
e *Eúmque.* ſ. apud quẽ interceſſerat.
f *Creditori.* ſ. donator. contra eſt s̄. eo. ſi vero non remunerandi. in prin. ſol. vt ibi.
g *Soluerit.* vere vel interpretatiue: vt ſupra proxi. §. & hoc niſi ratio vſurarum emerſerit: vt C. eo. l. poſt ſolutionem.
h *Procuratori.* i. procuranti. Azo.
i *Repetam ab eo.* per condic. ob cau. quando dedi vt me liberaret: vt ſupra de condic. cau. da. ſi procuratori. ſi autem credens me liberatum, per condic. inde. vt C. de condic. inde. l. creditoris. & ego remaneo obligatus ex prima cauſa: vt ſupra e. ſi mandauero. §. fugitiuus. Vel repetam per condic. fur. vt no. d. l. creditoris.
k *Non fuit.* ſ. procurator.
l *Imputabit.* ſcilicet procurator.
m *Mandato.* alia verò quæ procurator impenſurus non erat, repetit: non ſi impenſurus erat, etiam ſi mandatum non ſuſcepiſſet: vt ſupra fa. erciſ. ex parte. Item ſecus eſt in actione pro ſocio, etiam de huiuſmodi periculis: vt infra tit. j. l. cum duobus. §. quidam. & poteſt eſſe ratio, quia ibi eſt ius fraternitatis: vt eod. titu. l. verum. j. reſpõ. Item nec hic §. de curialitate debet ſeruari.
n *Culpa tua.* adhibita in emẽdo. nam ſi in furto præpõderat dolus ſerui. Et nota quòd liberor relinquendo pro noxa quando ignoraui: vt hic, & s̄. de pig. act. ſi ſeruus. Sed cõtra infra de fur. ſi ſeruus. ij §. quod ad mandati. Solu. hic de rigore, ibi de æquitate. Vel hic neque ſciuit, neque ſcire potuit dominus, ſecundum quoſdam. Tu diſtingue, vtrum mandet de certo emendo, vt tunc omnino teneatur: vt ibi. an de incerto: & tunc ſubdiuidas, fuerit in culpa procurator in emendo, vt tunc non teneatur dominus: vt hic. an non, & tunc ſubdiuidas, potuit eum mandator certiorare, vel non: vt ſi potuit, teneatur: aliàs non, vt hic ſubiicit. Accur.
o *Dãnatus.* ad reddẽdũ pretiũ. ſ. xx. per actionẽ redhibitoriã.

bonum nomen facit[a] creditor qui admittit [b]debitorem delegatum. Si is qui [c] fideiuſſori donare vult, creditorem eius[d] habeat debitorem ſuum, eumque [e] liberauerit: cõtinuo aget fideiuſſor mãdati, quatenus nihil interſit vtrum nummos ſoluerit creditori [f], an eum liberauerit. Præterea ſciendum eſt, non plus fideiuſſorem conſequi debere mandati iudicio, q̃ B quòd ſoluerit [g]. Mandatu tuo fideiuſſi decem, & procuratori [h] creditoris ſolui. Si verus procurator fuit, ſtatim mandati agam. quòd ſi procurator non eſt, repetam [i] ab eo.

Damna caſu fortuito occurrentia dominus procuratori non emendat. Bart.

Non omnia quę impenſurus non fuit[k], mandatori imputabit[l]: veluti quòd ſpoliatus ſit à latronibus, aut naufragio res amiſerit, vel languore ſuo ſuorumque adprehenſus quædam erogauerit. nã hæc magis caſibus, quàm mãdato[m] imputari oportet. Sed cum ſeruus quem mandatu meo emeras, furtum tibi feciſſet, Neratius ait mandati actione te conſecuturum vt ſeruus tibi noxæ dedatur, ſi tamẽ ſine culpa tua[n] id acciderit. Quòd ſi ego ſciſſem talem eſſe ſeruum, nec prædixiſſem, vt poſſes præcauere: tunc quanti tua interſit, tantum præſtari tibi oportet. Faber mandatu amici ſui emit ſeruũ decem, & fabricam docuit: deinde vendidit eum viginti, quos mandati iudicio coactus eſt ſoluere mox, quaſi homo nõ erat ſanus, emptori damnatus[o] eſt. Mela ait nõ præſtaturum id ei mandatorem[p]: niſi poſtea quàm emiſſet, ſine dolo[q] malo eius hoc vitium habere cœperit ſeruus.

A p *Mandatorem.* ſcilicet ſi non fuit diligens in emendo: vt s̄. proxi. §. & hic ſubiicit.
q *Sine dolo.* ſcilicet & culpa: vt s̄. ſi procuratorem. §. fin.
r *Contra fore.* quia tenetur mandator, etiam ſi ante emptionẽ fuerit vitioſus, & fuerit in culpa emendo. & eſt ratio ſecundum Io. quaſi factum fabri videatur amicus approbaſſe, cùm de ſeruo docendo rogauit, quaſi videatur eũ recepiſſe breui manu, & ſibi retradidiſſe ad docendum: argum. ſupra. ſi cer. pet. l. ſingularia. in fin.

ſed ſi iuſſu mandatoris eum docuerit, contra fore.[r] tunc enim & mercedem & cibaria cõſecuturũ, niſi ſi vt gratis doceret, rogatus ſit.

Iſtam legem ſummaui tibi in l. ſi tibi mandauero. §. ſicut. s̄. eo. Bartolus.

XXVII. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SI quis alicui [s] ſcripſerit vt debitorem ſuum [t] liberet, ſeque eam pecuniam B quam is debuerit, ſoluturũ[u]: mandati actione tenetur.

Mandatum poteſt conferri poſt mortem mandatoris, et ex pœnitentia reuocari. Bartolus.

Si ſeruum ea lege tibi tradidero, vt eum poſt mortẽ meam manumitteres: cõſtitit obligatio[x]. Poteſt autem & in mea [y] quoque perſona agendi cauſa interuenire: veluti ſi pœnitentia[z] acta ſeruũ recuperare velim.

Qui mandatum ſuſcepit, debet implere ſi poteſt: & ſi non poteſt, domino nuntiare debet: aliàs ad intereſſe tenetur. Bartolus.

Qui mandatum[a] ſuſcepit, C ſi poteſt id explere, deſerere promiſſum officium nõ debet. alioquin quanti mandatoris interſit, dãnabitur. Si verò intellegit explere ſe id officium non poſſe, idipſum cum primum poterit debet mandatori nuntiare: vt is ſi velit, alterius opera vtatur. Quòd ſi cum poſſit nuntiare ceſſauerit, quanti mandatoris interſit tenebitur. ſi aliqua ex cauſa non poterit nuntiare, ſecurus erit.

Sicut morte mandantis finitur mandatum, ita morte mandatarij. Bartolus.

Morte quoque eius cui D mandatum eſt, ſi is integro adhuc mandato deceſſerit, ſoluitur mandatũ: & ob id heres eius licet executus fuerit mãdatũ, nõ habet mãdati[b] actionẽ. Impẽdia mãdati exequendi gratia facta, ſi

SI quis.} CASVS. Planꝰ eſt. {SI SERVVM.} Tradidi tibi ſeruum, vt eum poſt mortem meam manumitteres, & non manumiſiſti. aget heres meus cõtra te act. mã. & ego dum viuo poſſum pœnitere, & iudicio man. ſeruum reuocare. {QVI SVSCEPIT.} Habitus eſt ſupra. l. ſi mãdauero. §. ſicut. {IMPENDIA.} Mandaſti mihi vt tibi crocum vel piper emerem. non inueni vbi habitabam. acceſſi ad aliam ciuitatem, & expenſas feci eundo. an illas potero repetere? Dicitur quod ſic, ſi bona fide feci. nec ob. ſi tu forte minus expendiſſes, quia parcus eras. {SI MANDATO.} Mandaui tibi vt mutuares. x. Titio. ſi agas mandati cõtra me, non debeo aliàs cõdemnari, quàm ſi mihi cedas actiones prius contra Titium. & hoc in prima. Si verò egiſti contra Titium, non liberor, immo magis non incidã in obligationem: & in tantum ero tibi obligatus, quod ab eo cõſequi non poteris. & hoc in ſecunda. Viuianus.
a *Si quis alicui.* quidam non habent hoc pro. l. prin.
t *Suum.* mandatarij.
u *Soluturum.* ſcilicet ſcripſerit.
x *Conſtitit obligatio.* ſcilicet vltro citroque. nam teneor tibi ad expenſas quas in eo facies, & tu heredi meo vt manumittas. Sed quomodo per procuratorem debuit manumitti, cùm hoc non poſſit fieri: vt C. de manumiſ. vindi. l. nec mulierem. niſi per filium: vt C. de anna. excep. l. j. in fi. Reſpon. hic fuit tranſlatum in eum dominium.
y *Mea.* id eſt quia agam.
z *Si pœnitentia.* quæ locum habet in huiuſmodi contractu innominato: vt hic, & j. eo. l. ſi hominem. & ſupra de condic. cau. da. l. dedi. §. j. non autem in nominatis, vt hic, & C. de act. & obli. l. ſicut. quæ eſt contra. niſi quandoque: vt s̄. depo. l. j. §. pe. Accurſius.
a *Mandatum.* facit ſupra, ſi mandauero. §. fin. Accurſius.
b *Mandati.* ſcilicet directam, ſed vtilem ſic: vt s̄. eod. l. inter cauſas.

A cauſas. in prin. Vel diſtingue. erat inchoatum, vt ibi: an nõ, vt hic. ſed haberet locũ actio negot. geſt. vt ſ̄. de neg. geſt. nam & Seruius. §. ſi viuo. ſed ibi mandator deceſsit, hic procurator. & ibi poteſt eſſe ignorantia: hic non. Accur.

a *Bona fide.* & probabili ratione: vt C. eo. etiam. & l. ſi contra licitum.

bona fide [a] facta ſunt, reſtitui omnimodo debent, nec ad rem [b] pertinet quòd is qui mandaſſet, potuiſſet, ſi ipſe negotium gereret, minus impendere.

Mandatario cedendæ ſunt actiones cõtra reum principalem, & eius ſolutione in dubio reus principalis non liberatur. h. d. cum l. ſeq.

Si mãdatu meo Titio credideris, & mecum mandati egeris: non aliter condem-B nari debeo, quàm ſi actiones tuas quas aduerſus Titium habes, mihi præſtiteris [c]. Sed ſi cum Titio egeris: ego quidem non liberabor [d], ſed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio ſeruare nõ potueris.

XXVIII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum.

PApinianus libro tertio quæſtionum ait, mandatorem [e] debitoris ſoluẽtem, ipſo iure reum non liberare. Propter mandatum enim ſuum ſoluit, & ſuo nomine [f]: ideoque mandatori a-C ctiones putat aduerſus reum cedi debere.

Si fideiuſſor ſoluit ignorans debitorem liberatum vel tutum exceptione, habet actionem mandati, niſi fuerit in ignorantia ſupina. hoc dicit vſque ad §. quædam. Bart.

XXIX. IDEM libro ſeptimo Diſputationum.

SI fideiuſſor, conuentus, cùm ignoraret non fuiſſe debitori numeratam pecuniam, ſoluerit ex cauſa fideiuſsionis: an mandati iudicio perſequi poſsit id quod

b *Nec ad rem.* non inſpicitur quid facturus erat dominus: vt hic. Sed argu. contra ſupra de rei vin. in fundo. & ſ̄. de pign. act. vel vniuerſorum.

c *Mihi præſtiteris.* vt C. de fideiuſ. ſicut eligẽdi. & infra de fideiuſ. cũ is qui. & l. ſi fideiuſſores. §. fin. & l. ſi mandato. & infra de ſolu. Stichum aut Pamphilum. §. ſi mandato. Accurſius.

d *Liberabor.* Magis autem non incidam in obligationem: vt infra de verb. oblig. l. decẽ. ſed cùm hæc actio ad intereſſe tantum naſcatur: vt ſupra. l. ſi procuratorem. §. mandati. hæc gloſ. falſa videtur: vt C. de fideiuſſ. reos hic intereſt plures habere debitores: & ſic naſcitur: vt infra de li. le. l. iij. in fi. & hic dic, ero, id eſt manebo. ſic infra de fideiuſſ. l. ſi mandato. Accur.

PApinianus. } CASVS. Mandaui tibi vt tu mutuares. x. Titio. mutuaſti. conuentus nomine meo tibi ſolui. an liberetur Titius, quæritur. Et dicitur quòd non ipſo iure. ſed mihi cedes actionem quam habes contra reum.

e *Mandatorem.* id eſt qui mandauit creditori vt mutuet debitori.

f *Et ſuo nomine.* ſi hoc fecit, bene dicit quòd reus non liberatur: vt hic & ſupra de peti. here. ſi quid poſſeſſor. Et argu. ſupra de in rem ver. ſi filius. aliàs ſecus, ſi nomine totalis obligationis ſoluiſſet: vt ſ̄. de exerci. l. j. §. pe. quæ eſt contra. ſed licet ipſo iure reus non liberetur, obſtabit tamen creditori exceptio doli mali. mandator autem actione ceſſa à creditore, aget contra reum. Sed nunquid fieri poteſt ceſsio etiam facta ſolutione D ex interuallo hoc caſu? Videtur quòd non: vt j. de ſol. Modeſtinus. Sed argu. cõtra. eſt hic prox. vt infra de leg. j. ſi res. & de admini. tut. ſi minoris. & ideo diſtinguas, ſoluat quis ſuo nomine, an nomine debitoris, aut ſimpliciter. ſi ſuo, quãdocunque cedi poſſunt: vt hic cum ſuis concor. ſi debitoris, nunquam. ſi ſimpliciter: ſi quidem creditor cedat, incontinenti præſumitur, [a] quòd fideiuſſor ſuo nomine non debitoris nomine ſoluat. ſed ſi ex interuallo, cõtra: vt dicitur infra de ſol. l. Modeſtinus. Accur.

a Bald. in l. 1. in 2. col. C. de ac. et ob. & Ale. de Imo. in l. Modeſtin⁹. j. de ſol. in addit. ad Bart. reputat iſtã glo. ſing. et meliorẽ de iure. Bolog.

SI fideiuſſor. } CASVS. Spe futuræ numerationis confeſſus me fui decẽ recepiſſe à Titio, & Seius pro me fideiuſsit: Titius mihi nõ numerauit. fideiuſſor ſoluit, neque exceptionem numeratæ pec. oppoſuit. an teneor mandati? Diſtingue, ſciens aut ignorans omiſit exceptionem. primo caſu, non. ſecundo caſu, ſic. hoc in prima. Sed quid ſi numerauit, & pactum fuit de non petendo, & fideiuſſor conuentus eam non oppoſuit? Diſtingue vt in primo caſu. hoc in ſecunda. {NON.} Me inutiliter obligaui, puta creditore ſtipulante, & me ex interuallo reſpõdente, fideiuſsit Titius. ſi ſoluat ex cauſa fideiuſsionis, an tenear ei man? Diſtinguitur, aut ſoluit errãs in facto, & aget. aut in iure, & nõ aget. {SI CVM.} Fideiuſsi pro te: tu verò ſoluiſti. ego ignorãs te ſoluiſſe, ſolui etiã. an habeam man. act. Dicitur quòd ſic. idem econtra. {QVAEDAM.} Fideiuſsiſti pro me, tuq́; cõuentus à creditoribus per procuratorem, cui tu fideiuſſor poteras opponere excep. procurationis, puta quia eſſet minor XXV. an. nõ oppoſuiſti. ſi ſoluiſti, an teneor tibi man. Et reſpondetur ꝙ ſic, ſiue ſciens ſiue ignorans. neque debet de apicib⁹ iuris diſputari. {IN OMNIBVS.} Si creditor pecuniã non numeratam, ſeu plus receperit: vt ſi in l. ſi ieiuſſerit, & c. receperit: aduerſus eũ datur repetitio per condic. inde. quod eſt verum, ſi extra iudi. quia tunc repetitio nõ datur, ſed crimine ſtellio. poterit accuſari. {FIDEIVSSOR.} Fideiuſsi pro te vſque ad annũ, vt vltra non tenerer: ſteti per annum, & eo elapſo ſolui pro te. an tenearis mandati? Reſpon. ꝙ ſic, ſi paratus ſum te defendere cõtra creditorẽ tuũ. Viu.

ſoluerit, quęritur. Et ſi quidẽ ſciens pretermiſerit exceptionem vel doli [g], vel non numeratæ pecuniæ, videtur dolo verſari: (diſſoluta [h] enim negligentia prope dolum eſt) vbi verò ignorauit, nihil [eſt] quod ei [i] imputetur. Pari ratione et ſi aliqua exceptio debitori cõpetebat, pacti forte cõuenti, vel cuiuſ alterius rei, & ignarus hanc B exceptionẽ non exercebat: * dici oportet, ei mandati actionem cõpetere. Potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare fideiuſſorem ſuum, ne forte ignarus ſoluat indebitum. Non malè tractabitur, ſi cùm ignoraret fideiuſſor inutiliter ſe obligatum [k], ſoluerit: an mandati actionẽ habeat. Et ſi quidem factũ ignorauit [l], recipi ignorantia eius poteſt [m]: ſi verò ius [n], aliud [o] dici debet. Si cũ debitor ſoluiſſet, ignarus fideiuſſor ſoluerit: puto eum mandati ha-C bere actionem. Ignoſcendũ eſt enim ei, ſi nõ diuinauit [p] debitorẽ ſoluiſſe. Debitor enim debuit notũ [q] facere fideiuſſori, iam ſe ſoluiſſe: ne fortè creditor obrepat, & ignorantiã eius circumueniat, & excutiat ei ſummã in quã fideiuſsit. Hoc idem tractari & in fideiuſſore poteſt, ſi cũ ſoluiſſet, non certiorauit reum: [&] ſic deinde reus ſoluit, quod ſoluere eum nõ oportebat. Et credo, ſi cum

** Flo. cebit,*

g *Vel doli.* quæ locum habet vbi hæc nõ numeratæ pecuniæ, & quælibet alia: vt infra de except. do. l. j. §. generaliter.

h *Diſſoluta.* quæ eſt lata culpa: vt j. de verb. ſign. latæ. & adeo eſt prope, vt vbi venit vnum, veniat & aliud: vt ſ̄. depo. l. quod Nerua. & j̄. de verbo ſign. magna. niſi in duobus caſibus: vt inſti. de ſuſpec. tu. §. ſuſpectus. & infra ad leg. Cor. de ſica. l. in lege.

i *Nihil eſt quod ei.* facit infra de contrahen. empt. in venditionibus. §. ſi. & C. de iur. & fac. igno. cum quis. & ſ̄. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. & ad Velleia. l. fin. §. ſi mulier re ipſa. Accurſius.

k *Obligatum.* ab ipſo prin. vt j̄. in fin. l. notatur.

l *Factum ignorauit.* puta ignorauit reum tantum ciuiliter obligatum, facto ei pacto de non petendo, vel delato ei iuraD mento, vel præſtito: vt j̄. de ſolu. Stichum. §. naturali. Accur.

m *Eius poteſt.* vt agat mandati. nã ſuper ea ſit quæſtio. Accur.

n *Si verò ius.* da exemplum, vt quia credebat reum ex interuallo reſpondentem teneri: non tamen tenetur: vt infra de verbo. obli. l. j. §. ij.

o *Aliud erit.* ſcilicet quia non aget mandati contra reum mãdantem. & eſt ratio huius ad ſuperiorem caſum, quia ius eſt finitum: facta infinita: vt infra de iur. & fac. igno. l. ij. Sed cùm tractet de damno vitando, quare non nocet ei iuris ignorantia: vt infra de iur. & fac. igno. l. iuris in fin. & l. error. in fin. quæ ſunt contra? Reſpon. & debitor de hoc eodem damno certat. vnde cùm teneat reus, potior eſt: vt infra de verb. obli. ſi ſeruum. §. ſequitur. Sed an contra creditorem aget? Reſpon. ſic, ſecundum Ir. & per condic. inde aget cum iuris ignorantia nocere ſibi prorſus non debeat. argu. infra proxi §. in fin.

p *Non diuinauit.* vt hic, & ſ̄. ad le. Aquil. ſi putator. in fin. immo puniuntur diuinatores: vt C. de mathe. l. nemo. Accur.

q *Notum.* ſic ſ̄. e. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. & l. ſi mãdauero. §. fin. & de cõdic. cau. da. l. ſi pecuniam. §. item ſi quis. & de inſtito. act. ſed & ſi pupillus. j. reſpon.

Poſſet.

poſſet [a] eum certiorare, non fecit: oportere mandati agētem fideiuſſorē repelli. Dolo enim proximū eſt, ſi poſt ſolutionem nō nuntiauerit debitori. Cedere autē reus [b] indebiti actione fideiuſſori debet, ne duplum creditor conſequatur [c].

Non imputatur fideiuſſori ſi omiſit exceptiones quæ ſunt de apicibus iuris, ſi de veritate negotij diſputauit. Bart.

B Quædam tamen etſi ſciens omittat fideiuſſor, caret fraude, vtputa ſi exceptionē procuratoriam [d] omiſit ſiue ſciēs ſiue ignarus. De bona fide enim agitur: cui non congruit de apicibus [e] iuris diſputare, ſed de hoc tantùm, debitor fuerit, necne.

Indebitum ſolutum repetitur niſi auctoritate rei iudicatæ fuerit ſolutum. Bart.

In omnibus autē viſionibus quæ propoſitæ ſint, vbi creditor vel non numeratā pecuniā accipit [f], vel numeratam iterum accipit: repetitio contra eum competit [g]: niſi ex condemnatione fuerit ei pecunia ſoluta. C Tunc enim propter auctoritatem rei iudicatæ repetitio quidē ceſſat [h], ipſe autem ſtellionatus crimine propter ſuā calliditatem plectetur.

Licet fideiuſſor ſit tempore liberatus: ſi tamen ſoluit, repetit per actionem mandati. Bartolus.

Fideiuſſor, ſi ſolus [i] tempore liberatus, tamen ſoluerit creditori, rectè mandati habebit actionem aduerſus reum. Quanquam enim iam liberatus ſoluit, tamen fidē impleuit, & debitorem liberauit [k]. Si igitur paratus ſit defendere reū aduerſus creditorem, æquiſsimum eſt, D mandati iudicio eum quod ſoluit, recuperare [l]. & ita Iuliano videtur.

Generalis procurator non mutat ea quæ à domino ſpecialiter ſunt prouiſa, niſi ex cauſa iuſta quam dominus ignorauit. Bartolus.

XXX. IVLIANVS libro tertiodecimo Digeſtorum.

SI † hominē tibi dedero [m] vt eum manumitteres, & poſtea procurator meus [n] prohibuerit ne manumitteres: an mādati agere poſſim, B ſi tu eum manumiſeris? Reſpondi, ſi procurator [o] iuſtā cauſam habuit interpellandi manumiſsionem ſerui, quē in hoc ſolum acceperam vt manumitterem, veluti ſi cōpererit eum poſtea falſas rationes confeciſſe, inſidias vitæ prioris domini ſtruxiſſe, tenebor, niſi denuntiationi procuratoris paruero. ſi verò nulla iuſta cauſa procuratori fuit denunciandi ne ſeruus manumitteretur: non poterit mecū [p] agi, quamuis ad libertatem eum perduxerim.

C *Actio etiam pœnalis deuoluitur in actionem mandati, ſi procurator à ſeipſo non exigit. Bartolus.*

XXXI. IDEM libro quartodecimo Digeſtorum.

SI negotia mea mandauero gerenda ei qui mihi actione [intra annum [q]] in quadruplū [r] tenebatur [s], poſt annū verò in ſimplum, etſi poſt annū cū eo mādati agā, præſtare mihi quadruplum debebit. Nam qui alterius negotia adminiſtranda ſuſcepit, id præſtare debet in ſua perſona, quod in aliorum. [t]

Hereditas poteſt eſſe damnoſa legatis: ideo mandatum de adeunda hereditate eſt obligatorium, legatum non. Bartol.

D XXXII. IDEM libro tertio ad Vrſeium Ferocem.

a *Poſſet.* reus verò, potuit vel non potuit certiorare fideiuſſorem, ſemper ei tenetur: vt ſ. ea. l. j. reſpon.

b *Reus.* poſtea ſoluens.

c *Conſequatur* quod bona fides non patitur: vt infra de reg. iur. l. bona fides. Azo.

d *Procuratoriam.* quia non diſputauit an de iuris ſubtilitate potuerit eſſe miles procurator, vel fœmina: diſputauit tamen an haberet mādatum: alioquin contra: vt ſ. eod. inter cauſas. §. mandato. quę eſt contra. nam & illa dicitur procuratoria exceptio: vt j. de dam. infec. l. inter quos. §. pen. & hic. Et vt quæ circa hæc ſunt, plene habeas, dic cum fideiuſſor omittit exceptionem: ſi quidem cō petentem ex ſua perſona, & inhoneſtam agit nihilominus mandati. ſi verò honeſtam, & talem quam potuit reus opponere, vt ſi fideiuſſori ſit factum pactum ne ab eo vel reo petatur, ſicut dicitur ſ. de pac. l. idem. §. fin. tunc non agitur mandati: vt ſ. eo. idem. §. generaliter. ſi vero reo non poterat proficere, vt Velle. vel ſimilis, tūc agitur: vt ſ. ad Vellei. l. pen. & l. fi. §. ſi mulier. pro eo. & j. ea. l. §. fin. nec attendo in prædictis, ſciat vel neſciat fideiuſſor eam ſibi cōpetere, quia de ſuo facto agitur: vt ſupra ad Vellei. l. quanquam. ſi vero competentem ex perſona rei omittat, quæ ad ipſum porrigebatur, ſi quidem ignorans, agit, niſi errauerit in iure: vt ſupra. §. non male. cùm in alieno facto iuſtus ſit error: vt infra pro ſuo. l. fi. ſi ſciens, ſi quidem declinatoriam iudicij, agit vt hic. ſi dilatoriam ſolutionis, non agit intra tempus dilationis: vt ſupra eod. ſi mandauero tibi. in princip. ſi perpetuam, nunquam: vt ſ. ea. l. j. reſpon. ſi verò ex perſona rei non porrigitur ad fideiuſſorē, nil imputatur fideiuſſori ſi eam nō opponat: quia nec poteſt. illud plane imputatur ei, ſi reo denuntiare poteſt vt iudiciū ſuſcipiat vel ſuo, vel procuratorio nomine: vt ſ. eod. idem. §. pe. & hoc cum fideiuſſor omittit exceptionem, & ideo damnabitur. ſi verò non damnatur, ſed ſoluat: omiſſa exceptione quæ ex ſua perſona tantum competit ſibi, agit: vt j. ea l. §. fi. idem & ſi damnatus eſſet exceptione omiſſa: vt ſ. in prin. dixi, ſecundum Azo.

Error in alieno facto, iuſtus eſt.

e *De apicibus.* Not. apicem iuris non curādum: vt hic, & ſ. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in fi. ſed nec verborum: vt C. de cōſtit. pec. l. ij. in fi. ſed bonā fidem inſpici & veritatem: vt hic, & C. ſi contra ius vel vti. pu. l. & ſi non cognitio.

Curandum non eſt de apicibus iuris.

f *Accipit.* vt in §. ſi cum debitor. & in princ. legis.

g *Cōpetit.* immo nō in omnibus, quia de exceptione doli in prin. huius l. locutus eſt: propter quam nō datur repetitio: vt ſ. de cōdic. inde. l. qui exceptionē. quod eſt verum vbi tantū doli, vt Macedoniani: vt j. eo. l. qui exceptionem. aliàs ſecus.

SEruum.} CASVS. Habebam ſeruum: Titius eum emit à nõ domino: mãdauit mihi vt eũ venderem: & vendidi eum ignorãs eſſe meum. poſtea cõperi eum fuiſſe meũ: an Titius poſſit agere contra me manda. ne pretium petat? Et reſpon. quòd non: & adſtrictus ſum ad tradendum emptori: neque eũ vindicare poſſum, ſi tradiderim: ſed Titius mihi tenetur man. ſi in aliquo mea interfuit, vt ſi eum aliter non eſſem venditurus. Sed pone quòd habebam ſeruum, & Titius eum emit à nõ domino bo. fid. cui Titio ſucceſſi. mandaui procuratori meo vt ipſum venderet, quia credebam eum meum eſſe ex cauſa hereditaria, cùm aliàs eſſet meus: an mihi vindicanti ſeruum ab emptore, obſtet excep? Et dicitur quòd ſic. ſed contra eum qui vendidit eum teſtatori meo, habeo regreſſus nomine euictionis. Viuianus.

q *Seruum Titij.* Duos ponit caſus; thema primi procedit vſque illuc, vel contra. quæſtio eiuſdem eſt ibi, & de mandato quæſitum eſt, an ſcilicet detur actio mandati directa, vel cõtra. Sol. etiam conſequenter ponitur, & puto Tit. &c. vſque illuc, contra mãdator ſi rem, &c. Alius caſus incipit ibi, vel cõtra. & eius queſtio conſequenter ponitur, de iure euict. quęſitum eſt. Solu. autem eſt in fine. contra mandator ſi rem, &c. dic ergo, ſeruum Titij, &c.
r *Illius.* ſcilicet Titij veri domini.
s *Emiſſet.* à non domino, cùm Titius erat dominus. Ioan. cũ ex ancilla ſua erat natus.
t *De iure euictionis.* in ſecundo caſu. Azo. ſed certè & in primo ſimiliter de eo tractatur. Accurſius.
u *Et mandato.* in primo caſu. Azo. ſed certè in ſecundo ſimiliter de eo tractatur. Accurſius.

Et puto,

Et puto[a] Titiũ, quãuis quaſi procurator vẽdidiſſet, obſtrictũ emptori[b]: neq; ſi rem tradidiſſet, vindicationẽ[c] ei concedendã: & idcirco mãdati [eũ nõ teneri[d]: ſed contraria mandati] agere poſſe, ſi quid eius interfuiſſet, quia forte venditurus non fuerit. Contrà mandator[e] ſi rem ab eo[f] vindicare velit, exceptione doli ſummouetur[g], et aduerſus venditorem teſtatoris B ſui habet ex empto[h] iure hereditario actionem.

Qui ſoluit pro fideiuſſore, poteſt ab eo repetere, & fideiuſſor à principali. Barto.

L. Celsvs libro trigenſimooctauo Digeſtorum.

SI is qui negotia fideiuſſoris gerebat[i], ita ſoluit[k] ſtipulatori, vt reũ fideiuſſorẽque liberaret, idq; vtiliter fecit, negotiorum geſtorum actione fideiuſſorem habet obligatũ: nec refert, ratũ habuit[l] necne. fideiuſſor etiã[m] antequam ſolueret procuratori[n] pecuniam, ſimul[o] ac ratum[p] habuiſſet, haberet tamen mandati actionem[q]. C

Fideiuſſor repetit debitum quod ſoluit, ſi quid vltra ſoluerit. Bartolus.

Siue cùm frumentum[r] deberetur, fideiuſſor Africũ[s] dedit, ſiue quid ex neceſsitate ſoluendi plus impendit[t], q̃ eſt pretium ſolutæ rei: ſiue Stichum ſoluit, iſq; deceſsit, aut debilitate flagitióue ad nullum pretium[u] ſui redactus eſt, id mandati iudicio conſequeretur[x].

Soluens ante diem per errorem iuris vel facti minus probabilem, non repetit: nec ante diem mandati agit. Baldus.

LI. Iavolenvs libro nono ex Caſsio.

FIdeiuſſor quamuis per errorẽ[y] ante diẽ pecuniam B ſoluerit, petere tamẽ ab eo[z] non poteſt: ac ne mandati quidem actionem antequã dies ſoluendi veniat, cum reo habebit.

In obligatione generis, liberatur quis dãdo viliſsimũ quod eſt in ipſo genere. Bar.

LII. Idem libro primo Epiſtularum.

FIdeiuſſorẽ, ſi ſine adiectione bonitatis tritici ꝑ altero triticum ſpopondit. quodlibet[a] triticum dando, reũ liberare poſſe exiſtimo: à reo autẽ non aliud triticum repetere poterit, quàm quo peſsimo tritico liberare ſe à C ſtipulatore licuit. Itaque ſi paratus fuerit reus,[b] quod dando ipſe creditori liberari potuit, fideiuſſori dare, & fideiuſſor id quod dederit,[c] id eſt melius triticum condicet:[d] exceptione eum do-

a *Et puto.* ecce ſolutio primi caſus.

b *Emptori.* ad rem tradendam, & de euict. caueat. quia cautione etiam finita procurator tenetur: vt ſ. de procu. l. procurator qui pro euict. ſecus autem in tutore & curatore: vt arg. contra C. de admini. tuto. l. cum quidam. in ver. inuenimus. & eſt ratio, quia neceſſarium eſt illud officiũ, hoc ſpontaneum: vt C. de nego. geſt. l. tutori. Accur.

c *Vindicationem.* imò videtur concedi ei rei vind. quia errabat credens rem alienam, quę erat ſua: vt j. de adqui. rer. domi. l. ſi procurator. quæ eſt contra. Solu. hic indemnis actione mandati ſeruari poteſt, ibi non: quia non erat ſoluendo. vel hic quãuis non amiſerit dominium, exceptione repellitur ſi petatur. vel hic tanquam ſuam, licet non crederet ſuam: arg. C. de bo. ma. l. j. ibi, tanquã procurator vendidit. prima tamen verior eſt: vt not. plene de hac materia. ſ. de off. proc. Cæſ. l. j. cùm multæ leges in hac materia ſibi inuicem contradicant. Et not. hic quòd qui de euictione tenetur, non vindicat: vt j. de euict. l. vindicantem. & ſic tractatur etiam hoc caſu de euic. non ſolùm de mandato.

d *Non teneri.* vt cedat actiones quas habet contra eum cui vendidit, ad pretium: vel vt pretium ſibi ſolutum reſtituat mandatori. abeſt enim ſibi res ſua. vnde & retinet pretium amplius: & ſi quid plus interſit ſua, per contrarium mandati actionem petit, vt ſtatim dicit.

e *Contra mandator.* id eſt in contrario caſu. & ſic ſoluit hic quæſtionem ſecundam.

f *Ab eo.* cui vendidit ſeruum procurator mandato domini veri: qui tamen credebat ſe dominum tantum ex hereditaria cauſa: & ideo quaſi tantum ex hac cauſa dominus mandauit de vendendo, qui prius erat dominus: vnde non potuit fieri dominus ex hereditaria cauſa. nemo enim ex duabus cauſis dominus eſſe poteſt, licet poſsidere poſsit aliquis ex diuerſis cauſis: vt infra de adqui. poſ. l. iij. §. ex plurimis. licet ergo erraſſe videatur, tamen non reuocat proprium factum ſuum. & eſt arg. ſ. de pign. act. l. rem alienam. j. reſpon. & j. qui & à quib. l. ſi ſeruo alieno. & j. de lib. cauſ. filium. & ſ. de D rei vind. l. ſi à Titio.

Dominus quis ex duabus cauſis eſſe non poteſt.

g *Doli ſummouetur.* dolo enim vindicat quod vendere mandauit. ipſe enim vendidiſſe videtur: & ſic de mandato etiam hoc caſu tractatur.

h *Ex empto.* non ad duplum, licet ſit permiſſa ſi res euincatur: quia non eſt vere euicta, ſed ex empto, cùm ſit quaſi euicta ad ſimplum: vt j. de here. ven. l. ij. §. ſi Titius. & de euict. l. non tamen. & l. ſi ei cui. §. j. & l. ſi vendideris. §. finali.

SI is.} Casvs. Fideiuſsi pro te geſtor neg. meorum ſoluit. habebit te obligatum act. neg. geſt. ego te manda. etiam antequam ſoluam geſtori meo. {Sivs.} Promiſiſti Titio decem corbes frumenti: & Seius pro te fideiuſsit. ſi Seius pro te frumentum ſoluat optimum, cùm mediocre inuenire non poterit, & per ſolutionem eius contingat liberatio: an id iudicio mandati conſequi poſsit, quæritur. Et reſpond. quòd ſic. idem eſt ſi promiſit Stichum, & eum fideiuſſor ſoluit. Viuianus.

i *Qui gerebat.* ſine mandato. Accurſius.

k *Soluit.* nomine fideiuſſoris. Accurſius.

l *Ratum habuit.* cùm enim ſibi ſit geſtũ negotiũ vtiliter, co- A gitur habere ratum: vt ſ. de neg. geſt. Pomponius.

m *Etiam.* litera eſt cõmunis: ſed fideiuſſor antequã ſolueret, &c. ſecundũ Py. eſt, ſed & ſi fideiuſſor antequam, &c. Accur.

n *Procuratori.* ſuo, qui eius nomine ſoluit creditori qui gerebat negotia ſine mandato.

o *Simul.* id eſt ſtatim.

p *Ratum.* maxime. nã fingitur habere ratũ, vt modo diximus, ſecundum Azo. Alij dicunt quòd licet ante ratihabitionem ſit ſuũ negotium quãtum ad hoc vt teneatur, non tamen quãtum ad hoc vt agatur, vt hic dicitur.

q *Actionem.* tum quia ipſe ſoluiſſe videtur quod alius pro eo ſoluit: tum quia id ei abeſt in quo eſt obligatus: vt ſ. de nego. geſt. l. ſi quis mandato.

r *Siue cum frumentum.* ſcilicet in genere.

s *Africum.* quod eſt optimum: quia aliud non inuenit. ſi enim inueniſſet, etiam mediocre poterat ſolui: vt dices j. eo. l. fideiuſſor. & facit ad hoc. ſ. e. l. ſi mandato. §. fideiuſſor.

t *Plus impendit.* propter pœnam.

u *Pretiũ.* propter moram. Accur.

x *Conſequeretur.* ſ. quãti tũc erat cũ ſoluit. licet poſtea deceſſerit, & ad nullum pretium ſit redactus: vt hic, & ſ. e. l. hominẽ. Accur.

FIdeiuſſor.} Casvs. Si fideiuſſor pro debitore in diem ſoluerit, ante diem nõ aget manda. antequam dies veniat, nec repetet. Viu.

y *Per errorem.* iuris: ſecus ſi facti, vt quia dilatio erat data reo: vt ſ. e. ſi fideiuſſor. §. non male. & §. ſi cum. immo & ſi facti, idẽ ſi modo idem facturus fuit, vt in ſuo ꝓprio facto: quia credebat ſe purè promiſiſſe, licet in diem promiſiſſet. tunc enim eſt idẽ acſi in iure erraſſet: vt ſ. eo. idemq;. §. pen. & facit ad l. ſ. eo. ſi mandauero. j. reſp. Accur. Additio. Iſta gloſ. ſemper allegatur ad hoc propoſitum, quòd debitor in diem ſoluens ante diẽ per errorem facti probabilem, poteſt repetere. idem tenet glo. in l. eum qui. C. de iur. & fac. igno. ſecundum Bal. hic.

z *Ab eo.* creditore. Accurſius.

FIdeiuſſorem.} Casvs. Si fideiuſſor pro debitore triticum ſoluerit, quodlibet dando ſe liberare poſſet, nec aliud re- D petet. alioquin doli except. ſibi obſtabit, neque actione mandati aliud cõſequitur quam quòd ſoluendo ſe liberaret reus à creditore. Viui.

a *Quodlibet.* etiam viliſsimum: vt arg. j. de leg. iij. nummis. & ſ. de cõdi. inde. cum is. §. fi. & j. de tri. vi. & ole. leg. l. cum certũ. ſed non eſt ita: vt infra de redhibi. ſi quid venditor. in fi. & j. de leg. j. l. legato generaliter. & C. de dona. ſi quis argentũ. §. ſi verò redditum. quæ ſunt ar. contraria. Vel dic, aliud in quantitatibus vbi exigua debẽtur, vt in primis cõcor. & hic. aliud in ſpeciebus, vel artificijs, vt in alijs. in vniuerſitatibus autem eſt idem quod in ſummis: vt in d. l. j. de ædil. edic. ſi quid. in fin. Acc. Additio. Solue aliter ſecundũ Dyn. hic, & dicas quòd hic loquitur in obligatione generis, in quo nihil eſt reperire ita viliſsimum quod habere non expediat. ibi loquitur in obligatione generis, in quo reperitur ita viliſſimum quod habere non expedit. ideo tenetur debitor ad mediocre, &c. ſecundum Bart. hic.

b *Fuerit reus.* ſcilicet frumentum, &c.

c *Id quod dederit.* non neceſsitate, quod ſi feciſſet, poſſet id conſequi iudicio mandati: vt ſ. eo. ſi is qui. §. fin.

d *Condicet.* ab illo pro quo interceſſerit.

Qui

li mali ſummoueri exiſtimo.

Fideiuſſor poteſt habere obligatum principalem & alium: vel principalem tantum, vel alium tantum. Bartolus.

LIII. PAPINIANVS libro nono Quæſtionum.

QVi fide[a] alterius pro alio fideiuſsit præſente & non recuſante, vtroſque obligatos habet iure mandati. Quòd ſi pro inuito vel ignorante alterutrius mãdatum ſecutus fideiuſsit, eum ſolum conuenire poteſt,[b] qui mandauit non etiam reum[c] promittendi. Nec me mouet[d], quòd pecunia fideiuſſoris reus liberetur. id enim contingit & ſi meo mãdato pro alio[e] ſoluas.

Cum ſeruus ſe mandat emẽdum, emptione non ſecuta mandatum eſt nullum: ea autem ſecuta, mandatum reconualeſcit, vt dominus agere poſsit: non autem mandatarius contra dominum. Item ſi liber homo ſe emendum mandauit, contrariam mandati actionem habet. Bartolus.

LIIII. IDEM libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.

CVm ſeruus extero[f] ſe mandat emendum, nullum mandatum[g] eſt. Sed ſi in hoc mandatum interceſsit[h], vt ſeruus manumitteretur, nec manumiſerit[i]: & pretium conſequetur dominus vt venditor: & affectus ratione mandati agetur[k]. Finge filium naturalem vel fratrem eſſe. Placuit enim prudentioribus affectus rationẽ in bonæ fidei iudicijs habendam. Quòd ſi de ſuis nũmis emptor pretium dederit (neque enim aliter iudicio vẽditi liberari poteſt[l]) quæri ſolet, an vtiliter de peculio agere poſsit. Et verius & vtilius videtur prætorem de huiuſmodi contractibus ſeruorum non cogitaſſe, quibus* ſe ipſi mala ratione dominis auferunt[m].

* *Flo. quo.*

Si apparet emptionem factam meo mandato non valere, procurator mihi tenetur cedere actionem ſi quam habet efficacem, aliàs ſecus. Bartolus.

B Si liber homo bona fide ſeruiens, redimi ſe mandauerit, idque nummis emptoris factum ſit, contraria mandati actione agi poſſe conſtat:[n] vt tamen actiones[o] præſtentur quas habet emptor aduerſus venditorem. finge nõ manumiſiſſe[p] liberam perſonam emptorem.

Furtum ſine contrectatione non committitur. Bartolus.

LV. IDEM libro primo Reſponſorum.

PRocurator qui non res incluſas ſubtraxit,[q] ſed C traditas non reddidit:[r] iudicio mandati, non furti tenetur.

Quæ cauſa dubitationis tollendæ contractibus inſeruntur, ius commune nõ lædunt. Bartolus.

LVI. IDEM libro tertio Reſponſorum.

QVi mutuã pecuniã dari mandauit: omiſſo reo promittendi, & pignoribus

a QVi *fidei*. i. mandato expreſſo, puta, mãdauit mihi Titius vt fideiuberem pro Seio: quod feci Seio præſente, & non contradicente. vtrunq; ergo actione mandati conueniã: vnum ex expreſſo, alium ex tacito: quia tacite mandare videtur, pro quo præſente fideiubeo: vt hic, & s̃. eod. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui patitur. & C. eo. ſi fideiuſſor.

b *Cõuenire poteſt*. Quid ſi alius tuum negotium fecit te præſente? idem quod hic, & in concor. niſi inter adultum & curatorẽ: quia non præſumitur ſententia in eis: aliàs ſic. ſed ſi ignores, tũc habet locum negot. geſto.

c *Non etiam reũ*. actione mandati: ſed actione neg. geſt. ſi cõtra ignorantem non inuitum. vel melius tantũ mandantem cõuenit: cum mandator ipſe reum liberaſſe per alium videatur: non fideiuſſor qui tantum alterius mandati intuitu fecerit: vt diximus s̃. de neg. geſt. ait prætor. §. fin.

d *Mouet*. ad dicendũ quòd ille pro quo interceſsit, mandati teneatur.

e *Pro alio*. abſente, qui non tenetur mandati.

CVm *ſeruus*. } CASVS. Mandauit tibi ſeruus vt eum redimeres. an cõſiſtit mandatũ vt tibi contra dominum de peculio, vel contra te domino detur actio? Et reſpon. ꝙ non. hoc in prima. Si vero mandauit vt eum emeres, & manumitteres: ſi emeris, & manumiſeris, agam ego dominus ad pretium. ſi nõ manumittas, agam manda. ego dominus habita ratione affectionis meæ. hoc in ſecunda. Sed quid ſi nummis tuis redemeris, quia aliter nõ conſiſteret emptio, & tibi non contingeret liberatio: an poſsis agere de peculio. Et reſpon. quòd non cogitauit de hoc contractu. hoc in tertia. {SI LIBER.} Liber homo ſeruiebat mihi bona fide: mãdaui Titio vt eum redimeret: & manumitteret. Titius aget cõtraria mãd. ad conſequendũ quod ſoluit, contra redemptorem, ita vt Titius cedat actiones contra me, ſ. condictionem indebiti & ex empto. Viuia.

f *Cum ſeruus extero*. i. extraneo, non domino ſuo. tunc enim ſine dubio nullum eſt mandatum: quia dominus rem ſuã non poſſet emere: vt j̃. de reg. iur. l. neque pignus. Accur.

g *Nullum mandatum*. vt vel extraneus contra dominum de peculio, vel vt dominus contra extraneum ex tali mãdato agat venditione non ſecuta, vel etiam ſecuta, ſecundum Azo. & bene plus dicit quòd nec ſeruus agit contra redemptorem ex hoc mandato venditione non ſecuta, vel etiam ſecuta venditione. ageret enim & ſi non mandaſſet de manumittendo: vt j̃. de manumiſ. l. iiij. §. ſiue autem. ſed hoc eſt falſum: vt ea. l. de munu. §. ſi ab ignoto. & quod dicit. §. ſi autem. quòd non fuit dictum, verum eſt in contractu: dictum tamen fuerat prius inter eos: aliàs manumittere non cogeretur, vt dixi. Itẽ quod dicit nullum, etiam hoc verum ab initio, ſecundum omnes: ſed ex poſtfacto ſecuta venditione validum efficitur, ſecundum B. & Ioan. ſed Pe. contra.

h *Interceſsit*. à ſeruo, vt ipſe ſeruus manumittatur, vt ſubijcit. vel dic, à domino: & hoc mandatũ ſecundum omnes eſt nullum, niſi de emendo mandauerit. ſed emptione ſecuta conualeſcit, ſecundum omnes: & ſic mandatum prius inutile efficitur poſt vtile: ſicut & pactum in præfatione dictum: vt s̃. de

A pac. item quia. in fin. & in contractibus innominatis: vt C. de re. permu. l. ex placito. Sed an poteſt agere venditor mandati vt ſibi retradatur? P. dicit quòd non: ſed vt manumittatur: vt hac lege dicitur. Bu. & Io. dicunt etiam ad retradendum poſſe mandati agi: vt C. ſi ſeruus ex. l. j. circa fi.

i *Nec manumiſerit*. ſcilicet emptor.

k *Mandati agetur*. vt manumittatur: nã de tradendo bene poteſt agere, etiam ſi nõ interſit ratione affectus, ſecundum Io. vt dixi. & no. hic conſiderari affectum. ſic j̃. de tut. & ra. diſ. l. j. §. ſed nonnullos. & j̃. de ſer. expor. ſeruus ea. & s̃. de mino. ſi in emptione. & j̃. de euic. l. pater. in fi. Sed ar. contra. s̃. ad l. Aquil. ſi ſeruum. & infra de oper. ſer. l. fin. in fi. & infra ad leg. Fal. l. pretia.

l *Liberari poteſt*. niſi ſciens accipiat: vt j̃. de act. empt. ex empto. j. reſpon. & s̃. depoſi. l. j. §. eleganter.

m *Auferunt*. & ita de peculio non tenetur: vt hic, & s̃. de in rem ver. l. ij. & iij. in princ. & hac eadem ratione non tenetur, niſi ipſe ſe vendiderit, ſecundũ Azo. Sunt & alij caſus quibus dominus ex ſerui facto etiã de peculio non tenetur: vt ſi intercedat non in cauſa peculiari: vt infra de fideiuſ. ſeruus inſcio. Item ſi donet: vt s̃. de pact. l. contra iuris. §. ſi filius. Item ſi voueat, ſicut & filiuſfami. forte: vt infra de polli. ſi quis rem. §. voto. ſecundum Azo. Item ſi iudicium vel arbitrium ſubeat: vt ſupra de pecu. l. iij. §. ſi ſeruus. in caſu autem huius legis ſi de peculio teneretur, & ſeruo & pretio careret dominus. quòd ſi ſuis nummis conuenit ſeruus vt ematur, dominus de peculio non obligatur, vt dictum eſt: ſed poteſt conſiſtere ſeruus in iudicio contra emptorem vt manumittatur ex conſtitutione diuorum fratrum: vt ſupra de iudi. qui ſe.

Dominus ex ſerui facto etiã de peculio non ſemper tenetur.

n *Conſtat*. contra eum qui eſt redemptus.

o *Actiones*. ex empto, & condic. inde. ſecundum Accur.

p *Manumiſiſſe*. ſ. etiam de facto nã ſi manumiſiſſet. ſ. de facto (de iure enim non poteſt) de euic. actio perijſſet manumiſsione ſecuta, ſicut ſi eſſet mortuus: vt j̃. de euic. l. ſi ſeruum. & l. ſi mancipium. in prin. ſecundũ quoſdam. tu dicas idem & ſi mamiſiſſet, ſecundum Azo. & h. d. vt ſine quæſtione procedat. nec enim manumittere poteſt: vt s̃. de condic. cau. da. l. dedi. §. ſi liber. & s̃. e. ſi procuratorem. §. ſi liber. & illa. l. ſi ſeruum. loquitur in ſtipulatione duplæ.

PRocurator. } CASVS. Procurator meus, cui aliquam rem tradidi, eam mihi non reſtituit. an furti teneatur? Reſpon. quòd non, ſed mandati. Viuianus.

q *Subtraxit*. id eſt, non contrectauit. Accurſius.

r *Non reddidit*. ſ. non contrectando contra domini voluntatem, ſed apud ſe retinendo. nam ſine contrectatione furtum fieri non poteſt: vt j̃. de fur. l. j. §. fi. & l. inficiando. j. reſpon.

QVi mutuã. } CASVS. Mandaui Titio vt mutuaret Seio decẽ ſub pignore: & conuenit vt Titius eligeret me vel Seiũ. ſi pignora non diſtrahit, eligere poterit. ſi diſtrahit, ad me Titius redire poteſt. {FIDEIVSSOR.} Debebã pupillo c. fideiuſsit ꝓ me Titius, & in iudicio. c. obtulit: & quia nõ erat præſens tutor, conſignauit & depoſuit: an ſtatim poſsit cõuenire me mãdati? Et reſpõ. ꝙ ſic. {NON IDEO.} Viſitaui limina

beati Iacobi: dimiſi procuratorẽ: poſtea redij: neq; exegi rationẽ adminiſtrationis:ſed eum procuratorẽ reliqui:& poſtea viſitaui limina beati Petri. non ſolum inducitur in iudicium mandati quod egit procurator tempore primo: ſed etiã quod tempore ſecundo.{SALARIVM.} Negotium meum geſſiſti:promiſi tibi quòd remunerarem te, ſed non expreſsi in quo. neque officio iudicis neq; actione mandati ſalariũ tale petere poteris. {SVMPTVS.} Si per procuratorem ordinatum ad cauſam non ſteterit quo minus cauſa finem acciperet: ſumptus quos fecit, repetit.

a *Vti liceat.* creditori vti iſta via electionis, ſi literis &c.

b *Si literis &c.* i. pacto quod in literis continetur. ſ. vt ſit licitum prius eligi mandatorẽ. ſed & ſi hoc non dicatur, idẽ tamen eſſet, ſecundum iura iſta: vt C. de fideiuſ. l. non recte. hodie contra: vt in auth. de fideiuſ. §. j. coll. j.

c *Eum.* ſ. mandatorẽ.

d *Etenim.* Bene dixi, diſtractis pignoribus in id qđ deeſt ad mandatorem redire: licet pactum quòd mandator poſſet eligi, fuerit interpoſitum: etenim &c. q. d. prædictum pactum ius cõmune non lædit: quia ius cõmune eſt vt poſsit eligere, & quòd vno electo poſsit ad alterum redire: vt C. de fideiuſſ. l. non recte. & l. iure noſtro. & l. reos. Item no. hanc regulam: vt hic, & j. de regu. iur. l. quæ dubitationis. & C. de teſta. l. teſtamentum. & j. de condit. & demon. ſi in diem. §. fi. Sed arg. contra. j. ſolu. ma. ſi cum dotem. j. reſpon. & j. de pact. dot. l. inter. §. cum inter.

* *l. conſtituat.*

e *Poteſt.* vt infra de fideiuſ. l. fideiuſſor qui minori. Depoſitione ergo liberatio contingit: vt ſolutione. vt C. de ſol. l. obſignatione. & de vſuris. l. acceptam. & ſupra depo. l. j. §. ſi pecunia. & arg. ſupra de procur. l. ſi reus.

Depoſitione, vt ſolutione, liberatio contingit.

f *Inſtaurauerit.* id eſt de nouo iniunxerit. Azo. & ſic aliud ſecundum mandatum eſt, licet eædẽ perſonæ. ſic & j. de adul. ſi vxor. §. ſed & ſi qua. Quid autem ſi mandatũ non inſtauraſſet: an videtur primum reuocatũ ſola reuerſione? Reſp. hanc eſſe ſabbatinam quæſtionem. & poteſt induci quòd ſit reuocatũ illud generale de cauſa ſublata: vt ſ. de iud. l. ij. §. legatis. & j. pro ſoc. l. actione. §. item ſi alicuius. & eius contrarium de cauſa impulſiua: quòd licet ceſſet, non tamen ceſſat factum: vt de Calpurnia diximus. ſ. de poſtu. l. j. §. ſexum. Solu. verius videtur reuocatum mandatum. argu. opti. inſtit. de pub. ſub. §. qua ratione finitur. Dico quantum ad geſtionem: ſed tamen durat quo ad hoc, quia eo recedente reſumere debet adminiſtrationem: vt C. de cur. fur. l. cum alijs. vel quod eſt veriſsimum, ſecus in furioſo eſt, cui prouidetur per legem: cum ipſe ſibi prouidere non poteſt. & interdicitur furioſo alienatio: & per legem committitur curatori eius legitimo, vel datiuo: vt j. de cur. fur. l. j. quod nemo dixerit in homine ſanæ mentis. hic autem attende, an dominus reuerſus reſumpſit adminiſtrationem: & procurator deſtitit: & ita dicam finiri mandatum, nec reſuſcitatum, ac ſi dominus alium procuratorem conſtituiſſet: vt ſ. de proc. ſi quis cum procuratorio. §. fin an etiam reuerſo domino, & præſente, & conſentiente vel verbo, vel actu, quærendo ab eo de geſtis. vel non contradicente procurator cœperit gerere: & tunc dicã renouari mandatum, vel non renouari: vt j. loca. item quæritur. §. fin. & C. de nup. l. ſi v proponis. ſecundum Azo.

non diſtractis eligi poteſt: quod vti liceat[a] ſi literis[b] exprimatur, diſtractis quoq; pignoribus ad eũ[c] creditor redire poterit. Etenim[d] quæ dubitationis tollendæ cauſa cõtractibus inſeruntur, ius cõmune non lædunt. Fideiuſſor qui pecuniam in iure obtulit, & propter ætatem eius qui petebat, obſignauit, ac publicè depoſuit: confeſtim agere mandati poteſt.[e]

Domino reuertente mandatum finitur: & ſi fuerit reuocatum debitum ex primo, non deuolutur in ſecundo. Bart.

Non ideo minus omnis tẽporis bonã fidem explorari oportet, quòd dominus poſt annos quinq; prouincia reuerſus, mox reipublicæ cauſa profecturus, non acceptis rationibus mandatũ inſtaurauerit[f]. Cum igitur ad officiũ procuratoris pertinuerit, quidquid ex prima negotiorum geſtorũ adminiſtratione debuit, ad ſecundam rationem transferre[g]: ſecũdi temporis[h] cauſa priorẽ litem ſuſcipiet. Salarium incertæ pollicitationis[i] neque extra ordinem rectè petitur, neque iudicio mandati vt ſalarium tibi conſtituatur[k]*.

Procurator ſumptus bona fide factos repetit, poſito etiam quòd cauſa non habuit bonum exitum. Bartolus.

Sumptus bona fide neceſſario factos, etſi negotio finem adhibere procurator nõ potuit, iudicio mandati reſtitui neceſſe eſt[l].

Mandatũ non tranſit ad heredem mandatarij: & videtur electa perſonæ induſtria. Item Publiciana non competit contra dominum. Bartolus.

LVII. IDEM libro decimo Reſponſorum.

MAndatum diſtrahẽdorum ſeruorum, defuncto qui mandatum ſuſcepit, intercidiſſe cõſtitit. Quoniã tamen heredes eius errore[m] lapſi, non animo furandi, ſed exequendi quod defunctus ſuæ curæ fecerat, ſeruos vendiderant, eos ab emptoribus vſucaptos videri placuit: ſed venalitiariũ[n] ex prouincia reuerſum[o] Publiciana actione non vtiliter * acturum[p]: cum exceptio iuſti dominij cauſa cognita[q] detur: neque oporteat eum qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum adfici damno[r].

Mandatum morte finitur, nõ actio mandati. Item nec obligatio quæ datur ex nego. geſt. Bartolus.

LVIII. PAVLVS libro quarto Quæſtionum.

SI præcedente mãdato Titium defenderas[s], quãuis mortuo eo, cũ hoc ignorares: ego puto mãdati actionem,[t]

g *Transferre.* exigendo à ſe etiam in ſecunda adminiſtratione quòd ex prima debebat. Accurſius.

h *Secundi temporis.* id eſt adminiſtrationis ſecundo tempore ſuſceptæ. poteſt enim conueniri vt ex ſecunda: & hoc ſi expediret domino conueniri in ſecunda: vt quia in ſecũda procurator habuerit fideiuſſores, in prima non. aliàs ſecus: vt ſ. de neg. geſt. diuortio. & facit ad. §. infra de admini. tuto. Lucius. in princ.

i *Pollicitationis.* re & genere: vt plene dixi ſ. eo. ſalarium.

k *Conſtituatur.* ſcilicet poteſt agi.

l *Neceſſe eſt.* vt C. e. l. etiam ſi cõtrariam. & ſ. de procur. l. qui proprio. §. litis. ſic in tutore: vt j. de contra. ac. tu. l. iij. §. ſufficit. Sed contra. j. iudi. ſol. l. iij. §. in hac. vbi dicit poſſe repeti ſumptus demum ſi obtinet in cauſa. Sol. illud obtinet in geſtore ſine mãdato: hic in eo qui habet mandatum. & eſt ratio in eo qui gerit ſine mandato: quia in ſententia apparet eum nõ vtiliter geſsiſſe: & ſic * non agit: vt ſ. de neg. geſtis. ſed an vltro. §. j. Accurſius.

MAndatum.} CASVS. Si heres tuus credebat mandatum morte non finiri: & ideo teneri ad exequendum mandatum, & ſeruos vendiderit: emptor eos vſucapere poterit. ſi tamẽ ante impletam vſucapionẽ à poſſeſsione cadat, & ad me redierint, non habet Publicianam: quia contra dominum non datur.

m *Errore.* ſcilicet iuris. aliàs etiam facti, credens in perſona eorum iterari mandatum à domino, cum non erat.

n *Venalitiarium.* id eſt emptorem ſeruorum. imò mangonem.

o *Reuerſum.* ante completam vſucapionem.

p *Acturum.* contra dominum poſsidentem: quia remouetur exceptione iuſti dominij: vt ſtatim dicit. Accurſius.

q *Cognita.* nã quandoq; etiã cõtra dominũ datur Publiciana: & ideo vertitur in hoc cauſæ cognitio: vt not. ſ. de Publ. l. fi.

r *Damno.* vt j. de euict. l. rem hereditariam. in fi. Accur.

SI præcedente.} CASVS. Mandaui tibi vt me defenderes cõtra Titium: deceſsi: & tu defendiſti, & ſumptus feciſti. licet mandatum finitum fuerit morte, tamen non actio mandati: vnde heres meus tenebitur. hoc in prima. Si vero ſine mandato me defendiſti, videris quodãmodo gerere negotium meũ: & heres meus tibi tenebitur.{LVCIVS.} Debebam Titio. c. cum inſtaret vt ſoluerem, Seius ei mandauit vt non infeſtaret me: quia recipit in periculo ſuo. ſi creditores cõueniunt cum herede de remittenda dimidia debiti, cum Titius eſſet abſens: ſi Seius conueniatur, an habeat except. vt conueniatur in dimidiam ſicut heres meus? Diſtinguit: cum fiebat remiſſio, aut Titius erat præſens, aut abſens. ſi abſens, non dabitur exceptio Seio. ſicut enim creditori habenti pignus vel priuilegium, non præiudicatur per pactum aliorum creditorum: nec huic qui erat abſens: qui ſi fuiſſet præſens, proclamaſſet: neq; ſi ſubmoueatur creditor à mandatore, conſulitur heredi, ſed fideiuſſori, ſiue mandatori, cum heres præſtaturus eſt iudicio mandati conuentus, quantum præſtabit alijs creditoribus. & ſi creditor partem ab herede accepiſſet, quantum ad mandatorem ſibi præiudicauit: quia præſumitur conſenſiſſe remiſsioni. Viuianus.

s *Defenderas.* nec tamen lis conteſtata eſt.

t *Mandati actionem.* immo videtur neg. geſt. vt ſupra de iud. l. de qua

de qua re.§.cum abſentem.quæ eſt contra.Sol.ibi ſine mandato defendit:vt ǰ.prox.reſpon.hic cum mandato.vel hic & ibi habet neg.geſt.actionem ad condemnationem ſolutam:quia de hoc mandatum non fuit: ſed ad ſumptus & ad ſimilia quæ ſunt mandata, vel quaſi, habet locum actio mandati:vt hic dicit.Accurſius.

A s *Creditorem.* agentem contra mandatorem.

t *Quibus.* ſcilicet exactis in ſolidum.& ſunt datiui caſus.Ac.

u *Eandem partem.* quam ceteris qui conuenitur præſtabit.nã fideiuſſor,ſeu mandator, priuilegium ſeu pignus non habẽt: vnde etiã ſi ſunt abſentes,coguntur ſtare pacto ceterorũ: vt ſ̃.de pac.l.reſcriptum.

x *Præſtaturus.* ſcilicet heres.Accurſius.

y *Accepiſſet.* ſcilicet creditor abſens.

z *Conueniendo.* ſ.tantum, non ſolum exigendo, vel accipiendo.& ſic no. de tacito conſenſu:vt ǰ. de lege con. l. penult. & ſ̃. de inoffic.teſta. nihil.§.j.& l.fi.

aduerſus heredem Titij competere: quia mãdatum morte[a] mandatoris[b], nõ etiã mandati actio ſoluitur[c]. Quòd ſi ſine mandato defenſionem ſuſcepiſti[d], negotium quodammodo[e] defuncti gerere inſtitueras: & quemadmodum ſi illum liberaſſes[f], cõpeteret tibi negotiorum geſtorum actio, ita poteſt dici & heredem[g] eius eadem actione teneri.

Decretum iudicis pro debitore, non præiudicat creditori abſenti actione competenti contra mandatorem, niſi conſenſerit. Bart.

Lucius[h] Titius creditori ſuo[i] mandatorẽ dedit: deinde defuncto debitore[k], maiore parte creditorum cõſentiente, à prætore decretum eſt vt portionem creditores ab heredibus ferant, abſente eo creditore apud quẽ mandator extiterat. Quæro, ſi mandator conueniatur[l], an eandem habeat exceptionẽ, quam heres debitoris[m]. Reſpondi, ſi præſens apud prætorem ipſe quoque conſenſiſſet[n], pactus videtur iuſta ex cauſa: eaque exceptio[o] & fideiuſſori danda eſſet, & mandatori. Sed cum proponas eum abfuiſſe, iniquum eſt auferri ei electionem[p], ſicut pignus aut priuilegium[q] qui potuit præſens[r] idipſum proclamare, nec deſiderare decretũ prætoris. Nec enim ſi quis dixerit ſubmouẽdum creditorem[s], heredi conſulitur, ſed mandatori, vel fideiuſſori, quibus[t] mandati iudicio eandem partem[u] præſtaturus[x] eſt. Planè ſi ab herede partem accepiſſet[y], an in reliquũ permittendum eſſet creditori fideiuſſorem conuenire, dubitatum eſt. Sed vide-

B bitur conſentire decreto, cõueniendo[z] heredem.

Qui mandato alterius ſtipulatur, in dubio non videtur adhibitus animo donandi. Bartolus.

LIX. IDEM libro quarto Reſponſorum.

SI mandatu Titij Calpurnius[a] pecuniam quam Titius credebat, ſtipulatus[b] eſſet non donandi animo[c]: mandati iudicio eum[d] ab herede Titij poſſe conueniri vt actiones ſuas præſtet.[e] Idem eſt[f] & ſi exacta eſt à Calpurnio pecunia.

Bona fides quæ in contractibus requiritur, facit vt quod non poſſum vt ego, poſſim

C *vt alius.* Bartolus.

Paulus reſpondit, fideiuſſorem qui rem pignori iure obligatam à creditore emit, mandati iudicio conuentum ab herede debitoris[g] ablato omni debito, reſtituere cum fructibus cogendum: neque habendum ſimilem

a *Morte.* No.mandatum finiri, non actionem mãdati: vt hic, & ſ̃.eo.l. inter cauſas. in prin.ſed videtur etiam mandatum hoc caſu non finiri, ſed ita cogatur exequi: vt ſ̃. de procura. ſi defunctus. quæ eſt contra. Sol.vt ibi. Item non videtur finiri: vt ǰ. de manu. vin.l.ſi pater.in princ. quæ eſt ſimiliter contra.Solu.ibi fauore libertatis.

b *Mandatoris.* cum non ſit opus conſummatum.

c *Soluitur.* ſi ſponte fuerit conſummatum.

d *Suſcepiſti.* animo nouandi.

e *Quodammodo.* aliàs reſpicit inſtitueras.nã libellus forte datus, non autem lis erat cõteſtata. vel reſpicit defuncti: quia illum defendis credens eum viuere:non tamen defendis: quia mortuus per neminem poteſt defendi: nec tenetur aliqua actione: vt d.l. de qua re. §. cum abſentem.

f *Liberaſſes.* à quolibet alio debito.

g *Heredem.* qui exceptione doli eſt munitus contra eum cui eſt ſolutum: vt ſ̃.de iudi.de qua re.in ſi.

h *Lucius.* debitor multorum.

i *Creditori ſuo.* futuro, vel etiam præſenti: ſicut ponitur caſus.ſ̃. e. ſi vero non remunerandi.§.ſi poſt.Accur.

k *Debitore.* Lucio Titio.

l *Conueniatur.* à creditore apud quem interceſſerat ad ſolidum debitum.

m *Debitoris.* ſcilicet habet aduerſus alios creditores, qui conſenſerunt in certam portionem accipiendam: ſed & contra iſtum, licet non conſenſerit, niſi hypothecariam haberet: vt ſ̃.de pac.l.reſcriptum.circa princip.

n *Conſenſiſſet.* ſcilicet creditor apud quem mãdator interuenit:de quo ſ̃. facta eſt mentio quod abfuerat:quia & ſequẽs litera innuit ibi, ſed cum &c.nõ dicit de præſentia heredis debitoris: quia illius præſentia non eſt neceſſaria: cũ inter abſentes fiat pactum:vt ſ̃.de pact.l.j.quod hic exegit in creditore:vt hic,& ſ̃.de pact.& ſuum.§.ſi.& l.reſcriptum.

o *Eáque exceptio.* ſcilicet pacti,quæ datur reo.Accurſius.

p *Electionem.* conueniendi heredem debitoris,vel fideiuſſorem, ſiue mandatorem.& allegando dicit.Accurſius.

q *Priuilegium.* priuilegiato ergo non nocet aliorum conſenſus in remittendo.& ſic eſt contra.ſ̃. de pac.reſcriptum. in fi. ǰ.reſpon.Solu. ibi in partes diſſentiebant: hic prorſus. vel hic loquitur de eo priuilegiato qui & pignus habebat, vt quia in refectionem credidit:vt ſ̃.in qui. cau.pig.ta.contra.l.j.ibi ſolum priuilegium,& ſic pignus conuentionale:vel priuilegiũ, id eſt pignus legale.Accurſius.

Abſens pro diſſentiente habetur.

r *Præſens.* id eſt ſi fuiſſet præſens.Et ſic not.ꝙ abſens pro diſſentiente habetur:vt hic,& ǰ.de ritu nup.in eo.§.deinde.& ſ̃. de arbit.ſicut. Sed quid ſibi profuiſſet hæc proclamatio,cum maiori parti ſtaretur? Reſp.forte traxiſſet alios in ſententiam ſuã:vt ſ̃.de arb.item ſi vnus.§.fi. Item licet non valuiſſet quo ad ipſum debitorem, valuiſſet tamen quo ad mandatorem: in quo etiam præiudicaret ſibi ſi præſens taceret:vt ſ̃.eo.§.Acc.

SI *mandati.* CASVS. Mutuaui tibi pecuniam,quam à te Titius ſtipulatus eſt mãdato meo, & non animo donandi. deceſsi. heres meus habet mãdati actionem contra Titium, vt ſibi cedat actionem quam habet aduerſus te: & ſi à te exegit Titius, heres mandati actionem habet vt repetat pecuniam. {PAVLVS.} Fideiuſſor non poteſt emere rem pignori obligatã à reo principali.{PAVLVS.} Titius pro me fideiuſsit, vel mandauit Seio vt mihi mutuaret:& promiſit ſe ſoluturum vſque ad annum. ſi intra annum non ſoluat, an poſt annum teneatur? Dicitur ꝙ ſic.{PAVLVS.} Mandato Titij & Seij credidi tibi pecuniam. vtrunque in ſolidum mandati conuenire poſſum. Si autem iudex vtrunq; condemnet: ex cauſa iudicati vnumquenque non in ſolidum, ſed pro parte conueniam: quia pro parte facta fuit condemnato in principali. {CREDITOR.} Mutuaſti mihi pecuniam ſub pignore: & dedi fideiuſſores. ſi pignus vendidiſti,& emptori euictum ſit: an contra fideiuſſores habeas regreſſum, quæritur: & an ſit differentia, promittis de euictione necne? Diſtinguitur:an ſit conſecutus debitum,aut non. ſi non,non liberabitur fideiuſſor.eodem modo ſi promiſiſti de euictione,& euictum ſit pignus:reſtituere heres neceſſe habet pretium. ſi pignus fuerit euictum,non liberabitur. ſi ergo de euictione non tenea-

D ris,liberabitur.{ILLE.} Mandaui Titio vt decem tibi crederet ſub pignore:& mandaui me præſtaturum Titium indemnem tam nomine ſortis quam vſurarum quo ad omnes:deinde pluries conuentus non reſpondi. deceſsiſti. an morte tua liberer,quæritur. Et dicitur quòd vſque ad xxx.an.durabit actio mandati contra me.{PAVLVS.} Mandaui Titio vt pecuniam meam mutuaret ſub idonea cautione.Titius non adhibuit fideiuſſorem, neque pignora. vtrum mandato ſatisfecit? Dicitur quòd non.Viuianus.

a *Calpurnius.* qui creditor erat.Accurſius.

b *Stipulatus.* ſ.ab eo cui Titius credebat.

c *Donandi animo.* quod ſemper præſumitur.ſ.quòd nõ ſit donatio,niſi contra probetur per aliquas præſumptiones:vt ſ̃.e. ſi verò non re.§.idem Papinia.& ǰ.de do.præ.l.Seia.

d *Eum* ſcilicet Calpurnium.

e *Præſtet.* ſic & ſ̃.eo.idemque.§.ſi cui.Accur.

f *Idem eſt.* quantum ad hoc vt heres Titij habeat actionem: ſed tamen altero caſu ad ceſsionem,altero ad ipſam pecuniã: & ſic non eſt per omnia idem.

g *Debitoris.* idem eſt & ſi conueniatur à ſecũdo creditore hypothecaria:vt ǰ.de diſt.pig.l.ij.& l.cũ ſecundus.§. ſi ſecũdus. ſed videtur mandati actio non dari: immo de dolo: vt C. de dolo.

dolo.l.j.quæ eſt contra.Solu. hic nondum mandati actio finita erat tempore. & ideo mandati agitur: ibi ſic. hoc non placet:vt ſ.de dolo.l.ij.§. penul. vel nõ eſt mirum ſi hic mandati,ibi de dolo agitur:cum vtraq; famoſa ſit.hanc reproba.per l.ſupra de do.l. ideoque. vel aliter ibi de dolo : quia mandati non ſupererat actio, pacto vel acceptilatione inefficax effecta, non tempore. ſed hoc non valet: vt ſ.de dolo.l.ij §.ſi quis. niſi ad hoc faciẽdum fuiſſet dolo inductus. Dic ergo dari actionem de dolo , id eſt mandati propter dolum, ſecundum Azo. Item adhuc eſt contra.ſ. de nego. geſto.l. fideiuſſor. vbi dicitur quòd datur actio neg.geſt. Solu.vt ibi . cum hoc autem concordat j. de pign. l. ij.

A extraneo emptori [a] : cum in omni contractu bonã fidem præſtare debeat.

Dies adiecta cauſa differendæ ſolutionis, obligationem non perimit.h.d. Vel ſic: Aduentus diei nõ liberat debitorem: ſed magis conſtituit obligationem efficacem. Bart.

Paulus reſpondit, die adiecto in mãdato intra quem præſtaturum ſe Lucius Titius ſcripſit, non eſſe impedimẽto[b] quo minus etiam poſt eum diem conueniri mandati iudicio poſsit.

B *Plures mandatores, qui tenentur pro alio, tenentur in ſolidum ex mandato: ex ſententia verò ſimpliciter lata tenentur in viriles.* Bartolus.

Paulus reſpondit, vnũ ex mandatoribus in ſolidũ eligi poſſe[c], etiã ſi non ſit conceſſum[d] * in mandato: poſt condemnationẽ autem in duorũ perſonam collatam, neceſſariò ex cauſa iudicati ſingulos pro parte dimidia conueniri poſſe, & debere[e].

Illud quod creditor percipit ex venditione pignoris, liberat debitorem, & mandatorem, ſi de euictione nõ eſt obligatus. aliàs ſecus. Bartolus.

C Creditor pignus vendidit: quęro, an ſi euicta ſit poſſeſſio emptori , regreſſum creditor ad mandatorẽ habere poſsit: & an interſit[f] creditoris, iure vẽdiderit,[g] an cõmuni iure promiſerit. Paulus reſpõdit , ſi creditor ex pretio pignorũ debitũ cõſecuturus † non ſit[h]: mandatorẽ liberatũ nõ videri. † Ex hoc reſponſo apparet[i], ſi euictionis nomine nõ teneatur[k], proficere eã rem ad liberationem.

Dies adiecta cauſa limitandæ obligationis, non liberat debitorem exiſtentẽ in mora.h.d. Vel ſic: Mandatum tempore limitatum, poſt moram erit perpetuum. Bar.

Ille illi ſalutẽ. Mando tibi, vt Blæſio Seuero adfini meo octoginta credas ſub pignore illo & illo: in quã pecuniã, & quicquid vſurarũ[l] nomine acceſſerit, indemnẽ rationẽ tuã me eſſe ex cauſa mandati in eũ diẽ quoad vixerit

B Blæſius Seuerus, pręſtaturũ. Poſtea ſępe cõuentus mãdator non reſpõdit. Quæro, an morte debitoris liberatus ſit[m]. Paulus reſpõdit mãdati obligationẽ perpetuam eſſe:[n] licet in mãdato adiectũ videatur, indẽnem rationem tuam eſſe ex cauſa mandati in eum diem quo ad vixerit Blæſius Seuerus præſtaturum.

Cautio idonea intelligitur cũ fideiuſſore vel pignore. Bartolus.

Paulus reſpondit non videri mandati conditioni paritum, cũ in mãdato adiectum ſit, vt idonea † cautio à debitore exigeretur , ſi neque fi-

C deiuſſor neque pignora[o] accepta ſint. [p]

Pendente appellatione mandatoris, poteſt conueniri reus. Bartolus.

LX. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

CReditor mandatorem conuenit. is condemnatus [q] prouocauit . quærendum eſt an manente appellatione debitor à creditore conueniri poteſt. Reſpondi, poſſe.[r]

---

a *Extraneo emptori.* No. nõ eſſe admittendum hunc fideiuſſorem vt quemlibet. ſic & j.de legat.ij.l.ſi.§. quatuor. Sed argu. contra ſ. de adop. ſi pater. §. qui duos. Accurſius. *contemptũ.

b *Impedimento* . vt ſ. e.l.§.ille. & hoc niſi dixiſſet, nolo teneri exinde: quia tunc habet exceptionem : vt j.de act. & oblig.l.obligationum fere. §.fi.in fi.

c *Eligi poſſe* . ſi ceteri minus idonei extiterunt : vt C. de fideiuſ. liberum. Azo. immo & ſi omnes ſunt idonei : licet habeant beneficium epiſtolæ diui Hadriani : vt C. de conſtitu.pecu.l.fi. ſed hodie ſecus : quia ipſo iure in partibus tenentur : vt in authen. de duob⁹ reis.in princip.

d *Conceſſum.* i. dictum. †conſecutus.

e *Et debere.* vt C.ſi plu. vna ſent. l. j. ſed obijcitur: quia videtur ſententia proficere condemnato. ſi enim conueniatur vltra partem ſuam, habet exceptionem rei iudicatæ: ſed tamen in ſolidum videtur fuiſſe damnatus. & ſic eſt contra. j. de excep.rei iud. l.euidenter. ſed dicas quòd tantũ pro parte fuit facta vel ſimpliciter condemnatio: licet conuentio in ſolidum: vt ſ.depoſi.ſi duo in fin. Item adhuc poteſt agi in ſolidum antiqua. vnde non obſtat.l.euidenter. Accurſius. †verba cõpilatorum.

f *Interſit.* id eſt differentia ſit.

g *Vendiderit.* vt quia de euictione non promiſit.

h *Non ſit.* quod eſt eo caſu quando reſtituit : vt j.de reg.iur. l.non videtur. ex hac reſponſione colligitur reſponſio ſecundæ quæſtionis.

i *Apparet* . per contrarium. Accurſius.

k *Non teneatur.* veluti ſi iure creditoris vendidit: vt infra de diſtrac.pig. ſi is. & l.quæſitum. idem quandoque & ſi teneatur quando non debuit promittere: vt diximus ſupra de pig. act. ſi pignore.§.fin. Accurſius.

l *Quicquid vſurarum.* ſic conſtrue: mando me eſſe præſtaturũ indemnem rationem tuam ex cauſa mãdati in eum diẽ quoad vixerit Blæſius Seuerus: & quicquid acceſſerit nomine vſurarum, in quam pecuniam poſtea &c.

m *Liberatus.* ſcilicet mandator. Accurſius.

n *Perpetuam eſſe.* quia tempus non eſt modus tollẽdæ obligationis: repellitur tamen exceptione: quia ſic inter partes actũ videtur: vt j.de act.& obli.l. obligationũ fere.§.placet. & inſti.de verb.obl.§.at ſi ita. Vel dic non repelli, quia mandator fuit viuente debitore in mora: arg.ſ.de conſtit.pecu.quæ an-

A tem.§.ſi quis. Vel melius tenetur etiam poſt mortẽ: quia promiſit ſe ſatisfacturum in vita debitoris. vnde quaſi ad diem promiſerit, tenebitur etiam poſt mortem: vt ſ.e.l.§.ij. die adiecto &c. ſecundum Azo . Alij dixerunt quòd de vſuris currentibus in vna tenetur etiam poſt mortem, ſed de currentibus poſtea non.

o *Neque pignora.* quid de hypotheca? Reſp. idem quod in fideiuſſore multo magis.

p *Accepta ſint.* nec ergo mandator mandati poterit conueniri: vt C.de fideiuſ. ſi creditor. Sed contra.C.de verb.ſign.l. ſancimus. Solu. verbum idonea, tollit contrarium. Sed quid [a] ſi dictum eſt, facies me ſecurum ad ſenſum ſapientis mei: an debeat dari fideiuſſor , ſi hoc dixerit ſapiens? Videtur quod ſic : vt C . de contrahen.empt.l. fin. Item ſi nil vltra commune ius præſtaret, hæc verba nil operarentur: quod non debet eſſe: vt j.de leg. j.ſi quãdo. Item ille eſt ſecurus qui nil timet : vt j. de act empt.l.j.in fine. E contra ſecundum ius commune promitti debet, quaſi hoc pactum non valeret de incerta perſona: vt infra loca. ſi merces. in prin . Item & ſi valet, debet dicere ſecundũ † ius commune: vt ſ.eo. qui mutuam. ij. reſpõ. Item ſi aliter ad arbitrium boni viri : vt j. tit.j.ſi ſocietatem. Solu. ſenſus ſapientis, vt legitime liget contractum, & caute, non autem vt cum fideiuſſore: vt d.l.qui mutuam. Item quid ſi dixit plenam ? videtur ibi quòd fideiuſſor ſit dandus: ar. infra de actio.empt.ſi quis alienam. Item contra ſ. de arbitr. ſi cum dies. §. plenum . & l. ita demum.& l.litigatores.§.ij.

CReditor.} CASVS. planus eſt vſque ad.§. Ad eum. {AD EVM.} Nupſit tibi conſanguinea mea. mandaui tibi epiſtolam talem: Scias quòd mater puellæ promiſſura tibi dotẽ, idonea ſit: nihilominus fideiubeo te habere ſaluum quicquid

D tibi promiſit nomine dotis. ſi aliquid tibi hoc nomine præſtitero, & deceſſero, an heres meus iudicio mandati cum matre puellæ agere poſsit, quæ neque mandauit, neq; ratum habuit: vel conſequi poſsit ab herede matris ? Et reſpon. quòd non. hoc in prima. ſed an neg.geſt? Et reſpon. quod non: quia potius videor meum negotium gerere voluiſſe. Sed quid ſi maritus contra me agere velit, an poſsim eum repellere per excep? Et reſpon. quòd non. hoc in tertia. {DVOBVS.} Si duobus mandaui vt gererent negotia mea, & geſſerunt : quilibet in ſolidum tenetur. {LVCIVS.} Titius frater mandauit filio fratris vt negotia ſua gereret , & quòd haberet ratũ quicquid de rebus ſuis diſponeret. ſi fraudulenter aliquid commiſit, an debeat teneri? Et reſpon. quòd ſic. hoc in prima. Sed quid ſi hic fuit magiſtratus, & ratione adminiſtrationis fuit debitor reipub. an ob hoc patruus debeat teneri? Reſpon. quòd non. hoc in ſecunda. Viuianus.

q *Condemnatus.* ſcilicet mandator.

r *Poſſe.* nec enim vno cõuento alter liberatur: vt C.de fideiuſ.l.ſi. Sed arg. contra ſ.de pecu l.quotiens.§. ſi creditor. Sed nonne pendente appellatione omnia debẽt eſſe in ſuo ſtatu? Reſpõ. hoc verũ inter ipſos litigãtes. at hic alius conuenitur. Bolog.

ADDI-

Mandatum quod ſit propter vtilitatem mandantis: actionem mandati contra tertium non parit. Bartolus.

Ad eum qui vxorem ductu rus erat, literas fecit tales: Titius Seio ſalutẽ. Semproniam pertinere ad animum meum[a] cognouiſti: ideoq; cũ ex voto meo nuptura tibi ſit, velim certꝰ ſis, ſecundũ dignitatem tuã contrahere[b] te matrimoniũ. Et quãuis idoneè repromiſſuram tibi Titiam matrẽ puellæ dotem ſciã, tamen & ipſe, quo magis[c] conciliẽ animũ tuũ domui meæ, fidẽ meã interponere non dubito[d]. quare ſcias, quodcũq; ab ea ex hac cauſa ſtipulatus fueris, id me mea fide eſſe iuſſiſſe ſaluum te habiturum.

Atq; ita Titia, quæ neque Titio mandauerat[e], neq; ratum[f] habuerat quod ſcripſerat, dotem Seio promiſit. Quæro, ſi heres Titij ex cauſa mandati præſtiterit[g], an actione mandati heredẽ Titię conuenire poteſt? Reſpõdi, ſecundum ea quæ proponuntur, non poſſe[h]. Item quæſitum eſt, an nec negotiorum geſtorũ. Reſpondi, nec hoc nomine iure agere poſſe. Palam enim facere Titium, nõ tam Titię nomine, quã quòd conſultum [ſibi] vellet[i], mãdaſſe. Item ſi maritus aduerſus mandatorem ageret, an aliqua exceptiõe ſummoueatur? Reſpondi, nihil proponi cur ſubmouendus ſit.

Plures mandatarij tenentur in ſolidũ. B.

Duobus quis mãdauit negotiorum adminiſtrationẽ. quæſitum eſt, an vnuſquiſque mandati iudicio in ſolidum teneatur. Reſpondi, vnumquemq; pro ſolido[k] cõueniri debere, dummodo ab vtroque[l] non amplius debito exigatur.

Si vir vt vir alit vxorem, debet habere vſuras dotis integras, ſed ſi alit vt miniſter, debet habere vſuras dotis vſque ad concurrentem quantitatem alimentorum. h.d. nouus caſus eſt. Bartolus.

Si inter maritum[m] & ſocerum id actũ eſſet vel[n] tacito intellectu, vt onus exhibendę ad vxoris maritũ rediret[o], præſtãte patre dotis vſuras[p]: nullam actionẽ ſuperfore[q] ad recipiendum quod negetur[r] cõſumptum. Quòd ſi pater puellæ exhibitionem mandaſſe ſe doceat[s], actionem mandati competere.

Si negotium committitur in procuratoris liberam voluntatem, ſecundum materiam contractus hoc agi intelligitur, vt dolus malus abſit. Bartolus.

B Lucius Titius fratris filio commiſit rerum ſuarum adminiſtrationem, ita: † Σηΐῳ τέκνῳ χαίρειν. ἐγὼ μὲν κατὰ φύσιν νομίζω, τὸ ὑπὲρ πατρὸς καὶ τῶν τοῦ πατρὸς υἱῶν πραγματεύεσθαι, δίχα τοῦ τινὰ ἐπιτροπικὸν αἰτεῖν. εἰ δὲ δεῖ καὶ τοιούτου τινός: ἐπιτρέπω σοι περὶ πάντων τῶν ἐμῶν ὡς θέλεις πραγματεύεσθαι, εἴτε πωλεῖν θέλεις, εἴτε ὑποτίθεσθαι, εἴτε ἀγοράζειν, εἴτε ὁτιοῦν πράττειν, ὡς κυρίῳ ὄντι τῶν ἐμῶν: ἐμοῦ πάντα κύρια εἶναι τὰ ὑπὸ σοῦ γινόμενα ἡγουμένου, καὶ μηδὲν ἀντιλέγοντος σοι πρὸς μηδεμίαν πρᾶξιν. [id eſt, Seio filio ſalutem. *Ego quidem ſecundum naturam eſſe exiſtimo, pro patre[t] & patris filijs negotiari[u] ſine aliqua cõ-
C ceſsionis inquiſitione. ſi autẽ neceſsitas alicuius talis erit, cõcedo tibi de omnibus meis vt vis negotiari, ſiue vendere vis, ſiue paciſci, ſiue emere, ſiue quodcunq; operari, vt domino enti[x] meorum: me omnia firma eſſe à te facta exiſtimante, & non contrarium dicente tibi ad vllam operationem.] Quæſitum eſt, ſi quid non adminiſtrandi[y] animo, ſed fraudulenter alienaſſet, vel mandaſſet, an valeret. Reſpondi, eum de quo quæreretur, plenè quidem, ſed quatenus
D res ex fide agenda eſſet, mandaſſe.

Ex facto domini ſeruum non poteſt conueniri. Bartolus.

Item quæro, an cum Seius magiſtratu functus debitor extitiſſet, Lucius Titius eo nomine conueniri poſſet, vel res eius obligatæ eſſent, propter verba epiſtulæ ſuprascripta. Reſpondi, neque conueniri poſſe, neque res obligatas[z] eſſe.

ADDITIO. Ex hac gl. not. optimam limitationẽ ſecundum Bal. hic, quòd illa regula, nil noua appella. pendente, habet locum inter eoſdẽ, non reſpectu eius ad quem porrigitur appellatio. & idem dicit Inn. de elec. c. cum eccleſia Rhotomagen. & per eundem Bal. in l. ſi per imprudentiam. §. fi. j. de euic. & l. furti. §. j. ſ. de his qui no. infa.

a *Ad animum meum.* dilectione honeſta, forte ſoror erat huius Titij Sempronia.

b *Contrahere.* q. d. ita eſt bona & nobilis, quòd bene te decet.

c *Quo magis.* hoc eſt quod j. tollit act. neg. geſt. Accurſius.

d *Non dubito.* ſed quomodo hoc, cũ fideiuſſores vel mandatores dotium non debeant dari: vt C. ne fideiuſſ. vel man. do. den. l. ij? Reſpõ. hic à parte mulieris: quod eſt permiſſum: vt hic: & infra de iur. do. cum dotis. non autem à parte viri: vt in d. l.

e *Mandauerat.* vnde ceſſat mandati actio.

f *Ratum.* nec poterat, vtpote non ſuo nomine geſtum.

g *Præſtiterit.* ſ. viro.

h *Non poſſe.* quia non mandauit vt mitteret illam epiſtolam: nec ratam habuit.

i *Sibi vellet.* ſ. vt concilietur domui ſuæ: & ideo ſibi negotiũ geſſit, nec errauit: & ſic ceſſat hæc actio: vt hic, & ſ. de neg. geſt. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis negotia. & j. qui po. in pign. ha. ſi prior. §. j. & argu. ſ. de vſufruc. eã. re. l. tribus. ibi, finito autem &c. Et not. hic optimũ ar. quòd reus promittendi, ſoluẽdo non agit contra reum: quia propter ſuã obligationẽ ſoluiſſe videtur: ſed dic vt plene dixi ſ. ad Velleia. l. vir vxori. §. fi. Accur.

k *Pro ſolido.* ita tamen vt ille prius cõueniatur qui geſsit, de eo quod geſsit. ceterũ de communi negotio geſto, vel non geſto vel neglecto, ad exemplũ tutorũ omnes tenentur, ſecundũ Io. Item no. hic duos mandatarios teneri inſolidum: vt hic. quod intellige ſecundum Azo. quòd hic fuit actũ vt in ſolidũ tenerentur: vt hic, ſecundũ Azo. & idem in mandatoribus: vt ſ. eo. l. cũ mandato. in fi. & ſ. eo. l. ſi mandato. §. Paulus. & ſic in duobus commodatarijs: vt ſ. commo. ſi vt certo. §. fi. & duobus depoſitarijs: vt ſ. depoſi. l. j. §. ſi apud duos. ſic in ſimilibus contractibus: vt j. de do. re. l. eadem. Sed arg. contra ſ. de neg. geſt. ſi alicui. & j. de admi. tu. decreto. §. fi. & l. tutores qui poſt finem. §. tutoribus. & l. Lucius. §. j. hæc autem iure nouo hodie plana ſunt: quia nunquam in ſolidum tenẽtur
A vt in auth. de duo. reis. in prin. col. vij.

l *Ab vtroque.* id eſt inter ambos. Accurſius.

m *Si inter maritum.* Dic caſum ꝙ multum refert an cõuenit inter ſocerum & generũ, vt ex vſuris dotis dandis à patre marito, maritus alat vxorẽ, quo caſu reſiduum, ſi quod eſt, nõ reddit: an cum pater ipſe alere deberet, mandauit alendam marito: quo caſu ſuperfluum reddit: quia eſt vt miniſter electus: vt j. de leg. ij. l. antepe. §. à te, quæ eſt contra. primo articulo: ſed vt vides, concordat cum ſecundo.

n *Vel.* pro ſaltem.

o *Rediret.* quia ſocer primo fuerat pactus de filia educanda: vt quandoque fit: vt j. de except. do. l. pater pro filia. in prin. & ſ. de in rem verſ. l. penul. in fi. & l. fin.

p *Vſuras.* vt ex eis alatur à viro, cum dotẽ non ſoluiſſet.

q *Superfore.* ſ. patri.

r *Negetur.* ſ. a patre. negat enim pater totam vſuram expenſam in vxorẽ: vnde ſuperfluũ repetit quod non poteſt: quia & ſi defuiſſet, non ſuppleuiſſet: quia maritus onera matrimonij ſubijt. Et not. hic argu. ij. reſpon. quòd ex quo cõſtat quid perueniſſe, ſi dicat conſumptum: & ille ad quem peruenit, probare debet. ſic & C. de donat. ſi quis pro.

s *Doceat.* ſcilicet eodẽ caſu quo ſpectabat ex pacto ad patrem.

t *Pro patre.* ſcilicet negotiari filios ſuos.

u *Negotiari.* id eſt & pro filijs patris ſui, id eſt pro fratribus ſuis aliquem nẽgotiari: & exiſtimo &c.

x *Vt domino enti &c.* ac ſi dicat. eſſet dominus rerum mearum. & totum hoc eſt tranſlatio Græca vſque illuc, quæſitum eſt &c. & habent quidam libri in margine hunc textum, alij nullo modo.

y *Adminiſtrandi.* ſcilicet bona fide. Accurſius.

z *Obligatas.* neque enim hæc fuit negotiatio, cum Lucius ex contractu magiſtratus ex delicto, debitor factus eſt. Item no. ex ſuperiori reſpon. quòd in generali dicto bona fides intelligitur: vt j. de condi. & demon. cum tale. §. Titius. in fin.

† *Alci. lib. diſpũ. 4. c. 4. Græcum hoc reſponſum ex Pãdectis Florẽtinis ita nobis reſtituit tu illum videto.*

**Tametſi naturæ conſentaneũ eſſe arbitror, vt patris eiuſq; filiorũ negotia quis vel nullo de ea re mãdato requiſito adminiſtret: ſi quid tamẽ eius generis opus habes, ecce tibi rerũ mearum omniũ liberã adminiſtrationem permitto, ſiue vẽdere, ſiue pignori obligare, ſiue comparare, ſiue quid aliud agere velis, me nõ aliter omnia quæ per te geſta erũt, rata habẽte, neque in vllius geſtione tibi reclamãte, quã ſi rerũ mearũ penes te dominium eſſet.*

QVod filiofamilas.] CASVS. Mandaui filiofamil. quòd aliquid pro me peteret. ille emancipatus exegit. intra annum a tempore emancipationis potero agere cum patre mandati de peculio. Item cum filio potero agere actione mandati perpetuo.

a *Intra annum.* non dicas à tempore exactionis: nec à tempore ſuſcepti mandati: ſed dicas à tempore emancipationis: vt s̄. quando act. de pec. eſt an. l. j. in prin. Accurſius.

b *Vtiliter agam.* id eſt actione mandati de pecu. vt ſupra de neg. geſt. l. mandaſti. Accurſius.

LXI. PAVLVS libro ſecundo ad Neratium.

QVod filiofamilias vt peteret mandaui, emãcipatus exegit: de peculio intra annum[a] vtiliter[b] agã. Paulus. Sed & cum filio agendũ eſt[c].

Ex mandato vt patiatur quem agere, poteſt mandator conueniri vt conſequatur quod ad eum peruenit. Bartolus.

LXII. SCAEVOLA libro ſexto Digeſtorum.

CVm cõtrouerſia eſſet de hereditate defuncti inter ſcriptũ heredẽ[d], & patruũ Mæuiũ, & amitas: Męuius literis ad ſorores ſuas factis, declarauit cõmune futurum, quidquid ad eũ ex euentu litis[e] hereditariæ perueniſſet: neq; ſtipulatio literas ſecuta eſt. Quæſitum eſt, cũ trãſegerit idem Mæuius cũ ſcripto herede, ita vt prædia & aliæ quædã res ex ea tranſactione ad eũ peruenirent, an ex literis ſuis poſsit à ſororibus cõueniri. Reſpondit poſſe.

B

Mandati agitur ſiue quis mandatum impleat, ſiue aliquid æquipollens faciat. Bar.

Mandaui in hęc verba: Lucius Titius Gaio ſuo ſalutẽ. Peto & mando tibi, vt fidẽ dicas[f] pro Publio Mæuio apud Semproniũ: quæq; à Publio ſoluta tibi non fuerint, me repræſentaturum, hac epiſtola manu mea ſcripta notum tibi facio. Quæro, ſi nõ fideiuſsiſſet, ſed mandaſſet[g] creditori, & aliàs egiſſet, quã quod ei mandatum eſſet: an actione mandati teneretur[h]. Reſpondit teneri.[i]

C

c *Agendum eſt.* ſ. directa mandati. ipſe autem contra me in factum: vt ſupra eod. ſi verò non remunerandi. §. ſi filio. quæ eſt contra.

CVm controuerſia.} CASVS. Deceſſit paterfa. relicto filio herede. controuerſia erat inter Mæuium & heredẽ & amitas. ſignificauit, ſ. patruus Mæuius, ſororibus ꝙ communicaret cũ eis quicquid cõſequi poſſet ex lite. poſtea tranſegit pro xx. volũt ipſi petere. x. obijcit frater quòd intelligit de communicando quod poſsit euincere per ſententiam. quid iuris ſit, quæritur. Et reſpõ. quòd cõmunicabitur. {MANDAVI.} Mãdaui tibi vt fideiuberes pro Titio apud Sẽpronium: non fideiuſſiſti, ſed mãdaſti Sempronio vt crederet Titio. ſi aliquid eo nomine præſtiteris, an me cõuenire poſsis, quæritur. Et reſpon. quòd ſic. Videbatur quòd non: quia mandaui vt fideiuberes: & non fideiuſsiſti, ſed mandaſti. Viuianus.

d *Heredem.* ex vna parte. Accurſius.

e *Ex euentu litis.* hic oriebatur dubitatio. nam quod Męuius ex tranſactione conſecutus eſt, nõ ex hereditate, ſed ex deciſione habuit: vt j̄. ad l. Fal. l. iij. & j̄. de hered. ven. vẽditor ex hereditate. ergo intelligas amitas conſenſiſſe literis fratris vt poſſet etiam decidere. porrò & ſi non conſenſiſſent, tamen neg. geſt. argerent. ſi haberent ratam tranſactionem. hic ergo agant mandati. Et hic not. argu. pro aduocato qui pactus eſt in euentũ litis, id eſt ſi vinceret, quòd cliens ſibi daret centum. poſtea trãſactio eſt facta, quaſi obtinuerit, videtur agi poſſe.

D

f *Fidẽ dicas.* aliàs, fideiubeas. Halo. mea fide dicas. & idẽ eſt.

g *Sed mandaſſet.* & ſic aliud quàm in mandato recepiſſet.

h *Teneretur.* mandans.

i *Teneri.* quia pro eodem eſt. Not. ergo quòd nihil intereſt quid ex ęquipollẽtibus fiat. ſic s̄. de iudi. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ex quibus. & C. de inſtit. & ſub. l. ſi mater. Sed arg. contra. j̄. de leg. ij. cum pater. §. hereditatem. ſed argu. pro prima. C. de do. quę ſub mo. l. fi. & j̄. de condi. & demon. pater Seuerinam. §. ij. & infra de verb oblig. cum ſeruus.

a Iſta gl. eſt no. & magiſtra. quæ ponit qui. mo. ſumatur hoc verbũ, perpetuũ, & dũ tex. noſter verbũ ponit perpetuũ. i. dum viuit: concor. text. in cano. ſanctorũ. 70. diſt, Bolog.

PRO SOCIO.

k SOcietas. *Dum viuunt.* non autem in æternum vt j̄. e. l. nulla. Azo. Et not.[a] quòd hæc dictio, perpetuum, multos habet ſenſus. Primus vt hic. ſecundo, perpetuum. i. generale: vt C. de eden. l. edita. tertio. i. generaliter verum: vt inſtit. de ſatiſ. tut. §. j. quarto. i. vſque ad xxx. vel xl. ann. vt inſtit. de perpe. & tẽp. ac. in prin. quinto. i. ſine interuallo, ſiue continue: vt C. de impu. & alijs ſubſtit. l. humanitatis. ſexto. i. ſine temporis præfinitione: vt j̄. de excp. l. iij. Accurſius.

l *Sub conditione.* vt C. eo. l. de ſocietate.

A

m *Sunt.* ſecus in rebus poſtea quæſitis: vt infrà eo. l. ſi quis ſocietatem. in fin. tit. Accurſius.

n QVia licet. *Interuenire.* quia quod ſuo nomine poſsidebat, nomine cõmuni videtur incipere poſsidere: & ſic poſſeſsio adquiritur in communi, & dominium: vt hic, & j̄. de adquir. poſſeſ. l. quod meo. in princ. Alij, vt Azo dicunt quòd eſt hic ſpeciale vt dominiũ ſine poſſeſsione adquiratur: ſicut & alibi: vt j̄. de adquir. re. do. homo liber. in fi. ſed regulariter contra C. de rei vin. ſeruum. & j̄. de adquir. re. dolo. res ex mandato.

PRO SOCIO.

TITVLVS II.

Iſta lex non ſummatur: quia diſtinctionẽ ponit vſque ad §. de illo. Baldus.

I. PAVLVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

SOcietas coiri poteſt vel in perpetuũ, id eſt dũ viuũt[k]: vel ad tẽpus: vel ex tẽpore: vel ſub cõditione[l]. In ſocietate omniũ bonorũ, omnes res quæ coeuntiũ ſunt[m], continuò communicantur†.

B

† Nam ſocij putantur, quos inter res communicata eſt. Ci. Actio. 5. in Verrem.

II. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

QVia licet ſpecialiter traditio non interueniat, tacita tamen creditur interuenire.[n]

III. PAVLVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

EA vero quæ in nominib⁹ erunt,[o] manẽt in ſuo ſtatu:[p] ſed actiones inuicẽ præſtari debent. Cum ſpecialiter[q] omnium bonorũ ſocietas coita eſt: tunc & hereditas, & legatum, & quod donatum eſt, aut quaqua ratione adquiſitum, communioni adquiretur.

C

Iuſta hereditas proprie dicitur, quæ ab inteſtato defertur. Bartolus.

De illo quæritur,[r] ſi ita ſocietas [coita ſit,] vt ſi qua iuſta hereditas[s] alterutri obuenerit communis ſit. quæ [ſit] iuſta hereditas: vtrum quæ iure legitimo obuenit, an etiam ea quæ teſtamento.[t] Et probabilius eſt,

EA vero.} CASVS. Actiones autem ſi quæ ſocio competunt aduerſus alios, niſi cedãtur, alter ſocius intentare nõ poteſt. ſ. directas. {CVM SPECIALITER.} Contraximus ſocietatem omniũ bonorũ. Dicitur ꝙ ſi obueniat aliquid ab hereditate vel legato vel donatione cõmune, ſtatim adquiritur cõmunioni. {DE ILLO.} Fecimus ſocietatem: adiecimus quòd ſi aliqua iuſta hereditas adueniat, ꝙ cõmunis ſit, quæritur quæ ſit iuſta: an quæ ex teſtamento obueniat: an quæ iure legitimo? dicitur ꝙ ea quę iure legitimo. {SOCIETAS.} Si dolo induxiſti me ad contrahendũ ſocietatẽ: alicuius momenti non erit ſocietas. Viuianus.

o *Ea vero quæ in nominibus erunt.* rerũ enim incorporalium nõ eſt ꝓprie poſſeſsio, ideoque nec traditio: quia non poteſt fingi traditio in his interceſsiſſe: quia ad id debet demum porrigi fictio, ꝙ per rerum naturã non eſt impoſsibile: vnde qui cedit nomen, non poteſt illud à ſe ita ſeparare quin debitor contra quem ceſsio facta ſit, ſi poſt ceſsionem exactus fuerit, liberetur à cedente, ſi tamen ille cui facta fuit, litem conteſt. non fuerit, vel non denuntiauerit, vel non receperit partem debiti: vt C. de noua. l. ſi delegatio. facilius ergo perduntur corporalia quàm incorporalia: vel etiam ſpiritualia: ſicut in participatione ſacramentorum, & in charactere noſtræ fidei dicimus, quæ adeo oſsibus hominum inhærent, vt nunquam ſeparentur niſi ſolutione vera vel ficta: vt hic, & s̄. de pecu. l. quid ergo. in fi. & l. ſi Sticho.

D

p *Statu.* adeo vt non poſsit ſocius eas intendere niſi ceſſas: vt ſubijcit: ſed tunc vtiles tantum nomine ſuo, directas autẽ nomine cedentis: in caſu tamen etiam ſine ceſsione intendit ſocius, vt ex pacto magiſtri ſocietatis: vt s̄. de pac. l. item magiſtri. & l. ſequen. Item ex pacto ſocij, qui conducit publicum locum fruendum: vt infra de loc. publi. fru. l. j. in princ. & §. j. Accurſius.

q *Cum ſpecialiter.* id eſt expreſſe: vt j̄. eo. l. cum duobus. §. itẽ Pomponius. & §. ſocium. & l. ſi ſocietatem vniuerſorum. ſecus ſi ſimpliciter contrahat: vt j̄. eod. l. coiri. & l. quæſtus. & l. nec adiecit. quæ ſunt contra.

r *De illo quæritur.* quia communicabitur.

s *Iuſta hereditas.*[b] incerti hominis. alioquin non valet: vt C. de pac. l. fi. quæ eſt contra.

t *Ex teſtamento.* quæ etiam legitima dici poteſt. quia lege cõfirmatur: vt j̄. de verb. ſigni. l. lege. Azo.

b Iuſta hereditas hoc loco dicitur, quæ iure legitimo obuenit, i. cognationis nomine. Hic enim titulus heredis pleniſſimus eſt, & omnibus partibus iuris nixus. Bud. hic.

a Ad

a *Ad legitimam.* id eſt ad illam quæ ex lege defertur, & ab inteſtato. Accurſius.

b *Aut fraudandi.* quæ ſit differentia inter dolum & fraudem, dic vt dixi ſ. de pac. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. & dicas quòd dolus hic dedit cauſam contractui: & ſic ipſo iure non valuit: vt ſ. de dolo. & eleganter. in princi. & de mino. in cauſæ. in prin.

c *SOcietatem coire & re & verbis.* coniũctim, id eſt re interueniente: & verbis, interueniente ſtipulatione, vel non: in quibus verbis eſt conſenſus: re autem ſola non conuẽtionalis, ſed incidens: vt j. eod. vt ſit pro ſocio. & ſic etiam hic aliàs poſſet poni, ſcilicet pro incidenti, ſcilicet cum dicit re. ſic ponitur ſupra ſi cert. pet. certi condictio. §. quoniam. ſed alio modo contrahitur: ſcilicet conſenſu ſine re: vt inſtitu. de oblig. ex conſenſu. in prin.

d *Morte.* ſcilicet naturali: item ciuili: vt ſubijcit. Accurſius.

e *Egeſtate.* ſcilicet incidente: vt ſi quis ex ſocijs bonis ceſſerit: vt inſtitu. eod. §. item. vel fuerint publicata: vt j. eod. actione. §. publicatione. Accurſius.

SOcietas. CASVS. Non ſolum vniuerſorum bonorum, ſed vnius rei contrahitur ſocietas. hoc in prima. Sed quid ſi vnus plus habeat quàm alius? valet ſocietas: quia ille cui deeſt in facultatibus, ſupplere poteſt opera. ſi cõtraham tecum ſocietatem vt lucrum communicetur, & vt nihil ponas, & hoc donandi animo feci: nõ contrahitur ſocietas. Viuianus.

f *Societates.* vt inſtit. eod. in prin.

g *Suppleat*[a]. arg. pro bene literatis, quòd ita vt nobiles recipiãtur in canonicos: vt j. eo. ſi non fuerint. Accurſius.

h *Donationis.* vt tecũ faciam ſocietatem, vt tu nihil ibi ponas in communione, nec pecuniam, nec operam: & lucrum tamen pertineat ad te. quæ certe ſocietas nõ eſt: immo magis tuus ſum mercenarius. ſed an donatio ſit? Reſpon. ſic, niſi alia ratio impediat: vt C. de contrahen. emptio. l. empti.

ad legitimam [a] hereditatem tantum hoc pertinere. Societas ſi dolo malo, aut fraudandi [b] cauſa coita ſit, ipſo iure nullius momenti eſt: quia fides bona contraria eſt fraudi & dolo.

IIII. MODESTINVS libro tertio Regularum.

SOcietatem coire & re, & verbis [c], & per nuntium poſſe nos, dubium non eſt. Diſſociamur renuntiatione, morte [d], capitis minutione, & egeſtate [e].

B

V. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

SOcietates [f] contrahuntur ſiue vniuerſorum bonorum, ſiue negotiationis alicuius, ſiue vectigalis, ſiue etiam rei vnius.

Societas autẽ coiri poteſt & valet etiam inter eos qui non ſunt æquis facultatibus: cum plerumque pauperior opera ſuppleat [g], quantum ei per comparationem patrimonij deeſt. Donationis [h] cauſa ſocietas rectè non contrahitur.

C

Poteſtas alicui ſimpliciter conceſſa, in dubio ſignificat arbitrium boni viri. Bald.

VI. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI ſocietatẽ mecum coieris ea conditione, vt partes ſocietatis conſtitueres, ad boni viri arbitrium ea res redigenda eſt [i]: & conueniens eſt viri boni arbitrio, vt non vtiq; ex æquis partibus ſocij ſimus: veluti ſi alter plus operæ, induſtriæ, pecuniæ, in ſocietatem collaturus ſit.

Societate contracta ſimpliciter, lucra perſonalia tantum veniunt communicanda. Bartolus.

VII. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

D

COiri ſocietatem & ſimpliciter licet: & ſi non fuerit diſtinctum [k], videtur coita eſſe vniuerſorum quæ ex quæſtu veniunt: hoc eſt, ſi quod lucrum ex emptione [l], venditione, locatione, conductione deſcendit.

VIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

QVæſtus [m] enim intelligitur, qui ex opera [n] cuius deſcendit.

IX. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

NEc adiecit Sabinus, hereditatem, vel legatum, vel donationes mortis cauſa [o], ſiue non mortis cauſa: fortaſsis hæc ideò, quia non ſine cauſa obueniunt, ſed ob meritum [p] aliquod accidunt.

X. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

ET quia plerunq; vel à parente, vel à liberto, quaſi debitum nobis hereditas obuenit.

XI. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

ET ita de hereditate, legato, donatione, Quintus Mucius ſcribit.

XII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

SEd nec æs alienum [q], niſi quod ex quæſtu pendebit, veniet in rationem ſocietatis.

XIII. IDEM libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

SEd & ſi adijciatur, vt & quęſtus & lucri ſocij ſint: verum eſt, non ad aliud lucrum [r] quàm quod ex quæſtu venit, hanc quoque adiectionem pertinere.

Pactum de non diuidenda ſocietate, nil releuat. h. d. Barto. Item ſocietas non poteſt intempeſtiuè renuntiari: poſito etiam quòd non ſit dictum, niſi in caſibus hic expreſſis. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

SI† conuenerit inter ſocios, ne intra certum tempus communis res diuidatur, nõ videtur conueniſſe [s] ne ſocietas abeatur.

A tur: vt j. de ope. lib. l. j. hereditas & ſimilia non veniunt: vt j. l. prox. & j. de adq. her. aditio. §. cũ quæſtus. & j. eo. duo. in §. fi.

o *NEc adiecit. Mortis cauſa.* quæ ſit propter futurum metum mortis.

p *Meritum.* vt ſupra manda. l. idemque. §. fi. & C. de codicil. l. fin. §. penul.

q *SEd nec æs alienum.* id eſt æs quod nobis debetur: vel quod nos alijs debemus: vt j. eod. l. omne. & j. de verb. ſig. l. cedere. §. j. Accurſius.

r *SEd & ſi adijciatur. Lucrum.* generaliter continet omne lucrum: ſed quæſtus tantum id quod ex opera. & dices ꝙ reſtringitur hic lucrum ratione adiuncti: vt j. de tri. vi. & oleo le. l. fi. Vel dic quòd quando iunguntur hæc verba, nil plus vnum quàm aliud ſignificet. Et ſic not. ſecundum hoc, quod licet adijciatur verbum, non ideo adijcitur ſenſus. ſimile eſt vbicunq; dicimus aliquod verbũ abundare. Sed argu. contra. j. de vſur. ſi ſtipulatus. in princip. & infra de leg. j. ſi quando. in prin. Item not. quòd ſecundum vtrãque lectu. abundat vnum de his verbis. Accurſius.

SI conuenerit. CASVS. Inter duos ſocios conuenit ne diuideretur res communis intra certum tempus, dicitur quòd non cogit iſtud pactum ne abeatur à ſocietate. & ſi conuenerit ne vnquam ſocietas diſſoluatur, non valet: quia fruſtra fit: vt ſubijcit. & ſi fiat ne diſtrahatur intra tempus, & intempeſtiue renuntiauerit, tenetur actione pro ſocio. ſed poteſt renuntiatio habere rationem ſi renuntiauerit intempeſtiuè, quòd aliqua conditio ſub qua fuit communicata ſocietas, non obſeruetur: vel quòd ita iniurioſus & damnoſus ſit ſocius, vt nõ expediat eum pati: vel quòd non liceat eum frui illa re propter quam fuit coita ſocietas, vel quòd ſit abfuturus etiam inuitus cauſa reipub. licet poſſet ſibi imputari, quia per alium non egerit ſocietatem, vel curam ſocio non committit: ſed hoc imputari non poſſet, niſi facile poſſet alijs committere, vel ſocius valde diligens & idoneus eſſet. Sed cum actum eſt ne diuidatur intra certum tempus: an venditio impediatur? & videtur quòd eadem ratio impediret venditionem, quæ impedit diuiſionem: & certe ipſo iure non impeditur: ſed obſtat emptori exceptio ſi ante tẽpus diuidatur. certè & ſocius qui vendidit, facit contra pactum: & ideo tenetur actione communi diuidundo: vel actione pro ſocio. h. d. cum tribus. ll. ſeq. Viuianus.

s *Conueniſſe.* hoc ipſo. Azo. Nã nõ poſſunt res manere cõmunes, & tame ſocietas dirimatur: vt hic, & j. eod. l. actione. §. ſi poſt diſtractã. & ſupra cõmu. di. l. in hoc iudicium. §. ſi inter.

† *Bal. in l. I. in fi. infra de re. eo. al- leg. iſtum tex. cũ. l. ſi j. de iure do. ad hoc propoſitũ, ꝙ pupillus cũ iudicis decreto poteſt ſocium prouocare ad diuiſionẽ bonorum, quãdo hoc ſibi expedit. quæ infra pro hoc nihil faciũt ad propoſitũ: vt hic in nouis interpre. dicit Bolo.*

i *SI ſocietatẽ. Redigenda eſt.* ſic & in venditione: vt j. tit. j. l. hæc venditio. & in locatione: vt j. loc. l. ſi in lege. in prin.

k *COiri. Diſtinctum.* id eſt, expreſſe dictum quòd ſit omnium bonorum: vt ſ. eo. l. iij. §. j. & ſic nocet tacere. Arg. cõtra infra de re. iur. expreſſa nocent. Accurſius.

l *Ex emptione.* futura: vt ſupra. l. proxi. dictum eſt: quia ex diligentia quæritur: vt ſupra de orig. iur. l. ij. §. deinde cum ærarium. Accurſius.

m *QVæſtus.* id eſt lucrum.

n *Ex opera.* id eſt ſolertia & diligentia. alibi aliter poni- ff. Vetus.

tate abeatur[a]. Quid tamen ſi hoc conuenit, ne abeatur, an valeat? Elegāter Pomponius ſcripſit[b], fruſtra hoc conuenire. nam etſi non conuenit, ſi tamen intempeſtiuè renuntietur ſocietati, eſſe pro ſocio actionem[c]. Sed & ſi conuenit ne[d] intra certum tempus ſocietate abeatur, & ante tempus renuntietur, poteſt rationem habere renuntiatio: nec tenebitur pro ſocio, qui ideo renuntiauit, quia conditio[e] quædam qua ſocietas erat coita, ei non præſtatur. Aut quid ſi ita iniurioſus & damnoſus ſocius ſit, vt non expediat eum pati?[f]

XV. POMPONIVS libro decimotertio ad Sabinum.

VEl quòd ea re frui non liceat, cuius gratia negotiatio ſuſcepta ſit?

XVI. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

IDemq́; erit dicendum, ſi ſocius renūtiauerit ſocietati, qui reipublicæ cauſa diu[g] & inuitus ſit abfuturus: quāuis nonnunquam ei obijci poſsit, quia potuit & per alium ſocietatem adminiſtrare, vel ſocio committere: ſed hoc[h] non aliàs[i], niſi valde ſit idoneus[k] ſocius, aut facilis[l] abfuturo[m] etiam per alium ſocietatis adminiſtratio.

Ius excipiendi tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. h. d. cum prin. l. ſeq. Bart.

Qui igitur[n] paciſcitur ne diuidat: niſi aliqua iuſta ratio intercedat, nec vendere[o] poterit, nec alia ratione efficiet vt diuidatur[p]. Et † ſanè poteſt dici vēditionem quidem non impediri[q], ſed exceptionem[r] aduerſus emptorē locum habere, ſi ante diuidat[s], quàm diuideret is qui vendidit.

† Flo. ed.

XVII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

SEd & ſocius qui alienauerit, contra pactionem accipit, *committit: & tenetur ſocietatis aut communi diuidundo[t] iudicio.

Renuntiatio præiudicat renuntianti ſtatim, ſed aduerſario non præiudicat niſi poſtquam ei peruenerit in notitiam. Vel ſic: Renuntiatio facta ignoranti, valet quantum ad præiudicium renuntiationis communionis: ſed non quantum ad præiudicium ignorantiæ. Baldus.

Si abſenti renuntiata ſocietas ſit, quo ad is ſcierit[u], q̄d is adquiſiuit qui renuntiauit, in commune redigi: detrimētum autem ſolius eius eſſe, qui renuntiauerit: ſed quod abſens adquiſijt, ad ſolū eum pertinere, detrimentum ab eo factum commune eſſe. In ſocietate autem coëunda[x] nihil attinet de renuntiatione[y] cauere eundem: quia ipſo iure[z] ſocietatis intempeſtiua renuntiatio in æſtimationem venit.

XVIII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI ſeruus ſocietatem coierit, non ſufficiet ſi iubeatur à domino ſeruus abire à ſocietate: ſed ſocio renuntiandum[a] eſt.

Si ſocius meus admittit in ſocietatem alium ſocium, admiſſus mihi ſocius non eſt: & pro facto illius admiſsi mihi tenetur, & ei admittens tenetur etiam pro facto meo. hoc dicit vſque ad §. idem quæritur. in l. de illo. Vel ſic: Si vnus ex ſociis alium in ſocietatem admittit, ſibi ſoli ſocium facit: & de eius facto aliis tenetur: & cum eo ipſe ſolus communicat: & quod ab eo conſequitur, alij communicabit: nec liberatur cedendo contra eum actionem: & communionem cū damno non compenſabit. Baldus.

XIX. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

a *Abeatur.* id eſt recedatur intra certum tempus, vel ſimpliciter: vt prædixit. Vel dic, non fuit tempus adiectum: vt hic, & infra eod. ſed & ſi ſocius. §. fina.

b *Scripſit.* non ſoluit ſtatim: ſed poſt vbi reaſſumit, ſed & ſi &c. Accurſius.

c *Actionem.* ſi vero tēpeſtiue, etiam ſi intra tempus, non tamen agitur: quia vtriuſque intereſt à ſocietate recidi.

d *Ne.* incipit ponere exempla quando renuntiari poteſt.

e *Conditio.* id eſt conuentio.

f *Pati.* aliàs niſi cauſa ſit, renuntiari non poteſt: vt ſ̄. communi diui. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. in fi.

g *IDemque. Diu.* & matrimonio ergo eadem ratione poteſt renuntiari: vt C. de repu. l. ij. Azo.

h *Sed hoc.* ſcilicet ꝙ obijciatur ei quòd alium ſuo loco nō ſubſtituit, ſiue ſocium, ſiue alium.

i *Non aliàs.* ſcilicet impetrabitur, niſi &c. nam ſi ſocio potuit committere, non ideo erat excommunicandus. Accurſius.

k *Idoneus.* ſ. ſubſtituēdus extraneus vel ſocius. & tunc dicas aut, pro &, ſecundū quoſdam. Tu dic idoneus. ſ. futurus: aut ſi nō eſt idone⁹, facilis &c. Vel redde ſingula ſingulis. hoc eſt id quod dicit niſi valde ſit idoneus ſocius. ſ. abfuturus, vel ſubſtituēdus: nō eſt vis: quia tūc debet committere ſocio: vel facilis ſit adminiſtratio ſocietatis, etiā per alium.

l *Facilis.* ſ. ſit adminiſtratio. quod eſt infra.

m *Abfuturo.* datiui caſus: quia tunc extraneo.

n *Qui igitur.* redit ad ea quæ dicta ſunt ſupra. l. proxi. ſi conuenerit. in prin.

o *Nec vendere.* hoc ſtatim corrigitur. Acc.

p *Diuidatur.* ſi aliquid prohibetur: ergo prohibetur & id per q̄d peruenitur ad illud: vt j. de ſponſa. l. oratio.

q *Non impediri.* licet fiat contra pactum: vt j. l. proxi. Azo. & ſ̄. communi diui. l. in hoc iudicium. §. ſi inter. Accur.

r *Exceptionem.* ſic & prodeſt aliàs vēditoris pactum emptori: vt ſupra de pact. ſi tibi. §. pactum. & hic nocet ad hoc vt emptor repellatur: non vt conueniatur ex pacto venditoris: ſicut lex infra proxi. dicit.

s *Diuidat.* id eſt poſtulet diuidi. Accurſius.

SEd & ſocius. CASVS. in princ. huius. l. dictus eſt in caſu præcedenti. SI ABSENTI. Si aliquis renunciauit ſocietati ſocio ſuo abſente, dicitur quòd illud quod acquirit interim, quandiu abſens hoc ſciat, commune erit detrimētum, illius ſolum qui renūtiauit. ſed econtra ſi abſens lucretur, ad eum ſolum pertinet lucrum: commune autem erit detrimentum. Et eſt ſciendum quòd non oportet caueri quòd non intempeſtiue renuntietur. nam etſi non caueatur: tamen intempeſtiua renuntiatio venit in æſtimationem. Viuianus.

t *Communi diuidundo iudicio.* ad quid? nec enim videtur intereſſe actoris, cum emptorem diuidere volentem poſsit exceptione repellere: vt ſ̄. l. proxi. Reſpon. immo poteſt intereſſe ſaltem propter ſumptus litis. Item in damnis quæ ſim paſſus propter factam diuiſionem, ſi forte agente emptore pactum probare non potui: nunc autem contra venditorem poſſum probare: vt ſ̄. de eden. l. argentarius. §. cum autem.

t *Communi diuidundo.* vtili, cum deſinit ſocietati eſſe communis: vt ſupra communi diui. l. j.

u *Scierit.* qui abſens eſt. Azo. Et intellige hunc §. vel ſimpliciter vt dicit: vel diſtingue an doloſe egerit, vel non: vt j. eod. actione. §. diximus. & inſti. eo. titul. §. manet autem. Item not. hic eſſe neceſſe ad notitiam abſentis aliquid peruenire: vt j. de verb. oblig. l. fi. in prin. Sed ar. contra j. de repu. l. ij. in fin. & j. de ma. vin. l. ſi pater. §. ſed ſi ignorante.

x *Coëunda.* ſiue ſimpliciter, ſiue ad certum tempus faciam tecum ſocietatem, non oportet addi vt non poſsimus renunciare.

y *Renuntiatione.* non facienda.

z *Ipſo iure.* ſcilicet ſine pacto. Accur.

SI ſeruus. CASVS planus eſt: quia dicit, ſi contraxi ſocietatem cum ſeruo, & dominus eius iubeat ipſum renuntiare ſocietati: oportet quòd mihi denuntietur. Viuianus.

a *Renuntiandū.* à quo? Reſpō. à ſeruo: ſeruus enim, non dominus debet renuntiare: vtpote cū ſeruus etiam inuito domino poſsit contrahere: vt ſupra de pœn. ſi quis ſeruū. §. fina. Azo.

QVi admittitur. CASVS. Duo erant ſocij. alter admiſit alium ſocium ſine voluntate alterius. dicitur quòd illius qui admiſit, ſocius eſt: alterius non. nam ſocius mei ſocij, non eſt meus ſocius. ſed ſi ipſe aliquid conſecutus fuerit à ſocietate, cōmunicabit cum illo qui illum admiſit: & ille nobis præſtabit factum ſuum: & etiam illi præſtabit factū ſociorum. Vnde certum eſt quòd nihilo minus tenetur, quāuis primo non agatur inter aſſumentem & aſſumptum antequam agatur inter ſocios. Dubitat Pompo. an teneatur ſocius mandati actione propter aſſumptum: & non teneatur in plus quàm facere poteſt: an teneatur in ſolidum. & dicitur quòd in ſolidum: quia culpa ſua admiſſum eſt. Sed quæritur, vtrum commodum quod per aſſumptum obuenit, propter damnum eius culpa datum, in ſocietatem compenſandum ſit? Et reſpō. quòd ſic. Sed corrigit Marcellus, neque compenſabitur. nam ſi alter ex dominis ſeruum ſocietati præpoſuit, idem erit. ſed ſi alienum ſeruum ambo ſocij præpoſuerunt: non tenebitur dominus in ſolidum, ſed de peculio. & hoc dicit vſque ad l. non ob eam. Viuianus.

Nam ſocij.

QVi admittitur ſocius, ei tantum ſocius eſt qui admiſit. & rectè. Cũ enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe nõ poteſt quem ego ſocium eſſe nolui. Quid ergo ſi ſocius meus eum admiſit? Ei ſoli ſocius eſt.

XX. IDEM libro trigenſimo-primo ad Edictum.

NAm † ſocij[a] mei ſocius, meus ſocius non eſt.

XXI. IDEM libro trigenſimo ad Sabinum.

ET quidquid fuerit de ſocietate noſtra conſecutus,[b] cum illo qui eũ adſumpſit communicabit:[c] nos[d] cũ eo[e] non communicabimus[f]: ſed factum eius præſtabitur ſocietati: id eſt aget ſocius, & ſocietati præſtabit quod fuerit conſecutus.

XXII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

EX contrario factum quoque ſociorum[g] debet[h] ei præſtare, ſicuti ſuum: quia ipſe aduerſus eos habet actionem. Item certum eſt nihil vetare prius inter eum qui admiſerit, & eum qui admiſſus fuerit, ſocietatis iudicio agi, quàm agi incipiat inter ceteros, & eum qui admiſerit.

Qui tenetur ratione culpæ, non liberatur cedendo actionem. Et lucrum contingẽs ex induſtria, non compenſatur cum damno contingente ex culpa. Baldus.

XXIII. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

DE illo Pomponius dubitat, vtrum actionem eum[i] mandare ſocijs ſufficit, vt ſi facere ille non poſsit, nihil vltra ſocijs præſtet: an verò indemnes eos præſtare debeat. Et puto omnimodo eum teneri eius nomine, quẽ ipſe ſolus admiſit: quia difficile[k] eſt negare culpa ipſius admiſſum.[l] Idem quærit, an commodum quod propter admiſſum ſocium acceſsit, compenſari cũ damno quod culpa præbuit, debeat. Et ait compenſandum. quod non eſt verum. Nam & Marcellus libro ſexto Digeſtorum ſcribit, ſi ſeruus vnius ex ſocijs ſocietati à domino præpoſitus, negligenter verſatus ſit: dominũ qui præpoſuerit,

a NAm ſocij. vt j. de reg. iur. l. conſilij. & fi. & de verb. ſigni. Modeſtinus. Sed arg. contra. j. de teſta. ad teſtium. §. fi. vbi dicit quòd cera panno impoſita, ipſi chartulæ interpoſitæ inhærere videtur. Accurſius.

b ET quidquid. Conſecutus. ſ. tertius. & ſic rectè legitur litera, & non cõſequitur actione pro ſocio, ſed communi diuidundo. Vel dic conſecutus, ſcilicet ſocius noſter.

c Communicabit. cũ illo. ſ. aſſumpto. Accur.

d Nos. qui eum non admiſimus.

e Cum eo. ſcilicet aſſumpto.

f Non communicabimus. quod ex ſocietate habuimus. Accur.

g EX contrario factum quoque ſociorũ. nõ quaſi plures ſimus, ſed duo eramus ſine admiſſo.

h Debet. ſcilicet ſocius noſter.

i DE illo. Eum. aſſumentem contra aſſumptum.

k Difficile. id eſt impoſsibile de iure. ſic ſupra de petit. heredi. ſed & ſi. §. ſimili. & infra rem ratam habe. ſi fine. §. ſi in ſtipulatione. ſic econtra impoſsibile, pro difficili: vt ſupra de his qui deiece. vel effu. l. ij. Azo.

l Admiſſum. ſcilicet ſocium. vel dic, id eſt delictum quod fecit admiſſus ſocius: iſte qui admiſit feciſſe videatur. ſic infra de vi & vi arma. l. j. §. deieciſſe.

m Nec compenſandum. his videtur contra qđ dicitur, damnum & lucrum non poſſe eſſe in eadem ſocietate: vt infra eo. Mucius. quæ eſt contra. ſed reſpon. quod ibi dicitur de dãno, verum eſt caſu accidente: non culpa ſocij. Azo. Item videtur compenſandum: vt ſupra de nego. geſtis: ſi negotia, quæ eſt contra. Solut. vt dices ſtatim in l. proxi. non ob eam.

n Damnum petis. Nota quem amplecti lucrum, & ad damnum vel onus non teneri: vt hic, & C. de legi. tu. l. j. in fin. & inſtitut. de leg. pa. tut. in fin. & infra de pact. dot. ſi mulier. & ſupra de adopt. l. ſi arrogator. §. fina. & C. de legat. l. ab adminiſtratione. Sed argument. contra infra de c. empt. ſi duorum. in fine. & C. de caduc. tollen. §. pro ſecundo. in fine.

o PLanè. Alterius. non ſocij vel etiam ſocij. Accurſius.

† Cõcor. et bene facit ... in ſimi ... & ibi in ... ſur. 80. ... Bolog.

A

ſocietati prǽſtaturum: nec cõpenſandum[m] commodum quod per ſeruũ ſocietati acceſsit, cum damno: & ita diuum Marcum pronuntiaſſe. nec poſſe dici ſocio, *Abſtine commodo quod per ſeruum acceſsit, ſi damnum petis.*[n]

XXIIII. IDEM libro trigenſimo-primo ad Edictum.

PLanè ſi ambo ſocij ſeruũ alterius[o] præpoſuerint, B non tenebitur dominus eius nomine, niſi duntaxat de peculio. Commune enim periculum eſſe oportet, cum ambo eum præponamus.

Non ſummatur: quia ſummata eſt in glo. Baldus.

XXV. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

NOn ob eam rem minus ad periculum ſocij pertinet, quòd negligentia eius[p] perijſſet, quòd in pleriſque alijs induſtria eius ſocietas [aucta] fuiſſet[q]: & hoc ex appellatione imperator [Antoninus] pronuntiauit.

C

XXVI. VLPIANVS libro trigenſimo-primo ad Edictum.

ET ideo ſi ſocius quædam negligenter in ſocietate egiſſet, in pleriſque autem ſocietatem auxiſſet: non compenſatur compendium cum negligentia: vt Marcellus libro ſexto Digeſtorum ſcripſit.

Aes alienum in ſocietate contractum, debet ſolui de communi. & ſi debitum eſt ſub conditione, vel in diem: debent interponi cautiones de ſoluendo adueniente conditione. h. d. cum l. ſeq. Baldus.

XXVII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

D OMne æs alienum quod manente ſocietate contractum[r] eſt, de communi ſoluendum eſt: licet poſtea quàm ſocietas diſtracta eſt, ſolutum[s] ſit. Igitur & ſi ſub conditione promiſerat, & diſtracta ſocietate cõditio extitit, ex communi ſoluẽdum eſt. Ideoque ſi interim ſocietas dirimatur, cautiones interponendæ[t] ſunt.

XXVIII. IDEM libro ſexageſimo ad Edictum.

SI ſocij ſumus, & vnus ex die pecuniã debeat, & diuidatur ſocietas, non debet hoc deducere ſocius: quem-

NOn ob eam.} CASVS. Lex iſta & ſequens idem ponunt, quòd ex eo quòd ſocij induſtria auxit ſocietatẽ: ob hoc non excuſatur, ſi ſit ſocietas per negligẽtiam eius læſa. & hoc idem l. ſequens dicit. Viuianus.

p Eius. ſ. ſocij. ſiue ergo per admiſſum damnum det præſumptiuè, vt ſ. ſiue per ſeipſum, idem: vt nõ fiat compenſatio.

q Aucta fuiſſet. non ergo lucrũ cum damno compenſatur. Sed contra ſupra de nego. geſt. l. ſi negotia. Solu. ibi loquitur cum in eadem negotiatione, puta in emptis ſeruis damnum in quibuſdã, lucrum in alijs eſt allatum: vnde fit compenſatio. hic quando in diuerſis: puta lucrum in ſale: damnum in vino: & ideo nõ fit compenſatio ſecundum Azo. Alij aliter ſoluunt: vt ibi diximus. Item ex hac & ſuperiori. l. no. arg. quòd ſi do tibi pecuniã alicui perferendam, & perdas, quòd teneor: quaſi mala electio ſit in culpa. nos tamen diſtinguimus an per alium poteram facere, an non. Primo caſu teneor: ſecundo non: niſi in eligendo deliqui: vt argu. ſ. commo. l. eum. in fin. & l. ſequẽ. Accurſius.

Electio mala in culpa eſt.

OMne.} CASVS. Si æs alienũ contrahitur manente ſocietate, de communi ſoluendum eſt etiam diſtracta ſocietate. Nam & ſi ſub conditione fuit obligatio contracta, & ſoluta ſocietate extitit conditio, de communi ſoluendum eſt. & ſi forte ab vno ſociorum ſolutum fuerit, hoc repetitur à communi pro ſocio: & ideo ſi interim dirimatur ſocietas, cautiones interponendæ ſunt de ſoluendo conditione exiſtente. Viuia.

r Contractũ. licet per vnum de ſocijs.

s Solutum ſit. id eſt ſoluendum. ſic ergo hic tempus pro tempore ponitur: vt C. in quib. cau. inf. irro. ſi Poſidonium. & de lege com. l. j. & infra de verborũ obliga. l. ex ea parte. & infra de lega. iij. l. etiã. §. ea quæ. Vel pone propriè. nam poteſt prius eſſe debitum, licet ſolutio retardetur: vt inſtitut. de contrahen. empt. §. pretium. & infra de contrahen. emp. l. ij. §. ſine pretio. Accurſius.

t Interponendæ. Non autem debet ſtatim ſolui illi ſocio qui promiſerat: vt ſupra titu.

tit.j.ſi mandauero tibi.in prin.& j̄.de col.bo.l.ij.§. ſi ſub con ditione.& s̄.communi diu.cum duo ſocij. & j̄.l.proxi.Accur.

S*I ſocij.*} C A S V S. Si plures ſint ſocij, & vnus debeat pecuniã ex cauſa ſocietatis in diem: & ante diem diuidatur ſocietas: ſocius non deducit illud debitũ, ſed cauetur quòd adueniente die ſocius defendatur. Viuianus.

a *Præſens.* ſ.debitum debet deducere.& facit s̄.eo.l proxi.

S*I non fuerint.*} C A S V S. Si coitur ſocietas in pari pecunia, neq; adijciatur de partibus lucri vel damni: dicitur quod æquales erunt. ſed ſi dictum ſit quòd vnus habeat duas partes vel tres, alter vnam: quod intelligendum eſt cum in ſocietate coëunda diſpariter confertur, vt ſubijcit: dicitur quòd valet, ſi alter plus conferat vel induſtriæ, vel operę, vel pecuniæ. Item etiam valet illud pactum, quod alter habeat lucrum non totum, ſed commune, & nihil de damno: quod accidit in caſibus: vt ſubijcit. Ariſto tamen reprobat illam ſocietatem quaſi leoninam, in qua vnus debet habere damnum totum, & nihil de lucro. iniquum enim genus ſocietatis eſt illud, ex quo quis damnum tãtum, non lucrum ſperat. Viuianus.

b *Si non fuerit partes.* hoc caſu æqualiter cõtulerant pecuniam: vt ſtatim colligitur.

c *Adiectæ.* nec alicuius arbitrio cõmiſſæ: vt ſupra eo. ſi ſocietatem. Accurſius.

d *Partes.* lucri & damni: capitale tamen erat æquale.

† Vide Eraſ. Chil. 1. cent. 7. prouer. 89.

e *Societati.* ſi autem non contulit plus, nũquid hoc pactum valet? quidam, vt Azo. quòd non: vt hic, & infra eo. quid enim. §. illud. & eſt ratio: quia ſocietas habet ius fraternitatis. vnde licet aliàs huiuſmodi pacta ſeruentur: vt s̄. depoſi.l.j.§. ſi conuenit. hic tamen non valet: vt j̄.ea.l.§.fin.& j̄.eod.l.verum.j.reſpon. Alij dicunt, vt Io. quòd valet. & ſubaudiunt hic, maxime. nam hoc ipſo quòd ſocius ſit, dicunt alij afferri commodi aliquid: vt argument. j̄. de contrahen.empt.fundi partem. Tertij, vt Al. dicunt quòd valet iure pacti, non ſocietatis. ſed prima verior eſt.

admodum præſens [a] debet: ſed omnes diuidere, & cauere, cum dies venerit, defenſu iri ſocium.

Si inter ſocios non fuerint partes adiectæ cum contracta fuit ſocietas: intelligitur facta ſocietas pro partibus æqualibus. hoc dicit vſque ad. §. Ariſto. Bald.

XXIX. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

SI non fuerint partes [b] ſocietati adiectæ [c]: æquas eas eſſe conſtat. Si verò placuerit vt quis duas partes [d], vel tres habeat, alius vnã: an valeat? placet valere: ſi modò aliquid plus contulerit ſocietati [e] vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuſcunque alterius rei cauſa. Ita coiri ſocietatem poſſe, vt nullius partem damni alter ſentiat, lucrum verò cõmune ſit, Caſsius putat. quod ita [f] demum valebit (vt & Sabinus ſcribit) ſi tanti ſit opera [g], quãti damnum eſt. [h] Plerumq; enim tanta eſt induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat, quàm pecunia: id eſt, ſi ſolus [i] nauiget, ſi ſolus peregrinetur, pericula ſubeat ſolus.

Illa ſocietas quòd vnus habeat lucrum, alius damnum: dicitur eſſe leonina: & non valet. Baldus.

Ariſto refert Caſsium reſpondiſſe, ſocietatẽ talẽ coiri nõ poſſe, vt alter lucrum [k] tantùm, alter damnũ ſentiret: & hanc [l] ſocietatem leoninam† ſolitum appellare. Et nos conſentimus talẽ ſocietatem nullam eſſe, vt alter lucrum ſentiret, alter verò nullum lucrum [m], ſed damnum [n] ſentiret. Iniquiſsimum enim genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non etiam lucrum ſpectet. [o]

f *Quod ita.* maxime ſubaudi, ſecundum Io. Sed Azo cõditionaliter: vt ſupra diximus proxi.reſpon.

g *Opera.* ſ.æſtimanda: vt diximus s̄.proxi.reſpon.

h *Damnum eſt.* id eſt periculum damni ſubeundi.

i *Solus.* i.ſine ſocio. Azo. Sed quid ſi perdatur pecunia talis: an ſit periculum commune? Reſpon. non: niſi hoc actum eſt: ſicut nec ſi alter qui operas præſtat moreretur, eſſet commune. Sed an poſſet vnus alium compellere operari, vel vt tantundem pecuniæ reportet vel reponat? Reſpon. non: quia finita eſt ſocietas interemptione rerum: vt infra eo, verum. §. ſi. Accurſius.

k *Lucrum.* ſcilicet totum: vt infra hoc. §. alioquin valeret: vt inſti.eo.§.de illa.& §.ideo.& s̄.ea.l.in prin. quæ ſunt contra.

l *Et hanc.* ſcilicet Ariſto refert Caſsium ſolitum &c.

m *Lucrum.* ſcilicet totum ſolum &c. Accurſius.

n *Sed damnum.* ſ.totum: vt ſubijcit. idem eſt ſi partem damni ſentiat, & nihil lucri. Azo. Sed cum maiorem partem lucri, & minorem damni ex pacto poſſunt percipere: vt s̄.ea.l. in prin. quis erit finis? videtur enim quòd ſi etiam vnum nummum pro lucro habeat, & totum damnum: quòd valeat. Sed reſpon. arbitrio iudicis hoc dirimendum: vt arg. s̄.e. ſi ſocietatem. vel verius hoc valet vſq; ad tres partes, non vltra. nam ſic figit hæc lex ſuos pedes: vt in princi. ſui dicit.

o *Spectet.* qui lucrum expectat, expectet & damnum: & ecõtra: vt in eo.tit. ſi igitur. in fi. & de reg.iur. ſecũdum naturam.

Lucrum dicitur deducto damno, & damnum dicitur deducto lucro. h.d. Vel ſic: Duo contraria ſimul locum habere non poſſunt. ad hoc allegatur. Baldus.

XXX. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

MVcius libro quartodecimo ſcribit non poſſe ſocietatem coiri, vt aliam dãni, aliam lucri partem ſocius ferat. [p] Seruius in notatis [q] Mucij ait nec poſſe ſocietatẽ ita contrahi. [r] neq; enim lucrum intelligitur, niſi omni damno deducto, neq; damnum niſi omni lucro deducto. Sed poteſt coiri ſocietas ita, vt eius lucri quod reliquum in ſocietate ſit, omni damno deducto pars alia feratur: & eius damni quod ſimiliter relinquatur, pars alia capiatur.

Ad hoc vt habeat locum actio pro ſocio, non ſufficit rem eſſe communem, niſi ſit ex conuentione intercedente animo cõtrahendæ ſocietatis. aliàs ſi res ſunt communes alia de cauſa, habent locum alia remedia. h.d. vſque ad. l. nemo. Baldus.

XXXI. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

VT ſit pro ſocio actio, ſocietatem [s] intercedere oportet. Nec enim ſufficit rem eſſe communem niſi ſocietas intercedat. Communiter autem res [t] agi poteſt etiam citra ſocietatẽ [u], vtputa cum non affectione ſocietatis incidimus in communionem: vt euenit in re duobus [x] legata: item ſi à duobus ſimul empta res ſit: aut ſi hereditas † vel donatio communiter nobis obueniat: aut ſi à duobus ſeparatim emimus partes eorum, non ſocij futuri.

XXXII. IDEM libro ſecundo ad Edictum.

M*Vcius.*} C A S V S. Contraxi tecum ſocietatem hoc pacto, vt duæ partes lucri ſpectarẽt ad me, & tertia pars damni. dicit Mucius tale pactum non valere. Seruius dicit quòd nec de facto ſic contrahitur ſocietas, vt lucrum intelligatur niſi deducto dãno. Viuianus.

p *Ferat.* in reſpõſione bene dixit: ſed in ratione, quę tamen nõ eſt hic, male. dixit enim quaſi hoc ſit iniquum propter naturã ſocietatis: vt ſupra. l. proxi. in fi. & inſtitu. eodẽ. §. de illa. & ideo in hoc redarguitur. Accurſius.

q *In notatis.* id eſt libro vbi reprehendit Mucium. Azo. Poteſt etiam eſſe lucrum & damnum ſecũdum vnum ſenſum: & nõ poteſt ſecundum alium. item hic de dãno caſu accidenti. ſecus ſi culpa: quia tunc nõ communicatur, immò præſtatur, vt s̄. eod. l. non ob eam. Accurſius.

† Eſt tamẽ hereditas ſocietati ſimilima, vt pulchrè declarat Cic. in orat. pro Roſ. Comœd.

r *Contrahi.* etiam de facto. Mucius ergo, quaſi contra naturam ſocietatis eſſet, reprobauit pactum: ſed Seruius ideo, quaſi nunquam poſsit accidere lucrum & damnum in eadem ſocietate, ſecundum Ioan. ſed certe quicquid dicatur in lege iſta, tamen lucrum & damnum eſt in eadem ſocietate. aliàs enim qualiter vnum de altero deduceretur? loquitur ergo inſpecto exitu. ſimile in peculio, in hereditate, in fructibus, qui non intelliguntur eſſe niſi deductis impenſis: vt probauimus. ſupra de pecu. l. iiij. §. ſi ære. & l. ſed & ſi. §. peculium. & C. de bo. quæ libe. l. fin. §. ſin autem æs alienum. ſecundum Azo. Item huic. l. eſt contra. ſupra eo. de in illo. in fi. Solu. vt ibi. Accurſius.

s VT *ſit. Societatem.* ſcilicet conuentionalem.

t *Res.* id eſt contractus, vel quaſi contractus celebrari: nõ tamen eo animo vt velint eſſe ſocij. alioquin eſſet ſocietas: vt s̄.communi diui.l.ij.

u *Societatem.* ſcilicet conuentionalem. eſt tamen incidens ſocietas: vt no. ſupra eo.l.iiij.& Communi diui.l.penul.

x *Duobus.* ementibus. Accurſius.

NAm cum tractatu habito ſocietas coita eſt, pro ſocio actio eſt: cum ſine tractatu[a], in re ipſa[b] & negotio * communiter geſtum[c] videtur[d]:

XXXIII. IDEM libro trigenſimoprimo ad Edictum.

VT in conductionibus[e] publicorum[f]: item in emptionibus. Nã qui nolunt inter ſe contendere, ſolẽt per nuntiũ rem emere in cõmune, quod à ſocietate lõgè remotũ eſt. B Et ideo[g] ſocietate ſine tutoris auctoritate coita, pupillus non tenetur: attamẽ communiter geſto[h] tenetur.

XXXIIII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

QVibus caſibus[i] ſiquid fortè vnus in eam rem impenderit, ſiue fructus mercedeſve vnus perceperit, vel deteriorem fecerit rẽ: non ſocietatis iudicio locus eſt: ſed inter coheredes quidẽ familiæ erciſcundæ iudicio agitur[k]: inter ceteros communi diuidũdo[l]. Inter eos quoq;, C quibus hereditario iure communis res eſt, poſſe & cõmuni diuidundo agi[m].

Societas non tranſit ad heredem ex conuentione ſocij: ſed actio pro ſocio bene tranſit tam pro culpa ipſius defuncti, quàm pro dolo heredis. ex conuentione tamen heredis poteſt reuocari ſocietas. hoc dicit cum duabus ſequen.

XXXV. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

NEmo poteſt ſocietatem[n] heredi ſuo ſic parere, vt ipſe heres[o] ſocius ſit. in heredem autem ſocij proponitur actio, vt bonam fidem præſtet.[p]

XXXVI. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum. D

ET acti etiam culpam, quam[q] is[r] præſtaret, in cuius locum ſucceſsit, licet ſocius (non) ſit.

XXXVII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

PLanè ſi hi qui ſocijs heredes extiterint, animũ inierint[s] ſocietatis in ea hereditate, nouo conſenſu: quod poſtea geſſerint, efficitur vt in pro ſocio actionem deducatur.

Cautela futurorum ſpectat ad iudicem tam in generalibus iudicijs quàm ſpecialibus, vbicunque æquitas ſuadet. Baldus.

XXXVIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

PRo ſocio arbiter[t] proſpicere debet cautionibus[u] in futuro dãno, vel lucro pẽdente ex ea ſocietate. qđ Sabinus in omnibus bonæ fidei iudicijs exiſtimauit,[x] ſiue generalia ſunt, veluti ꝓ ſocio[y] negotiorũ geſtorũ, tutelæ: ſiue ſpecialia, veluti mãdati[z], cõmodati, depoſiti. Si tecum ſocietas mihi ſit, & res ex ſocietate cõmunes: quã impenſam in eas fecero, quóſve fructus ex his rebus ceperis: vel pro ſocio, vel communi diuidundo me cõſecuturum,[a] & altera actione alteram tolli[b] Proculus ait.

XXXIX. POMPONIVS libro decimotertio ad Sabinum.

SI fundus mihi tecũ cõmunis ſit, & in eũ mortuũ intuleris,[c] agã tecũ pro ſocio[d].

Societas ad heredem non tranſit: tamen inchoata per defunctum debent per heredẽ explicari. h.d. Baldus.

XL. IDEM libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

HEres ſocij quamuis ſocius non eſt, tamen ea quæ per defunctum inchoata ſunt, per heredem[e] explicari debent: in quibus dolus eius admitti poteſt[f].

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationem, niſi ex cauſa non onéroſa factam: ſed exactione facta per vnam, tollitur altera, quatenus concurrunt. Bartolus.

XLI. VLPIANVS libro vicenſimo ad Edictum.

a NAm cum. Sine tractatu. contrahendæ ſocietatis incidimus in communionem. A
b *Ipſa.* id eſt, ſine conſenſu.
c *Geſtum.* & ſic locum habet actio nego. geſto.
d *Videtur.* ſ. ſine ſocietate: & probat per exempla: vt &c.

e VT in conductionibus. non animo ſocietatis contrahendæ factis, alioquin ſunt ſocij: vt ſupra eodem. l. v.
f *Publicorum.* vectigalium.
g *Et ideo.* quia habet fieri cum conſenſu.
h *Geſto.* negotio. geſto. & communi diui. nam & furioſus tenetur: vt infra de act. & obligatio. l. furioſus. & facit ſupra communi diui. l. ij. Accurſius.
i QVibus caſibus. ſcilicet quando res ſunt communes ſine ſocietate. alioquin ſi cum ſocietate, agitur pro ſocio: vt infra eo. l. cum duobus. §. ſi in coëunda. & §. item Mela.
k *Agitur.* ſi adhuc intentatum non eſt, neque tractatum: vt C. famil. erciſcun. l. j. Accurſius.
l *Communi diuidundo.* vt C. communi diui. l. penult. in fi.
m *Agi.* primo tamen famil. erciſ. ſecundum Azo. licet videatur etiam ab initio communi diuid. agi: vt ſupra famil. erciſc. l. inter. in princip. & ſic etiam idẽ Azo dixit in ſumma communi diuid. Accurſius.

NEmo. } CASVS. Non poteſt quis coire ſocietatẽ vt heres ſit ſocius: ſed datur in eum actio, vt bonã fidem præſtet: culpam etiã præſtet prædeceſſoris ſui qui ſocius fuit: ſed heres nouo conſenſu poteſt eſſe ſocius, & incidet factum ſuum in actio. pro ſocio. & hoc dicit vſque ad l. pro ſocio. Viuianus.
n *Nemo poteſt ſocietatem.* ſ. priuatam. ſecus in ſocietate vectigaliũ: vt j. eod. l. adeo. in princip. ADDITIO. Tu dic, hoc eſſe verũ, tribus tamen concurrentibus, ſcilicet quòd ſit ſocietas publicorum vectigalium, vel ſimilium: & ꝙ ſit facta mentio heredis: & quòd heres ſit idoneus: vt l. verum. §. in heredibus. j. e. ſecundum Bald. hic.
o *Vt ipſe heres.* in mandato & depoſito ſecus eſt: quod dic vt no. ſupra de his qui no. infa. furti. §. penult.
p *Præſtet.* ex ſua perſona. nam vetera negotia debet explicare, licet non ſit ſocius: ſed noua inchoare neceſſe non habet: vt hic, & j. l. proxi. & j. eod. l. heres ſocij. Accurſius.
q ET acti. Quam. ſcilicet culpam.
r *Is.* ſcilicet defunctus. Accurſius.
s PLane. Inierint. & ideo cœperint facere ſocietatem de nouo, & fecerunt.

PRo ſocio. } CASVS. Si ſocij velint ſocietatem diſtrahere, & aliquid debeatur ſocietati, cauere debet vn⁹ ſocius alteri, quòd ſi aliquid ad ipſum peruenerit, ꝙ id communicet, vel ſi ſoluerit, quod alius teneatur ſibi de eo refundẽdo pro parte: hoc eſt verũ in omnibus bonę fidei iudicijs. { SI TECVM. } Quod ex cauſa ſocietatis alter ſociorũ conſecutus fuerit: iudicio ſocietatis & cõmuni diuidundo conſequitur alter. Vi.
t *Pro ſocio arbiter.* i. iudex in actione pro ſocio cognoſcens. Acc.
u *Cautionibus* ſ. interuenientibus pro futuro damno vel lucro: vt ſubijcit. Sed videtur quòd tractus futuri temporis ad iudicem non pertineat: vt j. de vſur. l. j. quæ eſt cõtra. Sol. hoc cum id futurum pendet ex præſenti vel pręterito: vel hic ex contractu pręterito, ibi autem ex futuro pendet. Vel dic quòd hæc cautio venit gratia aliarum rerum quæ in ſocietate veniunt. per ſe enim non veniret: ſicut & quod ex furto quæſitum eſt, non venit per ſe in ſocietate, venit tamen ſi fuerit collatum cum alijs: vt j. eo. quod autem. ſic & nomina non per ſe, ſed gratia corporum veniunt in famil. erciſc. iudicium: vt ſ. fa. erciſ. l. ij. in fi. ſed vt dixi, ſic ratione pręſentis vel præteriti aliàs etiam cauetur in futuro: vt hic, & ſ. ſi ſer. vindi. l. egi. & infra de aqua plu. arcen. l. Atteius. §. fin.
x *Exiſtimauit.* vt ſ. de iudi. l. in omnibus. & ſupra de nego. geſto. l. iij. in fine. ſ. titul. j. ſi mandato meo. §. item ſi cum.
y *Pro ſocio.* idem in actione communi diui. dicitur: vt ſ. communi diui. l. cum ſocij. de his tamẽ generalibus & ſingularib⁹, & qualiter fiãt libelli in eis, dixi plene. ſ. de eden. l. j. § j. & dicas quòd erant ſocij omnium bonorum.
z *Veluti mandati.* cum ſpeciale vnius rei tantum fuit mandatum.
a *Conſecuturum.* vt infra eo. cum duobus. §. item ſi in cõmunem.
b *Tolli.* in id quod exactum eſt: vt infra eo. ſi actum. Accurſius.
c SI fundus. Intuleris. quandoq; aliquis habet ius inferendi, nõ tamẽ facit locum religioſum: vt ſi ſocius ſuum mortuum inferat in locum communẽ: vt ſ. de relig. l. ſunt perſonæ. quandoque verò & habet ius inferendi, & facit locũ religioſum: vt ſi ſocius inferatur, cũ non alibi tam commode poſſit inferri: vt ſ. de relig. l. ſi plures. Item dicas quòd hic erat communis ex ſocietate. aliàs enim fa. erciſc. vel communi diui. agitur, vt ſ. de reli. l. ij. §. an & ſocius.
d *Pro ſocio.* vt dãnũ ſarciatur: vt ſ. de reli. l. locũ. § j. & l. is qui. poteſt etiã in factũ agi vt corp⁹ tollatur, vel pretiũ partis pręſtetur: vt ſ. cõmuni diui. l. ſi quis putãs. §. ſi quis in cõmunem.
e HEres ſocij. Per heredem. qui ſit legitimæ ætatis: ſic in herede tutoris: vt j. de here. tu. l. j. §. heredis. Azo. & eſt ad l. ſ. de neg. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi viuo Titio.
f *Poteſt.* ideoque punitur. Accurſius.

Si quis.

SI *quis.*} CASVS. Si ſocius à ſocio ſtipulatus fuerit de dolo in ſocietate non cõmittendo, & promittat pœnam ſi dolus cõmittatur: non pro ſocio, ſed ex ſtipulatu agetur ad pœnam, ſi non minus fuerit in pœna quàm in intereſſe. & hæc pœna his qui eam conſecuti ſunt, ſi alter debitor ſit, imputabitur in ſortem. Viuianus.

SI quis à ſocio pœnam ſtipulatus[a] ſit, pro ſocio nõ aget, ſi tantundẽ in pœnam[b] ſit, quantum eius interfuit.

XLII. IDEM libro quadrageſimoquinto ad Sabinum.

QVòd ſi ex ſtipulatu eam conſecutus ſit, poſtea pro ſocio agendo hoc minus[c] accipiet, pœna ei in ſortem imputata.

Actio communi diuidundo, non tollitur per actionem pro ſocio: quia habet ſe vt excedentia & exceſſa. Bartolus.

B

XLIII. IDEM libro viceſimooctauo ad Edictum.

SI actum ſit communi diuidundo, nõ tollitur pro ſocio actio: quoniam pro ſocio & nominum rationem habet,[d] & adiudicationem non admittit[e]. Sed ſi poſtea pro ſocio agatur: hoc minus[f] ex ea actione[g] conſequitur, quàm[h] ex prima actione conſecutus eſt.

a *Stipulatus.* ſi dolũ vel culpam commiſerit alteram.

b *In pœnam.* refert ergo an ſit min⁹, vel pl⁹: vt hic dicit. Sed cõtra. ſ. de arb. l. non diſtinguem⁹. in prin. Sol. ibi ſuccedit pęna loco cõtemptus arbitri. vnde non impeditur ſortis petitio, licet etiã pęna petatur: vt j. e. titu. l. ſi quis rem. hic autem loco rei: & ideo pęna petita non petitur res: vt j. de except. do. apud Celſum. §. Labeo. & ſic intereſt, vt in id quod deeſt, non noceat: vt j. eo. l. proxi. Item opponitur: aut hæc ſtipulatio pœnalis fuit animo nouandi, aut non. Primo caſu nec in eo quod deeſt, poteſt agi. In ſecũdo remanet efficax vtraq;. Sol. dicas tolli pro ſocio, ſi tantũ eſt in pœna, promiſſum. ſ. & exactum: vt j. l. prox. alias non: & ſic eſt nouatio. Vel dic ꝙ ſi dubium eſt an nouandi animo an non ſtipulatus ſit pœnam, inſpiciendum eſt an tantum ſit in pœna, quantum interſit eius. tunc enim præſumitur nouandi animo factum: vnde poſtea pro ſocio non aget. ſi vero minus ſit in pœna, præſumitur non eſſe factum nouandi animo: vnde poteſt agi in id quod deeſt pœna exacta. Vel tertio dicas, ſecundum Azo. quòd indiſtinctè fuit nouatio. ſtipulando enim pœnam certam, in tantum videtur repudiaſſe actionem pro ſocio: vt j. de actio. & obliga. l. obligationum fere. §. fina. habita de facili nouationis coniectura, ſecundum has leges: vt inſtit. qui. mo. tol. obl. §. ſed cum hoc. Accurſius.

c QVod ſi ex ſtipulatu. *Hoc minus.* i. tanto minus. ſed videtur ꝙ lucro deberet pœna cedere creditoris: vt j. de re. iur. l. quod à quoquam & j. de ſolu. id quod pœnæ. & ſ. de pig. act. ſi pignore. in prin. quæ ſunt contrariæ. Solu. refert, an ſit legalis pœna, & ſic loquuntur leges contrarię. an conuentionalis: & tunc quia loco rei ſuccedit, non poteſt vtrunque peti: vt hic, & j. de excep. do apud. §. Labeo. & j. de act. emp. l. prædia. Item lex illa, prædia. videtur eſſe contraria in eo quòd hic ipſo iure dicit tolli primam: vt diximus ſupra per nouationem. ibi verò dicit per exceptionem. ſ. intentionis vel facti: vt ibi diximus.

SI *actum.*} CASVS. In cõmuni diuidundo actione tantũ venient corporalia, non nomina. Itẽ in actione pro ſocio nõ venient adiudicationes, cũ per eam non diuiſio, ſed cõmunicatio fiat. ſed tanto minus cõſequitur per actionẽ pro ſocio, quantum plus conſequutus eſt per act. communi diui. Vi.

d *Rationem habet.* quod non habetur in communi diui. vt ſ. communi diui. l. per hoc.

e *Admittit.* cum non fiat diuiſio per eam, ſed cõmunicatio: vt no. in d. l. communi di. ſed ad perſonales præſtationes conueniunt. & de hoc ſubijcit in prima parte. pro ſoc. & communi diui. habent ſe vt excedentia & exceſſa: in ſecũda conueniũt in perſonalibus præſtationibus.

f *Hoc minus.* No. ꝙ in perſonalibus præſtationibus cõueniũt, vt in dãnis & fructib⁹: ſed in diuiſione vel adiudicatione excedit cõmuni diu. actionẽ pro ſocio: & ecõtra actio pro ſocio excedit in omnibus: vt hac l. colligũtur. primũ colligitur ex fin. ſecundum ibi, & adiudicationem &c. tertium ex prin. &c.

g *Actione.* ſ. actione pro ſocio inter ſocios.

h *Quàm.* i. quantum. Azo. & dic vt not. ſ. communi diui. l. j. & ſ. eo. pro ſocio. §. ſi Accurſius.

SI *margarita.*} CASVS. Dedi margarita, vt ſi vẽderes ea pro decem x mihi redderes: ſi plus, illud tuũ eſſet. Dicit quòd ſi hoc dixi animo contrahẽdæ ſocietatis, eſt inter nos act. pro ſocio. ſi non, actio præſcri. verb. Viuianus.

A i *Si animo.* quod colligitur ex qualitate perſonarum & negotiorum. nam ſi hic venditor margaritarum erat, ſicut & venditor librorum præſumitur non animo ſocietatis, & ſic datur præſcri. ver. vt hic, & j. de præſci. ver. l. ſi tibi rem. ſi autẽ promiſit mihi quòd in Alexandriam foret portaturus, tunc eſt ſocietas: & ſic agitur pro ſocio: vt hic, & j. e. l. cùm duobus. §. itẽ ex facto. Azo.

XLIIII. IDEM libro trigeſimoprimo ad Edictum.

SI margarita tibi vendenda dedero, vt ſi ea decem vẽdidiſſes, redderes mihi decem: ſi pluris, quod excedit, tu haberes: mihi videtur, ſi animo[i] contrahendæ ſocietatis id actum ſit, pro ſocio eſſe actionẽ: ſin minus, præſcriptis verbis.

Actio rei perſecutoria non tollitur per pœnalem: nec econuerſo: ſed vna perſecutoria aliam bene tollit. B.

XLV. IDEM libro trigeſimo ad Sabinum.

REi cõmunis nomine cũ ſocio furti agi poteſt[k], ſi per fallaciam dolóve malo amouit, vel rem communem celandi animo contrectet. Sed & pro ſocio actione obſtrictus eſt: nec altera actio alteram tollet. Idemque in omnibus bonæ fidei iudicijs dicendum eſt.[l]

XLVI. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

REi *communis.*} CASVS. Si ſocius rẽ cõmunem contrectet: & furti, & pro ſocio actio cõpetit: neq; altera alterã tollit. idem in omnibus bo. fi. iu. vt cõpetat furti ex ea contrectatione: vt in act. manda. locati. neg. geſto. tutelæ. ſi tamen pro ſocio actũ fuerit, tollitur cõdictio furti. nec tamen facile præſumitur quòd ſocius faciat cauſa furandi, vel celandi: ſed potius iure ſuo, & ratione ſuę partis quam habet iure ſocietatis. vnde ſi ſeruũ cõmunem vnus ſociorum celauerit: non tenetur lege Flauia propter prædictã præſumptionẽ: verum tamen ſi probetur eũ ſuppreſsiſſe, tenebitur. & hoc dicit l. illa, merito. quia coniungitur cum. l. ſed ſi ex cauſa. & continue debet legi cum duabus ſeq. vſque ad. §. ſi damnum. & ille. §. continuatur cum tribus. ll. ſeq. quæ planæ ſunt. Viuianus.

C k *Agi poteſt.* vt infra de fur. ſi ſocius.

l *Dicendum eſt.* vt furti competat & ex eo contractu. & ſic etiam in cõmodato ſecundum hoc, vt ſi rei cõmodatæ tibi feceris furtũ, vtraq; tenearis: nec vna per alterã tollitur: vt hic, & j. de act. & obl. l. qui ſeruum. Sed cõtra. j. de furtis. cui. vbi dicit tolli cõmodati ipſo iure, ſi furti eſt actum. Itẽ ſi cõmodati, dicitur ibi quòd furti actio tollitur per exceptionẽ. Sol. hic non tollitur, ſcilicet ipſo iure: ſed per exceptionẽ: vt ibi. vel ibi actor ſciuit rem eſſe ſubreptã. Vel ſpeciale eſt ibi in actione cõmodati: & ideo quia accipens cõmodatum grauius obligatur quã aliquis alius, quia de leuiſsima culpa: & ideo in hoc releuetur. ſed hoc nõ valet, quia & procurator æquè obligatur: cum etiã de leuiſsima culpa teneatur: vt C. manda. l. à procuratore. licet quidã dicant contra. & tamẽ in procuratore vna per alterã non tollitur: vt j. l. prox. Vel diſtingue, an agitur propter rẽ tantum actione cõmodati: an propter intereſſe. nã ſi propter rẽ, poſtea furti agetur. alias non, ſecundum Ir. Vel dic ſecundũ V. an feci mentionem furti, vel ago commodati pro illa re in qua furtũ feciſti, & tunc non agã poſtea furti an non: & tunc poſſum. Vel dic. ſpeciale in commodato, alia ratione, quia ſi dolo etiã commodatarij res abſit: tamen D poſtea præſtita æſtimatione litis, cogitur commodatario cedere actionẽ: vt j. de re iudi. l. in depoſiti. ſic ergo poſtea furti non aget. ſed & hoc nõ placet quia non tãtum cõmodatario, ſed etiam depoſitario, qui de ſolo dolo tenetur, ceditur actio: vt ibi dicitur. multo magis ergo ceditur mandatario, qui de omni culpa tenetur. nã & prædicta. l. in depoſiti generaliter eſt intellecta in omnibus bo. fid. iudicijs. Sol. ergo, & dicas ꝙ in d. l. de fur. fuit actum actione furti, id eſt cõdictione furtiua: & ſic tollitur commodati: vt j. l. proxi. ſed ſi ex cauſa. j. reſpon. & hic bona ſolutio. Hodie vero etiã furti & cõmodati tolluntur ſola electione, licet alij dentur poſtea: vt C. de fur. l. fi. §. j. Item ei quod dicit, vnã per alterã non tolli, prout ad mãdatum refertur: vt hac. l. & j. l. proxi. eſt contra. C. de fur. l. j. vbi dicitur, vel mãdati vel furti eligi. nã electione tollũtur. Solu. ibi loquitur cum alius, non actor mandauerat: & ideo datur electio agenti vel vt mandatum ratum habeat & ex eo agat. vel furti, dicens alios ſine ſua voluntate cõtrectaſſe: vtrũque autem non poteſt facere, quia contraria ſunt. nam ſi agit mandati, ratam habet contrectationem. ſi furti, non agit mandati, & non habet ratum. hoc enim in actione furti intenditur, nec debuiſti contra meam voluntatem pecuniam contrectare. & cum agit poſtea mandati, videtur approbare contrectationem: ſicque vt ſibi contrarius repellitur: vt infra

Actio vna an per aliã tollatur.

Idem eſt & in colono[a], & in eo qui negotia gerit, & qui mãdatum noſtrum exequitur, & in tutore.

XLVII. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

Sed ſi ex cauſa furtiua condixero, ceſſabit pro ſocio actio: niſi ſi pluris mea interſit.

Si damnum in re cõmuni ſocius dedit, Aquilia[b] teneri eum & Celſus & Iulianus & Pomponius ſcribunt.

XLVIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

Sed nihilominus & pro ſocio tenetur.

XLIX. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

Si hoc facto ſocietatem læſit, ſi verbi gratia negotiatorem ſeruum vulnerauerit, vel occidit.

L. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

Sed actione pro ſocio cõſequitur, vt altera actione cõtentus eſſe debeat: quia vtraque actio[c] ad rei perſecutionem reſpicit: non, vt furti, ad pœnam duntaxat.

In dubio quis vti præſumitur iure ſuo. B.

LI. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

Merito autem adiectũ[d] eſt, ita demum furti actionem eſſe, ſi per fallaciam & dolo malo amouit: quia cum ſine dolo malo fecit, furti non tenetur. Et ſanè plerumque credendum eſt eum qui partis dominus eſt, iure potius ſuo re vti, quàm furti conſilium inire[e]. & ideo[f] videbimus an Fauia teneatur. Et ratio quidem facit ne teneatur: verum ſi plagium fecit, vel ſuppreſsit, Fauia teneri.

Contra mandatum vni factum veniens, conueniri non poteſt: ſecus ſi contra contractum ſocietatis venerit. h.d. Nam in primo poteſt pœnitere, in vltimo non. Bar.

LII. IDEM libro trigenſimo primo ad Edictum.

Cum duobus vicinus fundus cõiunctus venalis eſſet: alter ex his petijt ab altero vt eum fundũ emeret, ita vt ea pars quæ ſuo fundo iuncta eſſet, ſibi cederetur. mox ipſe[g] eum fundũ ignorante vicino emit. quæritur an aliquã actionem cũ eo vicinus habeat. Iulianus ſcripſit implicitã eſſe facti quęſtionem. Nam ſi hoc ſolũ actum eſt, vt fundũ Lucij Titij vicinus emeret[h], & mecũ cõmunicaret, aduerſus me, qui emi, nullam actionẽ vicino[i] cõpetere. Si verò id actũ eſt, vt quaſi cõmune negotiũ gereretur, ſocietatis iudicio tenebor[k], vt ibi deducta[l] parte quam mandaueram[m], reliquas partes præſtem.

In hoc iudicio venit dolus & culpa. Bartolus.

Venit autem in hoc iudicium pro ſocio, bona fides. Vtrum ergo tantũ dolum, an etiam culpam[n] præſtare ſocium oporteat, quæritur. Et Celſus libro ſeptimo Digeſtorum ita ſcripſit, Socios inter ſe dolum & culpam pręſtare oportet.

Si vnus ponit rem, & alius operam in ſocietate, venit etiam dolus & culpa. Bartolus.

Si in coëunda[o] ſocietate (inquit) artem[p] operamve[q] pollicitus eſt alter, veluti cũ pecus in commune paſcendum, aut agrum politori[r]† damus in commune quærendis fructibus: nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt,

vt j. quando ap. ſit l. ij. §. ſed ſi alius. & s. de pet. her. ſi teſtamẽtum. in fi. quia ratione eiuſdẽ contrectationis & mãdati quaſi ſit mandatum, & furti quaſi non ſit mandatum, experitur. hic autem actor geſtionem mandauerat: procurator deinde inuito domino res contrectauerat. ſi agit vtraque, non ideo ſibi cõtradicit: & ideo admittitur: vt hic dicitur: & s. titul. j. ſi mandauero. §. ſi tibi. Item ſi contra s. nau. cau. ſtab. l. idem. §. fi. Sol. vt ibi. Accurſius.

a *Idem eſt & in colono.* qui res domini in prędio cõſiſtentes celat animo furãdi. Acc.

b *Sed ſi ex cauſa. Aquilia.* vt s. ad legem Aquil. ſed & ſi cõmunem. l. ſeq.

c *Sed actione. Vtraque actio.* Sed nonne actio. l. Aquil. pœnalis eſt poſt inficiationẽ, item & ſine inficiatione? Reſpon. licet ſit pœnalis, rei tamen æſtimationem perſequitur: vnde poſtea non intenditur: vt j. de act. & obliga. qui ſeruum. §. fina.

d *Merito autem adiectũ eſt.* ſ. illud quod ſequitur: vt s. e. l. rei communis.

e *Inire.* notabilis eſt hæc præſumptio: vt hic, & s. de ſeru. cor. l. ſi quis ſeruũ cõmunẽ. in ſi. j. reſp. & j. de iniur. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi cõmunem. & j. de reg. iur. ſemper in dubijs. Sed ar. cõtra. j. de leg. ij. vnũ ex familia. §. ſi de Falcidia. & C. quãdo & q. quar. pars. l. ij. in medio legis, vbi dicitur quòd naturale vitiũ eſt negligi quod communiter poſsidetur: ſed tamẽ ſi quid in ea fiat, aliter præſumitur: vt hic dicitur.

f *Et ideo.* q. d. qa quaſi re ſua abuti videtur: ideo videamus ſi ſeruũ communẽ ſuppreſſit, vel alio modo in legem Fauiã incidit: vt C. ad l. Faui. de pla. l. pe. an ſocio teneatur? Et videtur quòd non. nam ratio facit vt nõ teneatur, ſcilicet prima facie propter notabilem præſumptionem. vel ratio. ſ. ne propter ſolum vſum teneatur. ſed ſi vendiderit, tenetur: vt hic ſubijcit, verum ſi plagium &c.

Cum duobus. CASVS. Duobus vicinis erat quidã fundus coniunctus, & erat cuiuſdam tertij. alter vicinus mandauit alteri vt emeret, vt pars coniuncta ſuo prædio daretur: & idem qui mandauit, ſtatim emit. quæritur, an alteri vicino cui mãdauit, teneatur communicare. Dicitur quòd facti eſt quæſtio. nam ex eo quòd ita ſimpliciter mandauerat, nulla eſt act. alteri vicino contra vicinũ. ſed ſi actum fuit inter eos vt emeretur, vt tanquam cõmunem negotium in eo emẽdo gereretur: vt in eo caſu tenetur ſibi cõmunicare excepta parte coniuncta ſuo prædio. venit enim in iſtud iudicium bona fides: & aliter ſocius alteri tenetur præſtare dolum & culpam. {SI IN COEVNDA.} Inter aliquos contrahitur ſocietas. vnus confert pecuniam vel alias res: puta agrum in commune colendum: vel pecora paſcenda: alter operam & induſtriam: verbi gratia, vnus dabat porcum in commune paſcendum, vel vineam colendam: vt fructus participaret. quæritur an talis ſocius culpam pręſtare debeat? Dicitur quòd ſic. ſed & ſi ſocius rei communis nocuit, dicitur quòd culpa venit. {DAMNA.} Si aliquis accepit pecus paſcendum cauſa ſocietatis, æſtimationem ipſe præſta[re] nõ debet, ſi fato intercidat. damna enim fatalia quæ accidunt imprudentibus & ignorantibus, non præſtantur. vnde ſi aggreſſura latronum vel incendio perierũt, dãnum cõmune erit: niſi dolus & culpa imputari poſsit. contrarium eſt ſi furto perdiderit hoc caſu, quia cuſtodiã debebat ſol[us] præſtare. {QVIDAM.} Duo contraxerunt ſocietatem vt ſagariam negotiationem exercerẽt, puta vel ſalis, vel ſaccorũ, vel viliũ pannorum: & cum alter profectus eſſet, incidit in latrones, & amiſit pecuniã communẽ, & aliam quã ſecũ habebat, & ſerui ſui vulnerati fuerũt. dicitur q damnum totius pecuniæ pertinet ad alium ſocium, ſcilicet pro parte: quia non periſſet, niſi ſecum contraxiſſet ſocietatem. Idem eſſet ſi dedit aliquid vt ſeruus curaretur, quia totum cõmune erit. idem eſt ſi naufragio res perierunt cũ in naui non poſuerunt, niſi res cõſuetas ad nauigium. nã ſicut lucrum pertinet ad ſocium ita & damnum. {CVM ERANT.} Duo argentarij contraxerunt ſocietatẽ in argentaria tantum. alter ſociorum aliquid acquiſiuit ex alia negotiatione. vtrum hoc communicetur cum ſocio? Reſpon. quòd non. Viuianus.

g *Mox ipſe.* ſ. qui mandauerat emi.

h *Vicinus emeret.* vt procurator.

i *Vicino.* quia licet poteſtatem emendi vicino conceſſerim, retinui tamen: vt argu. j. de dam. infec. l. j.

k *Tenebor.* niſi is cui mãdatum eſt, dolo vel culpa emere noluerit. tunc enim & ipſe teneretur: & ita compenſatione obiecta forte nihil ei præſtaretur: vt j. ea. l. ſi quis ſocietatem. Azo.

† *Ad hunc locum vide Anto. Aug. li. 4. c. 9.*

l *Deducta.* id eſt retenta.

m *Mandaueram.* ſ. mihi emẽdam. Et not. quòd mutat perſonas ab eo quod in prin. dixerat, cum primo in tertia: tũc in prima.

n *Culpam.* ſ. vt eam diligentiam quam in ſuis præſtabat tempore contractæ ſocietatis, præſtet nũc in ſocietate: niſi & modo maiorem quàm tunc præſtet in ſuis, ſed in depoſito ſemper inſpicitur qualem nunc in ſuis exhibeat: licet in prin. erat diligentior: vt hic, & inſtit. eo. §. fi. & inſt. qui. mo. re contrahi. obli. §. pe. & j. eo. l. ſocius. ſocio.

o *Qui in coëunda.* Vel dic vnam ſocietatem de terra, & bobus, & inter eoſdem. Vel dic duas, vnam de terra, & aliam ſocietatem de beſtijs. Accurſius.

p *Artem.* ſ. colendi terram cum bobus: quos pretio meo emeram: vt in primo exemplo.

q *Operámve.* paſcendi boues meo pretio emptos: vt in ſecundo exemplo. Azo. vt j. loca. ſi quis domum. §. ſi quis vitulos.

r *Pollicitatori.* i. pollicẽti artẽ colẽdi, vt ſtatim dixit. ADDITIO.

Politori

Politori legendum eſt, vt eſt Florentiæ. Erant autē politores, A qui agros excolere atque polire conſueuerant. Nonius enim Marcellus ſic ait: Politiones agrorum, cultus diligētes: vt polita omnia dicimus exculta, & ad nitorē deducta. Enni. Satyra. li. iij. Teſtes ſunt lati campi, quos gerit Africa terra politos & Annali. ix. Raſtros dente fabres carpſit cauſa poliendi agri. Varro: Quid mirū ex depolitionibus exijciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur. ad hæc Pompeius Feſt. lib. iiij. ait: Depoſitum perfectum, quia omnes perfectiones, politiones antiqui vocabant.

† *Id eſt pecunia ſupplet & velat quod in arte vel opera deeſt. Itaq; pecuniā cōferenti de culpa tenetur qui operā confert, cū ille non minus quā hic ſocietatem iuuet, ac eius pecunia loco operæ ſit.*

a *Pretium enim.* ſ. boū, vel etiā fundi. Reſpō. enim tacitæ obiectioni. q. d. non præſtabit hic pollicitator culpam, cum artem vel operā adhibeat, alter neutrum. Sed reſpon. pretium pro bobus datum ab vno, vel etiam fundus, ideo quia alter artem pollicebatur vel operam, ita velat eam, vt vnus operam vel artem magis quàm alter adhibere non intelligatur: ideoque æquum debet videri, ſi pollicitator de culpa teneatur ſecundum Azo: & ſic ſingula ſingulis reddé. Vel dic pretium, ſcilicet artis, & operæ, eſt velamentum ipſius artis, vel operæ, vt quaſi pretium ponere videatur, qui artem vel operam ponit & facies punctum inter dictionem illam, operæ, & illam, artis: qui operetur vim copulæ ſecundum vtrāque lecturam. vel conuertantur ambæ in vnum. i. artificialis operæ.

† *Iſte te. eſt ſing. ad hoc quod culpa facere nō videtur, qui facit vt ſolet fieri. hoc probat iſte tex. ad finē ibi, ſolerent aduehi. Bo.*

Pretium enim [a] operæ† artis eſt velamentum. Quòd ſi rei communi ſocius nocuit, magis admittit culpam quoque venire.

In actione pro ſocio quis non tenetur de caſu fortuito, etiam ſi receperit rem æſtimatam. Item furtum in dubio præſumitur committi culpa eius cui res eſt ſubtracta. h. d. iſte. §. Baldus.

Damna [b] quæ imprudentibus [c] accidunt, hoc eſt damna fatalia, ſocij non cogentur B præſtare. [d] ideoq; ſi pecus æſtimatum datum ſit, [e] & id latrocinio aut incendio perierit, commune damnum eſt, ſi nihil dolo aut culpa acciderit eius qui æſtimatum pecus acceperit. Quòd ſi à furibus ſubreptum ſit, [f] proprium eius detrimentum eſt: quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit. hæc vera ſunt, & pro ſocio erit actio, ſi modò ſocietatis contrahēdæ cauſa paſcenda data ſunt, quamuis æſtimata. Quidam† ſagariam [g] negotiationē coierunt. alter ex his [h] ad merces C comparandas profectus, in latrones incidit, ſuamque pecuniam perdidit: ſerui eius vulnerati ſunt: reſq; proprias perdidit. dicit Iulianus damnum eſſe commune, [i] ideoq; actione pro ſocio damni partem dimidiam agnoſcere debere tam pecuniæ, quàm rerū ceterarum, quas ſecum non tuliſſet [k] ſocius, niſi ad merces communi nomine cōparandas proficiſceretur. Sed & ſi quid in medicos impēſum eſt: pro parte ſocium agnoſcere debere, rectiſsime Iulianus probat. Proinde & ſi naufragio quid perijt, cum non aliàs merces quàm naui ſolerent aduehi, damnum ambo ſentient. Nam ſicuti [l] B lucrum, ita damnum quoque commune eſſe oportet, quod non culpa ſocij contingit.

Societas vnius negotiationis non porrigitur ad aliam negotiationem. Bartolus.

Cum duo erant argentarij ſocij, alter eorum aliquid ſeparatim quæſierat, & lucri ſenſerat. quærebatur an commune eſſe lucrum oporteret. & Imperator Seuerus Flauio Felici in hęc verba reſcripſit: Etiam ſi maximè argentariæ ſocietas inita eſt: quod quiſque tamen ſocius non C ex argentaria cauſa quæſijt, id ad communionem non pertinere, [m] explorati iuris eſt. Papinianus quoque libro tertio reſponſorum ait, Si fratres [n] parentum indiuiſas hereditates ideo retinuerint, vt emolumentum ac damnum in his commune ſentirent: [o] quod

b *Damna.* fatalia: vt ſubijcit. Accurſius.

c *Imprudentibus.* id eſt ignorantibus. Vel dic, id eſt prouidere non potentibus: vt j. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. ſi eo tempore. Vel dic, id eſt valde: vt ſic augmentatiue ponatur: vt j. de liber. & poſth. l. Gallus. §. ille. Accurſius.

d *Præſtare.* nec mater, quo minus legatū percipiat: licet facto pariat monſtroſum: vt j. de verb. ſig. l. quæret aliquis.

e *Datum ſit.* ſic vt pretiū eius reddatur ſi lata vel leuis culpa acciderit: vt tunc non dubitaretur: aliàs etiam fortuitū caſum præſtaret: vt ſ. commo. l. ſi vt certo. §. commodatum. Vel dicas D aliter, vt diximus infra de æſti. ac. l. j. §. fin.

e *Datum ſit.* partiario colono. Accurſius.

f *Subreptum ſit.* ſ. culpa ſocij interueniente. Et no. quòd quidā ſumunt hinc ar. quod furtū nunquam ſine culpa ſaltē leuiſsima fieri poteſt: ſed verius contrariū eſt: vt j. de furtis. l. cū. §. idem ſcribit. Quid enim ſi vxor nocte marito ſurripuit: vel potatio ſibi datur, cui opium ſit immixtū? Et ſic no. quod furtū plerunq; culpa fit: ſed tamen quandoq; contra. Item latrocinium, quod proxi. ſ. inter caſus fortuitos numerauit, plerunque ſine culpa. & dicuntur latrocinantes qui in ſyluis ſtant, vt ſpolient tranſeuntes. fures, de nocte in domibus: vt in auth. vt nul. iudi. §. pe. col. ix. & C. depoſi. l. j. Accurſius.

a *De ſago & ſagaria negotiatione, vide Bu. dæū ſ. titu. depo. l. 1.*

g *Quidam ſagariam.* [a] id eſt ſalis vel ſale: vel ſaccorum, vel vilium veſtium attritarum, ſecundum H.

h *Alter ex his.* quid ſi vterq; captus fuerit, & vnus euaſit adhuc puto idem. Itē quid ſi vnus ab amicis redemptus fuerit? Reſp diſtinguitur, an animo remunerandi, vt tūc agat. aut nō, ſed donandi animo, & tunc non agit: vt arg. ſ. tit. j. idemque. in fi. & l. ſeq. l. ſi vero non remunerandi. in prin. Accur.

i *Commune.* ſic ſupra ad l. Rho. de iac. l. j. & ij. §. æquiſsimum.

A ſed aliter in actione mandati: vt ſ. man. inter cauſas. §. non omnia. ſecundum quoſdam. Aldricus autem dicit idem: vt mandator teneatur de his rebus quas non detuliſſet mandatarius niſi mandatum ſuſcepiſſet: de alijs autem nō agit, ſicut & nec ſocius. Azo. & ibi plene diximus: ſed quantum ad medicos bene eſt ſecus: & eſt ratio: vt ibi not.

k *Non tuliſſet.* optima cōſideratio. ſic & ſ. fa. erciſcun. l. ex parte. in prin. Accurſius.

l *Sicuti.* vt j. lo. ſi merces. §. antepe.

m *Non pertinere.* vt ſupra proxi. reſpon.

Si fratres. } CASVS. Fratres diuiſerūt hereditatem parentum indiuiſam, vt omne damnū & lucrum inde commune eſſet. dicitur quòd ſi aliunde aliquid alter eorū quæſiuiſſet, non erit propterea commune. Itē quæritur aliud: pone quòd conuenit inter Flauium Victorem, & Vellicum Aſianum, quòd de pecunia Victoris fierent monumenta ex induſtria Aſiani: & ex pec. quę ex vēditione redigetur, certa quantitas pertinebit ad Victorem: & alia ad Aſianum propter operam ſuam. dicitur quòd eſt loc' actio. pro ſocio. {IDEM.} Inter frates coitum fuit voluntarium conſortium, vt ſtipendia, &c. communia eſſent. dicitur quòd redigentur in commune iudicio ſocietatis, quanquam hæc frater emancipatus non cogetur conferre manenti in poteſtate fratri ſuo: quia & ſi in poteſtate eſſet, haberet ea tantum præcipua. {IDEM RESPONDIT.} Dicit iuriſcon. quòd nullus poteſt contrahere ſocietatem vt vltra mortem ſuam porrigatur: quia nemo poteſt ſibi tollere libertatem ſupremi iudicij. i. vltimæ voluntatis. Idē reſpon. in tali quæſtione, ſi Lucius refecerit partes inſulæ communis, quanuis ipſe poſſet ex ratione recuperare pecuniam cum certis vſuris intra quatuor menſes: (quod ob hoc dicitur, quia poſt id tempus poteſt habere dominiū illius inſulæ) poteſt tamen etiam agere pro ſocio. finge enim quòd maluit ſuū recuperare, quā dominiū inſulæ. Sed quæret aliquis, quare oratio diui Marci D finiuit vſuras intra quatuor menſes? dicitur quòd hoc fecit quia poſt id tēpus dedit dominiū. & hoc dicit vſq; ad §. ſi quis ſocietatem. {SI QVIS.} Si duo coierunt ſocietatem ad emendum: & res quæ emi debuit, non ſit empta dolo vel culpa alterius: dicitur quòd tenetur pro ſocio: & ſi dies ſit adiecta, neq; emptū fuit intra diem ſine culpa ſui ſocij, nil pręſtabitur ab altero. Item venit in act. pro ſocio, vt ſi in rem communem impenderim, recuperem ſumptus. Item ſcripſit Mela: duo vicini ſemipedes cōtulerunt, forte quilibet mediū pedē, vt concraticium parietē inter ſe facerent ad ſuſtinēda vtriuſq; onera. deinde ædificato pariete alter non patitur in eum immitti. bene agetur pro ſocio. Item ſi emerunt aream ne officeret luminibus: niſi alter præſtet quod conuenit, venit actio pro ſocio. {SI PLVRES.} Sciendum eſt, quòd licet plures ſint ſocietates, conſtat hoc iudicium ſufficere ad omnes ſocietates. {SI QVIS EX SOCIIS.} Si aliquis ex ſocijs profectus fuerit: recuperat ſtabulorum & iumentorum ſumptus & vecturarum, ſiue propter ſuam perſonam, ſiue propter merces conductas. Cetera ſunt plana vſque ad l. ſi id. Viuianus.

n *Si fratres.* aliàs lex, & aliàs. §. qui incipit, Papinianus. Acc.

o *Sentirent.* multo magis ergo ſi hoc non fuit actum.

a *Redigetur.*

a *Redigetur.* ſic ergo ecõtra in dãno vel expẽſis:vnde ſi vnus commiſit maleficium,nõ ſoluit de communi: vt infra eo.§.ſi.
b *Idem ex facto ait.* Papinianus.
c *Cum certa quantitate.* i. quotitate. ſ. tertia lucri vel quarta. quantitas enim alia eſt ad oculum deſignatiua:alia ad intellectum: alioquin non ſocietas ſed fœnus contractum videtur. ſic & ponitur quantitas pro quotitate ſupra mand. ſi remunerãdi.§.Maurus.
d *Pro ſocio.* ſi ſocietatem eſſe voluerit:alias præſcri. ver. vt hic, & ſupra eodem.ſi marga rita. & infra de præſcri.ver.ſi tibi rem. Accurſius.
e *Si inter fratres.* aliàs hic incipit lex,aliàs.§.
f *Initum fuerit.* vt ex quacunq; cauſa quæſitum communicarẽt: ſecus ſi ſimpliciter: vt ſupra eod.l.iij.§.j. & l. coiri.
g *Stipẽdia.* quæ militibus dantur: vt C. de procu.l. qui ſtipendia.
h *Salaria.* quæ vexillarijs vel ſimilibus dantur:quæ in caſtren ſi peculio computantur.
i *Emãcipatus.*iure prætorio ad ſuccedẽdum admiſſus.
k *Haberet.*cũ ſint caſtrẽſia:vt j. de col.bo. l.j.§.nec caſtrẽſe. & §. ſed an.Accurſius.
l *Ideo.* ſcilicet quòd vltra mortem nõ porrigitur. ſi enim porrigeretur, neceſſe eſſet vt mihi oſtenderetur perſona in qua poſt mortem tuam conſentirem:quod ſi faceres, quaſi conſtringerem illam tibi habere heredem:libertatem autem ſupremi iudicij quis ſibi auferre non poteſt: vt hic, & infra de hered inſtitu.l. inſtitutio. ſic C. de pactis.l. pactũ quod dotali. ſecundum Azo. Vel dic,quia ſi vellem ad heredem meum extendere, & nolles mecum in illum heredem conſentire, habe rem neceſſe alium inſtituere.forte vlteriorem proximiori præferendo.

aliunde quæſierint, in commune non redigetur.[a]

Vt obſeruetur pactum ſocietatis, competit actio pro ſocio. Baldus.

Item ex facto[b] conſultum reſpondiſſe ſe ait libro tertio reſponſorum: Inter Flauium Victorem & Vellicum Aſianum placuerat vt locis emptis pecunia Victoris, monumenta fierent opera & peritia Aſiani: quibus diſtractis, pecuniam Victor cum certa quantitate[c] reciperet:ſuperfluũ Aſianus acciperet, qui operam in ſocietatem contulit. Erit pro ſocio[d] actio.

Quando inter fratres contracta eſt voluntaria ſocietas,quilibet alteri debet conferre in illud quod emancipatus fratribus exiſtentibus in poteſtate conferre tenetur. Baldus.

Idẽ Papinianus eodẽ libro ait:ſi inter fratres[e] voluntariũ conſortium initum fuerit:[f] & ſtipendia,[g] cæteraque ſalaria[h] in cõmune religi iudicio ſocietatis: quamuis filius emancipatus[i] hæc nõ cogatur conferre fratri, inquit, in poteſtate manenti:quia & ſi in poteſtate maneret, præcipua ea haberet.[k]

Non valet pactum per quod libera teſtamenti facultas impediatur, etiam per indirectum. Bartolus.

Idem reſpondit, ſocietatem non poſſe vltra mortem porrigi:& ideo[l] nec libertatem de ſupremis iudicijs cõſtringere quis poterit, vel cognatum vlteriorẽ proximioribus præferre.[m]

Habens plures vias,poteſt eligere leuiorem. Bartolus.

Idem reſpõdit, Socius qui ceſſantis ceſſantiũmve portiones inſulæ reſtituerit,[n] quamuis aut ſortem cum certis[o] vſuris intra quatuor menſes poſtquam opus refectum erit, recipere poteſt,[p] exigendoque priuilegio vtetur,[q] aut deinceps propriam rem habebit: poteſt tamen pro ſocio agere ad hoc, vt conſequatur[r] quod ſua intererat. Finge enim malle eũ magis ſuum conſequi, quam dominium inſulæ. Oratio enim diui Marci idcirco quatuor menſibus finit certas vſuras, quia poſt quatuor dominium dedit.[s] Si qui ſocietatem[t] ad emendum coierint, deinde res alterius dolo vel culpa empta non ſit: pro ſocio eſſe actionem conſtat. Planè ſi conditio ſit adiecta,[u] *ſi intra illum diem veniret:*[x] & dies ſine culpa ſocij præterierit, ceſſabit actio pro ſocio. Item ſi in communem[y] riuum reficiendum impenſa facta ſit, pro ſocio[z] eſſe actionem ad recuperandum ſumptũ Caſſius ſcribit. Item Mela ſcripſit, ſi vicini ſemipedes inter ſe contulerunt, vt ibi craticium† parietem inter ſe ædificarent ad onera vtriuſque ſuſtinenda: deinde ædificato pariete, alter in eum immitti non patiatur: pro ſocio agendum. Idemque & ſi aream in commune emerint, ne luminibus ſuis officeretur: & alteri tradita ſit, nec præſtet alteri quod conuenit: pro ſocio actionem eſſe.

Si plures ſint inter eoſdem ſocietates coitæ:ad omnes ſocietates ſufficere hoc vnum iudicium[a] conſtat.

Impenſæ factæ per ſocium occaſione ſocietatis, ſocietati imputantur. B.

Si quis ex ſocijs propter ſocietatẽ profectus ſit veluti ad

m *Præferre.* non facto teſtamento. ſi autem teſtamento facto præferre velit,poteſt:vt s̃.de inoffi.teſt.l.j.quæ eſt cõtra. Vel dic,non poteſt cogi vt præferat prædicto modo.
n *Reſtituerit.* id eſt refecerit,& communi nomine.
o *Certis.* aliàs centeſimis.Accurſius.
p *Recipere poteſt.* in his quatuor menſibus currunt vſuræ,& poſtea eſt dominus:& pro rata anni computantur centeſimæ.
q *Vtetur.* quia in refectionem impẽdit:vt j.qui po.in pig.habe.l.interdum.Accurſius.
r *Conſequatur.* ſ.ſibi debitum:vt s̃. quod cum eo.l.j.& ſic no. quòd qui plures habet vias:ſi leuiorem eligit, mos ei geritur: vt hic,& s̃.de rei vin.l.quòd ſi poſſeſſor. Et not.diligenter ex hoc.§. quòd tantũ contra contumacem habent locum tria auxilia, ſcilicet petitio ſortis cum vſura centeſima vſq; ad quatuor menſes: item dominij tranſlatio, item intereſſe præſtatio,quia dicit s̃. ceſſantis ceſſantiũmve, ſiue vnus ſocius eſt, vel plures:vt C.de ædi.pri. ſi vt proponis. & ita, ſi communi nomine alter ædificat. Quid autem ſi ſuo nomine tantũ? Reſpon.omnia remedia eidem denegantur,& donare præſumitur:vt C.de ædi.pri.l.ſi is contra quem.Item quid ſi communi nomine refeciſti altero abſente? Reſpon.Prima duo remedia ceſſare videntur:quia contumacia non interuenit:tertium autem ad intereſſe neceſſarium eſt impetrandum vel per actionem pro ſocio, vel cõmuni diuid. vt ſupra communi diuid. ſi ædes communes. & s̃. eo.l.pro ſocio.§. ſi tecum.Item quid ſi non eſt ſocius? Reſpon.ſecundum Io. duorum primorum habet electionem,cum ſit ſocietas incidens.
s *Dominium dedit.* nũquid ipſo iure etiam ſine ſententia? Argu. quòd nõ.j.de reg.iur. id quod noſtrũ. litera tamen iſta contrarium innuit: nec mirum: quia lex plerunq; trãſfert dominium: ſicut eſt in vſucap. & in legato & in fideicõmiſ. vt no.j. de fun.do.l.ſi fundum. Item quid de poſſeſsione? Reſpon. penes contumacẽ ſocium permanere. nam ſæpe tranſit in aliquẽ dominium ſine poſſeſsione: vt in dominio rerum legatarum: & hereditariarum: vt infra de acquir.poſſeſ. l.j.§.veteres. & l. cum heredes. Item in rebus commiſsis in fiſcum, & vacantibus: quod ex eo apparet, quia præſcriptio currit in talibus rebus contra fiſcum: vnde probatur fiſcum non poſſidere, ſed alium, id eſt præſcriptorem: vt infra de public. & vecti. l. commiſſa. & de iure fiſc.l.j.§.an bona. & §.diuus.& §.præſcriptio.& l. imperator.& de vſuca.l.ſine poſſeſſione.& C.de præſcri. xxx. an. l. male. & eſt ratio, quia poſſeſsio plurimum facti habet: & ideo ſine facto noſtro non amittitur:facto vero noſtro interueniente facilius amittitur quàm dominiũ: vt ſupra ex quib. cau. ma l.denique. & infra de acqui.poſſeſ.l.poſsideri.§.in amittenda. & l.ſi id quod.§.ſi. & l.peregre.§.quibus.& l.ſi quis vi.§.differentia.& l.naturaliter.§.nihil.
t *Si quis ſocietatem.* ad emendum etiam vnam rem:vt infra eo. actione.§.item ſi ſocietatem.
u *Adiecta* pacto ſocietatis.
x *Veniret.* id eſt,eſſet empta.
y *Item ſi in communem.* ex cauſa ſocietatis pro ſocio vel communi diuidundo.s̃.eo.pro ſocio.§.ſi tecum.Azo.
z *Pro ſocio.* quia gratia ſocietatis & negotiationis fecerãt illud pactum:ſecus ſi non eſſet ſocietas,quia tunc communi diuidundo,non pro ſocio agitur:vt ſupra eo.l.quibus.Item no. hic vnum ſociorum facere altero inuito: vt ſupra communi diuidun.ſi ædes.Sed contra in eo.titu.Sabinus.Solu. Hoc dictum fuerat hic inter eos.
a *Vnum iudicium.* ſed hoc cauſa dirimendarum litium: quod iuſtitiæ eſt conſentaneum:vt ſupra ſi cer.peta.l.quidam.Azo.

Dominium quandoque ſine poſſeſſione transfertur.

† Quis paries craticius dicatur, Vitruuius lib. 1. cap. 8. docet.

plures ſunt tamen actiones: & ſic pro pluribus hereditatibus: vno fami. erciſcun. iudicio agitur: vt C. famil. erciſcun. l. bona. & ſ. famil. erciſcund. l. heredes. §. item ſi plures. & infra de act. empt. & vend. l. non eſt nouum.

a *Meritoriorum*. i. hoſpitiorum. Azo. ſicut & in procuratore, vt ſupra man. idemque. §. idem Labeo.

b *Socium omnium*. ſcilicet expreſſe: vt ſupra e. l. iij. §. j. ſecus ſi ſimpliciter: vt ſupra e. l. coiri.

c *Cauſis*. vt ex furto: vt j. eo. l. prox.

d *Per contrarium*. non refert ſe ad proxi.

e *Conſecuturum*. ſufficit enim qualitercunque dānatur: vt in venditore hereditatis: vt j. de here. vel act. ven. l. ij. §. ſolet.

f *Debere*. vt j. de reg. iure. l. quod quis. & l. quod à quoquam. & j. eod. l. adeo. §. pen. & ſ. communi diuid. l. ſi is cum quo.

g *Id conſequi*. quia videtur magis propter abſentiam, & ſic propter culpam, quàm quod non habeat ius condēnatus: vt infra de euic. l. ſi ideo.

h *Sarciendum*. ſic ergo iniuria facta ſocio, contingit ſocium alterum: quod non eſt inter emptorem & venditorem: vt j. de euic. l. ſi per imprudētiam.

i *QVod*. Redit ad §. ibidem.

k *Oportere*. id eſt nō cogitur.

l *Fœda communio*. vt j. de fideiuſ. ſi à reo. §. fi.

m *Collatum*. ſponte. Accurſius.

n *QVod enim*. enim pro certe.

o *Damnatus*. ſic infra de hered. vel ac. ven. l. ij. §. denique.

p *SI igitur. Oportet*. ſimilis diſtinctio ſcientię & ignorantiæ eſt j. loc. & cōdu. item quæritur. §. ſi fullo. & l. ſi vno. §. quid tamen. & C. de ſer. fugi. l. quicunque.

q *Lucrum*. vt & ſ. eo. ſi non fuerint. §. fina. Accurſius.

r *NEc quicquam*. Societate. vt ſ. eo. l. omne æs. & l. ſeq.

s *Idémque*. videtur referri ad primum reſpō. ſupra. l. cum duobus. §. ſocium. Vel dic ad. §. ibidem. & ad præcedentes proximas. ll. ſed prima verior.

t *Turpibus*. turpes vocat actiones, quæ famoſæ ſunt: vel non famoſæ, dum tamen ex famoſa cauſa deſcendāt: vt ſerui corrupti. nec enim omnis turpis eſt famoſa: vt no. C. de inof. teſt. l. fratres. & C. de dig. l. ij. li. xij.

** vul. in eā rē impenſi.*

Iniuria ſocio facta, ſociū tangit.

† Attamen ob æquabilem prædæ partitionē Bargulū latronem magnas opes habuiſſe refert Cice. lib. 1. Offic.

** Flo. collata ſit.*

merces emendas: eos duntaxat ſumptus ſocietati imputabit, qui in eam pēſi * ſunt. Viatica igitur & meritoriorum[a], & ſtabulorum, iumentorum, carrulorum vecturas, vel ſui, vel ſarcinarum ſuarum gratia, vel mercium, recte imputabit.

Socius omnium bonorum omnia conferre tenetur præterquā ex illicito quæſtu quæſita, damna vero ſuo delicto prouenientia ſocietati non imputat: & inhoneſtarum rerum ſocietas nulla cōtrahitur. & ſi quæſtus illicitus communicatus fuerit ſponte, & communicans fuerit ex delicto damnatus, partem recuperat à ſocio. h. d. vſque ad l. ſi id quod. Baldus.

B

Socium vniuerſa in ſocietatem conferre debere Neratius ait, ſi omnium bonorū ſocius ſit: & ideo ſiue ob iniuriā ſibi factā vel ex lege Aquilia, ſiue ipſi⁹, ſiue filij corpori nocitū ſit: cōferre debere reſpondit. Ibidem ait, ſociū omniū [b] bonorū nō cogi conferre quæ ex prohibitis cauſis [c] adquiſierit. Per contrariū [d] quoque apud veteres tractatur, an ſocius omnium bonorum, ſi quid ob iniuriarū actione damnatus præſtiterit, ex cōmuni cōſequatur, vt præſtet. Et Atilicinus, Sabinus, Caſſius reſpōderūt, ſi iniuria iudicis dānatus ſit: cōſecuturū [e]. ſi ob maleficium ſuū, ipſum tantùm damnum ſentire debere [f]. Cui cōgruit quod Seruium reſpondiſſe Aufidius refert, ſi ſocij bonorum fuerint, deinde vnus cum ad iudicium nō adeſſet, damnatus ſit, non debere eū de communi id cōſequi. [g] ſi vero præſens iniuriam iudicis paſſus ſit, de communi ſarciendum [h].

C

LIII. IDEM libro trigenſimo ad Sabinum.

QVod [i] autem ex furto vel ex alio maleficio quæſitum eſt, in ſocietatem non oportere [k] cōferri, palam eſt: † quia delictorū turpis atque fœda cōmunio [l] eſt. Planè ſi in mediū collatum [m] ſit, * commune erit lucrum,

LIIII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

QVod enim [n] ex maleficio cōtulerit ſocius, non aliter recipere debet, quàm ſi damnatus [o] ſit.

LV. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

SI igitur ex hoc conuētus fuerit, qui maleficiū admiſit: id quod cōtulit, aut ſolum, aut cum pœna auferet.* Solum auferet, *ſi mihi proponas, inſciente ſocio eū in ſocietatis rationem hoc contuliſſe. Quòd ſi ſciēte, etiam pęnam ſocium agnoſcere oportet [p]. Aequum eſt enim, vt cuius participauit lucrū [q], participet & damnum.

LVI. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

NEc quicquā intereſt [r], vtrum manente ſocietate præſtiterit ob furtū, an diſſoluta ea. Ideóq; [s] eſt in omnibus turpibus [t] actionibus, veluti iniuriarum, vi bonorum raptorum, ſerui corrupti, & ſimilibus, & in omnibus pœnis pecuniarijs: quæ ex publicis [u] iudicijs accidunt.

LVII. VLPIANVS libro trigenſimo ad Sabinum.

NEc prætermittendum eſſe Pomponius ait, ita demū hoc eſſe verū [x], ſi honeſtæ † & licitæ rei [y] ſocietas coita ſit. Ceterū ſi maleficij ſocietas coita ſit, cōſtat nullā eſſe ſocietatē. Generaliter enim traditur, rerum inhoneſtarū nullam eſſe ſocietatem.

Si res perit antequam ſocietas ſit contracta, perit ei cuius eſt: ſi poſt contractam ſocietatem, perit communiter. h. d. vel ſic: Si ſocietas ſit re, rerum ipſarum collatione perficitur. ſi ſit per cōtractum, non dicitur perfecta, niſi celebretur contractus. Bartolus.

LVIII. IDEM libro trigenſimoprimo ad Edictum.

D

SI id quod quis in ſocietatē contulit, extinctum ſit: videndum an pro ſocio agere poſsit. Tractatum ita eſt apud Celſum libro ſeptimo Digeſtorū ad epiſtulam Cornelij Felicis: Cum tres equos haberes, & ego vnum, ſocietatem coiuimus, vt accepto [z] equo meo quadrigam venderes, & ex pretio quartam [a] mihi redderes. Si igitur ante venditionem equus meus mortuus ſit: non putare ſe Celſus ait ſocietatē manere, nec ex pretio equorum tuorum [b] partem deberi. nō enim

A

u *Ex publicis*. ex quibus agitur ciuiliter in factum: vt infra de fal. qui nomine. Accurſius.

x *NEc prætermittendum. Verum*. ſcilicet vt deducantur collata ex ſocietate: vt ſupra eo. ſi igitur. Azo.

y *Rei*. non illicitæ: ſicut nec mandatum: vt ſ. man. ſi remunerandi. §. rei turpis, & nec emptio, vt j. de cōtrahen. emptio. l. quod ſæpe. §. ſed venenum. & argu. ſ. famil. erciſcun. ceteræ. §. mala. Accurſius.

SI id quod. CASVS. Si ſocietas contracta fuerat inter duos, tractatū eſt ſi id quod alter contulit intercíderit, an duret ſocietas. verbi gratia, ego habebam tres equos, tu vnum. cōtrahimus ſocietatem equorum, vt quadrigam venderē: & tu haberes quartam partē, & ego tres partes. dicitur quòd ſi moriatur equus tuus ante venditionē, quòd ſoluta eſt ſocietas: quia non contraximus ſocietatē animo habendæ quadrigæ: ſed vendendæ. {IDEM CELSVS.} Si in pecunia contraximus, id eſt ad merces emendas pecuniam contulimus, & pecunia perijt antequam merces emeramus: ſi iam cōmunicata erat pecunia, vtriq; perit: ſed ante communicationem ſi alter ſolummodo deſtinauerit, & pereat forte ea, ſibi ſoli perit. & h. d. {SI FILIVSFAMILIAS.} Quidam contraxit ſocietatem cum filiofa. & ille emācipatus fuit. quæritur an duret eadem ſocietas? Dicitur quòd ſic: ſed duabus actionibus agetur: vna contra filium cum patre: alia contra patrem: & de eo quod geſsit dum fuit in poteſtate, & ante emancipationem, agetur cum vtriſque: de eo quod poſt emancipationem geſsit, agetur cum ſolo filio. & hoc dicit. {SI SERVVS.} Si ſeruus ſocietatem coëat, & dominus eum vendat: finitur ſocietas, & altera incipit. de eo quod geſſit ſeruus ante venditionem, cum domino agetur. de eo quod poſt, cum emptore. & ſecundum eandem diſtinc. ſocius vtrinque tenetur. Viuianus.

z *Accepto*. quem non accepiſti: vel ſi accepiſti, non vt eſſet communis, eſt datus: ſed vt eo vendito pretium cum alijs eſſet commune.

*** Flo. af- ferre.*

† Genera ſocietatum beneficia de- gaudet ſcribit Cic. li. 1. Offic.

a *Quartam*. ſcilicet portionem.

b *Tuorum*. ſcilicet poſtea venditorum. Azo.

Coitam.

habendæ quadrigæ, ſed vendendæ coitam [a] ſocietatem. Ceterùm ſi id actũ dicatur, vt quadriga fieret, eaq; communicaretur, tuq; in ea [b] tres partes haberes, ego quartã: nõ dubiè, adhuc ſocij ſum⁹.

Item Celſus tractat, ſi pecuniã cõtuliſſemus ad mercem emendam, & mea pecunia periiſſet: cui perierit ea. Et ait, ſi poſt collationẽ

B euenit vt pecunia periret (quod non fieret, niſi ſocietas coita eſſet) vtriq; perire: vtputa ſi pecunia cũ peregre portaretur ad mercẽ emendã, periit. Si verò ante collationẽ, poſteaquã eã deſtinaſſes, tunc perierit: nihil eo nomine cõſequeris, inquit: quia non ſocietati periit [c].

Filius emancipatus poteſt pro ſocio conueniri ipſe, & pater de peculio. Bart.

Si filiusfamiliàs ſocietatẽ coierit, deinde emancipatus à patre fuerit: apud Iulianũ quæritur, an eadem ſocietas duret: an verò alia ſit. Si fortè poſt emancipationem in

C ſocietatem duratum eſt: Iulianus ſcripſit libro quartodecimo Digeſtorum eandẽ ſocietatem durare [d]. Initiũ [e] enim [in] his contractibus inſpiciendum. Duabus [f] autẽ actionibus agendũ eſſe: vna aduerſus patrem, altera aduerſus filium. Cum patre, de eo cuius dies ante emancipationem ceſſit: (nam eius temporis quo poſt emancipationem ſocietas durauit, nihil pręſtare patrem oportet [g]) cum filio autem de vtroque [h] tempore, id eſt de tota ſocietate. Nã & ſi quid inquit, ſocius filij poſt e-

D mancipationem filij dolo fecerit: eius, non patri, ſed filio actio danda eſt.

Alienatione extinguitur ſocietas, quæ videtur tacite redintegrata ſi in eodẽ actu manumiſſus perſeuerat. Bartolus.

Si ſeruus meus ſocietatẽ cum Titio coierit, & alienatus in eadem permãſerit: poteſt dici alienatione ſerui & priorẽ ſocietatem finitã [i], & ex integro alterã inchoatam: atque ideo & mihi [k] & emptori [l] actionẽ pro ſocio cõpetere [m]: itẽ tam aduerſus me [n], quàm aduerſus emptorem ex his cauſis quæ ante

B alienationẽ inciderunt, dandam actionem: ex reliquis aduerſus emptorem ſolum.

Non poteſt conueniri vt ſocietas transeat ad heredem, niſi in ſocietate vectigalium. Bartolus.

LIX. POMPONIVS libro duodecimo ad Sabinum.

ADeo morte ſocij ſoluitur ſocietas, vt nec ab initio paciſci poſſimus vt heres etiã ſuccedat ſocietati [o]. hæc ita in priuatis ſocietatibus ait. In ſocietate vectigalium nihilominus manet ſocietas & poſt mortem alicuius: ſed ita demũ, ſi pars defuncti ad perſonã heredis eius adſcripta [p] ſit, vt heredi

C quoq; conferre oporteat. [q] quod ipſum ex cauſa æſtimandum eſt. Quid enim ſi is mortuus ſit, [r] propter cuius operam maxime ſocietas coita ſit? aut ſine quo ſocietas adminiſtrari nõ poſſit? [s] Quod in alea aut adulterio perdiderit ſocius, ex medio nõ eſt laturus. [t] Si quid verò dolo noſtro ſocius damni ceperit, à nobis repetat. [u]* *repetet.

In hac actione poſt moram veram, vel fictam, veniunt vſuræ & intereſſe contra ſocium: ſecus contra heredem ſocij. Bart.

LX. IDEM. libro tertiodecimo ad Sabinum.

D SOcium, qui in eo quod ex ſocietate lucri faceret, reddendo moram adhibuit, cũ ea pecunia ipſe vſus ſit, vſuras [x] quoque eũ præſtare debere Labeo ait [y]. ſed

a *Coitam.* venditio enim quadrigæ non eſt facta, vtpote cũ meus equus perierat: & ſic non remanſit quadriga, ſed triga: vt j. de lega. ij. peculium. §. quadrigæ. & ita dãnum equi mei qui ante contractam ſocietatem periit, ad me tantũ pertinet. in altero vero caſu damnum contingit iam contracta ſocietate: ideoque cõmune eſt: vt s. fa. erciſ. & puto. §. id quod. & l. qui erat. §. ſi autem. Azo. & eadem diſtinctio & iuris diuerſitas ſeruatur infra prox. §. ſecundum Ioan. Et not. arg. hic pro his qui dant vaccas in ſocietatem, vt licet vacca moriatur, nihilominus in vitulo ex ea nato remaneat ſocietas, ſecundum Azo.

b *Et in ea.* Primo in prima perſona, ſecundo in tertia, tertio in ſecunda loquitur de perdente.

c *Periit.* ſic s. prox. §.

d *Durare.* facit ſupra de capi. demi. l. eas. & s. de inſtit. l. in eum. §. j. ſed contra j. proxi. §. Solu. vt ibi.

e *Initium.* vt s. man. ſi procuratorem. in fi. j. reſpon. & s. depoſi. l. j. §. ſi ſeruus depoſuit.

f *Duabus.* quia duæ perſonæ: nõ quia duæ ſocietates, ſed vna.

g *Oportet.* imò videtur teneri, ſicut de primo geſtis: vt s. de neg. geſt. l. Pomponius in negotiis. quæ eſt contra. Sol. duabus igitur actionibus: vna contra patrẽ, & ita ſpectatur initium vſque dum durat. ſ. vſque ad emancipationem: altera cõtra filiũ: & ita in ea dãnatur inquantum facere poteſt, etiam de geſto poſt emãcipationem: & ita ſpectatur initiũ: vt ibi. vel verius aliud eſt in illa actione, quæ eſt ex quaſi contractu: quia ibi tantum ex voluntate mea obligatio contrahitur: vnde obligatur prout poterat tunc obligari inſpecto initio quantum ad cõmodum vel incõmodum. aliud in vero contractu, vt hic dicit. nam eius tẽporis, &c. ergo nõ ſpectatur principiũ, vel ſolue vt ibi plene diximus.

h *De vtroque tempore.* vna actione tantum: in qua inſpicitur initiũ: vt in contraria. Item contra patrem alia, vt etiam in ea inſpicatur initium, ſcilicet vſque dum durat. durat autem vſque ad emancipationem, id eſt pro eo quod gerit vſque tũc. Accurſius

i *Finitam.* ſupra proxi. §. contra. Solut. aliud eſt in filio, qui & ante emancipationem poteſt obligari, & obligatur: ſeruus vero nec ante nec poſt alienationem obligatur, ſed nec dominus quondam poſt alienationem ſerui poteſt eius nomine obligari.

k *Et mihi.* domino ſerui.

l *Emptori.* qui eſt caput ſerui obligati.

m *Competere.* contra ſocium ſerui.

n *Aduerſus me.* dominum primum intra annum: vt ſupra quando act. de pecu. eſt an. l. j. §. j.

A *Deo.* CASVS. Si contracta fuit ſocietas inter duos, finitur morte alterius: adeo quòd etiam per pactum fieri non poſſit vt heredes ſuccedant in ſocietatem. hoc in ſocietatibus priuatis: ſed in ſocietate vectigalium bene valet ſocietas poſt mortem: ita demum ſi pars defuncti peruenerit ad heredem: quia hoc inter coëuntes actum ſit: ita quòd ei oporteret cõferri: ſed finitur etiam ſocietas in his ſocietatibus, ſi mortu⁹ fuit is ſine cuius opera nõ durabat ſocietas: ſicque neque huiuſmodi ſocietas porrigitur ad heredes ſine cognitione. {QVOD IN ALEA.} Eramus duo ſocij. vnus noſtrum luſit ad taxillos, & perdidit centum aureos: vel deprehenſus in adulterio, ſpoliatus eſt. an reſtituetur ei hoc damnum iudicio ſocietatis? dicitur quòd non.

o *Societati.* vt ſupra eo. l. nemo. & j. eo. l. verum. §. in heredem.

p *Adſcripta.* tria videntur exigenda vt ſocietas tranſeat ad heredem. Primum eſt, vt aliqui publica conducant vectigalia. Secũdum, vt ſic conduxerint, quòd heredes ſuccedant in conductione & ſocietate. Tertium eſt, vt perſona ſuccedens idonea ſit. poteſt addi & quartũ: vt ipſi ſocij non tantum cum locatore vectigalium, ſed etiam inter ſe paciſcantur quòd heredes in ſocietate ſuccedant. *Societas vt ad heredẽ tranſeat, tria requiruntur.*

q *Oporteat.* vt ſocio.

r *Sit.* in pacto quo conducant à locatore vectigalis.

s *Non poſſit.* cum heres non ſit talis. Accurſius.

t *Laturus.* vt ſupra eodem. l. cum duobus. §. finali.

v *Repetat.* vt ſupra communi diuid. l. ſi is cum quo.

S*Ocium.* CASVS. Si ſocius lucri faciat pecuniam cõmunem, & moram in ea præſtanda adhibeat: præſtabit vſuras huius pecuniæ, non tamen ſicut vſuras: quia non attenditur debitus modus vſurarum: ſed quantum ſociorum interſit: ſecus ſi vſus non ſit pecunia, aut moram non fecerit, ſed poſt mortem ſocij illud intereſſe non veniet, cum diſſoluta ſit ſocietas. {SOCIVS.} Alter ſocius erat cum ſeruis venalibus. cum ipſi vellent fugere, oppoſuit ſe, vulneratus fuit. dixit Labeo quòd expenſa medicorum non communicabitur expenſis aliis: quia neque communicaretur nec conferretur ſibi aliquid ideo quòd hereditatem vel legatum habere deſiiſſet propter ſocietatem, ſi heres erat inſtitutus. ſed Iulianus corrigit: quia bene cõmunicabitur expenſa ſociorum. hoc dicit cum l. ſequenti. Viuia.

x *Vſuras.* id eſt intereſſe.

y *Labeo ait.* ſic in negotiorũ geſtore: vt s. de neg. geſt. l. qui

ſine. Item in creditore: vt ſ.de pigneratitia actione.l.quãuis. §.fin. Item no.hic, quòd huic lucro quod eſt acceſsio, datur alia acceſsio. Sed contra arg. C.de vſu.rei iud.l.fin.vbi dicit vſurarum non præſtari vſuram. Sed hic non præſtatur hæc acceſsio vt vſura, ſed vt intereſſe, vt ſubiicit. Vel licet appelletur lucrum, non tamen eſt acceſsio, ex quo non vertitur in ſuum vſum: vt ſupra titu.primo. l.idemque. §.denique.

a *Non quaſi vſuras*. id eſt non ſeruato vſurarum modo: cũ forſan hic plus ſit quàm vſurarum modus pateretur: vt ſ. de eo quod cert. loc. l.ij. §.fi. aliàs enim in bon. fid.iudiciis veniũt vſuræ, quæ minores in regione frequentantur: vt j.de vſu.l.j. in princ. & l.& in contraria. Not.etiã hic vſuras vt intereſſe peti: aliàs quandoque petuntur vt ſors: vt j. de adminiſtratione tutorum. l. tutor qui repertorium.§.ſi quas vſuras.& hac ratione iure canonico peſsime quidam eas defendũt. ſed videtur etiã quòd vſuræ poſsint peti: vt infra de vſu.l.j.§.j.quæ eſt contra. Solut. hic pro lucro: ibi pro ſorte vſura petitur. Vel dic quòd hic ſi magis vellet actor vſuram legitimam, quòd poteſt petere: vt dicto §. ſi quas vſuras. & ſupra titu.j.l.idemque.§. denique.

b *Nullam talem*. bene dicit talem, ſcilicet vt lucri poſt mortẽ quæſiti & nõ redditi æſtimetur intereſſe ſocij: vt ſ.proxime dixit. facti tamen ſui rationẽ reddere debet: & lucrum poſt mortẽ quęſitum reddere debet heres: vt ſupra eod. l. & acti. & infra eod. l. actione. §. ſi incertam rem. quæ ſunt contra.

non quaſi vſuras[a], ſed quòd ſocij interſit moram eũ non adhibuiſſe. Sed ſi aut vſus ea pecunia non ſit, aut morã non fecerit: contrà eſſe. Itẽ poſt mortẽ ſocij nullã talẽ[b] æſtimationem ex facto heredis faciẽdam: quia morte ſocij dirimatur ſocietas.[c]

Damna & lucra contemplatione ſocietatis obuenientia ſunt cõmunicanda: ſecus ſi contemplatione perſonæ obueniunt: licet huius ſocietatis fuerit occaſio. Bart.

Socius cum reſiſteret cõmunibus ſeruis venalibus ad fugam erumpentibus, vulneratus eſt, impenſam quam in curãdo ſe fecerit, non cõſecuturum pro ſocio actione Labeo ait[d]: quia id nõ in ſocietatem, quãuis propter ſocietatẽ[e] impenſum ſit, ſicuti ſi propter ſocietatẽ eũ[f] heredem quis inſtituere deſiſſet, aut legatũ prætermiſiſſet[g], aut patrimonium ſuũ negligẽtius adminiſtraſſet. Nam nec compendiũ quod propter ſocietatem ei contigiſset, veniret in mediũ: veluti ſi propter ſocietatẽ heres fuiſſet inſtitutus, aut quid ei donatum eſſet.[h]

LXI. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

SEcundum Iulianum tamẽ & quòd medicis pro ſe datũ eſt, recipere poteſt. quod verum eſt.[i]

Si pretium rei communis cum ſocio putatiuo diuiſerim: à vero ſocio ille putatiuus cõuenitur, non ego: cum partem pretij receperim. Bartolus.

c *Societas*. vt ad hæredem non tranſeat: vt ſ.eo.l.ſocietatem. §.fin.& ſ.de his qui not.infa.l.furti.§.j.Accur.

d *Labeo ait*. ſed male: vt infra l.proxi.

e *Propter ſocietatem*. ſic & ſ.de pecu. eo tempore.in fine.& ſ. de eden.l.antepen.§.finali.Accurſius.

f *Eum*. ſcilicet ſocium.

g *Prætermiſiſſet*. ſocius.

h *Donatum eſſet*.nõ tamẽ ſic vt cõmune in ſocietate eſſe vellet qui inſtituit ſiue donauit: ſed quia timebat ei futurã dãnoſam ſocietatem, vel alia huiuſmodi cauſa.& facit j.ſo.ma. l.ſi vero.§.item quidquid.& j.ad Trebel.l.debitor.in fin.

i *SEcundum. Quod verum eſt*. quia propter cõmune negotium procurandum hoc cõtigit: & hoc niſi in culpa fuerit. ſed quid in aliis exẽplis ſ.poſitis? Reſp. vbi contẽplatione ſocietatis cõpendium cõtingit: ſi quidẽ omniũ bonorũ ſit ſocius, ſine dubio cõmunicatur: vt fieret etiã ſi cõtemplatio ſocietatis habita nõ fuiſſet: vt ſ.e.l. iij.§.j. & in l. coiri. ſed & ſi ſit vnius rei tantũ ſocius, dico tamẽ cõmunionẽ faciendã: quia ex rebus ſocietatis quæſitum videtur: vt arg. j.de acqui.her. l.aditio.§.ſi.ſed & hoc in ſuperiori.l.nõ teneret: quia non vt ſocietati acquireretur, fuit ibi inſtitutus: vt ibi dixi. vbi autẽ in odiũ ſocietatis quis eũ heredẽ non inſtituit: tũc dico non eſſe æſtimãdũ lucrũ nõ quæſitũ: vt ſ.dixi.& ſic nil de ſupradictis corrigitur, niſi quod hic ſpecialiter dicitur: quare ergo ſtare prohibetur: vt C.de teſt. ſancimus. Sed opponitur, cur autẽ aliter in cõpẽdio propter ſocietatẽ quæſito dicit? Reſp.

A ideo quia lex ſuperior, & illa additio, & aliæ inductæ aperte hoc volũt: & eſt ratio, quia lucro ſtudere neceſſe eſt, nõ dãno. ſic ergo nõ æſtimatur lucrũ non quæſitũ: licet ęſtimetur damnum quod ſenſit ex vulnere, cũ reſiſteret ſeruis: vt argu. ſ.ad l.Rho.de iac.l.ij.§.porro autẽ.& eſt ratio: quia hic ſe interpoſuit vt ſocius, & aliquid fecit ad cõmodum ſocietatis: ibi nihil horum factum eſt, ſecundum Azonem.

LXII. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI Titius, cum quo mihi ſocietas erat, deceſſerit, egoq; cum putarẽ Titij hereditatem ad Seiũ pertinere, cõmuniter cũ eo res vendiderim, & partẽ pecuniæ ex vẽditione redactæ ego, partẽ Seius abſtulerit: te, qui re vera Titio heres es, partẽ ad me redactæ pecuniæ ſocietatis iudicio nõ conſecuturum[k], B Neratio & Ariſtoni placebat: quia meæ[l] dũtaxat partis pretia percepiſſem. Neq; intereſſe, vtrũ per ſe[m] partes meas vẽdidiſſem, an communiter cũ eo qui reliquas partes ad ſe pertinere diceret. alioquin[n] euenturũ, vt etiam ſi duo ſocij rẽ venderint, vnuſquiſq; [eius] qđ ad ſe peruenerit, partẽ alteri ſocietatis iudicio pręſtare debeat. Sed nec te ex parte quã hereditatis petitione forte à Seio cõſecuturus ſis, quicquã mihi præſtare debere: quia quod ad Seium C peruenerit, tuarum partium pretium ſit: nec ad me habentem meum, quicquam ex eo redire debeat.[o]

Socius non condemnatur niſi quatenus facere poteſt, vel dolo deſiit poſſe facere: quod beneficium ad fideiuſſorem vel heredem non tranſit. Bartolus.

LXIII. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

VErũ eſt qđ Sabino videtur, etiã ſi nõ vniuer

SI *Titius*. CASVS. Deceſsit Titius ſocius meus. ego dũ credidi Seium heredem ſuum, diuiſi cum Seio ſocietatem. Vel vendidi cum eo communiter res ſocietatis: & ipſe accepit pecuniam vnius partis: & ego alterius. venis tu qui es verus heres Titij, & vis à me petere partẽ pretij. dicitur quòd nõ potes: quia recepi pecuniã partis meæ: neque teneris mihi reſtituere quod conſecutus fueris ab illo Seio prò pretio tuæ partis, vtpote cum ego pretium meæ partis habeam. Viuianus.

k *Non conſecuturum*. imò videtur quòd ſic: vt infra eo.l.verum.§. ſi cũ tres. quæ eſt contra. Solut. ſpeciale eſt hic in pecunia, vt ſuæ partis tãtum videatur habere pecuniam: ſecus vero in ceteris corporibus: vt ſupra ſi cer.pet.l.nam. & §.fin. & infra de leg. ij. cum pater.j.reſpon.& ſic etiam ſoluitur ſupra de rei vindi.l. Pomponi⁹. §. ſi quis ex æquis. nã in ſpeciebus ibi dicit: quia in fundo. Item in illo §. ſi cum tres. in ſubſidium agitur contra ſocium: quia non eſt debitor ſoluendo, ſcilicet Titius ſocius. hic autẽ hoc non proponitur. Et ad hoc eſt arg. contra ſupra famierciſcun.item Labeo.in princ.

l *Quia meæ*. non enim aliud quàm meam partem vendidi, neque vendere propoſui. Accur.

m *Per ſe*. id eſt ſeparatim.

n *Alioquin*. vt quod ſeruatur in putatiuis, ſeruetur in veris.

o *Debeat*. quod eſt falſum: vt ſupra ſi cert. pet.l. nam & ſi. §.finali.

D VErum eſt. CASVS. Si duo ſunt ſocij, & etiã non omniũ bonorum: & alter agat contra alterum, Sabino videtur, & verũ eſt, vt damnetur in quãtum facere poteſt: & eſt ideo æquum, quia ſocietas eſt vinculũ quoddã fraternitatis. VIDENDVM. Fideiuſſori ſocij nõ competit hoc beneficium, quia perſonale eſt, niſi fideiuſſor tanquã defenſor actionem ſuſcipiat. idẽ in defenſore patroni & in ceteris aliis qui in id quod facere poſſunt condemnantur patri vel domino, quorum iuſſu contracta eſt ſocietas. cũ filio vel ſeruo non cõpetit: quia neque aliis heredibus. Sed quæritur, quomodo intelligatur ſocius condẽnari in id quod facere poteſt: & qualiter hoc æſtimari debeat: & an deducatur æs alienũ. Et dicitur ꝙ nõ, niſi quod debetur ex ſocietate. Itẽ quæritur, an cauere debeat, ꝙ ſi peruenerit ad pinguiorẽ fortunã, ꝙ ſoluat reliquum: an ſatiſdare debet? Dicitur quòd nuda promiſsio ſufficiat. SI CVM. Tres erant ſocij. vnus egit cum altero eorũ, puta cũ Titio: & totũ cõſecutus eſt quod ſibi debebatur. pro tertia alter egit cũ eodẽ: nec potuit ſolidũ conſequi. quæritur an agat contra ſociũ, qui ſolidum cõſecutus eſt, vt partes exæquentur? Dicitur quòd ſic. & hoc habet æquitatẽ.

TEMPVS.

ſorũ bonorũ ſocij ſint, ſed vniꝰ rei[a]: attamẽ in id quod facere poſſunt, quódue dolo malo fecerint quo minus poſsint, cõdẽnari oportere. Hoc enim ſummã rationẽ habet: cũ ſocietas ius quodãmodo fraternitatis[b] † in ſe habeat. Vidẽdum eſt, an & fideiuſſori ſocij id præſtari debeat: an verò perſonale beneficiũ ſit. Quod magis verũ eſt[c]. Sed ſi hic fideiuſſor quaſi defenſor ſocij iudicium ſuſceperit, proderit ſibi. Namque Iulianus libro quartodecimo Digeſtorũ ſcripſit, defenſorem ſocij in id quod ſociꝰ facere poteſt condẽnari oportere. Idẽque & in patroni defenſore accipi* debere ait. Et vtiq; idẽ erit in vniuerſis, qui in id quod facere poſſunt, cõueniuntur[d]. Patri autẽ vel domino ſocij, ſi iuſſu eorũ ſocietas cõtracta ſit, non eſſe hãc exceptionẽ dandã[e]: quia nec heredi ſocij ceteriſq; ſucceſſoribus hoc præſtabitur: quia nec ceterorum[f] heredibus ſucceſſoribúſue, quos in id quod facere poſſunt, conuenimus, id * præſtatur.

Socius debet cõueniri in quantũ facere poteſt, ære alieno tamen deducto: debet tamen cauere de ſatisfaciendo integrè ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit. Bald.

Id quod facere ſocius poteſt, quemadmodũ æſtimãdũ ſit? Et placuit nõ debere deduci æs alienũ quod debetur[g] à ſocio. ita & Marcellus libro ſeptimo Digeſtorũ ſcripſit: niſi fortè (inquit) ex ipſa ſocietate debeatur. Itẽ vidẽdum an cautio[h] veniat in hoc iudiciũ eius quod facere ſocius nõ poſsit, ſcilicet nuda promiſsio. Quod magis dicendum arbitror[i].

Inter ſocios inuicem agentes nõ eſt melior conditio occupantis. Baldus.

Si cũ tres ſocij eſſent, egerit cum vno[k] ex ſociis ſociꝰ, & partem ſuã integram ſit conſecutus: deinde alius ſocius cũ eodem agat, & partem cõſequi integrã nõ poterit, quia facere ſolidum nõ poteſt: an hic qui minus conſecutus eſt, cum eo agere poſsit, qui ſolidum acce-
B pit, ad cõmunicandas partes inter eos, id eſt exęquandas, quaſi iniquum ſit ex eadem ſocietate alium plus, alium minus conſequi? Sed magis eſt vt pro ſocio actione conſequi poſsit vt vtriuſq; portio exæquetur.[l] quæ ſententia habet æquitatem.

Vtrũ ſocius facere poſsit, inſpicitur tẽpus rei iudicatæ: & facere quis poſſe dicitur, ſi dolo fecit quominꝰ poſsit: ſecus ſi culpa. Bal.

Tempus autẽ ſpectamus quãtum facere ſocius poſsit, rei iudicãdæ. Hoc quoq; facere quis poſſe videtur, qđ
C dolo fecit quominus poſsit. Nec enim æquum eſt dolũ ſuum quemquã releuare.[m] Quod & in ceteris qui in id qđ facere poſſunt, cõueniũtur, accipiendũ eſt. Si tamẽ nõ dolo, ſed culpa ſua facere poſſe deſiit: dicendum eſt cõdemnari eũ non debere.[n]

Cõtra heredẽ ſocij cõpetit actio ꝓ ſocio, licet nõ ſit ſocius, nec poſsit eſſe ſocius, licet ſit actum: niſi ſit ſocietas vectigalis. Bald.

In heredem quoq; ſocij ꝓ ſocio actio cõpetit, quãuis heres ſocius nõ ſit. Licet enim ſocius non ſit, attamẽ emolumenti ſucceſſor eſt. Et circa ſocietates vectigalium, ceterorumque[o] idem
D obſeruamus, vt heres ſocius non ſit, niſi fuerit adſcitus:[p] veruntamen omne emolumentum[q] ſocietatis ad eum

{Tempvs.} Diximus quòd ſocius damnatur inquantum facere poteſt. quæritur, quod tẽpus inſpiciatur. dicitur quòd tempus rei iudicatæ. Et dicitur quis facere, ſi dolo malo deſiit poſsidere: ſecus ſi per culpam. Sequens §. eſt clarus. {Si servo.} Titius & Mæuius habebant ſeruum communem ex cauſa ſocietatis: Titius deceſsit, & illi ſeruo legatũ reliquit ſine libertate. dicitur quòd quidem ad alterũ tantum ſocium pertinet legatum: neque communicabitur cum herede Titij, quod alteri ſocio obuenit occaſione ſuæ partis tantum. {Societas.} in iſto §. dicitur quòd multis modis ſoluitur ſocietas, ex perſonis, rebus, voluntate, & actione. vnde ſiue res, ſiue perſona, ſiue actio, ſiue voluntas interierit: ſoluitur ſocietas vel morte, vel capitis deminutione maxima aut media: & ſic perſonis intercidẽtibus res intereunt, cũ res eſſe deſinunt in totum. Vel per conditionis mutationem: quia conſecrata vel publicata fuerit. Voluntate diſtrahitur ſocietas, cũ renuntiatur: quia cum ſeparatim ſocij agere cœperunt, diſſoluitur ſocietas. Actione, cum ſocietati renuntiatur, vel ſtipulatione interpoſita animo nouandi, vel in iudicio. ait enim Paulus hoc ipſo quòd dictatum eſt, id eſt inceptum iudiciũ hoc animo vt renuntietur ſocietati, quòd ſocietas diſſoluitur. hoc dicit cum duabus ll. ſequẽ. vſque ad §. ſi in rem. Viuia.

a *Vnius rei.* imò videtur quòd tantùm ſociis omnium bonorũ detur hoc beneficiũ: vt infra de re iudic. l. ſunt qui in id. quæ eſt contra. Solut. ſub. ibi maximè, ſecũdum Io. alij vt H. dicunt hic vnius rei, id eſt ſpeciei talis, quæ ſub ſe habet multa indiuidua: hoc eſt dicere, vnius negotiationis: & hanc appellant etiam omniũ bonorũ, quia eſt vniuerſitatis: ſecus tamen dicũt, ſi vniꝰ rei tãtũ eſſet: vt in d. l. cõtraria. prima verior eſt.

b *Fraternitatis.* quia ſocij inuicem vt fratres ſe diligunt, & quia ratione ſocietatis fiunt res communes, ſicut ratione fraternitatis: an ergo fratres inter ſe vice mutua condemnãtur inquantum facere poſſunt? Reſ. non. ſubeſt enim illa præcipua ratio in ſociis, quia præceſsit cõuentio honeſta ob cõmodiorem vſum, & vberiorem quæſtum. ratione enim contractus datur hoc beneficium: inter fratres vero incidenter, non ex cõuentione ſunt bona communia: & prædicta ratione multis denegatur hoc beneficium, quibus videbatur dandum: vt ĩ. e. l. §. j. & §. patri. ſecundum Azo.

c *Verum eſt.* vt ſit perſonale beneficium.

d *Conueniuntur.* nam non debẽt defenſores in plus grauari, quàm dominus, præterquam in ſatiſdãdo: vt ſ. de proc. ſed & hæ. §. defendere. & ĩ. de re iud. l. ſi cũ procuratore. at fideiuſſor non habet plerunq; exceptionẽ reo principali cõpeten-
A tem: vt hic. & infra de re iudic. l. & ſi fideiuſſor. & inſtitu. de repli. §. fin.

e *Dandam.* pater fideiuſſori filij ſimilis eſt: vt hic, & infra de verb. oblig. cum filius. in fin. j. reſpon.

f *Ceterorum.* vt patronorũ, & ſimilium qui in id quod facere poſſunt, condẽnantur, qui numerãtur inſt. de act. §. fi. quãdoque datur heredi, non vt heredi, ſed vt communi filio datur hoc beneficiũ vt ĩ. ſol. mat. l. etiã.

g *Debetur à ſocio.* ſecus in donatore. ille enim deducit omne æs alienũ: vt ĩ. de re iu. l. inter eos, & de do. l. qui ex donatione. ſed an in ſocio habeatur ratio ne egeat? Reſpõ. ſic vt ĩ. de reg. iur. l. in condẽnatione. alij contra: vt arg. inſt. de act. §. item ſi de dote. ſed & illud ſic intelligendum eſt, id eſt inquãtum facultates patiũtur, ſcilicet commodè, deducto tamen vt non egeat.

h *Cautio.* ſ. de ſatisfaciendo, ſi peruenerit ad meliorem fortunã.

i *Arbitror.* ſecus in actione de peculio, in qua dominus non cauet: quia nõ debet vniuerſum dominus: ſed ſociꝰ ſic: vt ſ. de pecu. l. quotiens. §. ſi ſemel. *Dominus in actione de peculio non cauet.*

k *Cum vno.* vt cum Maſſario.

l *Exæquetur.* imò videtur melior conditio occupantis. vt ĩ. de re iud. l. inter eos. quę eſt cõtra. So. ibi ex diuerſis contractibus erant creditores: hic ex vno quaſi fraterno. Itẽ ad idẽ cõtra. C. depoſit. l. fi. So. hic ſpeciale: quia fraternitatis ius habet in ſe: vt ſ. ea. l. j. reſp. & quia ob commodiorẽ vſum & vberiorẽ quęſtũ contrahitur: vt hic & ĩ. e. l. ſi vſus. & j. Itẽ cõtra ſ. e. l. ſi Titiꝰ. Sol. vt ibi. Itẽ facit ſ. fa. erci. item Labeo. in prin.

m *Releuare.* immo tenetur in ſolidũ: vt hic, & ĩ. de re iudi. ſed hoc ita in fi. Item & quãdo negat ſe ſociũ: vt ĩ. e. l. ſed hoc ita. in fine. & ĩ. eo. l. ſi vnus. in fine.

n *Non debere.* ſ. in ſolidum. ſpecialiter tamen in odium mariti, qui ex culpa tenetur commiſſa in dotalibus rebus, vt in ſolidum cõdemnetur, ſed in ſuis de dolo ſolo: vt ĩ. ſol. ma. l. etiã. §. licet. & facit ĩ. de admini. tuto. l. Titium. §. pen. Accurſius. Additio. Petrus de bella perti. tenet contra, dicẽs quòd licet maritus propter culpam deſinat facere poſſe, non tamẽ propterea perdit beneficium quod habet, vt nõ cõueniatur niſi inquantum facere poteſt. ita tenet glo. in l. etiã. §. licet. ſ. alle. ſecundum Bal. hic.

o *Ceterorumq;.* id eſt aurifodinarum, & argentifodinarum, & cretæfodinarum.

p *Adſcitus.* aliàs aſſcriptus: & aliàs adcitus: & aliàs actum, ſecundum nos. Accurſius.

q *Emolumẽtum.* tamen poſt mortẽ quæſitum communicatur in qualibet ſocietate: vt infra eo. l. actione. §. ſi in rem certã. quæ eſt contra. Alij referunt, veruntamen, &c. & dicũt quòd ibi dixit de lucro quod ꝓuenit ex ante geſto. hic de eo quod

poſtea: & quod hic dicit, quod nõ ſimiliter &c. exponunt, id eſt vt lucrum poſtea quæſitum communicetur. ſed primus intellectus verior eſt. & ſecundũ hoc verſus, quod non &c. refertur ad illud, nõ fuerit actum &c. alij ad illud veruntamẽ &c. ſecundum l. ſi ſocius. Accurſius.

pertineat[a]: ſimili modo & damnũ agnoſcat: quod contingit ſiue adhuc viuo ſocio vectigalis, ſiue poſteà[b]. Quod non ſimiliter[c] in voluntaria ſocietate obſeruat.

Legatum factum per vnum ex ſociis ſeruo communi, non debet conferri inter ſocios & hæredes legantis. Baldus.

Si ſeruo cõmuni legatum ſine libertate[d] vn⁹ ex dominis reliquit, hoc ad ſolũ ſociũ[e] pertinet. an tamen pro ſocio iudicio communicari

B debeat cũ herede ſocij, quæritur. Et ait Iulianus Sextũ Pomponiũ referre Sabinũ reſpondẽtem non cõmunicari: & poſſe hanc ſententiã defendi Iulianus ait. Non enim propter cõmunionem hoc adquiſitum eſt, ſed ob ſuã partẽ. Nec oportet id cõmunicari, quod quis non propter ſocietatẽ, ſed propter ſuam partẽ adquiſierit.

Societas diſſoluitur a 10 ex modis hic inſertis. h. d. cum duabus ll. ſequen. vſque ad

a *Pertineat.* argu. contra infra de admi. tut. l. Titium. §. pen.

b *Sine poſtea.* Referas ibi, nunc fuit actum, ſecundum nos: alij ad illud, veruntamen &c. Accurſius.

c *Quod non ſimiliter.* ſcilicet vt heres ſocij ſit ſocius: licet fuerit ſcriptus. nam nemo poteſt heredi ſuo ſic ſocietatem parare, vt ipſe ſit ſocius: vt ſ. eo. l. nemo. Ir.

d *Sine libertate.* ideo dicit, ſine libertate, quia ſecundum has leges ſi ſocius communi ſeruo libertatem relinqueret, ſuam partem amittebat, & ſocio accreſcebat: vt inſtit. de do. §. fin. vnde fruſtra quæreretur, quod hic ſubiicit de communicando. Item ſecũdum noua iura fieret liber in totum, etiã ſi vnus ſociorum tantũ libertatem relinqueret: vt C. de cõmuni ſer. ma. l. j. §. his ita. vnde & hic fruſtra quæreretur de communicando, cum totum ſeruo manumiſſo acquireretur. ſicut enim ſi proprio ſeruo vtrunque, id eſt libertatem & legatum relinquo, valet etiam iure veteri vtrunque: vt infra de leg. ij. l. ſi quis ſeruo. & de leg. j. quæſitum. §. præſenti. ita in communi ſeruo iure

C nouo, cum per vnum ex dominis poſsit ad libertatem peruenire: vt dictum eſt. acquiritur autem totum ei facto libero: ſed vbi legatum ſine libertate relinquo: vt in noſtro caſu: ſi quidem proprio, non valet: vt Cod. de lega. ſeruus. niſi ſit miles: vt C. de teſta. mi. ex his. ſi autem communi, obtinet quod hic dicit.

e *Solum ſocium.* aliud eſt ſi donauit inter viuos vnus dominorum: quia in communi acquiruntur: vt j. de acquir. rer. do. l. per ſeruum qui pignori. §. j in fi. §. ibi, ſi vero eo modo &c. ſecũdum Ir. & Azo. quæ eſt contra. vel verius imò nõ aliud. quod enim ibi dicit, fiet commune ſociorum illud donum pro portione dominij, ita intelligitur, vt nil is qui donauit habeat: ſed totum ſociis quæratur pro ea parte qua ſunt domini. Item eſt aliud contra j. de ſtip. ſer. proinde. §. ſi ſeruus communis. vbi apertè dicitur quod ſeruus cõmunis ſimpliciter ſtipulando ab vno ex dominis, pro ceterorum partibus eis acquiritur: ſed pro parte promittentis ſtipulatio eſt nulla. Sol. ſecundum quoſdã hic contemplatione ſocij tantũ reliquit legatum: ſed tu dic aliud in ſtipulatione, quàm in legato vel donatione. quæ ſtipulatio ex cauſa liberalitatis non interponitur, ſed legatum vel donatum ſic. Vnde cũ ſint be-

D neficia, plenius interpretamur: vt j. de reg. iur. l. in teſtamentis. & ſ. de conſti. prin. l. fin. & j. de dona. inter vi. & vxo. cum hic ſtatus. §. pœnitentiam. in fi. §. ſi quis tamen vellet dicere idẽ omnino eſſe in omnibus, dicat ſemper pro portione illa quam habet donator vel legãs vel promiſſor in ſeruo, legatum vel ſtipulationem vel donationem eſſe nullam: & quod hic dicit legatum pertinere ad ſolum ſocium, verũ eſt, vt tamen ſcias nõ totius rei legatum, ſed eius partis tantũ in qua tenuit legatum, conſiſtere relictum. Item & quod dicitur j. ad l. Fal. l. Plautius. totum legatũ ad ſocium pertinere, expones ſcilicet quod de iure tenet. Id autem quod non tenet, vt pro parte legantis, non pertinet ad ſocios. Sed hæc ſolu. eſt contra mentem huius §. & illius l. Plautius. & ideo dicas (vt dixi) aliud in donatione & legato, quàm in ſtipulatione.

f *Actio.* id eſt obligatio.

g *Interierit.* nouatione facta altero horum modorũ, ſcilicet vel iudicio accepto cũ alio animo nouandi, vel ſtipulatione: vt j. eo. l. actione. in prin. ſic ergo videtur quòd etiã manente ſocietate ſit actio nata. nam ſi nata non eſt: non ergo dicetur interire actio quæ nondũ eſt. ſi verò hic diceres nõ manere

A ſocietatem, id eſt eo tempore quo lex iſta dicit interiiſſe actionem: non ergo diceret diſtrahitur ſocietas: quia iamdudum erat diſtracta. Et ſecundum hoc eſt contra C eo. l. tamdiu. Sed expone hic interiit actio, id eſt obligatio, quæ eſt actionis cauſa. Accurſius.

§. ſi in rem certam. Bartolus.

Societas ſoluitur ex perſonis, ex rebus, ex voluntate, ex actione. ideoque ſiue homines, ſiue res, ſiue volũtas, ſiue actio[f] interierit[g]: diſtrahi videtur ſocietas. Intereũt autem[h] homines quidẽ maxima aut media capitis deminutione[i], aut morte[k]: res verò cũ aut nullæ relinquãtur, aut cõditionem mutauerint[l]. Neque enim eius rei

B quæ iam nulla ſit, quiſquã ſocius eſt: neque eius quæ cõſecrata, publicatáve[m] ſit. Voluntate ſocietas diſtrahitur renuntiatione[n].

LXIIII. CALISTRATVS libro primo Quæſtionum.

Itaque cũ ſeparatim ſocij agere cœperint, & vnuſquiſque eorum ſibi negotietur: ſine dubio ius ſocietatis diſſoluitur.

LXV. PAVLVS libro trigenſimoprimo ad Edictum.

h *Intereunt autem.* ſcilicet ciuiliter.

i *Deminutione.* quid ſit quælibet, habes inſtit. de capit. demi. § j. & ij. Accurſius.

k *Morte.* naturali. ſ. diſſolutione corporis & animæ. Azo.

l *Conditionem mutauerint.* hoc ſi propter mutationem conditionis ſit res exempta ex vſu hominum: vt ſtatim ponet exemplum. aliud verò ſi ex ſacra vel religioſa fiat profana: vel propter mutationem conditionis non eximitur de vſu communi: vt infra eo. l. actione. §. fin. Accur.

m *Publicatáve.* quo ad proprietatem, & quo ad vſum.

n *Renuntiatione.* ſcilicet expreſſa: vt infra eod. l. actione. §. diximus. & tacita: vt j. eo. l. proxi.

ACtione.} CASVS. prin. dictus eſt in caſu præcedenti. {SI IN REM.} Coita fuit ſocietas inter duos ad certam rem emẽdam, vel conducendam: dicitur quòd etiam poſt mortem alterius lucrum commune erit, & detrimentum commune. ſ. rei ante mortem communiter quæſitæ. {DIXIMVS.} Supra dixi-

C mus ꝙ diſſenſu ſoluitur ſocietas, ſi omnes diſſentiãt vel renuntient ſocietati. quid ergo erit ſi vnus renuntiauit? dicitur quod dicit Caſsius ꝙ ille ſocios liberat, ſe autẽ non liberat: & hoc ſi dolo malo factũ fuerit, & ſi ſocij eſſent omniũ bonorum: puta propter hereditatem in qua inſtitutus fuit, renuntiauit ſocietati, vt ſolus haberet hereditatem. nam tunc damnũ ſocietatis ſolus ſuſtinebit, lucrũ autem erit cõmune: ſed de eo quod poſtea acquiſiuit, non tenetur: cum in eo acquirendo dolus nõ ſit admiſſus. Sed ponamus, ſocietatẽ coiuimus tu & ego vt rẽ emeremus. ſi tu ſolus renũties ſocietati vt rem emas, & hoc caſu teneris: quia in hoc dolus eſt: & ſuper hoc ſcripſit Labeo, ſi renuntiet alter ſocius, tenebitur quanti ſua intereſt: puta renuntiauit ſocietati mancipiorum, cum non expediat ſocio venditio: niſi expediret à ſocietate abire: quia potius cõſideramus illud quod expedit ſocietati, quàm quod priuatim alterius ſocij intereſt. hæc autẽ ita ſunt vera, ſi nihil de hoc in ſocietate conuenit. Sed pone quòd actum fuerat quòd intra certũ tẽpus non renuntietur ſocietati. ſed ante renuntiauit intra tẽpus: ſe nõ liberat. ſociũ liberat à ſe. vnde de lucro nihil habebit, diſpendij partẽ ſuſtinebit, niſi ex aliqua neceſsitate renũtiauerit: finito tẽpore bene poteſt renuntiare. Sciendum eſt etiã, quòd poſſumus re-

D nuntiare ſocietati per alios: & ideo per procur. qui ſpeciale mandatũ habet ſuper hoc, vel cui cõmiſſa eſt adminiſtratio bonorum omniũ niſi ſpecialiter prohibeatur. procurator autem ſocij alteri ſocio poteſt bene renuntiare: & ſociũ cuius procuratori renuntiauit, ſtatim à ſe liberat: ipſe autem tunc demũ, ſi ratum habuerit ſocius. & hoc dicit vſq; ad §. morte. {MORTE.} Si vnus ſocius decedat, ſoluitur ſocietas, etſi plures ſuperſint: neque tranſit ad heredẽ, etiam ſi hoc conuenerit: ſed quod ex re communi quæſitum eſt, & dolus & culpa ex non geſto præſtabitur heredi, & ab herede. Item ſi alicuius rei ſocietas coita ſit, & res illa finẽ acceperit, finitur ſocietas. ſi ante finẽ alter ſocius decedat: & tũc res ſequatur propter quã facta fuerit ſocietas, diſtingui poteſt vt mãdato: aut cũ ſocius ignorauit mortẽ ſocij, & valet ſocietas ſi ſciuit, non valet. {SOCIETAS.} Non trãſit ſocietas ad heredem, neque ad arrogatorem: ſed durat in arrogato. nã etiam filio emancipato remanet ſocietas. {PVBLICATIONE.} Si publicantur bona ſocij, ſoluitur ſocietas: & intelligitur ſi publicentur omnia: quia alius ſuccedit in lucrum eius. {SI POST.} Si ſocius poſt ſolutã ſocietatẽ aliquid expendit, nõ

conſequetur

conſequetur illud actione pro ſocio : ſed cõmuni diuidũdo. nam & ſi ſit diſtracta ſocietas , tamen adhuc rerũ diuiſio remanet. {SI COMMVNIS.} Si diſſoluta ſocietate alia pecunia remaneat cõmunis penes alterum ſociũ, & alteri aliquid abſit:contra illum aget qui habet pecuniam communem:cui primò deduci debet omne damnum , quod deduci debet:quo deducto quilibet poterit agere de eo quod ſibi debetur. {NONNVNQVAM.} Sæpe accidit quòd agitur actione pro ſocio manente ſocietate, vt tali exemplo: Si ſocietas fuit coita in cauſa vectigalium, nec expediat diſſolui ſocietatem, propter varios & diuerſos contractus,aut aliquid habeat alter ſocius ex ſocietate: quia non redegit in cõmune, agetur cum eo hac actione etiam ſocietate manente,& non ſoluta. {SI VNVS.} Tres erant ſocij omnium bonorũ . diſtrahitur ſocietas . quæritur ſi alter ſocius vxorem habeat , an ſit dos præcipienda , ſcilicet ante partem ? dicitur ꝙ ſic : quia onera eius ſuſtinere debet. ſi vero ſoluto iã matrimonio diſtrahitur ſocietas : tunc ea die debet dotẽ percipere qua ſoluere tenetur. ſed ſi aliquam partem lucrifacere debet , illã debet iudex diuidere inter ſocios. & hoc dicit cũ l.ſeq. Vuianus.

A

ACtione diſtrahitur,cũ aut ſtipulatione [a], aut iudicio[b] mutata ſit cauſa ſocietatis. Proculus enim ait, hoc ipſo ꝙ iudiciũ ideo dictatum eſt,vt ſocietas diſtrahatur, renuntiatã ſocietatẽ: ſiue totorum bonorum ſiue vnius rei ſocietas coita ſit. Itẽ bonis à creditoribus venditis [c] vnius ſocij, diſtrahi [d] ſocietatem Labeo ait. Si in rem certam [e] emendam conducendámve coita ſit ſocietas:tunc etiam poſt alicuius mortem quicquid lucri [f] detrimentive factũ ſit, commune eſſe Labeo ait.

Diſſenſu diſſoluitur ſocietas.qualiter hoc intelligatur, hic per exempla declaratur. Item renuntiatio intempeſtiua non liberat renuntiantem : ſed facit ſocios à renuntiante liberari. hoc dicit vſque ad §.renuntiare. Baldus.

Diximus diſſenſu ſolui ſocietatẽ. hoc ita eſt,ſi omnes diſſentiunt.quid ergo ſi vnꝰ renuntiet? Caſsius ſcripſit, eũ qui renũtiauerit ſocietati, à ſe quidẽ liberare ſocios ſuos:ſe autem ab illis[g] nõ liberare. Quod vtiq; obſeruãdum eſt, ſi dolo malo renuntiatio facta ſit: veluti ſi cum omnium bonorum ſocietatem iniſſemus[h],deinde cum obueniſſet vni hereditas,propter hoc[i] renũtiauit. ideoque ſi quidem dãnum attulerit hereditas, hoc ad eum qui renuntiauit,pertinebit: commodum autem cõmunicare cogetur actione pro ſocio[k]. Quòd ſi quid poſt renũtiationem adquiſierit[l],non erit cõmunicandũ:quia nec dolus [m] eſt admiſſus in eo. Item ſi ſocietatem ineamus ad aliquã rem emendam,deinde ſolus volueris eã emere,ideoque renuntiaueris ſocietati, vt ſolus emeres:teneberis quanti intereſt mea. Sed ſi ideo renũtiaueris,quia emptio tibi diſplicebat : non teneberis, quãuis ego emero : quia hic nulla fraus[n] eſt.eaque & Iuliano placent. B Labeo [o] autẽ poſteriorũ libris ſcripſit, ſi renũtiauerit ſocietati vnus ex ſociis eo tempore [p] quo interfuit ſocij non dirimi ſocietatem : committere eũ in pro ſocio actione. Nam ſi emimus mancipia inita ſocietate , deinde renunties mihi eo tẽpore quo vendere mãcipia non expedit:hoc caſu, quia deteriorem cauſam meã facis,teneri te pro ſocio iudicio. Proculus hoc ita verũ eſſe,[q](ſi) ſocietatis nõ interſit dirimi ſocietatẽ. Semper enim nõ id quod priuatim C intereſt vnius ex ſociis, ſeruari ſolet:ſed quod ſocietati expedit. Hæc ita [r] accipiẽda ſunt,ſi nihil de hoc[s] in coeũda ſocietate conuenit.

Item qui ſocietatem in tempus coit, eam ante tempus renuntiando , ſocium à ſe,nõ ſe à ſocio liberat. Itaque ſi quid cõpendij poſtea factum erit,[t] eius partẽ non feret:[u] at ſi diſpendiũ,æque prẽſtabit portionẽ,niſi renũtiatio ex neceſsitate quadam

a *Stipulatione* . animo nouandi facta vel ab eo,vel ab alio.

b *Aut iudicio* . ſcilicet agendo contra alium animo nouandi : vt ĩ. de noua. l. delegare. §. j. & ſic etiam proxi. reſpon. dicit idem: vel cum eodẽ ſocio. Nam cum eo agendo renũtiare ſocietati videtur: vt ĩ. proxime. & ĩ. de diuor.l.fin.§. ait lex.& ſic loquitur ĩ. proxi. reſpõ. & maximè quia non naſcitur hic actio pro ſocio niſi finita ſocietate , niſi in caſu:vt ĩ.ead.l.§.nonnunquam.& hoc caſu dicitur dirimi voluntate tacita & iudicio. Vel primo cõtra extraneum,ſecundo contra ſocium.

c *Venditis*. propter æs alienũ.& facit ĩ.ea.l.§.publicatione.

d *Diſtrahi*. quod præſumitur.

e *Si in rem certã*.puta in equũ emẽdũ,vt ad vecturas locetur.

f *Quicquid lucri*. cum iam eſſet lucrum præparatũ ante mortẽ ſocij,puta rebus emptis:vt ſ.ea.l.§.morte vnius.aliàs non: vt ĩ.eo.l.ſocium.& l.verum. §.in heredem. ibi,quod non ſimiliter,&c.quæ ſunt contra. Solu.dic quòd ibi erat ſocietas omnium bonorũ, vel negotiationis alicuius : hic autẽ vnius rei:vt hic dicit. Vel dic quòd in l.illa,verũ:refertur ille verſus,& quod non ſimiliter,&c.non ad prox.ſed ad ſuperius dictum ibi,non &c. Item eſt contra hunc §. ĩ.de admini.tut.l. Titium.§.altero.Sol.ibi loquitur cum proprio nomine & nõ communi res venditæ fuerunt: vnde non compendium,ſed vſuras præſtabit ſocius heredi ſocij: hic autem cum nomine communi venderetur. Vel hic loquitur de compendio quod proceſſerat ex re communi,ibi non.Item ad id quod hic dicitur detrimentum futurum venire, eſt arg. cõtra ſ.de ſeruo cor.l.Neratius.j.reſpon.& §.j.

g *Ab illis*. hoc dupliciter intelligitur: vel vt ĩ.proxi.reſpon. vel vt infra.§.item ſi ſociæ.& inſtit.eod.§.manet.

h *Iniſſemus*. ſpecialiter.

i *Propter hoc*. vt ſolus habeat:vt ſupra eod.l.iij.

k *Pro ſocio*. idem eſt in eo qui ante tempus renũtiauerit,vel qui renuntiat procuratori ſocij: vt infra ead. l. §.item qui.& §.item ſcriptum eſt.

l *Acquiſierit* . de quo non ſperabat:vt inſtit. eod. §. manet. & infra ſtatim ſubiicit.

m *Quia nec dolus* . bona ratio : quia non debet quis puniri in quo non deliquit:vt hic,& C. de pœnis. l. ſancimus.& infra de damn. infect. qui bona. §. ſi quis iuxta. & §. ſi quis quia. & l.damni. §.ſi is qui vicinas.

Puniri quis non debet in quo non deliquit.

n *Nulla fraus*. vel culpa,quæ etiam venit:vt ſupra eod. l.cum duobus.§.j.Azo.

o *Labeo*. videtur ꝙ prædicta corrigatur ſecũdum Labeonem vel Sabinũ : quod admitti poteſt etiam in ſuperiori caſu: licet non ſit in fraudem , tamen teneatur ſociis , ſi interſit ſocietatem non dirimi. Accurſius.

p *Eo tempore*. cum intereſt mea non recedi à ſocietate , & ſocietatis ſimiliter intereſt : ago pro ſocio nomine renuntiationis. Item ſi non intereſt mea nec ſocietatis, non agam nomine renuntiationis . Item ſi mea intereſt non dirimi , ſed ſocietatis intereſt dirimi , & tunc non agam: & ita communis vtilitas præfertur:vt hic. Item contra ſi mea non intereſt, ſed ſocietatis intereſt non abire , non agam , cum mea non interſit: licet alij agãt. Item ſi mea intereſt non dirimi: ſed ſocietatis non intereſt dirimi vel non dirimi:& hoc caſu dicit Io. me non agere.& ſic intelligit hic.

q *Verum eſſe* . ſcilicet vt agam nomine renuntiationis ſi hoc mihi nocet , & in cõmune non prodeſt . ſed ſi ſocietatis interſit abire , præfertur vtilitas communis priuatæ : & hoc ſufficit ſecundum Ioan. D etiam plus dicit:& ita exponit,id eſt ita demum renuntiationis nomine agam, ſi interſit ſocietatis non abire . non enim quòd ſingulariter priuati intereſt vnius, inſpicitur. & ſic dictio non , iungitur verbo dirimi, &c. Et ſic not.quæ multis proſunt,præferuntur his quæ paucioribus:vt hic,& Cod.de caduc.tol.l.j.in fin.& infra ad Sila.l.iij.§.vtrum. in fin.§.& in authen.de reſtitut. & ea quæ pa.in xj.men.poſt mortem vi.§. ea.coll.iiij.& in authen.de non alie. §. quia vero veriſimile. colla.ſecunda.

Vtilitas communis priuatæ præfertur.

Præferũtur quæ multis proſunt, his quæ paucioribus.

r *Hæc ita*. ſ.omnia prædicta.Azo.

s *De hoc*. ſ.quòd liceat à ſocietate recedere,etiam intempeſtiuè.ſed pro Deo ſi eſſet dictum, nõne pactum eſt ſuperuacuum,aut iniquum:vt ſ.eo.l.ſi conuenerit.& l.ſed & ſi.§.fin? Reſp.pactum de recedẽdo non eſt ſuperuacuum,aut iniquũ: licet illud de non recedendo ſic,ſecundum Azo. ſed ſi non conuenerit vt intempeſtiuè poſsim, tamen quandoque poſſum:vt ſ.eo.l.ſi conuenerit.§.fin.& l.ſequen.

t *Factum erit*. ab eo cui renuntiatũ eſt: vt ſ.ead.l.§.diximus. alij ab eo qui renuntiauit.prima placet.

v *Non feret*. renuntians.

facta ſit[a]. Quòd ſi tēpus finitum eſt, liberū eſt recedere: quia ſine dolo[b] malo id fiat.

Renuntiatio poteſt fieri per ſe, & per procuratorem etiam generalem. Bart.

Renuntiare [c] ſocietati etiā per alios poſſumus: & ideo dictū eſt, procuratorē quoque poſſe renuntiare ſocietati. Sed vtrū de eo dictū ſit, cui omniū bonorū adminiſtratio cōceſſa eſt: an de eo, cui hoc ipſum nominatim mandatū eſt, B videamus: an verò per vtrunque rectè renūtietur. quod eſt verius [d]: niſi ſi prohibuerit eū dominus ſpecialiter renuntiare [e].

Procuratori facta renuntiatio, habet effectum ſi dominus ratum habuit. Bart.

Item ſcriptum eſt, poſſe procuratori quoque meo ſocium meū renūtiare. Quod Seruius apud Alphenum ita notat, eſſe in poteſtate domini, cum procuratori eius renuntiatum eſt, an velit ratam habere renūtiationem. igitur [f] is cuius procuratori renuntiatū eſt, liberatus eſſe videbitur. An autem ipſe C quoq; qui renuntiauit procuratori, liberetur, in poteſtate[g] eius erit: quemadmodum diximus in eo qui ſocio renuntiat[h].

Morte naturali vel ciuili ſoluitur ſocietas. Bartolus.

Morte vnius ſocietas diſſoluitur, etſi conſenſu omnium coita ſit, plures verò ſuperſint: niſi in coëunda ſocietate aliter cōuenerit. nec heres ſocij ſuccedit[i]. Sed qđ ex re cōmuni poſtea quæſitum eſt: (item dolus & culpa) in eo quod ex ante geſto [k] pendet, tā ab herede q̄ heredi præſtādum eſt. Item D ſi alicuius rei ſocietas [l] ſit, & finis negotio ſit impoſitus: finitur ſocietas. Quòd ſi integris omnibus manentibus alter deceſſerit, deinde tunc ſequatur res de qua ſocietatem coierunt [m]: tunc eadem diſtinctione vtemur, qua in mandato [n]: vt ſi quidem ignota fuerit mors alterius, valeat ſocietas: ſi nota, non valeat. Societas quēadmodū [o]

a *Facta ſit.* quod dic vt ſ̄.eo.l.ſi conuenerit.§.fin.& l.ſeq.
b *Sine dolo.* quia ſuo iure facit: vt j̄.de re.iu.l.nullus videtur. Azo. Sed cur pactum de renuntiatione nō faciēda, nō valet: vt ſ̄.e.l.ſi conuenerit.& l.ſed & ſocius.§.fi.& vſq; ad certum tempus fieri poteſt? Reſpō. aliud eſt coire ſocietatē vſque ad certū tempus: & aliud ſocietate coita pactū facere ne ab ea diſcedatur intra certū tempus: quod pactum nil operatur: vt ibi dicit: operaretur tamē ſi ita factū eſſet vt poſt certum tēpus abire liceret: vt ſ̄.proxi.§.in fi.
c *Renuntiare.* & liberare: vt ſupra de proc. l.procurator cui. imò idem ſi nō ſit: vt infra proxi. Accur.
d *Quod eſt verius.* quòd per vtrunque renuntietur. in quibuſdam tamen caſibus ſpeciale exigitur mādatum: vt ſ̄.de proc.l.Pomponi⁹. in princ. & de mino.l. illud.§.ſi talis.
e *Renuntiare.* facit ſ̄. de pet.her. itē veniūt. §.petitam.in fi.& infra de diuor.l.ij.§.fin.& ſ̄. eo.ſed & ſi.§.ſi abſente. & ſupra man.ſi hominem. & j̄.de admin. tut.l.ſi duo.
f *Igitur.* infert ex eo quod ſupra dixit, poſſe meo procuratori renuntiari.
g *In poteſtate.* ſcilicet cuius procuratori eſt renuntiatum. ſi autem ratum habeat renuntiās eſt liberatus: alioquin non: niſi renuntiatio ſit facta tēpore finito: vt ſ̄.ea.l.§. item qui ſocietatem. in fi.§.
h *Renuntiat.* per ſe ante tempus: vt ſupra §. item qui ſocietatē. non per alium: vt iſte. Azo.
i *Succedit.* etiā ſi conuenerit. & facit ſupra eo. adeo in princ. & l. verum.§.ſoluitur.& ſupra ex quib. cau. infa. ir.l.furti.§.fi. Sed contra ad id quod ſubiicit, vt heredi ſocij præſtetur lucrum. infra de admini. tuto. l. Titium.§. altero. Sol. vt diximus ſ̄.e.l.§.ſi in rem certam. & §. item ſi alicuius.
k *Geſto* id eſt re prius empta in communi. ſecus enim ſi poſtea ematur, cum iam non ſint ſocij.
l *Societas.* facit ſupra eo l.ſi id quod.in principio.
m *Coierunt.* quia qui iuerat ad nundinas, emit ignorans ſocium qui domi remanſerat, eſſe mortuum. Accur.
n *In mandato.* ſic enim in mandato diſtinguitur: vt ſ̄.man.inter cauſas.j.reſpon.
o *Quemadmodū.* bona ſimilitudo: vt inſti.per quas perſo.no. acqui.§.fi. ſed nónne omnia fiunt arrogatoris, ſecundum has leges? ergo ſicut j̄. proxi. §.deberet & hic diſtrahi ſocietas.

ad heredes ſocij non trāſit, ita nec ad adrogatorē: ne alioquin inuitus qs ſoci⁹ efficiatur cui nō vult. Ipſe aūt adrogat⁹ ſocius ꝑmanet. Nā etſi filiusfamiliās emācipat⁹ fuerit, permanebit ſocius.

Publicatione quoq; diſtrahi ſocietatē diximus: quod videtur ſpectare ad vniuerſorū bonorū publicationē, ſi ſocij bona publicētur. Nā B cum in eius locū alius ſuccedat, ꝑ mortuo habetur [p]. Si poſt diſtractā ſocietatē aliqd in rē cōmunē impenderit ſocius, actione pro ſocio id nō cōſequitur: quia non eſt verū pro ſocio cōmuniterve id geſtū eſſe: ſed cōmuni diuidundo[q] iudicio huius quoque rei ratio habebitur. Nā etſi diſtracta eſſet ſocietas, nihilo min⁹ diuiſio rerū ſupereſt. Si cōmunis pecunia penes aliquē ſociorū ſit, & alicuius ſociorum quid abſit [r]: cum eo ſolo agendū, penes quem ea pecunia ſit: C qua deducta [s], de reliquo quod cuiq; debeatur [t], omnes agere poſſunt. Nonnunquam neceſſarium eſt & manēte ſocietate agi pro ſocio: veluti cum ſocietas vectigaliū cauſa coita eſt, propterque varios cōtractus neutri expediat recedere à ſocietate: nec refertur in medium quod ad alterū peruenerit[u].

Inter ſocios tempore diuiſionis ante partem aſſumitur dos ab eo qui ſuſtinet onera matrimonij.

Si vnus ex ſociis [x] maritus ſit, & diſtrahatur ſocietas manente matrimonio, dotē maritus ꝑcipere debet: quia apud eū eſſe debet, q onera D ſuſtinet.[y] Quòd ſi iā diſſoluto matrimonio ſocietas diſtrahatur: eadē die recipiēda eſt dos, qua & ſolui debet.

LXVI. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

QVòd ſi eo tēpore[z] quo diuiditur ſocietas, in ea cauſa dos ſit, vt certū ſit eam vel partem eius reddi non oportere [a], diuidere eā inter ſocios iudex debet. [b]

A Sed reſpon. filiusfa. poteſt ſocietatē coire: vt ſ̄.eo.ſi id quod. §.fin.& emancipato eo permanet eadem ſocietas: vnde nō eſt mirandum ſi hoc idem contingat quod hic dicitur: vt d. l. ſi id quod & hic: quod non poteſt deportatus.
p *Pro mortuo habetur.* quantum ad plura: vt infra de noua. quotiens.in fine.& inſtit.eo.§.publicatione. & j̄. de fideiuſſ. ſi debitori deportato. ſed non quo ad omnia: vt infra de bon. dam. ſed & ſi.§. quòd ſi deportata.& infra de verborum obligatione. ex ea.§.ſi inſula.quæ ſunt contra.
q *Communi diuidundo.* vt ſupra communi diui.l.in ſumma.
r *Abſit.* quia impēdit in rem communem.
s *Qua deducta.* id eſt deducto ex eo ſumptu, vel damno quod ſenſit: & facit ſ̄. communi diui.l.iij.
t *Debeatur.* ex diuiſione ſocietatis.
v *Peruenerit.* ſpeciale eſt ergo in ſocietate vectigalium: quia qui vectigal conducit, etiam finito tempore quandoque habet neceſſe retinere, ſcilicet ſi maximos fructus perceperit: vt infra de publi. l. cotem. §. fina. ſed hodie non retinentur inuiti: vt infra de iure fiſci.l.nō intelligitur.§.cū quinquennium. alias non naſcitur niſi finita ſocietate: vt argum. Co. eodem. l. tandiu. vel forte hoc ponit gratia exempli: & idem vbicunque in qualibet ſocietate expedit ſocietati agi ea manēte. Accurſius.
x *Si vnus ex ſociis.* omnium bonorum. Accurſius.
y *Suſtinet.* vt ſupra famil.erciſcun. ſi filia.& infra de iure dot. ſi is qui.§.ibi.& C.fam.erciſc.l.ij.
z *QVòd ſi eo tempore.* i. conſtante matrimonio.
a *Nō oportere.* vel propter pactum interpoſitum, vel aliam cauſam. Accurſius.
b *Debet.* vt tamē conſtāte matrimonio permaneat penes virum: ſed ipſe caueat ſociis ſe reſtituturum partes eorum, quando onera non ſubibit matrimonij vt ſupra eo l.omne æs. poteſt planius loqui hæc lex, quòd ſoluto matrimonio dirimatur ſocietas.

SI vnus.} CASVS. Si aliquis de ſociis rē communem vēdit voluntate ſociorum, precium communicare debet: ſed cauendum eſt ei, quòd ſi quod damnum patiatur, reſtituetur ſibi. ſi cautum non fuerit, aget tamen contra eos ſi aliquid oporteat eum præſtare propter venditionē. ſi aliqui ſunt non ſoluendo,

ſoluendo, hoc ceteros onerat: quia ceteri hoc præſtabunt. }S I V N V S.} Si quis erat ſocius nõ omnium bonorum, fœnerat pecuniam communẽ: quæritur an ad vſuras præſtãdas teneatur actione pro ſocio? Et dicitur, aut communi nomine fœnerauit: & tũc præſtat vſuras: aut proprio, & tunc nõ præſtat. & eſt ratio, quia fœnerat ſuo periculo. {S I Q V I D.} Si alter ex ſociis neceſſariè impendit aliquid de ſuo, recuperat expenſas & vſuras quas potuiſſet habere, ſi pecuniã quã ſoluit, aliis fœneraſſet. ſed ſciẽdum ꝙ ſocius nõ habet beneficiũ vt dãnetur inquãtũ facere poteſt, niſi ille ſocius qui nõ negat ſe eſſe ſocium. Viuia.

a *Diuidi debet*. vt ſupra commu. diui. l. in hoc.

b *Pertinere*. facit s̄. e. l. verum. §. ſi cum res.

c *Initur*. plerumque. quandoque enim eſt contrariũ: vt inſtit. eo. §. adeo. quæ eſt cõtra.

d *Fœnerauerit*. facit ad §. s̄. de rei vendi. ſi nauis. & s̄. mand. idemq́;. §. ſi mandauero procuratori. & j̄. de admini. tut. Titiũ. §. præfectus. & j̄. ad munic. l. conſtitutionibus.

e *Partiri*. id eſt ponere in commune.

f *Retinere oportet*. hoc ſi non omnium bonorum erant ſocij. itẽ & hoc caſu, quãdo. ſ. non omnium bonorũ ſunt ſocij: teneretur non quaſi de vſura, ſed quaſi de intereſſe: vt s̄. eo. l. ſocium. vel ad vſuras regionis, licet mutuãs maiorem vel minorẽ fuerat conſecutus.

g *Dedit*. i. accepit: ſed melius eſt vt dicatur proprie dedit. ſ. vſuras, ſecũdũ Azo. & repetet non vt vſuram, ſed vt ſortem, ſecundum Io.

h *Socium fuiſſe*. vt j̄. de re iud. l. ſed hoc ita. ſic & fideiuſſor ita demũ habet beneficiũ diuiſionis: vt j̄. de fideiuſ. ſi dubitetur. §. ij. Acc.

N*Emo ex ſociis*.} C A S V S. Si plures ſint ſocij, & omniũ bonorũ: nemo ex eis poterit alienare niſi partẽ ſuam. {I L L V D.} Si ſocius deſiit dolo facere quo minus facere poſsit: vtrum habeat locum in eo qui erogat bona ſua in fraudem futuræ actionis: an in eo qui nõ vtitur occaſione adquirendi in fraudem ſimiliter? dicitur quòd in eo locũ habet qui erogat bona: & iſtud colligi poteſt ex interdictis, in quibus ſunt hæc verba: quæ dolo feciſti quòd deſineres poſsidere. Viuia.

i *Alienare*. vt ſupra ſi cert. pet. ſi ſocius. & hoc cum in fraudem alienat, cum fraudulentam alienationem inuicem mandare non videantur: vt ſupra de condi. inde. ſi procurator. §. j. Item cum ceteri diſſentiunt: aliàs ſatis videntur inter ſe feciſſe mandatum, vt poſsint alienare: in caſu tamen etiam diſſentientibus aliis poteſt, vt fiſcus: vt C. de ven. re. fi. l. j. lib. x. Item quandoque nec etiam ſuam partem alienat, ſcilicet lit. conteſt. cum ſocio: vt C. cõmu. diuid. l. j. & ſupra famil. erciſc. l. alienationes.

k *Bona ſua*. non autem qui occaſione adquirendi nõ vtitur, vt hic, & j̄. quæ in frau. cred. quod autem. in princ. ſed ſecus quãdoque: vt s̄. de peti. here. ſed & ſi lege. §. perinde diximus.

Si vnus ex ſociis rem communem vendidit, debet ei de indemnitate caueri: & ipſum receptum inter ſocios diuidi: & ſi pretium ſocius communicauerit, ſuper indemnitate ei ſuccurretur. Bald.

L X V I I. P A V L V S libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

SI vnus ex ſociis rem cõmunem vendiderit conſenſu ſociorum, pretium diuidi debet [a] ita, vt ei caueatur indemnem eum futurũ. Quòd ſi iam damnum paſſus eſt, hoc ei præſtabitur. Sed ſi pretium communicatum ſit ſine cautione, & aliquid præſtiterit is qui vendidit: an ſi non omnes ſocij ſoluendo ſint, quod à quibuſdam ſeruari non poteſt, à ceteris debeat ferre? Sed Proculus putat hoc ad ceterorum onus pertinere [b], † quod ab aliquibus ſeruari non poteſt: rationeque defendi poſſe, quoniam cum ſocietas contrahitur, tam lucri quàm damni communio initur [c].

Si ſocius non omnium bonorum omnem pecuniam fœneratur, ita demum inter ſocios vſuras perceptas debet communicare, ſi communi nomine fœnerauerit. Item ſi vnus ex ſociis de ſuo in communi negotio neceſſario impendit, poterit illud repetere cum vſuris. Baldus.

Si vnus ex ſociis qui non totorum bonorũ ſocij erãt, cõmunem pecuniã fœnerauerit [d], vſuraſq́; perceperit: ita demũ vſuras partiri [e] debet, ſi ſocietatis nomine fœnerauerit. Nã ſi ſuo nomine: quoniã ſortis periculum ad eum pertinuerit, vſuras ipſum retinere oportet [f]. Si quid vnus ex ſociis neceſſario de ſuo impẽdit in cõmuni negotio, iudicio ſocietatis ſeruabit: & vſuras ſi fortè mutuatus ſub vſuris dedit [g]. Sed & ſi ſuã pecuniã dedit: non ſine cauſa dicetur quòd vſuras quoq; percipere debeat, quas poſſet habere ſi alij mutuum dediſſet. Non aliàs ſocius in id quod facere poteſt, condemnatur, quàm ſi confitetur ſe ſocium fuiſſe [h].

Nullus ex ſociis poteſt alienare de rebus quas non habebant ſocij venales. ita procedit iſte text. in prin. ſecundum Bald.

B L X V I I I. G A I V S libro decimo ad Edictum Prouinciale.

NEmo ex ſociis plus parte ſua poteſt alienare [i], etſi totorum bonorum ſocij ſint.

Dolus cõmiſſus in perdẽdo, facit perdere beneficium: ſecus in non acquirendo. Bart.

Illud quæritur, vtrum is demum facere videtur quo minus facere poſsit, qui erogat bona ſua [k] in fraudem futuræ actionis: an & qui occaſione adquirẽdi non vtitur. Sed verius eſt, de eo ſentire proconſulem, qui erogat bona ſua: idq́; ex interdictis [l] colligere poſſumus, in quibus ita eſt, *Quod dolo* C *feciſti vt deſineres poſsidere.*

L X I X. V L P I A N V S libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

CVm ſocietas [m] ad emendũ coiretur, & conueniret vt vnus reliquis * nundinas, id eſt epulas præſtaret, eoſque à negotio [n] dimitteret, [o] ſi eas eis non ſoluerit, & pro ſocio & ex vẽdito [p] cum eo agendum eſt.

* *vt reliquis per nundinas epulas præſtaret.*

L X X. P A V L V S libro trigenſimo tertio ad Edictum.

NVlla ſocietatis in æternum [q] coitio eſt.

D *Si contractui iuriſgentium ſubijciatur ſtipulatio continens idem, nouatur prima, ſi actum eſt: non aliàs. Item ſtipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationẽ ex cauſa oneroſa contractam.* Bart.

l *Interdictis*. reuocatoriis. Io. vt j̄. quorum bo. l. j. in princ. & j̄. quorum le. l. j. §. quod autem.

C*Vm ſocietas*. C A S V S. Erat inter plures coita ſocietas ad emendũ: & conuenit vt vnus præſtaret epulas & cõmeſtionem, & dimitteret eos ad negotiãdum, quaſi ille haberet curam: alij non. Dicitur quòd ſi illud non præſtet, pro ſocio & ex vendito & empto actione conueniri poteſt. h. d. iſta l. ſecundũ Viui. potes tamen ponere aliter caſum, vt in gl. ſeq.

m *Cum ſocietas*. Caſus eſt: conuenit inter ſocios vt vnus pro xx. ſolidis epulas ceteris pararet. ſolutis nummis vel aliàs ſatisfacto, poſſunt agere pro ſocio, & ex empto, vt hic dicit: & præſcript. verb. vt C. de pac. inter empt. & vend. l. ij. Accurſius.

n *A negotio*. aliàs ad negotium: aliàs à negotio.

o *Dimitteret*. ac ſi dicat, negotientur illi, & non habeãt curam de epulis. quia hic parabit. & ſic habeas ad negotium. Vel dic, dimitteret eos à negotio. i. abſolueret eos ab hoc negotio. ſcilicet parãdi epulas. Vel dic tertio, vt quòd illi vadunt ad negotiandum pro ſocietate ſine iſto, ſit ſatisfactio de pretio pro epulis conſtituto. Accur.

p *Ex vendito*. id eſt ex empto.

EA quæ commendandi cauſa in venditionibus dicuntur, ſi palàm appareant, venditorem non obligant, veluti ſi dicat ſeruum ſpecioſum, domum bene ædificatam. At ſi dixerit hominem literatum, vel artificem: præſtare debet. Nam hoc ipſo pluris vendit. Quædam etiam pollicitationes venditorem non obligant, ſi ita in promptu res ſit, vt eam emptor non ignorauerit[e]: veluti ſi quis hominem luminibus effoſſis emat, & de ſanitate ſtipuletur[f]. Nam de cetera parte corporis potius ſtipulatus videtur, quàm de eo in quo ſe ipſe decipiebat. Dolum malum à ſe abeſſe præſtare venditor debet: qui non tantum in eo eſt, qui fallendi[g] cauſa obſcurè loquitur: ſed etiam qui inſidioſè obſcurè diſsimulat. †[h] C

poſsit ſeparari, & tunc valet etiam in auro vel argento: vt ibi. an non: & tunc nõ valet etiam in auro vel argento: vt hic. Vel diſtingue q̃d præualet: vt ſi argentum, valeat: ſi æs, non valeat. Vel dic, quod hic ſpecialiter fuit actum vt in ſolidũ eſſet argentea. Vel melius: non eſt emptio quãtum ad rem: id eſt æs. dicitur tamen aliqua fauore emptoris: ne decipiatur: vt inſtit. eo. fin. Accur.

DOminii.} CASVS. Si dominus velit vendere ſeruum ſuum vt pugnet cũ beſtijs: neque poteſt per ſe, neque per procuratorem, etiã criminoſum ſeruum.

c *Saltem.* ponitur ibi pro etiam. Accur.

d *Vendere.* ſcilicet hoc pacto quod ſubijcit & ĵ. ad leg. Cornel. de ſic. l. circũcidere. §. ſeruo. Item facit inſti. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. §. fin. Accurſius.

EA quæ.} CASVS. Vendebam ſeruũ. commendabam eũ de his quæ palàm apparebant: quia eum dicebam ſpecioſum, vel domum bene ædificatam. iſta talia quæ commendandi cauſa dicebam, cùm publica ſint, non obligant venditorem. alias ſi dicam ſeruum artificem, vel literatum, cùm hæc palam non ſint, bene obligabor. Idem eſt in alijs quibuſdam pollicitationibus ſi promitto ſeruum ſanum, cùm monoculus ſit: nõ obligabor: cùm emptor apertè videat ꝙ monoculus eſt. vnde cum de ſanitate ſtipuletur, videtur de ceteris partibus ſerui ſtipulatus: non de illa de qua ſeipſum decipit. {DOLVM.} Venditor debet hoc præſtare quòd dolus à ſe abfuerit in venditione: vnde generaliter de dolo tenetur commiſſo in contractu: ſiue fallendi cauſa cùm obſcurè loquitur, ſiue inſidioſè obſcuritatem diſsimulat. Viuianus.

†Hũc locũ latè explicat Cic. lib. 3. Offic.

e *Non ignorauerit.* vel ſcire potuerit. & dicas plenè vt ſupra de dolo. l. quod venditor. Accur.

f *De ſanitate ſtipuletur.* generaliter. Sed ſi nominatim ſtipulatus eſt eum videre, quamuis ſciebat eum non videre, tenebitur venditor: quia hoc conuenit: ſicut is qui ſciens emit fugitiuum, & ſtipulatur nõ eſſe fugitiuum: vt infra de except. do. apud Celſum. §. item Labeo ſcribit, ſi quis fugi. quæ eſt contra. Vel dic quòd ibi pretium fuit ſtipulatus, hic non: ſed tantùm de ſanitate. Accur.

g *Fallendi.* vt ſi dicat equum non aſcendere arborem: vt ſic non teneatur, ideo quia non aſcendit pontẽ. Vel ſi dicat emptor, non eſt ſeruus artifex? & venditor ſtatim ſubijciat: ego promitto. Accur.

h *Diſsimulat.* ſcilicet tacendo, vel in alijs verbis ſe intromittendo: vt ĵ. de act. emp. l. j. §. j. Accur.

SI duos.} CASVS. Vendidi Titio duos ſeruos vno pretio, ſ. pro decem. ſi vnus moriatur: an in ſuperſtite remaneat vẽditio quæritur. Et dicitur quòd non. Viuia.

i *Emerit.* putans vtrumq; viuere, cùm vnus tantum viueret.

XLIIII. MARCIANVS libro tertio Regularum.

SI duos quis ſeruos emerit[i] pariter vno pretio, quorum alter ante venditionem* mortuus eſt: neque in viuo conſtat emptio[k].

**traditionem.*

XLV. IDEM libro quarto Regularum.

LAbeo libro poſteriorũ ſcribit, ſi veſtimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere, ita emptori præſtandum quod intereſt[l], ſi ignorans interpola emerit. quam ſententiam & Pomponius probat: in qua & Iulianus eſt, qui ait, ſi quidẽ ignorabat venditor, ipſius rei nomine teneri.[m] ſi ſciebat, etiam damni quod ex eo contingit[n]: quemadmodum ſi* vas aurichalcum pro auro vendidiſſet ignorans, tenetur vt aurũ quod vẽdidit[o] præſtet.

**ſi quis aur.*

Officialis in loco vbi adminiſtrationem gerit, contractus per ſe vel per alium facere non poteſt. Bart.

XLVI. IDEM libro ſingulari de Delatoribus.

C NOn licet ex officio[p] quod adminiſtrat quis, emere q̃d vel per ſe, vel per aliam perſonam[q]: alioquin nõ tantùm rem amittit, ſed & in quadruplũ[r] conuenitur, ſecundum conſtitutionem Seueri & Antonini. & hoc ad procuratorem quoque Cæſaris pertinet. Sed hoc ita ſe habet, niſi ſpecialiter quibuſdam hoc conceſſum* eſt[s].

**Fl. in ſenſum.*

Iura realia accedunt rei ſine aliqua expreſsione Baldus.

XLVII. VLPIANVS libro viceſimonono ad Sabinum.

D

k *Conſtat emptio.* fortè quia non eſſet empturus niſi vtrumque ſimul: argu. infra de in diem addic. quod ſi vno. §. Celſus. & inſtitu. ad leg. Aquil. §. his autem verbis. Alioquin cõtra: vt infa eo. l. domum. Item contra ſupra eo. quid tamen. Sol. hic non errauerunt: licet crediderũt eum viuere: ſed ſupra ſic. Accur.

LAbeo.} CASVS. Vendidi veſtimenta mea antiqua pro nouis: emptor qui putabat eſſe noua, agere poteſt cõtra me, quãuis ego ignorem vetera. Additur, ſi aurichalcum pro auro venderem: quòd etiam ignorans teneor vt aurum quod vendidi tradam. Viuianus.

l *Intereſt.* ſ. cum melior ſit noua veſtis: ſicut & nouum mancipium: vt infra de ædil. edict. l. pręcipiunt. Accur.

m *Teneri.* ſ. actione ex empto, quanto minoris eſſet empturus ſi ſciuiſſet: vt ĵ. de act. empt. l. Iulianus. in prin. Accur.

n *Contingit.* vt quia fortè vendidit alij: & emptori promiſit pœnam ſi ea inueniret interpolata: vt infra de ac. emp. l. Iulianus. circa prin.

o *Quod vendidit.* id eſt, quia putabat vendere, ac ſi ſciſſet tunc omne damnum: vt ſ. prox. & actione de dolo: non ex empto ſecundum M. cùm nulla ſit venditio. Accurſius.

NOn licet.} CASVS. Tutor & curator & procurator vel quicunq; alius nõ poſſunt emere ex officio quod adminiſtrãt aliquid, neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam: & ſi fecerint, rem emptam amittent: & quadruplũ pręſtabunt. quod eſt & in procuratore Cæſaris. hoc enim ſpecialiter quibuſdã certis perſonis conceditur. Viuianus.

p *Non licet ex officio.* vt ab eo cuius gerit officiũ publicũ vel priuatũ: vel etiam ab eo qui de ſua iuriſdictione eſt: vt hic, & C. de cõtrac. iudi. l. j. & ſ. ſi cer. pet. l. principalibus. Sed cõtra C. eo. cum ipſe. Sol. vt dixi ſ. eo. ſi in emptione. §. fi. Itẽ cõtra ĵ. de admi. tut. l. quotiens. §. nõ tantũ. Sed ibi in pecunia mutua ſpeciale vt tutor ſibi poſsit ſoluere, & mutuum ſumere.

q *Perſonam.* C. quod met. cau. ſi per impreſsionem. ſic & in auth. de alie. & empt. §. œconomos. coll. ix.

r *In quadruplum.* quod fortè fiſco applicatur: vt ĵ. de iur. fiſc. l. aufertur. §. quod à præſide.

s *Conceſſum eſt.* à lege: vt in caſu qui eſt ĵ. eo. tit. l. qui officij. Vel à principe in priuilegium. hoc tamen videtur reprobari. C. de contract. iudi. l. j.

SI aquæductus. CASVS. Si duct⁹ aquę cõpetat domui meę, & eã vendã: illud ius trãſit ad emptorẽ, etiã ſi nihil dictũ ſit: ſed & fiſtulę per quas trãſeũt, licet extra ædes ſint: ſed & ſi duct⁹ aquæ

quæ nõ tranſeat, quia ſit tẽpore amiſſus, tamẽ fiſtulę & canales ad emptorẽ pertineãt: & hoc dicit cum duabus ll. ſeq. Vi.

a *Prædio.* vrbano fortè. Accurſius.

b *Dictum ſit.* vt infra de euic. l. penul.

c *Licet extra.* Hic ergo not. quòd ratione acceſsionis aliquid debetur: vt infra eo. l. fiſtulas. & infra de leg. iij. vxorem. §. legauerat. & l. cui. & l. prædijs. §. penul. & §. fi. & C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante. §. pactum. & j. de act. empt. l. ſi venditor. §. fi. & dixi. s. eo. qui fundum. §. j.

d *Quòd.* id eſt quia. Accurſius.

SI aquæductus debeatur prædio,[a] & ius aquæ trãſit ad emptorẽ, etiam ſi nihil dictũ ſit:[b] ſicut & ipſę fiſtulæ per quas aqua ducitur.

XLVIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

LIcet extra[c] ædes ſint.

XLIX. VLPIANVS libro viceſimonono ad Sabinum.

ET quanquam ius aquæ non ſequatur, quòd[d] amiſſum eſt: attamen fiſtulæ & canales dum ſibi ſe- B quuntur, quaſi pars ædium ad emptorem perueniunt. et ita Pomponius libro decimo putat.

Conditio habetur pro impleta quãtum ad illum contrahentem per quem ſtat. h. d. Bartolus.

L. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

LAbeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam[e] ita vendideris, ſi decuriones Campani locum mihi vendidiſſent,[f] in quo eam ponerem: & per me ſtet quò minus id à Campanis impetrem. non eſſe dubitandum, quin præſcriptis verbis agi poſsit. Ego etiam C ex vendito agi[g] poſſe puto, quaſi impleta conditione, cùm per emptorem ſtet quò minus impleatur.

Circunſtantiæ agri quæ non ſunt iuris priuati, nec cedunt emptori: non computantur in modum agri. h. d. Iac. But.

LI. PAVLVS libro viceſimoprimo ad Edictum.

LItora[h] quæ fundo vendito coniuncta ſunt, in modum[i] non computantur: quia nullius ſunt, ſed iure gentium omnibus vacant: nec viæ publicæ, aut loca religioſa, vel ſacra. Itaque vt proficiant venditori, caueri D ſolet, vt viæ, item litora, & loca publica[k] in modum cedant.

Quis non poteſt vendere ædificia domorum cauſa diſcooperiendi, vel demoliendi. Baldus.

LAbeo. } CASVS. Vendidi alicui bibliothecã: & ipſe emit ſi decuriones Cãpani locum vẽdidiſſent ſibi. ſi per me ſtetit q̃d ipſe non impetrauit à Campanis quòd locũ venderent: an ex vendito agere poſsim vt ſoluat pretium? Dixerunt quidã quòd præſcriptis verbis actio locum habet. dicit iuriſconſ. quòd rectè habet locum actio ex vẽdito: cùm videatur eſſe completa conditio, cùm per emptorẽ ſtetit quòd non compleretur. Viu.

e *Bibliothecam.* id eſt vas quoddam: vel armarium in quo libri reponuntur: vt infra. de leg. iij. librorum. §. ſed & ſi bibliothecã. & habet tres ſignificationes: vt ibi.

f *Vendidiſſent.* i. parati eſſent vel voluerunt vendere. ſic j. de verb. oblig. ſi ſtipulat⁹ ſim. & ſic non eſt contra. s. eod. l. cum ab eo. Accurſius.

g *Verbis agi.* cõtra me, vt impleatur vẽditio: non inſpecto quaſi nõ ſit impleta conditio: quia pro impleta habetur, vt ſubiicit: vt s. de contrahenda emptio. l. hæc venditio. & j. de verbo. oblig. l. in executione. §. fin. & j. de cõditio. & demõſt. l. iure ciuili. Accurſius.

LItora. } CASVS. Si fundus vendatur, & litora vel viæ publicæ vel loca ſacra circumſtent: illa, cum nullius ſint, venditioni non accedunt: niſi conueniat ab initio, quo caſu à venditore præſtanda eſt cautio. Viuianus.

h *Litora.* quæ ſi ſint maris, communia ſunt: ſi fluminis, tunc publica: vt inſtitu. de re. diui. §. & quidem. Accur.

i *In modum.* qui eſt præſtandus à venditore. Accur.

k *Publica.* ſ. alia: alias autẽ non cedunt: vt hic, & j. de pericu. & commo. rei ven. l. id quod. §. j. Accur.

SEnatus. } CASVS. Si domum ſuam detrahat particulatim quis, vt ſic plus conſequatur, cum hoc à ſenatu prohibeatur: emptor duplum præſtabit fiſco. ſi tamen pretium ſoluit, repetet à venditore: quia in perſona ſua in irritum recidet venditio: neque refert vendidit quis domum propriam, an alienam. Viuianus.

l *Senatus cenſuit.* Auiola & Paulo conſulibus: vt infra de leg. ff. Vetus.

A j. cetera. §. fin. Accurſius.

m *Adquireretur.* ex negotiatione. aliàs. i. ſi vt ponat in aliã domũ, licet: vt C. de ædif. priua. l. ij. Quãdoq; nõ licet, etiã ſi nõ flat cauſa negotiationis: vt ſi legauerit q̃s marmora quæ tũc ſunt iũcta, vel quæ poſtea ab herede iniungũtur: vt j. de le. j. cetera. §. j. & l. ſenat⁹. j. reſpõ. Ecõtra quãdoq; licet: vt j. de dona. inter virũ & vxo. l. Marcellus. & j. de le. j. ſenatus. §. j. Itẽ ad opus publicum: vt j. de damno infec. l. fi. in fi. Accurſius.

LII. IDEM libro quinquageſimoquarto ad Edictum.

SEnatus cenſuit[l], ne quis domum villámve dirueret, quo plus ſibi adquireretur,[m] neve quis negotiandi cauſa eorum quid emeret, venderétve, pœna in eum qui aduerſus ſenatuſconſultum feciſſet, conſtituta: vt duplum[n] eius quanti emiſ- B ſet, in ęrarium inferre cogeretur: in eum verò qui vẽdidiſſet, vt irrita fieret vẽditio.

Planè ſi mihi pretiũ ſolueris, cùm tu duplum ærario debeas, repetes à me:[o] quòd[p] à mea parte irrita facta eſt venditio. Nec ſolum huic ſenatuſconſulto locus erit, ſi quis ſuam villam vel domum, ſed & ſi alienam vendiderit.

Ad hoc vt dominium tranſeat in emptorem, paria ſunt pretium eſſe ſolutũ, vel fideiuſſorem datum, vel eſſe aliter ſatisfactum. Baldus.

LIII. GAIVS libro viceſimooctauo ad Edictum Prouinciale.

C VT res emptoris fiat, nihil intereſt vtrum ſolutũ ſit pretium, an eo nomine fideiuſſor datus ſit. Quod autem de fideiuſſore diximus, plenius acceptum eſt, qualibet ratione ſi vẽditori de pretio ſatisfactũ eſt: veluti expromiſſore[q] aut pignore dato[r] proinde ſit, ac ſi pretium ſolutum eſſet.

LIIII. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

REs † bona fide vendita, propter minimã cauſam inempta fieri non debet[s].

D LV. IDEM libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

NVda[t] & imaginaria vẽditio ꝓ nõ facta eſt: &

n *Duplum.* immo videtur ꝙ in ſimplũ emptor, & in ſimplũ venditor puniatur: vt j. de dam. infec. l. fi. j. reſpõ. quæ eſt contra. Sol. immo concordat ſi bene intelligatur. Nam ſi emptor pretium non ſoluit adhuc, & habet rem: tenetur in duplũ: vt hic. Et ratione vni⁹ ſimpli eſt pœna venditoris, cùm irrita ſit quo ad eum venditio: vt hic ſubijcit. Si autẽ non habet rẽ, nec pretium ſoluit, tũc quilibet in ſimplum: vt ibi. Si autem & pretium ſoluiſſet, & rem non haberet: tunc vẽditori in duplum: & erit pœna emptoris ratione vnius ſimpli. Alij dicunt ꝙ ibi vterque ſciebat illicitum contractum, hic emptor ſolus. Accur.

o *Repetes à me.* ſcilicet pretium quod dediſti.

p *Quòd.* id eſt quia.

VT res. } CASVS. Si vendo alicui rem, & trado ad hoc quòd fiat res emptoris, requiritur quòd pretium ſolutum ſit, vel fideiuſſor dat⁹ pro pretio vel largiùs quocunque modo ſit facta fides de pretio vẽditori, vt quia expromiſſorem habet, vel pignus. Viuianus.

q *Expromiſſore.* interueniente animo nouandi.

r *Dato.* ſupple vt proinde &c. & facit s. eodẽ quod vẽdidi. & inſtit. de re. di. §. venditæ. Accur.

† In hunc locũ Alexan. ab Ale. li. 6. Gen. dierum. cap. 1.

REs. } CASVS. Si res bona fide vendatur, & deceptus fuerit emptor: propter minimam cauſam venditio facta non reſcinditur. Viuianus.

s *Non debet.* veluti ſi ita vẽdita ſit, vt niſi die ſtatuta fuerit ſoluta tota pecunia, res ſit inẽpta. nã licet vnus nũmus deſit ad ſoluẽdũ, nõ fit inẽpta. ſed hęc poſitio reprobatur: vt j. de cõdi. & demõ. l. cũ fundus. & j. eo. fiſtulas. §. qui fundũ. & C. de diſtrac. pig. l. quãdiu. & j. de ſolu. l. etiam circa. & j. de vſur. l. tutor. §. Lucius. Dic ergo caſum vt ſi eſt deceptus alter contrahentium intra dimidiam iuſti pretij: ſi autem vltra, reſcinditur: vt C. de reſcinden. vend. l. ij. & l. ſi voluntate. Accur.

NVda. } CASVS. Si fingam vendere, cùm non vendam: talis dicitur nuda venditio & imaginaria: vnde nõ valet, & pro non facta habetur: neque intelligitur res ex tali vẽditione alienata. Viuianus.

t *Nuda.* quia fingit vẽdere, cũ non vendat: nec tamen agit vt

valeat tāquā donatio: quia tūc fieret alienatio ex cauſa donationis: vt C. eo. l. empti fides. & facit j. eo. l. cū manu. in fi. l. & j. de manumiſ. l. iiij. §. ſi ab ignoto. & C. eo. ſi donationis. Acc.

SI quis.} Casvs. Vendidi ancillam eo pacto ne proſtituatur: & ſi proſtitueretur, quòd liceret mihi abducere. ille cui vendidi, vendidit emptori ſecundo: ſecundus vendidit tertio: & ita per plures venditores tranſiuit. ſi ab aliquo eorū proſtituta fuerit ancilla: an mihi priori venditori liceat abducere eam, & de quolibet? Dicit quòd ſic. Viuianus.

Ex tit. de liberali cauſa.

a *Poteſtas ſit.* vt C. ſi man. ita fu. ali. l. j. in fin. & infra de ſer. expor. l. Titius. & fit venditor dominus non ex pacto, ſed rei apprehenſione. ſic & ſupra de vſufr. ſi fur. & l. ſi pendentes. §. fin. Accurſius.

DOmum.} Casvs. Si res nō ſit præſens quæ diſtrahitur, puta domus: & combuſta ſit: aut vterque tam emptor quàm vēditor ignorant, aut econuerſo. Primo caſu aut tota combuſta eſt, aut pars. Secundo caſu, aut maior dimidia: & non cōpellitur emptor implere venditionem. Si verò minor pars combuſta ſit, compellitur vēditionem implere: ſed minor fit æſtimatio pretio definiendo arbitrio boni viri: vt decreſcat pretium iuxta deteriorationē. Si verò venditor ſciebat, emptor ignorabat: ſi tota domus comburitur, nulla eſt venditio. Si verò pars: non refert an maior, an minor: quia ad intereſſe venditor tenebitur. Si emptor ſcit, venditor ignoret: ſolidum pretium ſoluit. Si vterque ſit in dolo: dolus cum dolo compenſabitur. Viuianus.

*Vulg. in hac quæſtione.
*Vulg. cōſumptæ.

b *Nihil.* cùm ſine re quæ veneat, non poſſit eſſe venditio: vt ſupra eo. l. nec emptio. j. de here. ven. l. cum hereditatem.

c *Quanta pars domus.* id eſt ædificij. aliàs ſtrictè accepto vocabulo, cùm remaneat maxima pars, ſemper dicetur remanere: vt infra de ſolu. qui res. §. aream. in fin. & ſic non eſſet locus huic diſtinctioni.

ideo nec alienatio eius rei intellegitur.

Pactum manus iniectionis proſequitur, rem penes quemcūque poſſeſſorem. Barto.

LVI. Idem libro quinquageſimo ad Edictum.

SI quis ſub hoc pacto vēdiderit ancillam, ne proſtituatur: & ſi contra factū eſſet, vti liceret ei abducere, & ſi per plures emptores mācipium cucurrerit, ei qui primò vendidit, abducendi poteſtas [a] ſit.

Si res quæ venditur, non ſupereſt, non valet venditio: ſed ſi ſupereſt pro parte, valet: & per officium iudicis pretium minuitur: & intereſſe præſtabitur. Bartolus.

LVII. Pavlvs libro quinto ad Plautium.

DOmum emi, cùm eam & ego & venditor cōbuſtam ignoraremus. Nerua, Sabinus, Caſsius, nihil [b] veniſſe, quāuis area maneat, pecuniáque ſolutam condici poſſe aiūt. Sed ſi pars domus maneret: Neratius ait hāc quæſtionē* multū intereſſe, quanta pars domus [c] incendio conſumpta * permaneat: vt ſi quidē amplior domus pars [d] exuſta [l] eſt, non cōpellatur emptor perficere emptionem: ſed etiam quod forte ſolutum ab eo eſt, repetet. Sin verò vel dimidia pars, vel minor quàm dimidia exuſta fuerit, tunc coartandus eſt emptor venditionem adimplere, [e] æſtimatione viri boni arbitratu habita, vt quod ex pretio propter incendiū decreſcere fuerit inuentū, ab huius præſtatione liberetur. Sin autem vēditor quidem ſciebat domum eſſe exuſtam, emptor autem ignorabat, nullam vēditionem [f] ſtare, ſi tota domus ante venditionem exuſta ſit. Si verò quātacunque pars [g] ædificij remaneat, & ſtare venditionem, & venditorem emptori quod intereſt reſtituere. Simili quo-

d *Amplior pars domus.* id eſt ædificij: vt dictum eſt.

e *Adimplere.* contra ſ. eo. ſi duos. Sol. vt ibi.

f *Nullam venditionem.* immo contra: vt ſ. eo. ſi in emptione. §. itē ſi. Sol. ibi res ſubſiſtebat, licet vitioſa: hic verò error ſubſtantiæ magis impedit venditionem, quàm rei vitium.

g *Quantacunque pars.* etiam minor. nam in odiū decipientis ſuperior diſtinctio locum non habet.

h *Quoque.* quando pars ſupereſt. Accurſius.

i *Et omne pretium.* etiam pro deſtructa parte: quia non vide-

A tur deceptus &c. vt j. de ac. emp. l. j.

k *Nihil actum.* ſi in totum eſt deſtructa, non eſt hæſitatio: quia propter defectum ſubſtātiæ eſt nulla: vt ſupra eo. §. ſin autem. Sed vbi pro parte: cur nō tenet in parte quæ ſupereſt? Reſpon. immo tenet. & quod dicit, nil actum eſt, quantum ad partem deſtructam ſcilicet eſt intelligendū. & ſic quod iuris eſt in toto quo ad totum, idem in parte quo ad partem: vt infra de vſur. qui ſcit.

que [h] modo ex diuerſo tractari oportet, vbi emptor quidem ſciebat, vēditor autem ignorabat. Et hic enim oportet et venditionē ſtare, & omne pretiū [i] ab emptore venditori, ſi non depenſum eſt, ſolui: vel ſi ſolutum ſit, nō repeti. Quòd ſi vterq; ſciebat & emptor & venditor domum eſſe exuſtā totam, vel ex parte: nihil actū [k]

B fuiſſe: dolo inter vtramque partem compenſando: [l] & iudicio, quod ex bona fide deſcendit, dolo ex vtraque parte veniente, [venditionem] ſtare non concedente.

LVIII. Papinianvs libro decimo Quæſtionum.

ARboribus quoque vēto deiectis, vel abſumptis igne, dictū eſt emptionem fundi non videri eſſe contractam, [m] ſi contemplatione illarum arborū, veluti oliueti, fundus comparabatur: ſiue ſciente, ſiue ignorāte vēditore. Siue autem emptor ſciebat, vel ignorabat,

C vel vterque eorū: hæc obtinent quæ in ſuperioribus caſibus pro ędibus dicta ſunt. [n]

LIX. Celsvs libro octauo Digeſtorum.

CVm venderes [o] fundū, non dixiſti: *ita vt optimus maximusq;* [*eſt.*] Verū eſt (quod Quinto Mucio placebat) non liberū, ſed qualis eſſet, fundum præſtari oportere. Idem & in vrbanis prædijs dicendum eſt.

In generali ſermone eſt electio venditoris. Vel ſic: Quando certitudo eſt habenda per viā electionis: eſt electio debitoris. Baldus.

LX. Marcellvs libro ſexto Digeſtorum.

D COmprehēſum erat lege vēditionis, dolia ſexaginta emptori acceſſura. cùm eſſent centum, in venditoris fore poteſtate reſponſum eſt, quæ vellet dare. [p]

l *Compenſando.* vt ſ. de dolo. l. ſi duo. & ſ. de eo per quem fac. eſt l. fi. §. penul. Accur.

ARboribus.} Casvs. Si contemplatione arborum quę in fundo erant, fundū emerim. & aliquo caſu conſumptæ ſint, vēditio nulla eſt. hæc ſunt vera ſiue ſciuerim, ſiue ignorauerim ego tantum, ſiue vterque. Viuianus.

m *Contractam.* quia nihil ſupereſt de arboribus, quarum contemplatione fuit facta venditio: vel fortè hic in emptoris erat arbitrio: vt infra de pericu. & cōmo. l. ſi poſt. & infra eo. in vendendo. §. j.

n *Dicta ſunt.* ſ. l. proxi. Accur.

CVm venderes.} Casvs. Vendidi tibi fundum, & dixi, non eſt optimus, non eſt maximus, licet ſeruitutem alij debeat fundo: nihilo minus valet venditio. Viuianus.

o *Cum venderes.* quidam ſic de plano intelligunt: quia non dixi, vti optimus. ſic etiam ſeruum tradere poſſum, cùm tranſeat cū ſua cauſa: vt infra de acquir. re. do. traditio. & infra eo. l. alienatio. Si autem dixiſſem: tūc liberū debeo præſtare: non autem quod ſibi ab alijs ſeruiatur: vt j. de euict. l. pen. & j. de verbo. ſigni. l. qui vti. Tu dic, quòd etiā ſi non dicatur, vti optimus: tamen liber debet præſtari: vt infra de act. empt. in venditione. & j. de euic. l. penult. not. quod ſi nō fiat, quanto minoris erat empturus agit: vt infra de edil. edic. l. quotiens. Quod hîc dicitur, conuerte, non dixiſti, &c. id eſt dixiſti, vendo non vti optimus, &c. & ſic me exonero: vt ar. j. de ædil. edic. l. quæritur. §. ſi venditor.

COmprehenſum.} Casvs. Conueni vt lx. dolia Titio venderem: & habebam c. Dicitur quòd in electione mea eſt quæ lx. ex eis c. ei præſtare velim. Viuianus.

p *Quæ vellet dare.* dūmodo integra det: vt j. de act. empt. l. pe. §. fi. Itē ideo eſt in poteſtate debētis, quia in genere eſt debitū. vt inſti. de lega. §. ſi generaliter. & de act. §. huic autē. Acc.

EXiſtimo.} Casvs. Si velim emere rem meam ſub conditione, ſi deſierit eſſe mea, quia forte ſperabatur non mea fieri, bene poſſum.

Sub con-

a *Sub conditione* ſic & ſtipulatio valet ſuæ rei: vt j.de verbo. oblig.l.ſi rem mã Acc.Coniunge.l.exiſtimo.de verb. obl.

QVi *officij.* } CASVS. Præſes prouinciæ in prouincia qua degit, aliquid emere non poteſt: niſi forte ſibi vendantur prædia quæ fuerint patris ſui. {QVI NESCIENS.} Si ignorans emero rem ſacrã; vel religioſam, vel locum publicum pro priuato: agam ex empto contra venditorem, licet venditio non valuit, & agam vt conſequar meum intereſſe. {RES.} Si rem vendideris vt periculo meo ſit: ſi dolum non commiſeris, res periculo meo occidit vel interit. Viuianus.

LXI. IDEM libro vicenſimo Digeſtorum.

EXiſtimo poſſe me id quod meum eſt ſub conditione [a] emere: quia fortè ſperatur meum eſſe deſinere.

Officialis non poteſt emere rem in loco in quo officium gerit, niſi in caſu: & emens rem ſacram vel religioſam ignoranter, habet actionem contra venditorem ad intereſſe. Bartolus.

LXII. MODESTINVS libro quinto Regularum.

QVi officij † cauſa in prouincia agit vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non poteſt[b], præterquam ſi paterna eius à fiſco diſtrahantur. Qui neſciẽs loca ſacra vel religioſa vel publica pro priuatis comparauit, licet emptio non teneat,[c] ex empto[d] tamẽ aduerſus venditorem experietur, vt conſequatur quod interfuit[e] eius ne deciperetur.

Appellatione periculi continentur etiam caſus fortuiti: nimirum hoc, quia veniebãt etiam natura contractus. Bart.

Res in auerſione[f] † empta, ſi non dolo venditoris factum ſit: ad periculum emptoris pertinebit, etiam ſi res adſignata[g] non ſit.

Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum. h.d vel ſic: Mandatum collatum in certam perſonam, non poteſt in aliã exerceri. Baldus.

LXIII. IAVOLENVS libro ſeptimo ex Caſsio.

CVm ſeruo dominus rẽ vendere certæ perſonæ iuſſerit[h], ſi alij vendidiſſet quàm cui iuſſus erat, venditio non valet. Idem iuris in libera perſona eſt, cùm perfici venditio non potuit in eius perſona, cui dominus venire eam noluit. Demõſtratione[i] fundi facta, fines nominari ſuperuacuum eſt. Si nominentur[k], etiam ipſum venditorem nominari oportet, ſi fortè alium agrũ confinem poſsidet[l].

In contractu inter viuos, eſt locus iuri accreſcendi, quando promiſſoris hoc intereſt. h.d. Bartolus & Baldus.

b *Non poteſt.* ne forte ſtudio culturæ militiam dimittant: vt C. loca. l. milites. niſi in caſu qui ſubauditur, quando à fiſco diſtrahuntur, vel etiam ab alio. Item ſi finita eſt militia: vt hic, & infra de re mili. l. milites. Item nec nauem fabricare: nec fabricatam emere: vt infra de iur. fiſc. aufertur. §. quòd a præſide. & facit ſupra eod. l. non licet. Accur.

† Hoc re- ſſum ele- gater ex- plicat Cic. act. 6. in Verrem, cir ca princi- pium.

c *Non teneat.* quo ad rem. Accur.

d *Ex empto.* imò videtur quòd actione in factum: vt ſupra de relig. l. oſſa. §. j. quæ eſt contra. Solue vt ibi. Accur.

† Quid ſibi vult res in auerſione empta, ex- plicat An- to. Aug. li. 3. cap. 6.

e *Interfuit.* vt inſtitu. eod. §. fin.

f *Res in auerſione.* id eſt vt omnem aduerſum caſum ſuſcipiat emptor. ſic & infra de pericu. & commo. rei vendi. l. ſi quis vina. §. j.

g *Aßignata.* id eſt iam tradita.

CVm *ſeruo.* } CASVS planus eſt. {DEMONSTRATIONE.} Si fundum quem tibi vendidi demonſtrauero: an vicinos tibi nominare tenear? Et reſpon. quòd non, niſi hoc conueniſſet. Viuia.

h *Iuſſerit.* alij non venditurus: vt argum. ſupra de dolo. & eleganter. §. j. ibi, aut nulla &c. & infra de iniur. l. eum qui. §. fin. aliàs cuilibet vendere poſſet: licet vnum nominaſſet dominus: vt argum. infra de ope. no. nun. l. j. §. inde quæritur. & facit ad hanc l. ſ. mandati l. diligenter. Accur.

i *Demonſtratione.* i. non tenetur venditor nominare conuicinos: vt hic, ſed terminos ſic: vt j. de act. empt. l. Titius heres. in quibus ſi erretur, non nocet, vt in legatis: vt & j. de leg. iij. patronus. §. j. & ij.

k *Nominentur.* i. ſi promittatur quòd nominabuntur: aliàs licet vnum nominet, alios nominare non tenetur: vt arg. C. de excu. tu. l. volũtaria. Item & in alio caſu tenetur dicere, quãdo habet malos: vt ſ. eo. l. quod ſæpe. §. fin.

l *Poßidet.* quia ipſe vẽditor vicinus eſt, & forte malus. Acc.

LXIIII. IDEM libro ſecundo Epiſtularum.

A FVndus ille eſt mihi & Titio emptus. Quæro, vtrum in partem, an in totum venditio conſiſtat: an nihil actum ſit. Reſpondi, Perſonam Titij ſuperuacuò accipiendam puto: ideoque totius fundi emptionem ad me pertinere.[m]

B *Nota hanc legem, per quam potes dignoſcere contractum locationis à contractu emptionis. Bartolus & Baldus.*

LXV. IDEM libro vndecimo Epiſtularum.

COnuenit mihi tecum, vt certum numerũ tegularũ mihi dares certo pretio. quod vt faceres, vtrum emptio ſit, an locatio? Reſpondit, Si ex meo fundo tegulas tibi factas[n] vt darem conuenit, emptionem puto eſſe, nõ conductionem. Totiens enim conductio alicuius rei eſt, quotiens materia in quo* aliquid preſtatur in eodem ſtatu eiuſdẽ manet. quotiẽs verò & immutatur, C & alienatur, emptio magis quàm locatio intelligi debet.[o]

In contractu emptionis & venditionis veniunt quædã, etiã ſi non dicantur. Bald.

LXVI. POMPONIVS libro trigenſimoprimo ad Quintum Mucium.

IN vendendo[p] fundo quędam etiam ſi non condicantur, † præſtanda ſunt: veluti ne fundus euincatur, aut vſusfructus[q] eius. quædã ita demum ſi dicta ſint[r]: veluti viam, iter, actum, aquæ ductum pręſtatu iri. † Idem & in ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Si cum ſeruitus venditis prædijs deberetur, D nec cõmemorauerit venditor, ſed ſciẽs eſſe reticuerit, & ob id per ignorãtiam rei emptor non vtẽdo per ſtatutũ tempus eã ſeruitutẽ amiſerit: quidã rectè putant vẽditorem teneri ex empto

FVndus. } CASVS. Si me præſente Titio abſente dixi ſic: vendas mihi & Titio fundum: ſuperuacua eſt habenda perſona Titij: & in mea perſona ſolùm conſtat emptio. Viuianus.

m *Pertinere.* aliter in ſtipulatione: vt j. de verb. obli l. ſi mihi. & inſt. de inu. ſtip. §. ſi quis. & ſ. de conſtitu. pecu. l. eum qui. §. itẽ. quæ ſunt contra. Solu. ideo aliud, quia in vẽditione venditor grauaretur, niſi totũ venderet, & totum pretium haberet: quod grauamen non poteſt dici quòd habeat promiſſor: vt argum. infra de act. empt. l. Iulianus. §. idem Celſus. Itẽ propter communionem, in quam inuitus caderet venditor.

COnuenit. } CASVS. Inter me & Titium cõuenit vt darem ſibi certum numerum tegularum, quas facerẽ de fundo meo. quæritur, an ſit venditio aut locatio? Dicitur quòd venditio. nã cum materia in qua aliquid præſtatur, erit de eodem ſtatu, manet conductio & locatio. Viuianus.

n *Factas.* tẽpore traditionis: faciendas tamen poſt contractum venditionis.

o *Debet.* vt ſupra eo. l. Sabinus. & infra loca. l. ij. in fin. *vulg. quâ

IN *vendendo* } CASVS. Si vendo fundum: id præſtare debeo, etiã ſi nõ dicatur, ſcilicet vt non euincatur neq; fundus, neq; vſusfruct⁹ eius. Quædam non aliter præſtantur, niſi dicantur expreſſe, vt via, actus &c. quod eſt verum niſi fundo vẽdito debeantur: quia tunc accedunt tacite. & idem eſt in ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. {SI CVM.} Vendidi tibi prædium cui ſeruitus debebatur: ſciẽs hoc tacui: & ita emptor non certioratus: amiſit illam ſeruitutẽ non vtendo per ſtatutum tempus. quæritur an ego tenear? Dicitur quòd ſic ex empto propter meũ dolum præſumptum propter taciturnitatẽ. {QVINTVS.} In venditione non veniũt ruta & cæſa: quia non intelligun tur fundi eſſe, vel ædium, niſi expreſſum fuiſſet. nam ruta & cæſa ſunt illa quæ neque fundi neque ædium ſunt. Viuianus.

† dicantur.

† eleganter, pro præſtatũ iri. Anto. lib. 2. cap. 1.

p *In vendendo.* niſi in caſibus: vt C. de euict. l. j. & l. ſi fundũ.

q *Vſusfructus.* idem ſi euincatur quælibet ſeruitus: vt dixi. ſ. eo. l. cum venderes. Sed argu. contra. ſ. ſi ſer. vin. l. teſtatrix. j. reſpon. & de ſeruitut. vrba. præd. l. fin. j reſ. Sed ibi ideo, quia ſic paterfamilias fuerat ſolitus. arg j. de leg. j. l. ſi ſeruus. §. ſi. Accurſius.

r *Si dicta ſint.* aliàs nõ: vt arg. ſ. de ſerui. ruſti. præd. l. via. §. ſi. in fi. & j. de euict. l penult. Si vero fundo debeãtur, tacite ſequuntur: vt ſ. eod. l. ſi aquæductus. Accurſius.

a Ob dolum.præſumptum.ſic ſupra man.l.ſi fideiuſſor.in fin. A j.reſpon. Et not.quem renuntiare debere:vt in alleg.l.§.ſi cũ debitor.& l.ſi procuratorem.§.pen.

b Ruta cæſa. hæc non dantur emptori : imò ſi habet,reuocatur:vt hic,& infra de act.empt. l.fundi.§.ſi ruta.& s.ad exhi.l.Celſus.§.idem Iulianus.

Lienatio. } CASVS. Vendo tibi rem, vel alio modo alieno: facio eã tuam ſicut mea eſt: quia alienatio talẽ efficit emptori, qualem habiturus eſſet venditor,niſi nominatim fuiſſet aliud dictum, vel ſpecialiter ante ſtatutum. Viuianus.

c Ita ſe habet. vt j. de acquir.rer.domi.l.traditio. & j. de regulis iuris.l.nemo.

d Conſtitutum. veluti ſi quis emat à venditore bona fide,poterit ſe tueri aduerſus creditorem præſcriptione decem.vel xx. an. quod auctor eius facere non potuiſſet: vt C.ſi aduer. credi. l. ij. & de præſcr. xxx.an.l. cùm notiſſimi.

†Concor. cum hac.l. cap. ex lite rũ cũ glo. ſuper verbo, onere, extra de pignoribus.

SI cum. } CASVS. Vendidi fundum, dixi in alienatione ꝙ pretium quod exigeretur à colonis fundi,accederet emptori: quæritur in caſu iſto, an ego venditor tenear præſtare in exigendo diligentiam? Et dicitur quòd ſic : & non ſolum dolum, imò diligentiam & bonam fidem. teneor enim ſi dolum fecero in exigendo, ſiue per culpam non exegi. {FERE.} Si inter emptorem & venditorem conſtitutum ſit ne dolum venditor cõmittat: ſi contra factũ fuerit, tenebitur. & idem eſt & ſi non dictum ſit. Facit dolum, ſi ſtet per eũ quo minus rem emptam poſſideat. & ſi res vendita tradita ſit, emptor non aget ex empto vt res tradatur,ſed vt dolus venditoris æſtimetur. Viuianus.

e Fere id eſt vbicunque.

f Factum eſt. ſcilicet ante contractum : vel in cõtractu ipſo:quod probatur per id quod eſt ſupra de dolo.l.& eleganter.§.non ſolum. & s.eo.l.in vendendo.§. penul.

g Aut fiet. ſcilicet poſt contractum:vt cùm non erat ſua tempore contractus, ſed poſtea ſua fit,quia tunc implere venditionem tenetur:vt j.de actio.empt.l.ſi quis alienam rem.

h Tradat.cùm iã forte tradiderat. Vnde ſemel eſt liberatus: & amplius ad idem in perpetuum non tenetur: vt j. de ſolu. qui res.§.aream.& inſti.quib.mo. tol.obli.in princip.Accur.

i Multis. maximè.nã & ſi tradere poſſit, non tenetur actione ex empto vt tradat:licet quidã dicant contra: ſed rei vindi.vt s.de rei vindi. l.ſi ager.Accurſius.

RVtilia.} CASVS. Mulier quædam quæ vocabatur Rutilia,emit quẽdam lacum angularem Sabatenem, (id enim lacui erat nomen, tractum à multitudinẽ angulorũ, vel anguillarum quæ in eo fundo erant) & iuxta lacum illum. x. pedes terræ qui ſub aqua non erant tempore venditionis. quæritur quid iuris ſit.Dicitur,ſi creuerit poſtea lacus,quòd non poteſt alios.x. pedes habere, cùm non emit illos.x.pedes terræ:quia videtur emiſſe qui tunc erant. vnde licet poſtea creuerit lacus, & inundauerit illos.x.pedes, nõ debet Rutilia vlterius latius poſsidere quàm emit. Viuia.

ob dolũ.[a] Quintus Mucius ſcribit,qui ſcripſit, *Ruta cæſa quæque ædiũ fundiue non ſunt*, bis idẽ ſcriptũ.nam ruta cæſa[b] ea ſunt quæ neque ædiũ, neque fundi ſunt.

Res tranſit cum ſua cauſa. h.d.iſta lex. Baldus.

LXVII. IDEM libro trigenſimo nono ad Quintum Mucium.

ALienatio † cùm ſit, cũ ſua cauſa dominiũ ad alium transferimus, quæ eſſet futura ſi apud nos ea res manſiſſet: idque toto iure ciuili ita ſe habet, [c] præterquã ſi aliquid nominatim ſit cõſtitutum.[d] B

Si venditor promiſit emptori exigere mercedẽ rei venditæ à conductore, debet in exigendo diligentiam præſtare. Item in venditione ſolent adijci verba,quod dolus malus abſit à venditore. Baldus.

LXVIII. PROCVLVS libro ſexto Epiſtularum.

SI cùm fundũ venderes,in lege dixiſſes, quod mercedis nomine à conductore exegiſſes,id emptori acceſſurum eſſe:exiſtimo te in exigendo nõ ſolùm bonam fidem,ſed etiam diligentiam præſtare debere, id eſt non ſolùm vt à te dolus malus abſit,ſed etiam vt culpa. C

Fere[e] aliqui ſolẽt hæc verba adiicere, *Dolus malus à venditore aberit*. qui,etiam ſi adiectum nõ eſt, abeſſe debet. Nec videtur abeſſe,ſi per eũ factũ eſt [f] aut fiet [g] quo minus fundum emptor poſsideat. Erit ergo ex empto actio:non vt venditor vacuã poſſeſsionem tradat, [h] cum multis [i] modis accidere poterit ne tradere poſsit : ſed vt ſi quid dolo malo fecit, aut facit,dolus malus eius æſtimaretur. D

Verba contractus referuntur ad tempus contractus. Item lacus ius non habet, ſecus in flumine.h.d. Adde l.vicinus.in ſi.j.de aqua plu.arcen.Bartolus.

LXIX. IDEM libro vndecimo Epiſtularum.

RVtilia Polla emit lacũ Sabatenem angulariũ[k], & circa eum lacũ pedes decem.quæro,nunquid & decem pedes qui tunc acceſſerũt,ſub aqua ſint, quia lacus creuit: an proximi pedes decem ab aqua Rutiliæ Pollæ iuris ſint. Proculus reſpondit:Ego exiſtimo eatenus lacum quẽ emit Rutilia Polla, veniſſe, quatenus tunc fuit[l]: & circa eum[m] decẽ pedes qui tunc fuerunt:nec ob eam rem,quòd lacus poſtea creuit, latius eam poſsidere debere,quàm emit.

Quibus menſuris menſuretur, eſt in arbitrio contrahentium. Bart.

LXX. LICINNIVS Rufinus libro octauo Regularum.

LIberi hominis emptionem contrahi poſſe plerīq; exiſtimauerunt,[n] ſi modò inter ignorantes id fiat. Quod idem placet, etiam ſi venditor ſciat, emptor autẽ ignoret. Quòd ſi emptor ſciens liberum eſſe emerit, nulla emptio contrahitur. [o]

LXXI. PAPIRIVS Iuſtus libro primo Conſtitutionum.

IMperatores Antoninus et Verus Auguſti Sextio Vero in hæc verba reſcripſerunt: Quibus menſuris aut pretijs negotiatores vina cõpararent, in contrahentium poteſtate[p] eſſe. Neque enim quiſquam cogitur vendere, ſi aut pretium aut menſura diſpliceat: præſertim [q] ſi nihil † contra conſuetudinem regionis fiat.

Pacta ſuper accidentalibus vel naturalibus contractibus ex interuallo appoſita, ad exceptionem tãtùm proſunt. ſi apponatur ſuper ſubſtãtialibus, ad actionem proſunt.h. d.Bartolus & Baldus.

LXXII. PAPINIANVS libro decimo Quæſtionum.

k *Angularium . quia multos habet angulos.ſi habes, anguillarum, ideo eſt, quia multas habet anguillas.prima verior eſt.

l Tunc fuit. cùm venditio eſſet contracta: & ſic tempus contractus inſpicitur.ſic s.de ſer.vrb.prœd.l.ſed quę loca.& j.de hered.vel act.ven.l.ij.§.j.

m Eum. ſcilicet lacũ. Siue enim lacus creſcat,ſiue exareſcat:vicino neque accedit, neque decedit:vt j.de aqua plu.arcen. l.vicinus.§.ſi.Accur.

LIberi. } CASVS. Vẽditio liberi hominis valet inter ignorantes, ſi venditor & emptor credant eũ ſeruum. idem ſi emptor credat,licet venditor ſciat eum liberũ : ſed ſi emptor ſcit, non valet vẽditio. Viuianus.

n Exiſtimauerunt. quo ad obligationẽ : vt inſtit.eod.§.fin.Secus in ſtipulationibus:vt inſtit. de inuti. ſtipu.§. j.Et eſt ratio : quia in ſtipulationibus dominium debet tranſire: in venditione: non: vt s.eod.l.ſi ita.

o Nulla emptio contrahitur. multo magis nõ valet contractus vbi ambo ſciuerunt:vt argu.ſupra eo.l.domum. §. fin. & facit. s.e.ſi in emptione.§.hominem liberum. & §. item ſi emptor.

IMperatores. } CASVS. Vendidi tibi frumentum:& conueni de certa menſura, cum incertæ menſuræ in ciuitate eſſent: & pretio,puta de ſterlinguis, cùm moneta talis Bonon. vtrum tali emptioni & venditioni ſtari debeat? Et reſpon. quòd ſic: quia quicquid conuenit,ſeruandum eſt:dum tamen non ſit contra conſuetudinem regionis.Viuianus.

†Not. tex. ſecũdũ Bald. cõſuetudinem ... poteſt derogari ... tudo ... prohibitoria ... l. C. deiuſ. ... man. ... dent.

p Poteſtate.cũ multę monetę & mẽſurę ſint in ciuitate.Acc.

q Præſertim.nam idem & ſi contra conſuetudinem, ſic & C. loca.l.circa.& facit s.de dolo.arbitrio.§.de eo. Accur.

PActa.}CASVS. Lex iſta facit differentiã inter pacta quæ ſunt de ſubſtãtia cõtractus,& ea quæ ſunt de natura contractus.Primo ponit talẽ caſum:Vẽdidi tibi prędiũ. facta vẽditione pepigi tecũ aliquid ex interuallo.an vires habeat pactũ,quaſi incontinenti eſſet factũ, quæritur. Et dicitur ꝙ ſi detrahat obligationi, puta ꝙ ſit pactũ vt teneatur de dupla: bene habet vires, & creditur ineſſe. ſi autem adijciat aliquid obliga-

obligationi:puta quia pactus eſt emptor quòd ſi caueatur cū A fideiuſſoribus:vires non habet, neque creditur ineſſe. Hoc tamen verum eſt quantum ad hoc vt emptor ex eo agat: ſed tamen in caſu licet vires non habeat ad agendum, habebit tamen vires ad excipiendum, vēditore agente pro aliquo, pro pretio, pro rutis & cęſis, vel aliquo alio. hoc in pactis quæ ſunt de natura contractus. Sed quæritur, quid erit ſi poſt venditionem fuit factum pactū de ſubſtantia contractus ex interuallo: puta fuit factum de augendo vel deminuendo pretio? In caſu iſto qualecunque tale pactum fiat, vires habebit: & creditur receſsiſſe à priori vēditione re adhuc integra. {PAPINIANVS.} Si vēdas mihi fundum, & excipias ſacrum & publicum: ſi aliquid ita publicum eſt, quod tamē in patrimonio fiſci fuiſſet: illa res non intelligitur excepta. Viuianus.

PActa conuenta, quæ poſtea [a] facta detrahūt aliquid emptioni, contineri cōtractu videntur: quæ verò adijciunt credimus hoc non ineſſe. Quod [b] locum habet in his, quæ adminicula[c] ſunt emptionis: veluti ne cautio[d] duplæ pręſtetur: aut vt cū fideiuſſore[e] cautio duplę pręſtet̄, ſed quo caſu agēte emptore nō valet pactum[f], idē[g] vires habebit iure exceptiōis agēte[h] vēditore. An idē[i] dici poſsit aucto poſtea vel deminuto pretio, non immerito quæſitum eſt: quoniam emptionis ſubſtantia conſti-

a *Quæ poſtea.* ſcilicet ex interuallo. Accurſius.
b *Quod.* ſcilicet dictum prædictarum duarum regularum.
c *Adminicula.* id eſt accidentalia ſiue naturalia contractus: non autem ſubſtantialia, vt ſubijcit.
d *Ne cautio.* hæc ad detrahendum.
e *Cum fideiuſſore.* hæc ad adijciendum. Nam fideiuſſores dare venditor non tenetur, niſi hoc nominatim actum eſt: vt j. de euict. l. emptori dupla. in princ.
f *Non valet pactum.* vt quando eſt adijciendum.
g *Idem.* ſcilicet pactum.
h *Agente.* forte ad ruta & cæſa, quæ habet emptor: vt j. de act. emp. l. fundū. §. ſi ruta. Vel ad pretiū, vel ad aliquid aliud. Et ſic not. quòd quædam ſeruat emptor excipiendo, quæ nō poteſt ſeruare agendo: vt ſ. eo. ſi in emptione. §. item.
i *An idem.* ſupra dixit de naturalibus vel accidentalibus pactis, nunc de ſubſtantialibus. Accurſius.
k *Ex pretio.* quia ſine pretio eſſe venditio nō poteſt: vt ſ. eo. l. ij. §. j. Idem ſi fiat ſuper re vendita augenda, vel minuēda: vt ſ. de pac. iuriſgentium. §. adeo cùm res ſimiliter ſit de ſubſtātia emptionis, nec ſine ea eſſe poſsit: vt ſ. e. l. nec emptio. Itē conſenſus eſt de ſubſtantia: vt ſ. l. j. ij. & iij. Alia verò quæ ibi dicuntur & fiunt, non ſunt ſubſtantialia, cùm ſine eis poſsit contractus conſiſtere.
l *Conuenit.* ex interuallo. Accurſius.

Facta poſteriora prioribus derogant.

m *Noua emptio.* vt j. de reſcin. ven. l. ſi quā. Nam quæ poſtea fiunt, prioribus derogāt: vt j. de iure codi. l. diuus. §. licet. Et vt plene habeas, dic pactorum quædā ſunt de ſubſtantia cōtractus: vt de augendo vel deminuendo pretio. quædam accidentalia, ſiue extranea: vt de dando codicem exemplaris loco, vel quid ſimile, non attigens emptioni. Quæ de ſubſtantia cōtractus dicimus eſſe, eadem quidam vocāt de natura: vt ſ. de pac. l. iuriſgentiū. §. idē reſpōſum ſcio. Sed nos pactū de natura dicimus eſſe, quod fit ſuper id quod eſt naturale: vt de euictione præſtāda. Quod autē in accidentalibus dixero, idē in his quæ fiunt ſuper naturalibus cōtractibus intelligas. Itē pactorū quædā incontinēti, quædā ex interuallo interponūtur, incontinēti. i. cū cōtrahentes nōdum ad alia negotia diuerterint. Itē quædā in cōtractibus nominatis: quædā in innominatis. Pacta quæ ſunt de ſubſtātia quandocunq; fiūt pariunt nouā actionē: veteri (dicit Io.) ſublata: niſi in contrariū agatur: vt hic, & j. de reſc. ven. l. ij. Ego diſtinguo, vtrū incōtinenti, vt tunc non tollat: aut ex interuallo fiat pactum, vt tūc tollat: vt arg. j. de cōdi. & demon. nō ad ea. Alij dicūt veterē manere: & ſecundā ei accedere, niſi aliud agatur: vt ſ. de pac. l. iuriſgentiū. §. adeo. & l. ſi vnus. §. ſed ſi pactū. Pacta verò quę de accidētalibus fiunt, vel de naturalibus: ſi quidē ex interuallo, nullā pariunt actionē, ſed exceptionē: vt hic, & ſ. de pac. l. iuriſgentiū. §. quinimo. Si autē incontinenti nouā præſcri. ver. actionē pariunt: & hoc dicebat Pla. eſſe verū cùm ſit ad agendum: ſecus ſi ad excipiendum. Arg. contra ſ. de iureiu. ſed & ſi poſ. & j. de li. leg. l. qđ mihi. & C. de do. ante nup. ſi cum ante. & veterē informant, ſi quā reperiant informandā. Interdū enim non reperiunt: vt ſi cōtractus ſit ſub cōditione factus: & pure pactū apponitur: ſicut probari poteſt argu. l. quæ eſt j. de peri. & commo. rei ven. l. ſi in venditione.

Pactorum genus multiplex eſt, & eorū varij effectꝰ.

A Item aliud argu. nam ſi ego vendidi præſente pretio, & cōnueni vt amplius dares ſi pluris venderes: ſtatim poteſt agi ex venditione: vt ſ. e. hęc venditio. §. vlt. Sed hic pactum videtur pretium: ſcilicet quòd ita conueniſti ex venditione te facturum pendente conditione: ergo ſtatim poteſt agi: vt ſ. eo. l. fūdi. quod eſt falſum. Nam non informatur vt poſsit agi ad id qđ pluris venderetur eunti. illud enim fit de conditione & de fortuna, an pluris vendetur. Alij poſuerunt exemplum in donatione: quia ex ea veteri iure actio non oriebatur, vnde non informat. Sed hoc exemplū non valet ſecundum quoſdam: quia ſiue pactum apponatur facta traditione ex cauſa donationis incontinenti, dicitur nudum: ſiue in ipſa donatione. Nam in traditione non poteſt actio naſci ex pacto: quia non eſt veſtitum ex eo contractu, qui prorſus nudus eſt. pactum enim veſtitum ideo veterem dicitur informare, quia cùm prius orta fuerit ad pretium, additur forma alia vt ad aliud competat. hoc colliges. C. de pact. inter emp. & ven. l. ij. & eius concordantijs in caſibus: nec datur actio ex pacto incontinenti appoſito: vt C. de vſur. quāuis. & C. de iure dot. auia. Et ad idē. infra ſolu. ma. quotiens. & ſ. de relig. & ſu. fu. quòd ſi locus. & infra de ſer. expor. l. ſeruus ea lege. Alij addunt quintum caſum: vt C. loca. l. ſi tibi. quod non placet. Licet autem pactum ex interuallo, quia nudum, non pariat actionem: tamen eſt ſecus in caſibus: vt C. de dona. l. ſi quis argentum. & inſt. de act. §. item prætor. & C. de do. promiſ. ad exactionem. & j. de polli. l. pactum. & de nau. fœ. l. periculi. & C. de vſur. frumēti. & j. de vſur. l. etiam. Sed an reuocatio per rei vin. detur ſi

tit ex pretio.[k] Paulus notat: Si omnibꝰ integris manētibus, de augendo vel diminuendo pretio rurſum conuenit[l], receſſum à priore cōtractu, & noua emptio[m] interceſsiſſe videtur.

Quādo in vēditione excipiūtur publica: intelligitur de his quæ ſunt in vſu publico, nō de his quæ ſunt ī patrimonio fiſci: et exceptio nō prodeſt ſi res excepta nō reperitur. h.d. Sic j. de lega. 1. ſi quis legauerit fundū.

Papinianus: Lege venditionis illa facta, *Si quid ſacri, aut religioſi, aut publici eſt, eius nihil venit*, ſi res non in vſu publico, ſed in patrimonio fiſci erit, vēditio eius valebit [n]: nec venditori ꝓderit

** Vulg. cōſiſtit.*

C pactum non ſeruatur? Reſpon. diſtingue an aliàs eram contracturus: & tunc actio præſcrip. ver. & actio ex eo contractu datur, non autem reuocantur: vt C. de reſcin. ven. l. ea conditione. aut non eram: & tunc ſi pretium eſt ſolutum. reuoco per actionem ex eo contractu: vt C. de pact. inter empt. & ven. l. cum te. ſi non ſolutum eſt, vel fides habita, per rei vin. vt inſtit. de rerum diui. §. venditæ. In caſibus autem tribus, & pretio ſoluto, vel fide habita, datur rei vindi. vt in pacto addictionis in diem: vt ſ. de rei vin. l. ſi quis. & j. de in diem addict. l. iiij. §. fin. Item in pact. l. cōmiſſ. vt C. de pac. inter emp. & ven. l. commiſſoriæ. Item in alio caſu: vt ſ. eo. l. ſi quis ſub. Vel ibi demum apprehenſa poſſ. Item in contractu donationis datur rei vin. vt C. de do. quæ ſub modo. l. j. Condictio verò ob cauſam, in nominatis contractibus locum non habet: vt j. de re. permu. l. j. ibi, quòd in his &c. niſi in caſu vno, vt in donatione: vt C. de dona. quæ ſub modo. l. prima, qui eſt nominatus hodie: licet olim innominatus: vt dixi ſupra de pactis. l. iuriſgentium. §. j. licet M. condictionem dixerit locū habere in contractibus nominatis. argu. eius quod eſt infra de actione empti. lege, ex empto. §. is qui vina. Sed certe ibi non dicit dari condictionem ad contractum venditionis: ſed ad contractum arrarum, qui eſt per ſe: vt C. de fide inſtr. l. cō-

D tractus. & hoc in cōtractibus nominatis: in innominatis autem datur actio præſcriptis verbis ad intereſſe: & condictio ob cauſam ad repetendum quod fuit traditum: vt j. de præſcriptis verbis. l. naturalis. §. ſin autē rem do. & C. de condictio. ob cau. l. ſit vt proponis. & de re permu. l. ea. & l. emptionem. & l. rebus. ſed rei vindi. non competit, licet pactum nō ſeruetur in contractu innominato: vt C. de re. permu. l. cum precibus. Item quod dixi quòd condictio ob cauſam locum habet in innominatis, verū eſt in duobus: ſcilicet do vt des: & do vt facias: & etiam in hoc, do vt non facias: vt C. de condic. ob cau. l. ea lege. In alijs autē, ſcilicet facio vt des, vel facio vt facias, non habet locū: cùm facta non poſsint repeti: vt j. de præſcript. ver. l. pe. & ſ. de condict. inde. l. ſi non ſortem. §. libertus. ſed præſcrip. verb. vel de dolo: vt j. de de pręſcrip. verb. l. naturalis. §. ſed ſi facio.

n *Valebit.* id eſt nō intelligitur excepta. Sed videtur non valere ſine principis conſenſu: vt j. de lega. j. apud Iulianum. §. ſin. quæ eſt contra. Solu. ibi erat redacta ſub procuratore Cæſaris, hic non. vnde tenet hic contractus: vt ſ. eod. l. ſed Celſus. ibi non tenet: vt inſti. de inutil. ſtipul. §. primo.

Exceptio. quam fecit ſi quid ſacri &c. vt in prin. huius. §.
Locum. pro huiuſmodi re. Accurſius.

A*Ede ſacra.*} C A S V S. Eccleſia deſtructa locus manet ſacer: & ideo vendi non poteſt. {I N T R A.} Aliquis vendidit mihi fundum in quo ſepulcrum eſt, & maceria vel murus quidam, qui circũibat ſepulcrum: omnia cedunt venditioni, ſi nihil ſit exceptũ. Viui.

exceptio [a], quæ non habuit locum [b].

L X X I I I. I D E M libro tertio Reſponſorum.

AEde ſacra terræmotu diruta, locus ædificij non eſt prophanus [c]: & ideo venire nõ poteſt [d]. Intra maceriam [e] ſepulcrorum hortis vel ceteris culturis loca pura ſeruata, ſi nihil venditor [f] nominatim excepit [g], ad emptorem pertinent.

Clauibus traditis, videtur tradi poſſeßio eorum quæ ſunt ſub clauibus. Itẽ quo caſu facta traditione à domino, transfertur dominium: eodem caſu traditione facta à non domino, transfertur conditio vſucapiendi. De hoc plene in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ǰ. *de adquiren. poſſeſ. Bart.*

L X X I I I I. I D E M libro primo Definitionum.

B CLauib[9] traditis, ita merciũ in horreis cõditarũ poſſeſsio tradita videtur, ſi claues apud horrea [h] traditæ ſint: quo facto cõfeſtim emptor dominiũ et poſſeſsionẽ adipiſcitur, etſi nõ aperuerit horrea. ꝙ ſi venditoris merces nõ fuerunt, vſucapio cõfeſtim inchoabitur [i].

C *Actio ex vendito datur etiam ad id quod deuenit in pacto incontinenti appoſito Bart.*

L X X V. H E R M O G E N I A N V S libro ſecundo Iuris Epitomarum.

QVi fundũ vendidit, vt eum certa mercede cõductũ ipſe habeat: vel ſi vendat, non alij, ſed ſibi diſtrahat: vel ſimile aliquid paciſcatur: ad complendum [k] id quod pepigerunt, ex vendito agere poterit [l].

c *Non eſt prophanus* i. non deſinit eſſe ſacer: vt ſupra de rerum di. l. in tantum. §. ſemel autem. & inſtit. de re. di. §. ſacra ſunt. Et ſic no. rem ſacram non deſinere eſſe ſacram. fallit autem ſi ab hoſtibus capiatur: vt ſupra de relig. l. cum loca. Item in vaſis: vt C. de ſacroſan. eccleſijs. authen. præterea. ſecus autem in religioſis: quæ deſinunt ſi caput hominis transferatur: vt ſ̄. de relig. l. antepen.

Res ſacra an aliquãdo deſinat eſſe ſacra.

d *Non poteſt*. inter ſcientes, vel vt dominium tranſeat: vt ſ̄. eodem. l. ſi in emptione. §. omnium.

e *Intra maceriam*. id eſt parietem de lapidibus ſine cæmento: vt infra de verbo. ſignificatione. l. quæ ad iuris. §. paries.

f *Venditor*. ſcilicet totalis prædij.

g *Excepit*. ſ. venditor de maceria: licet exceperit ſepulcrum: vt ſ̄. de relig. l. ſi ſepulcrũ. Accurſius.

C*Lauibus.*} C A S V S. Si aliquis vendat mihi res cõſtituras in horreis, & tradat mihi claues iuxta horrea: videtur mihi tradidiſſe poſſeſsionem mercium, ſi tradat mihi claues iuxta horrea: & intelligas eſſe nactum merces & dominium, ſi venditor fuit dominus. ſi autem non fuit dominus, paratur mihi cauſa vſucapionis. Viuianus.

h *Horrea*. hoc propter viſum: vt ǰ. de adquirenda poſſeſ. l. j. § penul. & l. quod meo. §. ſi venditorem. qui viſus eſt vnus de corporalibus ſenſibus. & ſic non ob. ǰ. de adquirend. poſſeſ. l. quemadmodum Accurſius.

i *Inchoabitur*. eſt enim generale vt vbi dominus tradens dominium transfert, ibidem non dominus præſtet cauſam vſucapionis: vt hic, & inſtit. per quas perſo. no. adquir. §. ex his. & facit ǰ. de adquirendo rerum dominio. l. qua ratione. §. itẽ ſi quis. & inſtit. de re. diui. §. item ſi quis Accur.

D Q*Vi fundum.*} C A S V S. Vendidi tibi fundum: & conuenit vt mihi locares: vel conuenit vt ſi contingeret te vendere, nulli venderes niſi mihi, vt fiat quod conuenit, agetur ex vendito. Lex, dolia, plana eſt in principio. {E V M.} Vendidiſti mihi fundum: deceſsi herede relicto. eiſdem defenſionibus vtetur heres, quibus & tu. Item vti poteſt præſcriptione decennali, vel vicennali, ſi velit continuare tempora mea cum temporibus tuis. Viuianus.

k *Ad complendum*. vel ad intereſſe, ſi hoc actori placuerit: vt ǰ. de no. ope. nun. l. ſtipulatio. §. ſiue.

l *Poterit*. vt ǰ. de actio. empt. l. ſterilis. §. ſi tibi. & C. de pact. inter emp. & vend. l. j. & ij. & ǰ. eo. l. fundi. Accurſius.

m D*Olia. Defoſſa*. id eſt affixa: vt ǰ. de act. emp. l. granaria. & l. pen. §. fin. Accur.

n *Videri*. contra. infra de act. empt. l. fundi. in princ. Solu. vt ibi. Accurſius.

A o *Succeßit*. id eſt heredem emptoris. Vel dic qui ab eo emit.
p *Vti poſſe*. ſcilicet dicendum eſt.
q *Venditor eius*. i. qui vẽdidit p̃deceſſori ſuo. vel dic, ſibi. Acc.
r *Potuiſſet*. vt ſupra de pactis. l. ſi tibi. §. pactum.
s *Præſcriptione*. ſcilicet poterit vti emptor, vel heres.

L X X V I. P A V L V S libro ſexto Reſponſorum.

DOlia in horreis defoſſam [m], ſi non ſint nominatim in venditione excepta: horreorum venditioni ceſsiſſe videri [n].

Defenſiones quæ competunt venditori, tranſeunt ad emptorem, & omnem habentem cauſam ab eo. Item poſſeſsio auctoris & ſucceſſoris iunguntur ad præſcriptionem implendam. Bartolus.

B Eum qui in locũ emptoris ſucceſsit [o], iiſdẽ defenſionibus vti poſſe [p], quibus venditor eius [q] vti potuiſſet [r]: ſed & longæ poſſeſsionis præſcriptione [s], ſi vtriuſque [t] poſſeſsio impleat tempora conſtitutionibus ſtatuta. [u]

Paria vel ſimilia ſunt, non eſſe, & non apparere. hoc dicit. Et not. quòd lapidicina dicitur vbi lapis ceditur, non vbi cædi poteſt. Bartolus.

L X X V I I. I A V O L E N V S libro quarto ex poſterioribus Labeonis.

IN lege fundi vendundi lapidicinę in eo fundo, vbique † eſſent, exceptæ erãt: & poſt multũ tẽporis in eo fundo repertæ erãt lapidicinæ. C Eas quoque venditoris eſſe Tubero reſpõdit: [x] Labeo, referre quid actum ſit. Si nõ appareat: nõ videri eas lapidicinas eſſe exceptas. Neminẽ enim nec vẽdere nec excipere quod nõ ſit: [y] & lapidicinas nullas eſſe, niſi quæ apparent, & cædantur. aliter interpretantibus, totum fundum lapidicinarum fore, [z] ſi fortè toto eo ſub terra eſſet lapis. hoc probo. [a]

t *Vtriuſque*. ſ. venditoris & emptoris, ſiue heredis: vt hic, & C. de præſcrip. long temp. l. ſuper longi. & ǰ. de vſucap. pro empt. l. ij. §. emptori. & infra de diuer. & temp. præſcrip. l. de acceſsionibus. & C. de euict. l. emptori. & C. de vſucap. tranſ. l. j.

u *Statuta*. decem vel viginti annorum.

I*N lege.*} C A S V S. Vendidi tibi fundum, & lapidicinã excepi. poſtea inuentæ ſunt lapidicinæ. venditori non emptori eas cedere dicit Tubero. Labeo corrigendo dicit vt conſideretur quid actum ſit. ſi non appareant illæ lapidicinæ, ſolum videantur exceptæ quæ apparuerunt tempore contractus. quòd ſi aliud diceretur, contingeret abſurdum: vt ſi totus fundus plenus eſſet lapidicinis, deberet totus cedere venditori: & ſic eſſet abſurdum. Viuianus.

† Vbique pro vbicunque, veteri loquẽdi forma. Anto. Aug. lib. 3. ca. 7.

x *Tubero reſpondit*. ſed male.

y *Quod non ſit*. No. ad ea quæ apparent, huiuſmodi pacta referũtur, non ad futura quæ potuerunt apparere: vt hic, & ſupra de ſer. vr. præ. l. ſi ſeruitus. & infra de pigno. l. ſi fideiuſſor. §. Lucius. & ſupra de petit. hered. l. legitima. & de pactis. l. tres fratres. & de tranſactio. l. cum Aquiliana. & infra de damn. infect. l. damni. §. ſi is qui. & infra de hered. ven. l. ij. §. j. & de adquir. poſſeſſ. locus certus. in fi. Sed arg. contra ſ̄. de ſer. vr. præ. l. eum qui. & ſ̄. depo. l. j. §. ſi ciſta. Accur.

z *Fore* venditoris dicendum eſt. quod eſt abſurdũ. Et ſic no. infinitatem vel nimietatem vitandã. vt arg. ǰ. de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. & C. de ſacroſan. eccle. l. fin. Vel D dic, fore lapidicinarum, & ſic venditoris. quod in idem recidit. Accur.

Infinitas vitãda e[st]

a *Hoc probo*. quod eſt abſurdum, vt dixi. Vel dic, probo, ſcilicet dictum Labeonis.

F*Iſtulas.*} C A S V S. Si vendo domum, & dixero quòd fiſtulæ accedant: quæritur an caſtellum. i. ædificium quoddam ex quo fiſtulis aqua ducitur, accedat vẽditioni. Dicitur quòd ſic: licet non ſit dictum de hoc aliquid in pacto venditionis. {F V N D V M.} Quidam emit fundum à Titio: neque accepit vacuã poſſeſsionem fundi. factus eſt poſtea tutor filij Titij. poſſ. ſibi cedere poteſt ipſemet, hoc modo, ſi pupillus & eius familia diſcedat de fundo, & tunc ipſe ingrediatur. {Q V I F V N D V M.} Titius emit fundum, & conuenit vt ſoluta pecunia traderetur ſibi vacua poſ. fundi. deceſsit duobus heredibus relictis. ſi vnus de heredibus offerat totam pecuniã, bene poterit petere prædium, & partem pecuniæ à coheredibus recuperabit per iudicium familiæ erciſc. Si ſuam partem offerat poſſ. fundi non habebit, propterea quòd contractum ſit æs alienũ, quod diuidi nõ poteſt. {F R V M E N T A.} Vendidiſti mihi frumenta in hæc verba, ſi tempeſtate aliqua corrum-

corrumpatur, hoc te præſtaturum. quæritur, an tenearis? Et diſtinguitur, aut erat ſolita tempeſtas, aut inſolita. primo caſu non teneor: ſecundo ſic. Viuianus.

a *Emptori.* ſcilicet fundi.

b *Licet ſcriptura.* vel etiam in pactis: vt hic, & ſ. e. l. qui fundum. §. in lege. & infra de act. empt. fundi. §. fin.

c *Accepiſti.* ſcilicet à patre. Accur.

d *Poſſeſſionem.* & ſic pupillus deſinit poſſidere. & tu incipis. ſecus ſi ipſe tantum exiret, tu autem non acciperes: quia non amittit poſſeſſionem: vt ſ. de dolo. cum quis. quę eſt contra. Item in tali acceptione poſſeſſionis non eſt decretum neceſſarium, cùm ex voluntate fiat defuncti: vt C. quando decre. opus non eſt. l. j. Item no. hic quem auctorari in re ſua. ſic & infra de aucto. tu. l. j. & de admini. tut. l. quoties. §. non tantum. & ſupra de nego. geſt. diuortio. §. illud. an autem hodie corrigatur hic. §. cùm debitor vel creditor non poſsit eſſe tutor? Poteſt dici quòd ſic: vt in authẽ. vt hi qui oblig. ſe hab. perb. res mi. §. j. col. vj. Accur.

Auctorari in re ſua quis poteſt.

e *Partem.* ſcilicet pecuniæ.

f *Non potuit.* & ideo merito habuit locum actio familiæ erciſcundæ: vt diximus ſ. familiæ erciſcun. l. heredes. § non tantum.

g *Tempeſtate.* ſcilicet valida præter conſuetudinem regionis. nã de ſolita non videtur actum.

h *Si immoderatæ.* ſi obligat ſe ad inſolita, nõ ideo tenetur ad ſolita: vt hic. & econtra ſi obligat ſe ad ſolitum, non ideo tenetur ad inſolitum: vt argum. C. de pign. actio. l. quę fortuitis. Accurſius.

F*Vndi.*} CASVS. Si vendo partem fundi, vt emptor aliam partem cõductam habeat: iuriſconſultus dicit agi poſſe ex vẽdito: quia hoc videor minus accepiſſe. Viuianus.

i *Lege.* id eſt pacto.

k *Vendidiſti.* quod ſemper præſumitur: vt infra de ſer. ex. l. ſi venditor. §. fin. in fine. & facit ſupra pro ſoc. l. ſi non fuerint. §. j. ſed argu. contra. C. de vſur. l. ſi ea pactione.

l *Venditus.* ſ pro decem. Vel dic quòd nullum aliud pretium fuit, niſi merces conductionis: vt j. de act. emp. l. Titius. §. j.

C*Vm manu.*} CASVS. Vendidiſti mihi fundum, & excepiſti ſata: an illa videantur excepta quæ omni anno ſeminari ſolet: non quæ in perpetuum? Dicitur quòd ſic: alioquin ſi vineæ eſſent in eo fundo, exceptæ viderentur: quod eſſet A abſurdum.

LXXVIII. LABEO libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

FIſtulas emptori[a] acceſſuras in lege dictum erat. quærebatur, an caſtellum ex quo fiſtulis aqua duceretur, accederet. Reſpondi, apparere id actũ eſſe, vt id quoque accederet: licet ſcriptura[b] non continetur.

Tutor rem ſibi debitam poteſt tradere ſibiipſi. Bartolus.

B Fundũ ab eo emiſti, cuius filij poſtea tutelam adminiſtrans nequaquam accepiſti[c] poſſeſsionẽ. Dixi, tradere te tibi poſſeſsionẽ hoc modo poſſe, vt pupillus & familia eius decedat de fundo, tunc demum tu ingrediaris poſſeſsionem[d].

Facit tex. iſte quòd licet ſit ſoluta quantitas pro parte, non tamen dominium adquiritur pro parte. non enim alienaſſet, niſi totum alienaſſet. argu. infrà de ſolu. ſi rem. inde fructus debet habere emptor pro rata, quando ſoluit pretium: vt j. de fundo dota. l. finali. Bartolus.

Qui fundũ ea lege emerat, vt ſoluta pecunia traderetur ei poſſeſsio: duobus heredibus relictis deceſsit. Si vnus omnem pecuniam ſoluerit, partem[e] familiæ erciſcundæ iudicio ſeruabit. Nec ſi partem ſoluat, ex empto cum vẽditore aget: quoniam ita contractum æs alienum diuidi non potuit[f].

Qui ſuſcipit in ſe caſum fortuitum, tenetur de caſibus fortuitis communiter contingentibus. h. d. Vel aliter: Caſus fortuitus intelligitur inopinatus, nõ ex conſuetudine eueniens. Bartolus.

Frumẽta quę in herbis erãt, cũ vendidiſſes, dixiſti te, ſi quid vi aut tẽpeſtate[g] factũ eſſet, prꝯſtaturũ. ea frumenta niues corruperunt. ſi immoderatæ[h] fuerunt & cõtra D cõſuetudinem tempeſtatis, agi tecũ ex empto poterit.

Pactum eſt loco pretij. ad hoc allegatur iſta lex. Baldus.

LXXIX. IAVOLENVS libro quinto ex Poſterioribus Labeonis.

FVndi partẽ dimidiam ea lege[i] vendidiſti[k], vt emptor alterã partẽ quam retinebas, annis decẽ certa pecunia in annos ſingulos conductã habeat. Labeo & Trebatius negant poſſe ex vẽdito agi, vt id quod conuenerit fiat. ego contrà puto, ſi modò ideo vilius fundũ vẽdidiſti, vt hæc tibi cõductio præſtaretur. nam hoc ipſum pretium fundi videretur, ꝙ eo pacto venditus[l] fuerat. eoque iure vtimur.

LXXX. LABEO libro quinto Poſteriorũ à Iauoleno Epitomatorũ.

CVm manu ſata in vẽditione fundi excipiũtur, nũ quæ in perpetuũ ſata ſũt, excipi videntur, ſed quę ſingulis annis ſeri ſolent, ita vt fructus eorũ tollantur. nam aliter interpretantibus, vites & arbores omnes exceptæ videbũtur.[m] Huius rei[n] emptionẽ poſſe fieri dixi, *Quæ ex meis ædib⁹ in tuas ædes proiecta ſunt, vt ea mihi ita habere liceat:*[o] deque ea re ex empto agi.[p] Silua cædua in quinquennium venierat. quærebatur, cùm glans decidiſſet vtrius eſſet. Scio Seruiũ reC ſpõdiſſe, primũ ſequendum eſſe, quod appareret actum eſſe. quod ſi in obſcuro eſſet, quęcũq; glãs ex his arboribus quę cęſæ nõ eſſent, cecidiſſet, vẽditoris eſſe. eã autem quę in arboribus fuiſſet eo tempore cùm hę* cęderẽtur,[q] emptoris. Nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat, ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus.[r]

Pactum ſimile legi cõmiſſoriæ, reprobatur inter creditorem & debitorem: non inter debitorem & tertium. Bart.

LXXXI. SCAEVOLA libro ſeptimo Digeſtorum.

TItius cum mutuos acciperet tot aureos ſub vſuris, dedit pignori ſiue hypothecæ prædia, & fideiuſſorem Lucium: cui promiſit, intra triẽnium proximũ ſe eum liberaturum: quod ſi id non fecerit die ſupraſcripta, & ſoluerit debitũ fideiuſſor, pignori ſiue hypothecæ prædia

{HVIVS REI.} Habebam tignum proiectum à domo mea in domum tuam: emi ſeruitutem, vt ſic immiſſum habeam: an valeat talis venditio? Et reſpon. quòd ſic. {SILVA.} Vendidi tibi ſiluam, quæ de quinquennio in quinquennium conſueuit cædi. glans quæ decidit, cuius ſit: an emptoris, an venditoris quęritur. Et reſpon. quòd conſideratur quod actũ eſt. ſi nõ appareat ꝙ actũ eſt, glans quæ deciderit ab arbore non cæſa, cedat venditori, & cæſa emptori. Ratio diuerſitatis eſt, quia cùm vẽdatur cædua: ea tantum pertinent in ad emptorẽ, quæ cæduntur. {NEMO.} Vendidi tibi equum: ſed pepigi ne dominium ad te tranſiret. an ſit emptio? Dicitur quòd nõ. Viuia.

m *Exceptæ videbuntur.* quod eſt abſurdum. Et ſic not. quòd ambiguum pactũ pro emptore interpretatur. Et eſt ratio ſecũdum Ioan. quia venditor appoſuit. Vel videtur appoſuiſſe cum eius gratia fiat, etiam ſi emptor dicat: vt ſupra eo. l. ſi in emptione. in princip. Vel dic quòd non eſt obſcuritas aliqua: nam arbores & vites non ſata, ſed plãtata dicuntur: vt inſtitu. de re. di. §. ſi Titius. & §. qua ratione. Accurſius.

n *Huius rei.* id eſt huiuſmodi generis rerũ.

o *Liceat.* q. d. vendis mihi ſeruitutem tigni immittendi, vel immiſsi ſuſtinendi? Accurſius.

p *Agi.* ſcilicet poſſe dicendum eſt.

q *Cæderentur.* Et eſt ratio: quia cùm ſit cædua, & vendatur vt cædatur: ea tantũ pertinent ad emptorem, quæ cæduntur. *Fl. hæ

r *Genus contractus.* puta pignoris, vel emphyteuſis, vel commodatum, vel depoſitum: in quibus dominium non transfertur: vt ſupra commo. l. penul. & depo. licet. §. j. & facit ſupra eod. nuda. & infra de dona. l. in ædibus. §. fin. Accur.

T*Itius.*} CASVS. Titius accepit cẽtum aureos ſub vſuris: obligauit prædia pignori: & dedit fideiuſſorem ſuum: & cõuenit cum eo, vt intra triennium proximum eum liberaret: & niſi hoc ipſe faceret, & fideiuſſor ſolueret pecuniam creditori, quòd ipſe fideiuſſor pignori accepta haberet empta. quæritur, ſi fideiuſſor nõ fuit liberatus, & ſoluit, an habeat empta? Reſpõdetur quòd ſic, ſi conuenit vt non in cauſam obligationis haberet pignora, ſed ſub conditione contracta fuit obligatio. {LVCIVS.} Promiſi tibi centum corbes de fundo meo. ſi vendo illum, an emptor debeat præſtare centum corbes? Et reſpon.

reſpondetur quòd non perſonaliter. Viuianus.

a *Obligationis.* exiſtente conditione. At ſine pacto nõ poteſt fideiuſſor emere: vt ſ. man. l. ſi mãdato. §. j. & facit j. de pig. l. ſi fundus. §. fi. Sed contra. C. de pact. pign. l. j. & fin.

b *Non eſſe.* ſ. perſonaliter, cùm perſonalis obligatio non ſequatur fundum: vt j. ad Treb. l. j. §. ſi heres. & ſ. de iud. l. ſi fideicõmiſſum. §. tractatum. Sed an fundus ſit obligatus, hic non dicit. & ſic non eſt contra ſ. de vſufruc. l. hactenus. & l. ſi pẽdentes. §. ſi quid cloacarij. Vel ſi dicas hoc prædium nõ obligatum, adhuc tamen non contradicet: quia illud in ſpecialibus & fauorabilibus præſtationibus loquitur: vt puta alimẽtis vel reip. hic verò non de talibus. Item facit j. de an. le. l. Gaius. vel hic de iure ſcripto. Item contra j de ali. leg. l. ij. Sol. vt ibi. Accur.

DE IN DIEM *addictione.*

Suprà in genere dixit de pact. interemp. & vẽ. nunc ſpecialiter de quodã, ſcilicet addictionis in diẽ: vt vendo tibi rem hoc pacto, quòd ſi aliquis in diem ta. em meliorem conditionem attulerit, quod ſit inempta.

IN *diem.* } CASVS. cùm ſit vẽditio ſub pacto addictionis in diẽ, quæritur an vẽditio ſit cõditionalis: vel pura. & refert quid actum ſit: quia ſi dicas: ſi alius offerat mihi meliorem conditionem, ſit inempta: pura cõſiſtit emptio: ſed reſoluitur ſub hac cõditione, ſi alius &c. & interim dominus emptor eſt: vt ſ. de rei vind. l. ſi quis. & fructus vſucapit: & res interim periculo ſuo perit. Si verò dicatur ſic: perficiatur emptio, ſi non offeratur melior cõditio, eſt cõditionalis: & interim vẽditor eſt dominus: emptor verò neq; vſucapit, neque fructus ſuos facit: & periculo venditoris res interim perit. Viuia.

c *Meliorem* melior dicitur: vt j. eo. l. iiij. §. fi.

d *A domino.* i. ab emptore, qui interim eſt dominus, ſecundum quoſdam: licet malè ſecundum alios: quia ſub conditione fuit facta: & ideo non fuit dominus medio tempore: vt infra l proxi. Dic ergo à domino, id eſt à vẽditore. prima verò placet: vt j. l. proxi. not.

iuſſor creditori, iuſsit prędia empta eſſe, quæ creditorib⁹ obligauerat. Quæro, cũ nõ ſit liberatus Lucius fideiuſſor à Titio: an ſi ſoluerit creditori, empta haberet ſuprascripta prędia. Reſpondit, ſi nõ vt in cauſam obligationis[a], ſed vt empta habeat, ſub cõditione emptio facta eſt: et cõtractã eſſe obligationẽ.

Obligatio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem. Bartolus.

Lucius Titi⁹ ꝓmiſit de fundo ſuo centũ milia modiorũ frumenti annua præſtare prædijs Gaij Seij. poſtea Lucius Titius vẽdidit fundum, additis verbis his: *Quo iure, quaq; conditione ea prædia Lucij Titij hodie ſunt, ita veneunt, itaq; habebuntur.* Quæro an emptor Gaio Seio ad pręſtationẽ frumẽti ſit obnoxius. Reſpõdit, emptorem Gaio Seio, ſecundũ ea quæ proponerẽtur, obligatũ non eſſe[b].

DE IN DIEM ADdictione.

TITVLVS II.

I. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

IN diem addictio ita fit, *Ille fundus centũ eſto tibi emptus, niſi ſi quis intra kalendas Ianuarias proximas meliorem[c] conditionem fecerit, quo res à domino[d] habeat[e].*

II. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

QVotiens fundus in diẽ addicitur, vtrum pura emptio eſt, ſed ſub cõditione reſoluitur[f]: an verò conditionalis[g] ſit magis emptio, quæſtionis eſt. Et mihi videtur verius, intereſſe quid actũ ſit. Nã ſi quidẽ hoc actũ eſt, vt meliore allata cõditione [ab emptione] diſcedatur: erit pura emptio, quæ ſub cõditione reſoluitur. Sin autẽ hoc actũ eſt, vt perficiatur emptio, niſi me-

e *Abeat.* id eſt recedat.

f QVotiens. *Reſoluitur.* vt & in ſimili caſu: vt ſ. de contrahẽ. emptione. l. iij. Accur.

g *Conditionalis.* Quid ergo ſi non appareat? Reſpondetur: attende verba. nã ſi ita dicat, ſit inempta, vel diſcedatur ab emptione, ſi alius meliorẽ conditionẽ attulerit, pura eſt, ſed reſoluitur ſub cõditione: vt hic, & infra de lege cõmiſſ. l. j. & ij.

A Et hoc innuit verbum diſcedere, vel inempta eſſe; quaſi voluerit eam ſemel emptam eſſe. Sed ſi dicat, vendo, niſi alius &c. vel ſic: ſit tibi empta, niſi alius &c. quia ibi verba præſentis temporis ponuntur, ſtatim perficiunt emptionem. quod enim de præſenti eſt vel de præterito, non eſt in ſuſpẽſo quo ad eſſe ſuum: eſt tamẽ in ſuſpenſo quo ad reſolutionem, quæ inducitur verbis ſequentibus, ſcilicet niſi &c. vt j. pro empt. l. ij. §. ſi in diem. & ſ. eo. l. j. Si autẽ verba ponãtur quæ ſuſpendunt, vel ſuſpẽdere poſſunt emptionem: nec denotent eius perfectionem, ſic vt perficiatur emptio, niſi &c. nam verbum, perficiatur, eſt extenſiuum, hoc eſt, conditionale: vt hic, & j. de actio. & obligat. l. obligationum fere. §. conditio. In vltimis verò voluntatibus, ſiue à principio ſub conditione legetur, ſiue purè legatum ſub conditione adimatur: idẽ eſt, quia ſemper eſt conditionale: vt infra de condi. & demonſt. quibus. §. quidam Titio. & de adi. leg. ſi legatum purè. & j. de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſic fideicommiſſum. Accur. †Item

h *Lucrari.* niſi aliam poſtea meliorem offerat conditionem: vt infra e. l. itẽ quod dictum. Accur.

i *Et periculum.* ſic & infra de præſcrip. verbo. l. apud Labeonem. §. j. dominus enim eſt interim: vt ſupra de rei vindi. ſi quis. & infra e. l. fina. §. ſed & Marcellus. Sed quid ſi conditionalis ſit? Reſpon. poteſt in periculo aliud dici, ſcilicet vt periculum nõ pertineat ad emptorem, nec etiam fructus, ſed ad venditorem: ar. infra de peri. & commo. rei ven. l. viij. §. quòd ſi pendente. Sed cum pereat eo momento, quo certum ſit alium non allaturum meliorem conditionem, nõ ſpectat periculum ad venditorem: argu. infra de verbo. oblig. l. in illa. & l. cum ſtipulatus. circa princ. Accurſius. *Flo. ſpecie.

k QVoniã *poſt interitum.* de quo ſ. prox. dicit. Accur.

lior conditio offeratur, erit emptio conditionalis. Vbi igitur ſecundũ quod diſtinximus, pura vẽditio eſt, Iulianus ſcribit, hunc cui res in diem addicta eſt, & vſucapere poſſe, & fructus & acceſsiones lucrari[h], & periculum[i] ad eum pertinere ſi res interierit:

III. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

B QVoniã poſt interitũ[k] rei iã nec adferri poſſit melior conditio.

IIII. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

VBi autem cõditionalis venditio eſt, negat Põponius vſucapere[l] eum poſſe: nec fructus ad eum pertinere.

Perempta re principaliter vendita, non admittitur adiectio ſuper fructibus: ſed ſuper alia re ſecum vendita principaliter, admittitur. Bartolus.

Idẽ† Iulianus libro quinto decimo quærit: ſi res in diẽ addicta interciderit, vel C ancilla deceſſerit an partus vel fructus eius nomine adiectio admitti poſsit. & negat admittendam adiectionem: quia alterius rei quàm eius quæ diſtracta eſt, nõ ſolet[m] adiectio admitti. Idem Iulianus eodem libro ſcribit, ſi ex duobus ſeruis viginti vẽditis, & in diem addictis, alter deceſſerit: deinde vnius nomine qui ſupereſt, emptor extiterit, qui ſupra viginti promitteret, an diſcedatur à priore cõtractu? Et ait diſsimilem eſſe hãc ſpeciem partus ſpeciei[n]*: & ideo hic diſcedi à priore emptione, & ad ſecundam perueniri.

D *Reſolutio iure emptoris per pactum addictionis in diem, reſoluitur ius eius qui ab eo recepit. Bart.*

Sed et Marcell⁹ libro quinto Digeſtorũ ſcribit, purè vẽdito, et in diẽ addicto fũdo, ſi melior conditio allata ſit, rem pignori eſſe deſinere[o],

l VBi *autem. Vſucapere.* vt j. pro empto. l. ij. §. ſi ſub cõditione. Sed ſi cõditio deficiat, nũquid vtetur venditor acceſsione temporis quo fuit apud emptorẽ? Reſp. ſic: vt j. de adquiren. poſſeſ. l. Pomponius. §. ſi is qui precario. Accur.

Si res in. } CASVS. Si ancilla vendatur ſub pacto addictionis in diem: an addictio extendatur ad partum? Reſpond. quòd nõ: quia alterius rei &c. Idẽ eſt de fructu rei quę interijt poſt venditionem factam ſub pacto addictionis in diem. Viu.

m *Non ſolet.* i. non debet. Accur.

n *Partus ſpeciei.* de qua modo. ſ. proxi. diximus. Accurſius.

o *Deſinere.* no. deſinere pignus: vt hic, & j. qui. mo. pig. vel hypo-

hypo.ſol.l.iij.Sed contra j̄.de ædil.edic bouē.§.pignus. Sol. ibi emptor ex voluntate redhibet: hic ex neceſſitate.Itē.no. ꝙ ex ſolo pacto dominiū rei trāsfertur:ſicut & j̄. de rei vin. l.ſi quis hac.Sed cōtra.C.de pac. inter empt.& vend.l.qui ea. Sol.ibi nō fuit pactū legis cōmiſſoriȩ,vel addictionis in diē, ſed quoddam aliud: & ideo dominiū per pactum non transfertur: vt C. de pact. l. traditionibus.Accurſius.

Dominium ex ſolo pacto transfertur.

A e *Subiectus.* à venditore. Accurſius.

f *Non exiſteret.* vt infra eod. l.ſi venditor. j.reſpon.

g *Facilior.* vt per bonos campſores. Accurſius.

h *Locus opportunior.* nam his modis dicitur plus inſtitut. de de actio.§.plus autem.

a *Dominus eſſet.* Imò videtur de bonis venditoris. vt j̄.ad l. Flac. ſtatuliberi.quȩ eſt cōtra. Solu.ibi ſub conditione facta fuit venditio. hic purè facta fuit:vt s̄.l.ij.in fin. Vel quo ad Falcidiam cōputatur : ibi in bonis venditoris.

**quadragēſimo. ſic j. l.6.in prin.*

Eum qui emit fundum. } Casvs. Si in re empta aliquis vi aut clam ædificauerit : an emptor habeat interdictum? Et reſpon.quòd ſic: ſed allata meliori cōditione, illud actione ex vendito præſtabit quod actione illa interdicti conſecutus fuerit. { Melior. } Iſte §.reſpicit ſuperiora. Dictum erat s̄.ea.l. quòd emptio prior reſoluitur meliori allata conditione. quæritur ergo quando melior conditio videatur afferri? Et dicit Iuriſcōſultus quòd melior affertur conditio, cum pretium additur, vel cum facilior ſolutio offertur. Idem eſt ſi perſona magis idonea accedat ad emptionē. Idem eſt ſi leuioribus cōditionibus emptor accedat, qui fortè ſatiſdationem nō petet. Arguit generaliter ꝙ idem eſt dicendum vbicunque allata conditio proficit venditori: quia licet vilior ſit cùm offeratur emptori: ea tamē ſibi remittuntur, quæ grauiora videntur. Quod enim dicitur, fructus manere penes emptorem priorem interim perceptos : locum habet cùm ſecūdus emptor non accedit:tunc enim ad ſecundum emptorem pertinent. Et hoc dicit cum duabus.ll.ſequentibus, vſque ad §.ſi quis.

b *In diem.* reſoluenda emptione. Accur.

c *Vtile.* id eſt efficax: vt infra quod vi aut clam.l.is qui in puteū. §.ſi fundus.

d *Si falſus.* id eſt ſimulator: quia licet emere ſibi nollet, ſimulabat tamen : vnde nullus dicitur emptor : vt ſupra tit. j. l. nuda.& infra de verb. ſign. Paulus.

ſi emptor eum fundum pignori dediſſet. Ex quo colligitur quòd emptor medio tēpore dominus eſſet[a]:alioquin nec pignus teneret.

Qui emit rem purè ſub pacto addictionis in diem,habet interim actiones competentes ratione rei,quas cedere tenetur. hoc dicit.

Idem Iulianus libro octagēſimo* octauo Digeſtorū ſcripſit:eum qui emit fundū in diē,interdicto *quod vi aut clā* vti poſſe. nam hoc inter- B dictū ei cōpetit,cuius intereſt opus nō eſſe factū. Fundo autē,inquit,in diem[b] addicto, & cōmodum & incōmodū omne ad emptorē pertinet antequā venditio transferatur: & ideo ſi quid tūc vi aut clā factū eſt: quāuis melior cōditio allata fuerit, ipſe vtile[c] interdictū habebit:ſed eā actionem, ſicut fruct⁹,inquit,quos percepit, vēditi iudicio præſtaturum.

Non committitur pactum addictionis in diem,niſi verus emptor exiſtat, & meliorem afferat conditionem,hoc dicit.

Cū igitur tūc recedatur ab emptione,vbi purè cōtrahi- C tur,vel tūc nō impleatur,vbi ſub cōditione ſit, cū melior cōditio ſit allata: ſi falſus[d] emptor ſubiectus[e] ſit,elegāter ſcribit Sabinus priori rē eſſe emptā: quia nō videatur melior cōditio allata eſſe nō exiſtēte vero emptore. Sed & ſi exiſtat ali⁹ emptor, meliorem tamen conditionem non adferat : æquè dicendum erit perinde haberi ac ſi non exiſteret[f].

Nota iſtum §.ex quo declaratur optimè quando dicatur melior conditio afferri. & tene ipſum menti.Baldus.

Melior autē cōditio adferri videtur, ſi pretio ſit addi- D tū. Sed & ſi nihil pretio addatur,ſolutio tamen offeratur facilior[g] pretij,vel maturior: melior cōditio adferri videtur. Pręterea ſi locus oportunior[h] ſoluendo pretio dicatur, æquè melior cōditio allata videtur. & ita Pōponius libro nono ex Sabino ſcribit. Idē ait,& ſi perſona idoneior[i] accedat ad emptioné. æquè videri meliorē cōditionē allatā. Proinde ſi quis accedat eiuſdem pretij emptor,ſed qui leuioribus emat cōditionibus,vel qui ſatiſdationē nullam exigat:melior cōditio allata videbitur. Ergo idē erit probandū & ſi viliori pretio emere ſit paratus,ea tamē remittat, quæ vēditori grauia erant in priore emptione.

V. Pomponivs libro nono ad Sabinum.

QVidquid enim ad vtilitatem vēditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet.

VI. Vlpianvs libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

ITem ꝙ dictū[k] eſt, fructus interea captos emptorem priorē ſequi,totiēs verū eſt, quotiens nullus emptor exiſtit qui meliorē conditionē afferat,vel falſus exiſtit. Sin verò exſtitit emptor poſterior,fructus refundere priorem debere conſtat:ſed venditori[l]: & ita Iulianus libro quadrageſimo octauo Digeſtorum ſcripſit.

Si melior cōditio ſit allata à tertio, venditio ſtatim reſoluitur,& fructus ad vēditorem redeunt. ſed ſi prior emptor adhuc C *afferat meliorem,præfertur ſecundo,& noua emptio contrahitur, nec fructus recuperat:nec eſt res addicenda ſecundo emptori, niſi certiorato priore, ſi meliorem afferre vult.hoc dicit vſque ad.l. Sabinus.*

Si quis extiterit qui meliorē cōditionē adferat, deinde prior emptor aduerſus eū licitatus ſit, & penes eum emptorē manſerit,[m] dubitari poterit,vtrum fructus[n] ipſe habeat,quaſi nulla meliore cōditione allata : an verò venditoris ſint : licet eadem ſit perſona, quæ meliorem conditionem attulerit[o]. Quod ratio facere[p] videtur. intererit tamē quid acti ſit. D & ita Pomponius ſcribit.

VII. Pavlvs libro quinto ad Sabinum.

LIcet autē venditori meliore allata conditione addicere poſteriori:niſi prior paratus ſit plus adijcere.

VIII. Idem libro trigenſimotertio ad Edictum.

NEceſſe autem habebit venditor meliore conditione allata priorem emptorem certiorem facere: vt ſi quid alius adijcit, ipſe quoque adijcere poſſit.[q]

Licet melior conditio ſit allata, non reſoluitur venditio, ſi venditor eam non admittat : niſi in fauorem emptoris vel tertij fuerit pactum appoſitum.h.d.cum l.ſeq.

i *Idoneior.* quod facit plus eſſe,cùm non minus ex fide, quàm ex facultatibus quis ſit idoneus : vt infra. de verbo. obliga. ſi quis ſtipulatus.§.fin.Accurſius.

ITem. } Casvs in princ. dictus eſt in ſuperiori caſu. { Si qvis. } Si res vendita fuerit pacto addictionis in diem ; & alius meliorē cōditionē afferat : primus verò emptor ſecundum licitando ſuperauerit: quæritur, an quaſi nulla allata cōditione meliori, ab alio fructus medij temporis ſint venditoris an emptoris:& ratio facit quòd ſint venditoris.hoc in prima. Poteſt autē vēditor in poſteriori addictione rem venditā concedere : niſi prior emptor plus parat⁹ ſit offerre.hoc in ſecūda. An autem debeat venditor certiorare priorem emptorem? Et reſpon. quòd ſic. & hoc in tertia.

k *Item quod dictum.* s̄. eo.l.ij.in fi.Accur.

l *Venditori.* vt j̄. eod. l. imperator. ergo & econtra venditor pretium cum vſura reſtituet:vt argu. infra. de ædil.edict.illud. §.condemnatio.Accur.

m *Manſerit.* ſcilicet res.

n *Fructus.* medio tempore perceptos. nam poſt addictionem ſunt emptoris : vt infra de iure fiſci.l.fina.& j̄.de act.emp.Iulianus. §. ſi fructibus.

o *Attulerit.* quæ & prima erat.

p *Facere.* vt ſint venditoris,non emptoris: vt j̄.eo.l.imperator.

q *NEceſſe. Adijcere poſſit.* intra tempus in addictione cōprehenſum, non vltra, niſi reſtituatur: vt ſupra de mino. l. ſi in emptione. Quod autem dico ipſum priorem emptorem admitti,poteſt dici quando ſic fuit dictum, ſi fuerit conditio melior allata.vt hic: ſecus ſi ſic, & ſi alius meliorem cōditionem attulerit: quia tunc nō emptor, ſed extranei tantum admittuntur: vt j̄. locat.qui inſulam. §. fin. Accur.

SAbinus. } Casvs. Si vēditio facta fuerit,

rit, vt res empta ſit, ſi melior cōditio non afferatur: bene poteſt venditor reijcere vltimā conditionem, & ſequi primam tanquam meliorem: & durabit prior emptio, niſi nominatim actū eſſet vt liceret emptori recedere allata meliori cōditione: tūc enim diſſolueretur emptio, etiā ſi vēditor nō velit ſequi vltimā cōditionē.

IX. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

SAbinus ſcribit, licere vēditori meliorē conditionem oblatam abijcere, ſequique primā[a] quaſi meliorem. & ita vtimur. Quid tamen ſi hoc erat nominatim actū, vt liceret reſilire emptori meliore cōditione allata? Dicendum erit diſſolutā priorē emptionē, etiā ſi venditor ſequentē nō admittat.

X. IVLIANVS libro tertiodecimo Digeſtorum.

B SEd ſi ꝓponatur à creditore pignus in diem addictum, nō poteſt videri bona fide negotiū agi, niſi adiectio recipiatur. Quid ergo eſt ſi inops emptor, & impediendæ tantùmodo venditionis cauſa interuenit? Poteſt creditor ſine periculo priori emptori addicere.

Poteſt ei qui meliorem attulit conditionem, res addici ſub eodem pacto addictionis in diem. Baldus.

XI. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

C QVod autē Sabinus ſcribit, fundū in diem addici non poſſe rurſus, qui ſemel fuerit in diē addictus[b], ratione eiuſmodi defendit, quia prioris (inquit) emptoris ſtatim fit: ſcilicet quaſi nō videatur melior cōditio allata, ſi non ſecurè ſecundo emptori fundus addicitur, ſed alia licitatio proſpicitur[c]. Sed Iulianus libro quintodecimo digeſtorū ſcripſit, intereſſe multū, quid inter cōtrahentes actū ſit: nec impedire quicquā vel hoc[d] agi, vt ſæpius fund⁹ collocetur[e]: dum vel prima vel ſecunda vel tertia adiectione res à vēditore diſcedat.

Si res à pluribus fuerit vendita diuerſis pretijs ſub pacto addictionis in diem: poteſt per aliquos exerceri pactum alijs nolentibus. ſed ſi vno pretio, tunc per cōtradictionem vnius impediuntur alij. h.d. cum l. ſeq.

Item quod Sabinus ait, ſi tribus[f] vendentibus duo poſteriori[g] addixerint, vnus nō admiſerit adiectionem, huius partem priori, duorum poſteriori emptā: ita demū verum eſt, ſi varijs pretijs[h] partes ſuas diſtraxerunt:

XII. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

B ET ſi diſpares[i] partes vendentium fuerint.

XIII. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

QVòd ſi vno pretio vēdiderint, dicēdum eſt totam priori emptā manere: quemadmodum ſi quis mihi totum fundū ad diem addixiſſet, poſtea verò pretio adiecto dimidiū alij addixerit[k]. Celſus quoque libro octauo digeſtorū refert, Nuciū, Brutū, Labeonē, quod Sabinū, exiſtimare. ipſe quoque Celſus idem probat: & adijcit,[l] mirari ſe à nemine animaduerſum,[m] ꝙ ſi prior C emptor ita contraxit, vt niſi totū fundū emptū nollet habere,[n] nō habere eū[o] eā partē emptam, quā vnus ex ſocijs poſteriori emptori addicere noluit. Verū eſt autē, vel vnū ex vēditorib⁹[p] poſſe meliorem adferre cōditionem. Emere enim cū tota re etiā noſtram partem poſſumus.[q]

Si res addicitur ſecundo, qui plus nō obtulit. prima venditio non reſcinditur, & venditor vtrique remanet obligatus. ſed ſi plus obtulit, reſcinditur: licet ſecundus non ſit ſoluendo. ſi tamen ab emptore fuit doloſè ſubmiſſus, venditori contra eum ſuccurritur. Bart.

XIIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

D SI vēditor ſimulauerit meliorē allatā cōditionem, cū minoris, vel etiā tātidem

a *Sequique primā.* quia vnicuique licet renunciare his quę pro ſe introducta ſunt: vt C. de pact. l. pen. & j. tit. j. l. ij. Accur.

SEd ſi.} CASVS. Si pignus diſtrahatur ſub pacto addictionis in diē, & alius meliorē conditionē afferat, & eam nolit creditor recipere: iniuriam facit debitori. Sed quid ſi ſecundus emptor erat inops? poterit creditori priori ſine periculo vendere. Viuia.

QVod autem.} CASVS. Si res diſtrahatur ſub pacto addictionis in diē, & alius meliorem conditionē afferat: & res ei ita data ſit: an ſimilis pactio poſsit recipi, vt. ſ. à ſecundo auferatur, ſi tertius meliorē cōditionem attulerit? Dicit Sabinus ꝙ non eſt ratio: quia prioris emptoris, id eſt prioris pollicitatoris, qui ſecundus emptor dicitur, ſtatim fit res irreuocabiliter: & ideo receſsit à priore emptore: alioquin niſi res fieret eius plenè, à prima emptione nō videtur receſſum. Iulianus dicit: quid actum ſit refert: vt ſi actum ſit cum emptore vt poſsit ſibi res auferri, & dari tertio meliorem conditionē afferēti: hoc poſsit vēditor facere. {ITEM.} Si qui rem ſibi cōmunem diſtrahant ſub pacto addictionis in diē, & duo addixerint alicui meliorem conditionem afferēti, & tertius nolit adiectionē accipere, diſting. aut vno pretio diſtraxerunt: aut diuerſis pretijs. puta vnus pro v. alius pro x. tertius pro xv. & tunc duæ partes perueniunt ad ſecundum emptorem: tertia remanet penes primū. Si vno pretio, penes primum emptorem remanebit: ſicut ſi aliquis vni totum vendat ſub pacto addictionis in diem, deinde adiecto pretio alij vēdidit. in primo ergo caſu dicit Celſus. ſ. cùm tres vendunt, & hæc egerunt: ſi primus emptor nolit, niſi totam rem habere, nō habebit eam rem quam ſocius poſteriori emptori addixit. {VERVM.} Si duo vendant rem communem ſub pacto addicti. in diem: ſi vnus ex venditoribus meliorem afferat conditionem, quia ratione partis ſocij potuit conſiſtere emptio: an referenda ſit priori, & dāda poſteriori. Et reſpon. quòd ſic. Hoc dicit vſque ad l. ſi venditor. Viuianus.

b *Addictus.* i. cum primo eſſet allata cōditio melior, & eſt ei datus: dicit Sabinus ꝙ plus nō recipitur ſimilis pactio, etiā ſi paciſcatur cum ſecundo. & hac ratione defendit, quia prioris emptoris, id eſt primi pollicitatoris, qui ſecūdus eſt emptor, ſtatim fit res irreuocabiliter. & bene dico ꝙ fit ſtatim eius: & A ideo receſſum eſt à prima. nam ſi non fieret eius plenè, nec à prima videretur receſſum. vt hic ſubijc. nam de hac ſcilicet prima emptione receditur, eundo ad ſemiplenā: vt hic, & j. de reſcin. ven. ſi id quod. j. reſp. & nō videtur datum quod nō irreuocabiliter datur: vt ſ. de pig. ac. ſi quaſi. & infra de fideiuſſo. ſtipulatus es. in fin. nam demum cum plenè approbuaiſecūdum, recedit à primo: vt j. e. ſi vēditor. §. ſed & ſi neuter. vel propriè ponitur primi emptoris. Accur.

c *Proſpicitur.* hoc dixit Sabinus: ſed Iulianus corrigit, quando hoc eſſet actum, ꝙ poteſt ſecundò, tertiò, & quandocunque agi.

d *Vel hoc.* etiam cum primo emptore, nam cum ſecundo & tertio non eſt dubium.

e *Collocetur.* ſub pacto addictionis in diem.

f *Si tribus.* aliàs lex: aliàs. §.

g *Poſteriori.* i. emptori ſecundo dederint.

h *Si varijs pretijs.* maximè. vel varijs, id eſt diuiſis. Accurſius.

i ET *ſi diſpares.* maximè ſi diſpares. nā tūc facilius accidit vt ſit varietas in pretio.

k QVod *ſi vno.* Alij *addixerit.* ſed hæc addictio reſoluit priorem contractum, ſi pro parte plus afferatur, quàm prius fuerat datum pro tota re: vt ſ. eo. l. iij. §. ij.

l *Et adijcit.* ſ. Celſus.

m *Animaduerſum.* in primo caſu quādo diuiſis pretijs fuit vēdita: & ſic non falleris.

n *Nollet habere.* id eſt non vult habere, niſi habeat totum.

o *Non habere eum.* ſ. totū: vt diximus. Io. vt ſ. de contrahend. emp. ſi duos. & l. arborib. & j. de ædil. edic. cum eiuſdem. & l. ędiles. §. ſi iumenta. & j. de ſol. ſi quis aliam. & ſ. man. l. ita vt omnes. §. quòd ſi fundum & ſ. de mino. l. tutor. §. j.

p *Ex venditoribus.* idē in emptoribus: vt infra eo. cum in diem.

q *Poſſumus.* ſic ſupra manda. qui negotia. §. fi. & j. de acquir. re. do. quædam.

SI venditor.} CASVS. Vendidit mihi aliquis ſub pacto illo, ꝙ ſi melior cōditio afferretur, res eſſet inempta: & venditor ſimulauit meliorē conditionem, cùm nō eſſet: & vēdidit alteri, vel minoris, vel tātidē: an ſit obligatus, quæritur. Et dicitur ꝙ vtriq; erit obligatus. Sed ponamus ꝙ emptor primus ſubiecit minus idoneū emptorem: an vendita ſit? ſine dubio à priore emptione receſſum eſt: ſed vēditor deceptus habet actionē quāti ſua intereſt, cōtra emptorē primū à quo deceptus eſt. In hac actione venient fructus quos percepit prior emptor interim, & ſi quid dolo vel culpa ſua fundus deterior factus ſit. Sed ponamus ꝙ nullū ſubiecit neq; emptor, neque vēditor: ſed venditor pro maiori pretio vēdat ei qui nō erat ſoluēdo, certè receſſum eſt à priori emptione. Idē ſi pupillo vēdat ſine tutore, vel filiofa. vel ſeruo alieno. ſi autē ſeruo ꝓprio, vel domino rei: iſto caſu vēditio nō valet: & nō eſt receſſum à priori vēditione. ſed ſi vēdat alieno ſeruo putās eū liberum:

alij vēderet: vtriq; emptori in ſolidum erit obligatus [a]. Sed ſi emptor aliū non idoneū ſubiecit, eique fundus addictus eſt: non video (inquit) quēadmodū priori ſit emptus: cū alia vēditio et vera poſtea ſubſecuta ſit. Sed verū eſt, venditorē deceptū ex vēdito actionē habere cū priore emptore, quanti ſua interſit id nō eſſe factū. per quā actionē et fructus[b] quos B prior emptor percepit, & quo deterior res culpa vel dolo malo eius facta ſit, recipiet vēditor. & ita Labeoni et Neruæ placet. Sed ſi neuter ſubiecit emptorē, maiore autē pretio addictū eſt prędiū ei qui ſoluēdo non eſt, abitū eſt [c] à priore emptione: quia ea melior intellegitur, quàm vēditor cōprobauit[d], cui licuit non addicere.

Licet plus offerens non obligetur efficaciter: ſi tamen venditor ſibi efficaciter obligatur, dicitur venditio: & per eam à prima receditur: ſecus ſi nec venditor ei efficaciter obligatur. Bart.

Sed & ſi pupillus poſtea ſine tutoris auctoritate C pluris[e] emerit: cōſentiēte venditore abitur à priore emptione[f]. Idē & de ſeruo alieno: aliter atq; ſi ſeruo ſuo vel filio quem in poteſtate habet, vel domino rei per errorem id addixerit: quia nō eſt emptio his caſibus[g]. Quòd ſi alieno ſeruo, quem putauerit liberum eſſe, addixerit: contra ſe habebit[h], & erit hic ſimilis egenti[i]. Emptorē qui meliorem conditionē attulerit, præter corpus nihil ſequitur [k], quod venierit.

Fructus quos venditor à primo emptore recuperauit, in ſecundum plus offerentem D *non tranſeunt: nec tamen propter hoc diceretur melior cōditio allata, ſi ſecundus emptor plus non obtuliſſet.* Bart.

Non tamē ideo, ſi tātundē pretiū alius det: hoc ipſo ꝙ fructus eū non ſequantur [l], qui ſecuturi eſſent priorem emptorem, melior conditio videtur allata: quia non id agitur inter emptorem & venditorem [m].

Iacente hereditate venditoris, non poteſt melior conditio afferri.

XV. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI prædio in diē addicto, ante diem venditor mortuus ſit, ſiue poſt diem heres ei exiſtat, ſiue omnino non exiſtat [n], priori [emptori] prædiū emptū eſt: quia melior cōditio allata: quæ dño B placeat, intellegi nō poteſt, cū is qui vendat, nō exiſtat. Quòd ſi intra diē adiectionis heres exiſtat, melior cōditio ei adferri poteſt [o].

Nō dicitur melior cōditio afferri, quādo verus emptor recompenſatur pro eo quòd plus afferat in re vel tēpore ſolutionis. Bar.

Si fundus in diē addictus fuerit pluris,[p] vt quędā ei accedāt quę nō acceſſerint priori emptori: ſi non minoris ſint hę res, ꝗ quò pluris poſtea[q] fundus venierit,[r] prior vēditio valet, quaſi melior conditio allata nō ſit, ſi minoris ſint. Idemq; æſtimandum eſt ſi dies lōgior pretij C ſoluendi data[s] fuerit: vt quęratur quantum ex vſura eius temporis capi potuerit.[t]

Sicut fructus percepti per emptorē meliori conditione allata reſtituuntur venditori: ita & ecōuerſo ipſi primo emptori debet reddi quod impendit.

XVI. VLPIANVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

IMperator Seuerus reſcripſit: Sicut fruct⁹ in diē addictæ domus, cū melior cōditio fuerit allata, venditori reſtitui neceſſe eſt [u]: ita rurſus quę prior emptor medio tēpore neceſſario ꝓbauerit erogata, de reditu retineri: vel ſi nō ſufficiat, ſolui ęquū D eſt. Et credo ſenſiſſe principē de empti vēditi actione[x].

Si duæ res vendantur duplici pretio hoc pacto, vt aliquid adijciatur ad pretium: illius venditio reſoluitur ad cuius pretiū fuit additum: quòd ſi non apparet, neutra. Bartolus.

XVII. IVLIANVS libro quintodecimo Digeſtorum.

CVm duo ſerui duob⁹ ſeparatim[y] denis ī diē addicti

rum videtur receſſum à priori vēditione. {PRAETER.} Si A res diſtrahitur ſub pacto addict. in diem: non cōſequitur ſecundus emptor fructus quos prior emptor medio tempore percepit, ſed ad venditorem pertinent: & ſi in hac ſecunda venditione, minus pretium, vel tantum quantum erat in prima vēditione, afferat: an ſit receſſum à prima, quaſi meliori oblata conditione? Et reſp. quòd non. Viuia.

a *Obligatus.* nā nō eſt diſceſſum à prima: vt ſ.e.l. vbi. §. cū igitur.

b *Et fructus.* &, pro etiam. q. d. non tantum intereſſe in ipſa re, vt ſubiicit, ſed etiam fructus: vt hic, & ſupra e. item quod. in prin.

c *Abitum eſt.* id eſt receſſum. & penultima ſyllaba producitur.

d *Comprobauit.* Not. comprobat, qui malum ſcienter eligit: vt inſt. de act. §. huic autem. in fin. & infra. de fideiuſ. qui ſatiſdare. in fi. & ſ. man. inter cauſas. §. abeſſe. Sed argu. contra. j. de his qui. vt indig. l. cum quidam.

e *Pluris.* quàm prior emptor. Accur.

f *Emptione.* hoc ſi pupillus ſaltem naturaliter potuit obligari: quia maior erat infante: vt j. de noua. l. j. aliàs non diſceditur à prima: vt hic ſubiicit.

g *His caſibus.* non ergo prior reſoluitur, quæ vera fuit, per eam quæ nulla eſt.

h *Contra ſe habebit.* quia reſoluitur prima. Accur.

i *Egenti.* emptori, de quo habuiſti modo ſ. §. ſed ſi neuter. Accur.

k *Sequitur.* ſecundum emptorem. Accur.

l *Eum non ſequatur.* ſed ſecundum emptorem. q. d. hic §. venditor nō præſtat fructus ſecundo emptori: & aufert priori: & ſic in hoc videtur ſemper conditio melior afferri: & per hoc etiam ſi tantundem pretij & non plus afferatur, videtur tamen melior conditio: quod remouet.

m *Et venditorem.* vt ob hoc poſsit recedi à prima: vt tali modo adiiciatur melior cōditio.

SI *prædio.* } CASVS. Diſtracto ꝑdio ſub pacto addictionis in diē: ſi ante diē venditor decedat: ſiue heredem habeat, ſiue non. poſt diem remanebit penes emptorem priorem, cùm non exiſtat cui melior poſsit afferri cōditio: ſecus ſi intra diē addic. venditori aliquis heres exiſtat. {SI FVNDVS.} Si fundus diſtrahatur ſub pacto &c. & alius offerat meliorem conditionem, quia quædam adiiciuntur ſecundæ venditioni quæ non erant in prima: an pro illa meliori cōditione ſit receſſum à prima emptione? Et reſp. ꝙ nō: ſi res adiectę nō valeāt minus ꝗ pretium adiectū in ſecūda venditione. Item ſi plus pretij adiiciatur, vt in lōgius tempus ſolutio diſtrahatur, & tantum interuſuriū redigi poſsit ex pretio prioris venditionis, quantū eſt pretiū adiectū in ſecunda vēditione longiore tēpore ſoluendū: an ſit recedendū à prima emptione, quaſi meliori conditione allata? Et reſpon. ꝙ non.

n *Non exiſtat.* Not. hereditate iacente non poſſe meliorem conditionem afferri, licet ſit loco perſonæ: vt argu. infra. de ſtip. ſer. l. ſeruus hereditarius.

o *Poteſt.* No. quòd in perſona heredis cōditio adimpletur. ar. cōtra. j. de cōdi. & demō. à teſtatore. ADDITIO. Sol. ſecūdum Bal. hic, quia ibi in vltima voluntate, vbi non tranſit conditio, niſi mora pręcedat: hic autem in cōtractib⁹. Nec obſt. j. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Augerius. quia ibi conditio erat coarctata ad vitam: & ideo non tranſit ſecundum eundem Bal.

Conditio in perſona heredis adimpleri poteſt.

p *Pluris.* id eſt maioris pretij. Accur.

q *Poſtea.* ſ. quā prius.

r *Venierit.* in ſecunda emptione. Accur.

s *Data.* ſecūdo emptori, qui aliquid plus dat.

t *Capi potuerit.* vt ſi tātū poteſt colligi vſurarū nomine ex præſenti pecunia data, quātum eſt adiectio pecuniæ longiore tempore ſoluendæ: non dicatur melior cōditio allata. alioquin contra dicatur. Accurſius.

IMperator.} CASVS. Re diſtracta ſub pacto. addic. ſi melior cōditio afferatur, fructus quos prior emptor ꝑcepit, venditori reſtituere debet. Sed quid ſi impenderit, nūquid habet reditus retentionem pro impenſis? Reſpon. quòd ſic. & ſi fructus non ſufficiant vt hoc fiat: venditori ex vēdito, emptori ex empto cōpetit actio. Viuia.

u *Neceſſe eſt.* vt ſ. eod. item quod dictū eſt in prin. & j. de iu. fiſ. l. fi. in principio. H.

x *Actione.* ſ. vt ea agatur ad hæc pacta ſeruāda & ſimilia: vt ſ. tit. j. l. qui fundū vendidit.

CVm duo.} CASVS. Vendidi tibi vnū ſeruum pro x. Titio alium pro x. ſub pacto videlicet meliore conditione allata, venit alius qui offert pro vtroque xxx. an ſit receſſum à venditione? refert an fiat adiectio. x. pro pretio vnius tantū, an v. pro pretio vnius. & v. pro pretio alteri⁹. Primo caſu ille ſit inēptus cui adiecta ſunt. x. & eū habebit ſecundus emptor, priore emptore habēte alium. Secundo caſu vtrūque habebit ſecundus emptor. ꝙ ſi non appareat cui facta ſit adiectio, ſtabitur primæ emptioni. Viuia.

y *Separatim.* ita ſ. vendo tibi Stichum pro x. & ſi alius attulerit meliorem conditionem, ſit inemptus: & eodem modo alij vendo alium ſeruum: deinde vtrunque vni vendo pro xxx.

Quina.

a *Quina.* id eſt pretio vniuſcuiuſque quinque.
b *Seruus.* ſcilicet tantum.
c *Ad vtrius* id ad cuius.
d *Addiderit.* ſecundus emptor. Azo.
e *Non videbitur.* Nota ergo ꝙ in dubio nil valet: vt hic. idem in datione tutoris: vt ſi non apparet quis: vt ĩ. de teſta. tute. l. duo. Idẽ in legato: vt ĩ. de reb. dub. l. ſi fuerit. Idẽ in inſtitutione heredis: vt ĩ. de here. inſt. l. in tempus. §. fin. Idẽ in adeunda hereditate, ſi de cõditione teſtatoris dubitet, vel de viribus teſtamẽti ſit verũ vel falſum: vel iuribus: quia neſcit quod prius, & quod poſteri⁹ ſit factũ: cùm ſint duo idem dicentia: vt ĩ. de adqu. her. ſed & ſi de ſua. j. & ij. reſpon. & l. cũ falſum. & l. eũ qui duobus rem. Idem in duobus cõcurrentib⁹: vt ſ̃. ad l. Aqu. ſcientiã. §. cũ ſtramẽta. ſic & ſ̃. de vſufr. ſed & ſi quis. §. interdũ. Ar. cõtra ĩ. de acceptila. l. plurib⁹.

ſint, et extiterit qui ꝓ vtroque triginta det, refert vnius pretio decẽ, an ſingulorum quina[a] adijciat. ſecundũ ſuperiorem adiectionẽ is ſeruus[b] inemptus erit, cuius pretio adiectio facta fuerit: ſecũdũ poſteriorẽ adiectionẽ vterque ad poſteriorẽ emptorẽ pertinebit. Quòd ſi incertũ ſit, ad vtrius[c] pretiũ addiderit[d]: à priore emptione non videbitur[e] eſſe diſceſſum. B

Vnus ex emptoribus poteſt afferre meliorẽ cõditionẽ: & tota emptio nouatur. Bal.

XVIII. AFRICANVS libro tertio Quæſtionum.

CVm in diem duobus ſocijs fundus ſit addictus: vno ex his pretium adijciente, etiam pro ipſius parte[f] à priore vẽditione diſcedi rectius exiſtimatur.

XIX. IAVOLENVS libro ſecundo ex Plautio.

FVndo in diẽ addicto, ſi poſtea pretiũ adiectũ eſt, & venditor alio fundo applicito[g], eũ ipſum fundum poſteriori emptori addixit, et id ſine dolo malo fecit: priori emptori obligatus nõ erit. C Nam quãuis non id tantùm quod in diem addictũ erat, ſed aliud quoque cum eo venierit: tamen ſi venditor dolo caret[h], prioris emptoris cauſa abſoluta eſt. Id enim ſolum intuendum eſt, an priori venditori[i] bona fide facta ſit adiectio.

Prior emptor non habet actionem contra ſecundum: quia perſonalis actio non ſequitur fundum. Bartolus.

XX. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

PRior emptor poſt meliorem conditionẽ oblatã, ob pecuniam in exordio vẽditori de pretio ſolutam, cõ D tra ſecundum emptorem citra delegationem iure ſtipulationis interpoſitam agere non poteſt.[k]

CVm in diem. } CASVS. Eramus duo ſocij: Titi⁹ vẽdidit nobis fundum ſub pacto addic. in diẽ: ego obtuli meliorẽ cõditionẽ: vtrũ etiã ꝓ mea parte ſit receſſum à venditione iſtius fundi? Et reſpon. ꝙ ſic. Viuia.
f *Parte.* quã emit. Azo.

S I *quis.*} CASVS. Si vendidi tibi vinum in genere, vel ad menſuram, & actum ſit vt intra certum diem deguſtetur, & per venditorem ſteterit quo minus deguſtetur:an teneatur venditor de periculo poſt moram, & ante moram ratione contractus: an magis cõtractus ſolutus,quã conditionalis ſit venditio? Et reſpõ.primo inſpiciendum quid actum ſit, puta an conditionalem venditionem voluerunt,aut non.ſi nihil appareat, periculum non ſolum poſt moram,ſed ante(cum per venditorem ſtetit quo minus deguſtetur) ſpectabit ad eum,ſcilicet ratione contractus:quia vendidit vinũ in genere.poteſt vt legi,vẽdidi in ſpecie. ſed hæc planior eſt, niſi propter verba quæ ſunt in ſi.§.ibi, etiam interdum &c. quaſi voluerint vt non tantum teneatur de periculo poſt moram,ſed ante: quod falſum eſt: quia vendito vino in ſpecie ſtatim eſt in periculo emptoris. vel dic quòd in ſpecie erat venditum, ſed actum erat vt de periculo teneatur venditor. {SI AVERSIONE.} Si in ſpecie vinum vendatur,& emptor periculum in ſe ſuſceperit:ſic emere videtur, vt non deguſtet: quo pacto euenit vt ſi quis emit ne deguſtet, omne periculum mucoris & acoris ad ipſum pertineat. ſi non conuenit deguſtando, quandocunq; poterit emptor deguſtare:& quoad deguſtauerit, periculum reſpiciet venditorem. Idem

i *Deguſtarentur.* ſ. intra diem ſtatutã, quia cũ emptor vellet deguſtare ante diem ſtatutam, venditor noluit: & ita ante diem cœpit eſſe in mora: & ab eo tempore cœpit de omni periculo teneri ratione moræ. pro priore tẽpore tenetur iure cõtractus: quia in genere fuit.

k *Præteritum.* ſ. ante & poſt moram ſuam. Azo.

l *Intererit.* nunc incipit reſpondere.Acc.

m *Quid actum ſit.* ſcilicet vtrum puram an conditionalem voluerint eam venditionem facere.

n *Etiam vltra diem.* & ſic poſt diem & ante diem à tempore contractus præſtat venditor periculum. vel dic vt ſupra eo.l.j.

o *Si auerſione.*id eſt in ſpecie. vnde emptor ſuſtinet periculum,id eſt aduerſitatem. cum enim vendit in ſpecie. non vendit vt deguſtetur:vt ſubijcit, ex hoc &c. Vel ſecundo pone etiam in menſura:vt hic no.& ſic etiã auerſione &c.id eſt vt omne periculum emptor ſubeat vel aduerſitatem, quodcunque, vel qualecunq; vinum fiat poſtea. vnde cum emptor ſic ſe ſubijciat periculo, videtur emere ne deguſtet, vt probet vel improbet, niſi hoc ſit dictũ expreſſe vt guſtet:& hoc eſt quod dicit, ex hoc apparet &c.

p *Vt deguſtaretur.* id eſt ſi non fuit dictum de deguſtando cum venderetur in ſpecie: vel pacto facto de auerſione.

q *Ad emptorem pertinere.* ſi dicas vinum in ſpecie venditum, planum eſt.ſi dicas ad menſuram,& tunc omne periculum eſt emptoris:quia ſic ſe pacto ſubiecit hic:vt ſ.proxi.dixi.prima verior eſt.

r *Vt ne.* ſi in ſpecie, tunc ſiue dictum eſt vt non deguſtetur, ſiue taceatur, videtur agi vt non deguſtetur. hoc autem raro ſit quòd taceatur vel dicatur de non guſtando.ſi autẽ in menſura,tunc exigitur deguſtatio & menſura:niſi actum ſit de nõ guſtando:quod raro ſit.

s *Deguſtet.*vt fecit hic quando auerſione venit.nam fere ſemper ſic emitur vinum vt deguſtetur,vel in ſpecie nil dicendo de deguſtatione.

t *Non erit.* dictum eſt tamen de deguſtando.Accurſius.

u *Meliorem.* quàm eſſet ſi nil de deguſtando eſſet dictũ.nam poterit probare vel improbare:& ſic remanet in periculo venditoris,vt modo dixi.Accurſius.

a Doliare vinũ emit, qui ipſum in doliis emit,ſine alia mẽſuratione: ad differentiã vini pẽdentis,i.quod adhuc in vuis eſt.Budæus hic.

b Notabilis gl. ſecundũ Bal.hic,pro æquiparationibus & ſimilitudinibus quæ reperiũtur in ſtatutis vel legib⁹.

** excuſata. al.eum excuſet.*

** Hunc lo. cũ explicat Anto.Aug. li.3.cap.6.*

† quibuſq; i.quandocũque Ant.Aug.li.3.cap.7.

Vendito;

a *Vendito.* quia in ſpecie facta vel etiam in menſura, vt emptoris ſit periculum.

b *SI per emptorem. Præſtari.* concordat infra eo. l. illud.

c *Si admenſum.* id eſt menſurandum. & dic ſi, id eſt quia. Ac.

d *Donec.* facit ſupra de cõtrah. emptione. l. quod ſæpe. §. ſed ſi ex doliario. & intellige hunc. §. quando cauſa demonſtrandi fuit dictum, ex hoc vaſe, vt dixi ſ. eod. l. j. §. j. imò verius de eo ſolo erat dandum: & tamen eſt periculũ venditoris: vt ibi notaui. Accurſius.

e *Periculum.* vt pretio careat, nõ vt aliter teneatur ad intereſſe: vt fit in vẽditione: vt infra de act. empt. & vẽdi. l. j.

f *SI vina. Acidis & mucidis.* i. excepto acido & mucido vino.

g *Expediat.* propter familiam forte. Acc.

h *Non veniſſe.* ſic ergo quod mei emptoris cauſa ſtatutũ eſt, etiam in mei læſionẽ retorquetur. & ſic eſt contra C. de legi. & conſt. quod fauore. & ſ. de leg. & ſenatu. l. ij. Sol. vbi pactũ inducit fauorem, obtinet quod hic dicit. vbi vero lex, quod in cõtrarijs. hoc non valet: quia in d. l. de le. & conſt. induxit pactum in fauorem. Tu dic quòd ibi nullus eſt fauor: ſed ſic cõuenit vt bona emeret: mala non. & ſic nõ eſt contra.

i *Vel.* pro ſaltem.

k *ID quòd. Eſſe debet.* vt inſtit. eo. §. cum autem. & infra de reg. iur. ſecundum naturã. & infra eo. l. ſi in venditione. §. j. & C. eo. l. j. Accurſius.

l *Cederet.* id eſt menſuraret. Accurſius.

m *Luci.* i. nemora publica, ſic dicta per cõtrarium, quia non lucẽt, ſed vmbra eſt ibi.

n *In modum.* id eſt in menſuram.

NEceſſario. } CASVS. Cum res diſtrahatur: aut pure, aut ſub conditione. ſi pure, ſi appareat pretium & res qualis quantaq; ſit, perfecta eſt emptio ſi ſub conditione, nulla eſt emptio niſi exiſtat cõditio. ſi pendente conditione deterior facta fuerit, periculo erit emptoris. ſi interierit, venditoris: qua venditione exiſtente, ſi venditor vel emptor vel vtriq; deceſſerint, heredes obligantur. pendente conditione licet emptori tradita res fuerit, eam non vſucapiet: & quod ſoluit nomine pretij, repetet: & fructus ſunt venditoris. {CVM.} Refert quem vſufru. quis vendat, quem habet ſcilicet formalem in alieno fundo, aut quem habet caſualem in fundo ſuo. primo caſu finitur vſusfruc. ex perſona

ris facit.† Vino autem per auerſionem vendito,[a] finis cuſtodiæ eſt auehẽdi tempus.† Quod ita erit accipiẽdum, ſi adiectum tẽpus eſt. Ceterum ſi non ſit adiectũ: videndum ne infinitam cuſtodiam non debeat vẽditor. Et eſt verius, ſecundum ea quæ ſupra oſtẽdimus, aut intereſſe quid de tẽpore actum ſit: aut denuntiare ei vt tollat vinum. Certè antequam ad vindemiam B fuerint dolia neceſſaria, debet auehi vinum.

† Sabini verba.

† Vlpiani verba.

V. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

SI per emptorem ſteterit quo minus ad diẽ vinum tolleret, poſtea, niſi quod dolo malo venditoris interceptum eſſet, non debet ab eo præſtari.[b] ſi verbi gratia amphoræ centum ex eo vino puod in cella eſſet, venierint: ſi admẽſum[c] eſt, donec[d] admetiatur, omne periculũ[e] venditoris eſt: niſi id per emptorem fiat.

Emens vina exceptis acidis & mucidis, non poteſt cogere venditorem ad ſibi tradendum acida & mucida. Baldus.

VI. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI vina emerim exceptis acidis & mucidis,[f] & mihi expediat[g] acida quoque accipere, Proculus ait, quamuis id emptoris cauſa exceptum ſit, tamen acida & mucida non veniſſe.[h] nam quæ inuitus emptor accipere non cogeretur, iniquum eſſe non permitti venditori vel[i] alij ea vendere.

VII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

ID quod poſt emptionem fundo acceſſit per alluuionem, vel perijt: ad emptoris cõmodum incommodumq; pertinet. Nã & ſi totus ager poſt emptionẽ flumine occupatus eſſet, periculũ eſſet emptoris. ſic igitur & cõmodum eius eſſe debet.[k]

Illa quæ per ſe poſſunt vendi, cedunt in menſura fundi: niſi ſpecialiter aliud ſit dictum: ſed illa quæ vedi non poſſunt, non cedunt, niſi ſpecialiter dictum ſit. h. d.

A venditoris: & non tenebitur mihi heres ſuus, ſed ipſe heredi meo tenebitur. Secundo autem caſu heres venditoris mihi tenebitur: heredi meo non tenebitur.

o *Quid.* quando in genere: quale, quando in ſpecie: quãtum, quãdo in quãtitate: vt j. de verb. oblig. l. ſtipulationũ. Vel dic quantum. ſ. prædium quod venditur.

Quod venditur, in modũ agri cedere debet: niſi ſi id actũ eſt, ne cederet. At quod non venit, in modum cedendum, ſi id ipſum actum eſt, vt cederet:[l] veluti viæ publicæ, limites, luci qui fundum tangunt. Cùm verò neutrũ dictum eſt, cedere nõ debet: & ideo nominatim caueri ſolet, vt luci,[m] viæ publicæ quę in fundo ſint, totæ in modum[n] cedant. B

Perfecto contractu periculum eſt emptoris. contractus autem dicitur perfectus, ſi ſit celebratus pure, quod res ſit certa, & pretiũ certum. Si autem per dependentiam de futuro, non dicitur contractus perfectus. h. d. ſecundum Baldum.

VIII. IDEM libro trigenſimotertio ad Edictum.

NEceſſario ſciendum eſt quando perfecta ſit emptio. tunc enim ſciemus cuius periculum ſit. nam perfecta emptione periculum ad emptorem reſpiciet. Et ſi id quod venierit, appareat qd,[o] quale, quantum ſit, ſit & pretium, & pure venit: perfecta eſt emptio. C Quod ſi ſub conditione res venierit: ſi quidem defecerit conditio, nulla eſt emptio: ſicuti nec ſtipulatio. quòd ſi extiterit, Proculus & Octauenus emptoris eſſe periculum[p] aiunt. Idem Pomponius libro nono probat. Quòd ſi pendẽte conditione emptor vel venditor deceſſerit, conſtat, ſi extiterit conditio, heredes quoque obligatos eſſe, quaſi iam contracta emptione in præteritum.[q] Quòd ſi pendente conditione res tradita ſit, emptor non poterit eam D vſucapere pro emptore:[r] & quod pretij ſolutum eſt, repetetur: & fructus medij tẽporis venditoris ſunt: ſicuti[s] ſtipulationes & legata cõditionalia perimuntur. ſi pendẽte conditione res extincta fuerit. Sanè ſi extet res, licet deterior effecta: poteſt dici, eſſe dãnum emptoris. Si ita venierit: *Eſt ille ſeruus emptus, ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit*: Iulianus putat ſtatim

p *Periculum.* ſ. deteriorationis, non peremptionis pendente conditione contingentis: vt infra §. proxi. idem Iulia. &c. Sed certe nõ plene docet quando ſit perfecta venditio. Ideo dic ꝙ hæc ſunt neceſſaria, quòd pure & ſine ſcriptis, & ſpeciei certæ, & quæ deguſtationem non exigit. tunc quando hæc concurrunt, eſt perfecta ea perfectione de qua hic dicit, vt ſint periculo emptoris, excepto caſu publicationis, qui pertinet ad venditorem: vt j. loca. l. ſi fundus. niſi pactũ culpa vel mora aliud inducat. Pure hic ideo dicit, quia ſi ſub conditione, diſtinguitur: vt j. §. proxi. Sine ſcriptis ideo, quia tunc ante completum interdum non eſt periculum emptoris: vt C. eod. cum inter emptorem. & de fid. inſtr. l. contractus. Speciei ideo, quia ſi in genere vendo ſeruum: licet omnes ſerui moriantur, tamẽ teneor: quia genus perire non poteſt: vt j. ad l. Falci in ratione. §. verum eſt autem. & §. ſin vero argẽti. Item certæ ideo, quia ſi eſt alternatiua, vt vẽdo Stichum aut Pamphilum: primus eſt in periculo venditoris, ſecundus emptoris: vt ſ. de contrahend. empt. l. ſi in emptione. §. penul. Item ideo dicit quæ deguſtationẽ non exigunt, quia tunc dic vt ſ. eo. l. j. §. j. De pacto ideo dixi, quia per pactum poteſt quilibet in ſe facere ſtare periculũ: vt j. eo. l. qui in venditione, & j. de iure do. l. ſi mancipia. Item de culpa ideo, quia ſi culpa pręcedit caſum, tenetur. vt inſtitu. quib. mo. re cont. ob. §. at is. Item de mora ideo, quia ea interueniente mutatur natura cõtractus: vt j. e. l. illud.

Venditio quãdo perfecta dicatur.

q *In præteritum.* nam vbi exiſtit conditio, perinde habetur ac ſi pure factum illud fuerit: vt hic, & j. qui po. in pig. ha. l. potior. ij. reſpon.

r *Pro emptore.* ſ. titulo, nec alio: vt hic, & ſ. de in diem addict. l. vbi in prin. & j. pro emp. l. ij. §. ſi ſub conditione. licet R. dixerit pro ſuo: vt j. pro ſuo. l. j. in fin.

s *Sicuti.* quidã habẽt in litera hic, Plane ſi pendẽte cõditione

res

res extinguatur, emptio perimitur. Alij nõ habẽt: & tunc ſup ple, venditoris ſunt. ſ. ſi res interierit pendẽte cõditione, vt be ne aptetur quod ſequitur, ſicuti &c. vt j. de iure do. plerũque. §. ſi ante. Accurſius.

perfectam eſſe[a] vẽditionem, quoniam certum ſit eam con tractam.

Si vſufructuarius vendat vſumfructum, venditio extinguitur morte venditoris, non emptoris. ſed ſi proprietarius, tunc econtra. h.d. Et ſic cum vſusfructuarius cedit commoditatem vſusfructus alteri ex voluntate, finitur vſusfructus ex perſona ſua. Idem ſi ex neceßitate iuris. l. ſi vſusfructus. de iure do. ſecus ſi ex diſpoſitione teſtatoris. de vſufructu. leg. ſi quis vſumfructum. vbi omnino vide.

Cum vſumfructum mihi vendis, intereſt vtrũ ius vtendi fruẽdi quod ſolum tuum ſit,[b] vendas: an verò in ipſum corpus quod tuum ſit, vſumfructum mihi vendas. Nam priore caſu etiã ſi ſtatim morieris, nihil mihi heres[c] tuus debebit. heredi autem meo debebitur, ſi tu viuis. Poſteriore caſu heredi meo nihil debebitur: heres tuꝰ debebit.

IX. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

SI poſt inſpectum[d] prædium, antequã emptio cõtraheretur, arbores vento † vi deiectæ ſunt, an hæ quoque emptori tradi debeant, quæritur. Et reſponſum eſt, non deberi, quia eas non emerit, cum antequã fundũ emerit, deſierint fundi eſſe. ſed ſi ignorauit emptor deiectas eſſe arbores, venditor autem ſcit, nec admonuit: quanti emptoris interfuerit rem æſtimandam eſſe, ſi modo venit.[e]

Iſtud principium facit vtrum pactum nudum veſtiatur coherentia contractus conditionalis. Bart.

X. VLPIANVS libro octauo Diſputationum.

SI in venditione[f] conditionali hoc ipſum conueniſſet, vt res periculo emptoris ſeruaretur, puto pactum valere.

Sicut in rebus mobilibus non dicitur perfecta venditio antequam menſuretur, ita nec in rebus immobilibus. B.

In libro ſeptimo Digeſtorum Iuliani Scæuola notat: Fundi nomine emptor agere non poteſt,[g] cum prius quam menſura fieret, inũdatione aquarum, aut chaſmate, alióve quo caſu pars fundi interierit.

Pactum familiæ non facit tranſire periculum caſus in dominum, quia dominus non tenetur pro ſuo familiari. h.d. facit extra de reſti. ſpo. cum ad ſedem. Baldus.

XI. ALFENVS VARVS libro ſecundo Digeſtorum.

SI vendita inſula combuſta eſſet: cum incendium ſine culpa fieri non poſsit,[h] quid iuris ſit? Reſpõdit, quia ſine patrisfamilias culpa fieri poteſt, neq; ſi ſeruorum negligentia factũ eſſet, cõtinuo dominus[i] in culpa erit. quãobrem ſi venditor diligentiam eã adhibuiſſet in inſula cuſtodienda, quã debent homines frugi & diligẽtes pręſtare, ſi quid accidiſſet, nihil ad eum pertinebit.

B *De periculo contingente poſt traditionẽ, vel poſt moram emptoris, non tenetur venditor, ſed de contingente ante traditionem vel moram emptoris, ſi fuit in culpa. h.d. cũ duabus. ll. ſequen.*

XII. PAVLVS libro tertio Epitomatorum Alfeni Digeſtorum.

LEctos † emptos[k] ædilis, cum in via publica poſiti eſſent, conſcidit. ſi traditi eſſent emptori, aut per eum[l] ſtetiſſet quò minus traderẽtur, emptoris periculum eſſe placet.[m]

XIII. IVLIANVS libro tertio ad Vrſeium Ferocem.

EVmque[n] cum ædili, ſi id non iure feciſſet, habiturum actionem legis Aquiliæ:[o] aut certe cum vendi-

C tore[p] ex empto agendum eſſe, vt is actiones ſuas quas cum ædili habuiſſet, ei præſtaret.

XIIII. PAVLVS libro tertio Epitomatorum Alfeni Digeſtorum.

QVòd ſi neq; traditi eſſent, neq; emptor in mora fuiſſet quò minus traderentur, venditoris[q] periculum erit. Materia[r] empta ſi furto periſſet poſtquam tradita eſſet, emptoris eſſe periculo reſpõdit. ſi minus,[s] venditoris. Videri autem trabes[t] traditas, quas emptor ſignaſſet.[u]

D XV. GAIVS libro ſecundo Rerum Cottidianarum.

SI vina quæ in dolijs erãt, venierint,[x] eaq; antequã ab emptore tollerentur, ſua natura corrupta fuerint: ſi quidem de bonitate[y] eorum adfirmauit venditor, tenebitur emptori. quòd ſi nihil adfirmauit, emptoris erit periculum: quia ſiue nõ deguſtauit, ſiue deguſtando malè probauit, de ſe queri debet. Planè ſi cum intellegeret venditor non duraturam bonitatem eorum[z] vſque ad in eum diem quo tolli deberẽt, non admonuit emptorem,

a *Perfectam eſſe.* no. quod dicit perfectã, non purã. nã eſt cõditionalis: vt & ſimile legatũ: vt j. quãdo di. le. ce. huiꝰ. quæ eſt cõtra. Vel illud quo ad tranſmiſſionẽ, ſed eſt perfecta, vt hic dicit, vt ab ea diſcedi non poſsit: & ſi ſoluatur, repeti nõ poſſit: vt s. de cõdi. inde. l. Iulianus. & propter hoc dicitur quaſi pura: vt j. de noua. l. ſi pupillꝰ. §. qui ſub cõditione.

b *Tuum ſit.* quod potes facere. ſ. vẽdere: vt inſti. de vſu & ha. §. j. hoc eſt perceptio fructuũ, non autem vt finiatur in perſonã emptoris, vt hic ſubijcit. nam ſic vendi non poteſt, immo domino proprietatis cederet: vt inſtit. de vſufru. §. j. & j. de iure do. l. ſi vſusfr. quæ ſunt contra.

c *Nihil mihi heres.* quia finitus eſt morte tua, qui fructuarius eras. ſed videtur quòd ex perſona mea finiatur cui ceſsiſti, non tua: vt j. de noua. l. ſi vſusfru. quę eſt contra. Sol. hic erat conſtitutus iam vſusfru. in perſona dãtis, vnde morte ipſius finiri debuit. ibi vero non erat conſtitutus, ſed tantũ debitus. vnde quia in perſona accipiẽtis habet principiũ, merito ex eiꝰ perſona finitur: arg. s. de ſerui. l. pro parte dominij. Accurſius.

† *Ventorum vi.*

SI *poſt.*} CASVS. Antequam venderem fundum, quem habebam venalem, oſtendi arbores. an ſi arbores interim deiectę erant, poſtea vẽdam, illæ arbores cedãt emptori? Et reſpon. quòd non. ſed ſi emptor ignoret, ego ſciam, teneor ad intereſſe emptori ſi ipſum non certioraui. Cetera plana ſunt vſque ad l. lectos. Viuianus.

d *Si poſt inſpectum.* ſ. ab emptore. Azo.

e *Si modo venit.* ſi venditio tenuit. nam quãdoque non tenet, vt ſi contemplatione arborum tantum emebat: vt s. de contrahend. emp. arboribus. Accurſius.

f SI *in venditione.* facit j. de iure do. ſi mancipia. Accur.

g *Non poteſt.* ſed ſi ad menſuram venit, nonne perit periculo venditoris: vt s. eod. l. j. §.

A ſed & cuſtodiam. quæ eſt contra? Sol. vt ibi. Accur.

h SI *vendita. Fieri non poßit.* immo quandoq;: vt s. de offi. præfec. vig. l. iij. §. j. in eo quod ibi ponit, plerunque. Solut. vt ibi. Accurſius.

i *Dominus.* horũ ſeruorum.

LEctos.} CASVS. Emi lectos. poſtea poſitos eos in via pub. cuſtos ædium conſcidit. cuius erit periculum? Diſtinguitur: aut mihi traditi erant, aut per me ſtetit quo minus traderẽtur: & mihi pereunt, aut non, & tunc venditori. ita tamen in primo caſu agam. l. Aquil. contra ædilem, ſi nõ iure hoc fecit: aut ex empto cõtra venditorem, vt cedatur mihi actio contra ædilem. Cetera plana ſunt vſque ad l. ſerui.

k *Lectos emptos.* in genere. vel dic, in ſpecie: vt dices ſtatim in l. quòd ſi neque. Accurſius.

† *Vide ad hanc legem Anto. Aug. lib. ſing. ad Modeſtinũ.*

l *Eum.* ſcilicet emptorem.

m *Placet.* ſic & ſupra de pigne. act. l. fi. §. fin.

n E*Vmq;.* ſcilicet emptorem. Accur.

o *Aquiliæ.* primo caſu quando fuerunt traditi.

p *Cum venditore.* ſcilicet ſecundo caſu.

q Q*Vod ſi. Venditoris.* Sed nonne poſt emptionem emptoris debet eſſe periculum? Reſpon. dic quòd ſi in ſpecie facta fuit vẽditio, pacto ſuſcepit venditor periculum. ſi autem in genere, tunc eſt planum, quia genus non perit: vt infra ad l. Fal. in ratione. §. verum eſt.

r *Materia.* ſcilicet calce vendita ad menſuram.

s *Si minus.* id eſt ſi nõ tradita eſſet. Azo.

t *Trabes.* dominus nemoris duas trabes mihi vendidit.

u *Signaſſet.* No. ſignationem vel deſignationem pro traditione haberi: vt hic, & s. nau. cau. ſta. l. j. §. idem ait. in princi. ſed ſecus in vino, & alijs ſimilibus vino: vt ſupra. l. j. §. ſi dolium. quæ eſt contra.

Signatio vel deſignatio pro traditione habetur.

x SI *vina. Venierint.* ſcilicet in ſpecie.

y *De bonitate.* dicendo bonitatem eorum duraturam. & ſic not. falſam aſſeuerationẽ eſſe in culpa: vt infra de ac. empt. l. Iulianus. §. quid tamen. & C. eo. dolum.

z *Eorum.* ſcilicet vinorum.

Serui

tenebitur ei quãti eius intereſſet admonitum fuiſſe.

XVI. IAVOLENVS libro ſeptimo ex Caſsio.

SErui emptor, ſi eum conductũ rogauit donec pretium ſolueret, nihil per eum ſeruum adquirere poterit [a]: quoniam non videtur traditus is cuius poſſeſsio per locationem retinetur [b] à venditore. periculum eius ſerui ad emptorem pertinet, quod tamen ſine dolo venditoris interuenerit. B

Poſterior mora nocet, vel vltima mora illam abſorbet. Bartolus.

XVII. POMPONIVS libro trigenſimoprimo ad Quintum Mucium.

ILlud ſciendum eſt, cũ moram emptor adhibere cœpit: iam nõ culpã ſed dolum malum tantùm præſtandum à venditore. [c] Quòd ſi per venditorem & emptorẽ mora fuerit, Labeo quidem ſcribit [d] emptori potius nocere quàm venditori moram adhibitam. Sed videndum eſt, ne poſterior mora damnoſa ei ſit. [e] quid enim ſi interpellauero venditorem, & non dederit id quod emerã: dein de poſteriore * offerente illo ego nõ acceperim? Sanè hoc caſu nocere mihi deberet. C Sed ſi per emptorem mora fuiſſet, deinde cum omnia in integro eſſent, venditor moram adhibuerit, cum poſſet ſe exſoluere: æquum eſt, poſteriorem moram venditori nocere. [f]

XVIII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

HAbitationum [g] oneribus morte libertorum finitis, emptor domus ob eã cauſam venditori non tenebitur, ſi nihil aliud conuenit, quàm vt habitationes ſecundum defuncti voluntatem ſuper [h] pretium libertis præſtarentur. D

Quando in limine contractus emerſit periculum euictionis: tenetur venditor ſatiſdare pro euictione. Bartolus.

Ante pretium [i] ſolutum [k] dominij quæſtione mota [l], pretium emptor ſoluere nõ cogetur, niſi fideiuſſores idonei à venditore eius euictionis † offerantur.

XIX. HERMOGENIANVS libro ſecundo iuris Epitomarum.

VEnditori ſi emptor in pretio ſoluẽdo moram fecerit, vſuras dumtaxat præſtabit, non omne omnino quod venditor mora non facta conſequi potuit: [m] veluti ſi negotiator fuit, & pretio ſoluto, ex mercibus plus quã ex vſuris quærere potuit.

DE SERVIS [n] EXPORTANDIS: [o] vel ſi ita mancipium venierit, vt manumittatur, vel contra.

TITVLVS VII.

Quis poteſt renuntiare ei quod in ſui fauorem introductum eſt. vel ſic: Pacto prohibitorio poteſt renuntiari ab eo cuius fauore ſuit introductum. Baldus.

I. VLPIANVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

SI fuerit diſtractus ſeruus, ne aliquo loci [p] moretur: qui vendidit, in ea cõditione eſt, vt poſsit legem remittere, ipſe [q] Romæ retinere [r]: quod & Papinianus libro tertio reſpondit. Propter domini enim (inquit) ſecuritatem cuſtoditur lex, [s] ne periculum ſubeat. [t]

Depoſitio limitata limitatum producit effectum. h. d. Et ad hoc allegatur iſta. l. Bal. Idem habetur in l. cum ſeruo. ſ. de contrahen. empt.

II. MARCIANVS libro ſecundo Publicorum.

EXportãdus ſi venierit ab Italia, in prouincia morari [u] poteſt: niſi ſpecialiter prohibitum fuerit.

Quando ex contractu innominato venit quærendum ius tertio: ibi habet locum pœnitentia. Baldus.

III. PAVLVS libro quinquageſimo ad Edictum

SI † quis hac lege venijt, vt intra certum tempus manumittatur: ſi non ſit manumiſſus, liber fit. ſi tamen is qui vendidit, in eadem voluntate perſeueret [x], hæredis voluntatẽ nõ eſſe [y] exquirendã.

Vbi eſt inhabilitas perſonæ à principio: actus non poteſt confirmari, licet conferatur in tempus permiſſum. Bald.

IIII. MARCELLVS libro viceſimoquarto Digeſtorum.

SI minor viginti annis ſeruũ tibi in hoc vendiderit & tradiderit, vt eum manumit-

---

SErui. } CASVS. Emi ſeruum à te, non habeo pretium ad A manum: rogaui te vt eum mihi precario cõcederes donec pretium ſoluerem: quicquid interim acquirit, tibi, non mihi acquirit: & periculo meo erit, niſi fueris in dolo.

a *Poterit.* immo videtur ꝙ per eum adquirat: vt j. de act. emp. l. Iulianus. §. poſſeſsionẽ. quæ eſt contra, vbi dicit, quòd ſi precario tradita ſit poſſeſsio, ipſe emptor facit fruct⁹ ſuos: ergo in eodem caſu per ſeruũ debet acquirere ex opera: vt j. de acquir. re. do. l. quæſitum. qđ hic prohibet. Reſpon. illa regula tenet in poſsidẽtibus ciuiliter & naturaliter: hic autem emptor non ita poſsidet. vel ibi fuit vtraq; poſſeſsio tranſlata in precario, hic non. vel aliud in ſeruo, vt hic & aliud in fundo, vt ibi, & poteſt eſſe ratio: vt j. de acquiren. poſſ. l. ſi rem. & l. rem. quæ. in eo quod homo habet propoſitum. & facit infra de precario. l. ea. quæ.

b *Retinetur.* ſic infra de acquiren. poſſe. l. re pignoris.

c ILlud ſciendũ. A venditore. vt ſ. eo. ſi per emptorem. Accur.

d *Scribit.* & bene quãdo ambo ſimul eodem tempore ſunt in dolo: vt hic dicit, & j. de ac. emp. l. ſi per emptorẽ. & pone vt ibi not. ſecus ſi diuerſis, vt hic ſubijcit.

e *Et damnoſa ſit.* qui eam commiſit. Accur. *poſtea.

f *Nocere.* vt etiam periculo rei liberetur. & ſic poſterior mora nocet: vt hic, & j. de iur. do. l. ſi rẽ. & j. de ver. obli. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & l. interdum. §. fi. adeo vt etiam debitor emptori perſonaliter obligatus non teneatur, ſi obligatam pecuniam perdiderit: vt j. de except. do. l. ſi opera. & j. de ſolu. qui decem. in prin. & j. de manu. teſta. l. qui filiũ. §. itaque. Sed contra. ſ. de condic. fur. l. ſi. vbi. non liberatur, licet res intereat. Sed ibi non obtulit, ſecus ſi obtuliſſet: vt j. eo. tit. l. parui. Item contra. j. de ſol. l. creditor. Sed hic non obtulit congruo loco & tempore: vt in eod. tit. l. ſi ſoluturus. [margin: Mora poſterior nocet.]

g HAbitationũ. } CASVS eſt ꝙ vendidi domum in qua ſecundum volũtatem defuncti cui ſucceſsi, debebam habitationẽ libertis, & cum hoc pacto vendidi, & ſic minori pretio. nunc ſubito liberti mortui ſunt, non tamen plus pretij vel aliud petam ab emptore. [margin: † Euict. ſub… nomi… Anton. Auguſt. lib. … c. 1.]

h *Super.* id eſt præter.

i *Ante pretium.* quod venditori dabatur.

k *Solutum.* ab emptore, habita tamen fide de pretio. aliàs nõ tranſiret dominium: vt ſ. de contrahen. emp. quod vendidi.

l *Quæſtione mota.* extra iudiciũ. & ſic imminebat in limine cõtractus euictio: vt C. de eui. l. ſi poſt perfectam. & ſ. tit. j. l. fin.

m VEnditori. Potuit. de hoc not. vt j. de act. emp. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem.

n DE SERVIS *exportandis &c.* *De iſta prima parte rub. agitur. j. eod. l. 2. & l. cui pacto.*

o *Exportandis.* adhuc ponit de quibuſdam pactis quæ fiunt in venditionibus ſeruorum.

p SI fuerit. Loci. puta Romæ, vel Bononiæ, vel alia ciuitate: vt no. j. eod. l. cui pacto. Accurſius.

q *Ipſe.* aliàs ipſum.

r *Retinere.* ſ. per emptorem.

s *Lex.* i. pactio appoſita in vẽditione: ideo ei renuntiare poteſt: vt ſubijcit.

t *Subeat.* fortè vxoris, & ſic poteſt renuntiare ſuo iuri: vt C. de ſer. expor. l. ij. in fine. & ſ. de lege com. l. ij. & iij. & C. ſi mand. ita fue. alie. ne pro. l. j. §. j. Argu. contra j. qui ſine ma. ad liber. l. j. Accurſius.

u EXportandus. Morari. nõ tamen in ſua ciuitate: vt j. de inter. & re. l. relegatorũ. §. conſtitutũ eſt enim. Azo.

x SI quis hac. Perſeueret. poteſt ergo pœnitere, vt hic innuit, & C. ſi mancip. ita fue. alie. vt ma. l. ſine. in fin. & ſ. man. l. ſi hominem. Sed contra j. eod. l. quæſitum. & infra qui ſine ma. ad lib. l. j Solu. ſi apponitur gratia venditoris tantum, obtinet quòd hic. ſi gratia emptoris, vel vtriuſq;: obtinet quod in contrarijs, vt diſcedi nõ poſſit voluntate venditoris: vt C. de actio. & oblig. l. ſicut. & eſt pro hac ſolutione argu. ſ. de pact. l. ſi cum fundus. in fine. fit autem gratia vnius eorum, vel vtriuſque: quia forte alteri vel vtrique eſt conſanguineus, & affectionis ratio habetur in bonæ fidei iudicijs: vt ſ. man. l. cum ſeruus. [margin: † Cũ l. iſta iũge, l. quotiens C. de do. quæ ſub modo. & l. qui Romæ. §. flauius. j. de verb. oblig.]

y *Non eſſe.* hoc caſu. aliàs autem quandoque ſic: vt j. de donat. inter virum & vxorem, ſed interim, §. ſi vxor.

Si minor.

teres: nullius momēti eſt traditio:[a] quamquam ea mente tradiderit, vt cum viginti annos ipſe expleſſet, manumitteres. Non enim multum facit, quòd diſtulit libertatis præſtationem, lex quippe conſilio eius quaſi parum firmo reſtitit.

Pactum pœnale & odioſum, propter euitandam abſurditatem recipit interpretationem etiam extenſiuam. Bartolus.

V. PAPINIANVS libro decimo Quæſtionum. B

CVi[b] pacto venditoris pomœrio[c] cuiuſlibet ciuitatis interdictum eſt, vrbe[d] etiam interdictum eſſe videtur. Quod quidem aliàs quū principum mandatis præciperetur, etiam naturalem habet intellectum: ne ſcilicet qui careret minoribus, fruatur maioribus[e].

Pœnalis ſtipulatio appoſita circa id quod de iure poteſt fieri, non committitur ſi de facto tantum fiat, ſecus ſi non poterat niſi de facto. h.d. Vel ſic: Quando duo deducuntur in pacto pœna ſimpli appoſita, cenſetur appoſita propter id quod lædit, non propter id quod non lædit. Bartolus.

VI. IDEM libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum. C

SI venditor ab emptore cauerit[f], ne ſerua manumitteretur, néve proſtituatur, & aliquo facto contra quàm[g] fuerat exceptum, euincatur, aut libera iudicetur, & ex ſtipulatu pœna petatur, doli exceptionem quidam obſtaturam putant: Sabinus non obſtaturam. Sed ratio faciet, vt iure non teneat ſtipulatio[h], ſi ne manumitteretur exceptum eſt. Nam incredibile eſt, de actu manumittentis, ac non potius de effectu beneficij cogitatum[i]. Ceterùm ſi ne proſtituatur exceptum eſt, nulla ratio occurrit cur pœna peti & exigi nō debeat: cū & ancillam contumelia adfecerit, & venditoris affectionē fortè ſimul & verecundiā læſerit. Etenim aliàs remota[k] quoq; ſtipulatione, placuit ex vendito[l] eſſe actionem. Si quid emptor contrà quàm lege venditionis cautum eſt, feciſſet,[m] aut non feciſſet:[n] nobis aliquando placebat non aliàs ex vendito propter pœnam homini irrogatam[o] agi poſſe, quā ſi pecuniæ ratione venditoris intereſſet, veluti quia pœnam promiſiſſet:[p] ceterùm viro bono non conuenire credere, venditoris intereſſe, quòd animo ſæuientis ſatiſfactum non fuiſſet.[q] Sed in contrarium me vocat Sabini ſententia[r], qui vtiliter agi ideo arbitratus eſt, quoniam hoc minoris homo veniſſe videatur.[s]

Si pœna promittitur pacto nudo, non poteſt exigi niſi interſit. Bartolus.

VII. IDEM libro decimo Quæſtionum.

SEruus ea lege venijt, ne in Italia eſſet. quod ſi aliter factum eſſe, conuenit citra ſtipulationem, vt pœnam præſtaret emptor. Vix eſt vt eo nomine vindictæ ratione venditor agere poſſit: acturus vtiliter, ſi non ſeruata lege in pœnam quam alij promiſit, inciderit. Huic cōſequens erit, vt hactenus agere poſſit,[t] quatenus alij pręſtare cogitur.[u] Quidquid enim excedit: pœna,[x] non rei[y] perſecutio eſt. Quòd ſi ne pœnæ cauſa exportaretur, conuenit, etiam adfectionis ratione rectè agetur.[z] D

a SI *minor.* *Traditio.* vt ſ. de mino. l. verum. §. quod ſi minor. & C. qui manum. non poſſ. l. ſi minor. & j. de verbo. obligat. l. ſi minor. Sed cōtra infra de manu. vin. l. illud. §. j. Sol. ibi fuit datus ſeruus minori hac lege vt manumittat, vt ibi. hic à minore datus alij. Item contra infra de manu. l. iiij. §. nihil autem intereſt. Solut. ibi non fuit lex à minore appoſita vt manumitteretur: ſed ab ipſo ſeruo qui hoc pepigit cum emptore vt manumitteretur ab eo. Accurſius.

b CVi. ſcilicet filio vel ſeruo vendito. Accurſius.

c *Pomœrio.* i. ſuburbijs, vel hortis circa ciuitatem poſitis. Acc.

d *Vrbe.* cuius verbis ſunt illa pomœria. Accurſius.

e *Maioribus.* id eſt habentibus maius priuilegium: ſed ecōtra cui eſt interdictum maioribus, poterit vti minoribus: vt j. de interdic. & relega. l. relegatorum. §. poteſt. Si ergo patria ſua eſt interdicta alicui, vel ciuitas, aliqua etiam vrbs interdici videtur: ſed non econtra: vt j. de interdic. & releg. l. relegatorum. §. conſtitutum eſt. & §. ſi cui. & ſ. de officio. præfect. vrb. l. j. §. cum vrbem. Accurſius.

Interdictis maioribus, & minora videtur inesse interdicta: ſed non econtra.

SI *venditor.*} CASVS. Tractatus huius l. aſsignat differentiam inter duo pacta: quia refert dicat venditor, Vendo tibi mācipium hoc pacto ne manumittatur: & ſi contra factum fuerit, ſtipulatur pœnam, & manus etiam iniectionem reſeruauit: vel ne proſtituatur ſub prædicto pacto: quia primo caſu ſi poſtea manumittatur, pœnam non patitur, quia ipſo iure non tenet manumiſsio. Secundo caſu peti poterit pœna: & ſi ſtipulatio pœnalis interpoſita non fuiſſet, agi poterat ex vendito. {SI QVID.} Si mancipiū vendo ne exportetur, vel vt exportetur: & contra factum fuerit: Papiniani ſententia eſt, quòd venditor ex vendito non aget, ſi contra pactum factū eſſet, niſi pecuniariter intereſſet ſua: quia pœnam promiſit auctori ſuo, vel alij non fuiſſe factum contra. & rationem ſubiungit. Sabini vero ſententia fuit, vt agatur ad intereſſe, quia minoris facta fuit venditio, vt tale pactum ſeruetur. & hanc approbat Papinianus auctor huius l. non autem ad pœnam: vt j. l. proxi. Viuianus.

f *Cauerit.* id eſt ſi caueri ſibi fecerit per pactum de infra ſcriptis. & ſi contra fieret, ſeruauit ſibi manus iniectionem in primo, vel in ſecundo dixit quòd eſſet liber ſeruus venditus. Itē pœnam pecuniariam, vt ſequentia declarant.

g *Contra quàm.* i. aliter, puta proſtituente emptore, vel faciente aliquid aliud quod loco proſtitutionis eſt, puta moratur in taberna: vt C. ſi man. ita fuc. alie. ne proſtitu. l. fi. & ideo euincitur, ſcilicet à venditore, qui manus iniectionem ſibi ſeruauit.

h *Stipulatio.* ſcilicet pœnæ, vt ex ea agatur. Azo. & hoc in caſu qui ſequitur: vt hic, & C. ſi man. ita fuc. alie. vt ma. l. ea quidem. Accurſius.

i *Cogitatum.* argu. contra C. de adult. l. eum qui. Solu. ibi in pœna legali loquitur: & ita innuit glo. l. ij. C. de epiſcopali audientia. Accurſius.

k *Remota.* id eſt pœnæ ſtipulatio non interuenerit.

l *Ex vendito.* ſcilicet ratione affectionis: vt ſupra man. l. cum ſeruus. Accurſius.

m *Feciſſet.* vt quia exportauit cū eſſet actū quòd non exportaret.

n *Non feciſſet.* vt quia non exportauit cum eſſet actum quòd exportaret.

o *Irrogatam.* id eſt irrogādam ex pacto vel etiam proprie altero caſu. Accurſius.

p *Promiſiſſet.* ſuo actori, fortè, vel etiam alij.

q *Non fuiſſet.* malitijs enim hominum &c. vt ſupra de rei vindi. l. in fundo. in fine.

r *Sententia.* in vtroq; caſu prædicto. Sed cō tra infra. l. proxi. Solu. vt ibi. Accur.

s *Videatur.* vt ſupra de contrahen. empt. l. fundi partem. & de here. vendi. l. penul.

SEruus.} CASVS. Si vēditur ſeruus hoc pacto ne moretur in Italia: ſi cōtra factum ſit, pœnam pręſtari cōuenit: & agi nō poteſt ad pœnam ex eo pacto, niſi intereſſet venditoris pecuniariter, quo caſu agetur eatenus. ſi vero conuenit ne exportetur, & factum ſit contra, agetur. Ratio diuerſitatis eſt, quia hominem &c. quia pactum quòd exportetur, ſolam duritiam continet. cetera plana ſunt vſq; ad tit. ſequen. quia procedit per terminos exemplorum. Viuia.

t *Poſſit.* id eſt nō aget niſi pecuniariter vēditoris interſit, vt ſubijcit. & ſic cū approbet hanc diſtinctionem, interſit ſua pecuniariter, vel nō, eſt contra ſupra. l. proxi. in fine. Sol. ibi intercеſsit ſtipulatio, hic non, vt in principio huius. l. pręterea ibi agitur ex vēdito ad ipſum intereſſe, hic ad pœnam conuentam: quod non poteſt, vt hic. & ſic nota quòd pactum incontinenti appoſitum non valet ad actionem in pœna iſta, ſic nec in vſura: vt C. de vſuris. l. iij. & plene dixi. ſ. de pactis. l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla.

u *Cogitur.* ergo intereſſe ſpectatur in pœnali actione: vt hic. ſecus in pœnali ſtipulatione: vt j. de verb. obligat. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & ſic pro pœna non agitur ex pacto incontinenti appoſito, niſi interſit. Azo.

x *Pœna.* quam alij ipſe promiſit. Azo.

y *Rei.* id eſt damni ſui. Azo.

z *Agetur.* ad pœnam etiam. Sed videtur quòd non in caſu manumiſsionis: quia tenet libertas: vnde ad pœnam agi non poteſt: vt C. ſi mancip. ita fuerit aliena. l. ſi puella. & j. de manumiſsionibus. l. cauſam. Solutio. ibi fauore libertatis fit liber ex cōtractu nominato, hic competit ex innominato, ſecundū quoſdam. quod nō placet: quia & hic & ibi cōpetit ex nominato. Dic ergo quòd hic actum fuit vt vindicta fieret manumiſsio

miſsio, & ideo cadit in pœnam, niſi ſic fiat: ibi quocunq; mo do fiat liber, non curabat: argumentum ℨ. de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. Flauius.

a *Hæc.* primus caſus. l. cum ſecundo.

b *Adfici.* non affici in bonã partem: vt hic, & ℨ. de leg. preſc. l. nonnunquam. in fin. primi caſus. alias in ma lam partẽ: vt ſupra de cõdict. ob. cau. l. ſi pecuniam. §. item ſi quis. Item not. fauorem am pliari, odium reſtringi. ſic infra de li. & poſthu. l. cũ quidam. Item not. quòd quilibet debet eſſe intentus vt alij proſit, & nõ noceat. vt hic, & ſupra tit. j. l. j. §. penulti. & infra titu. j. l. emptorem. & ſupra de ſerui. l. ſi cui. & de rei vindi. in fundo. Item not. affectionem conſiderari: vt infra de eman. l. pater. & ſ. man. l. cum ſeruus.

c *Quæſitum eſt.* Vel. pro etiam.

d *Mutata.* quia non poteſt recedere à pacto, quod ab initio vtrique placuit. talis enim eſt innominatorum contractuum natura. aliud eſt in nominatis: vt ſupra de cond. cau. da. l. ſi pecuniam. §. j. quæ eſt contra. Item contra ſupra eo. l. ſi quis hac. Sol. vt ibi.

e *Titius. Moratur.* id eſt morari intelligitur: cum faciat cõtra domini voluntatẽ: vt infra de Publici. interdum. §. ſerui. Et argu. infra de acquiren. poſſ. l. Pomponius, in princ.

f *Et poſterior.* ſcilicet venditor.

g *Emptoris.* ſcilicet ſecundi.

h *Et liberandi.* à ſuo venditore.

i *Repetierit.* ſcilicet quàm vt manus iniiceret.

k *Duæ actiones.* ex vẽdito. & ex ſtipulatu, ſecundum quoſdam. Tu dic, vna qua ipſe tenetur, & alia qua alius ei tenetur. ſed manus iniectio vna eſt, quę primo tantum competit. Accurſius.

l *Cum venderet.* ſcilicet aliquis.

m *Minorato.* alias, numerato.

n *Seij.* qui nunc emit. Accur.

o *Paterentur.* ſimilis cõuentio vel præceptum ℨ. de fideicom. li. l. cum fidei.

p *Hadriani.* ſecus ſi per conſtitutionem di ui Marci & Commodi: vt C. ſi man. ita fue. alie. cum iuſta. & vt ſtatim ſubiicit hic.

q *Claudius.* refert quæ ſequuntur.

r *Diuus.* addidit.

s *Libertatis.* ſcilicet cauſa.

ff. Vetus.

*Hanc ſen tentiã eleganter expreſsit Cic. li. 2. Off. Prodeſſe al ijs quantũ ſe poteſt, nemini nocere debet.

Affectio conſideratur.

*Liberandi ſubaudi cauſa, vt l. pe. ſ. proxi. in. & ſæpe alias.

Nec videntur hæc [a] inter ſe contraria eſſe, cum beneficio adfici [b] hominem, † interſit hominis. Enimuero pœnæ nõ irrogatę indignatio ſolam duritiam cõtinet.

Quando pactum de manumittendo ſeruum apponitur gratia emptoris, vel vtriuſque: non poteſt per venditorem reuocari: vel ſic: Non poteſt mutari voluntas in præiudicium tertij. Baldus.

VIII. IDEM libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.

Quæſitum eſt, ſi quis propriũ ſeruum vẽdidiſſet, & vt manumitteretur intra certũ tempus, præcepiſſet, ac poſtea mutaſſet voluntatẽ, & emptor nihilo minus manumiſiſſet: an aliquã eo nomine actionem haberet. Dixi, ex vẽdito actionẽ manumiſſo ſeruo vel [c] mutata [d] venditoris voluntate euanuiſſe.

B

Pactum manus iniectionis appoſitũ in contractu, in venditione rei ſuæ afficit rem vt poſſit auferri à quolibet poſſeſſore & ſucceſſore: & facto ſucceſſoris actor incidit in pœnam contractus. Baldus.

IX. PAVLVS libro quinto Quæſtionum.

Titius ſeruum vendidit ea lege, vt ſi Romę moratus eſſet, manus iniicere liceret. emptor alij eadem lege vendidit. ſeruus fugit à ſecundo emptore, & Romę moratur. quæro, an ſit manus iniectio, & cui. Reſpondi, in fugitiuo non eſt dubitandum, nihil contra legẽ factum videri, quia nec domino auferre ſe poteſt: nec qui in fuga eſt, ibi morat.[e] Quòd ſi ex voluntate ſecũdi emptoris contra legẽ moratus ſit, potior habendus eſt qui auctor fuit legis: & poſterior [f] magis admonẽdi emptoris, [g] & liberandi [h] * ſe eandem legem repetierit: [i] nec poterit aliquo modo auferre legem ſui venditoris, cuius conditio extitit. Nam & ſi pœnã promiſiſſet, teneretur, licet ipſe quoque ſtipulatus eſſet. Sed in pœna promiſſa duæ actiones [k] ſunt: manus autem iniectio in ſeruũ competit. Quòd ſi prior ita vendidit, vt proſtituta libera eſſet: poſterior, vt man[9] iniicere licet: potior eſt libertas q̃ man[9] iniectio. Planè ſi prior lex manus habeat iniectionẽ, poſterior libertatẽ: fauorabilius dicet, liberã fore: quoniã vtraque cõditio ꝑ mãcipio additur: & ſicut man[9] iniectio ita libertas eximit eã * ab iniuria.

C

Si apponitur pactum, quòd ſeruus vẽditus emptore mortuo fiat liber: valet. Bald.

X. SCAEVOLA libro ſeptimo Digeſtorum.

Cum venderet [l] Pãphilã & Stichum, vẽditioni inſeruit pactũ conuentũ, vt ne eadẽ mãcipia Pãphila & Stichus, quos minorato [m] pretio vẽdidit, alterius ſeruitutẽ, q̃ Seij [n] paterentur, [o] poſt morteq; eius in libertate morarẽtur. Queſitũ eſt, an hæc mancipia, de quibus inter emptorẽ & venditorẽ conuenit, poſt mortem emptoris iure ipſo liberata ſint. Reſpõdit, ſecundũ cõſtitutionẽ diui Hadriani [p] ſuper hoc prolatã, Pãphilã & Stichũ, de quibus quæreretur, ſi manumiſsi nõ ſint, liberos nõ eſſe. Claudius, [q] Diuus [r] Marc[9] ex lege dicta libertatis [s] in vẽdẽdo, quãuis nõ ma numiſſos, [t] fore liberos, in Semeſtribus conſtituit, licet in mortis tempus emptoris diſtulit vẽditor libertatem.

D

Et benè Bar. & Sa.

Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber decimusnonus.

DE ACTIONIBVS EMpti & venditi.

TITVLVS I.

Si venditor eſt in mora tradẽdi rem, poteſt conueniri ad intereſſe ſingulare ipſius emptoris, quod eſt circa rẽ: quod poteſt excedere pretiũ & commune conuentũ. h. d. Diuiditur. Primo ponit dictũ. Secũdo illud declarat. Tertio ponitur determinatio, ſiue reſpõſio cuidam tacitæ obiectioni. ſecunda ibi, hoc eſt. tertia ibi, hoc autem. Bart.

I. VLPIANVS libro vicenſimooctauo ad Sabinum.

Si res vẽdita nõ tradat, [u] in id qđ intereſt agit: [x] hoc eſt, qđ rem habere

A t *Manumiſſos.* id eſt quamuis non ſint manumiſsi. Azo.

DE ACTIONIBVS EMPTI, &c.

Quia vendere & emere parum prodeſſet, niſi actiones eſſent hinc inde quæ venditiones exequerentur: ideo de act. empt. & vend. ponit. Accurſius.

Si res.} CASVS. Vendidi tibi fundũ ꝑ x. ſi non trado, agis ex empto ad intereſſe: qđ alias plus continet, alias minus. continet enim pretiũ conuentũ, & aliquando cõmune, puta cõmuniter valebat res xv. & intereſſe ſingulare cõtinet aliquãdo, ſi cõmune ſeu cõuentum pretium intereſſe excedat, puta intererat tua in xx. {VENDITOR.} Si vendidi tibi fundũ qui ſeruitutem debebat, & hoc ſciã, & celauerim, tenebor tibi ex empto, & hoc in prima. Idẽ eſt ſi negaui cũ quæreres an ſeruit[9] deberetur. hoc in ſecũda. Sed quid ſi ita dico, ſeruitus nõ debetur: ſed ſi debeatur, nolo teneri. an teneat? Et reſpõ. quòd ſic. hoc in tertia. In quarta dicit generaliter, quòd quotiens venditor in dolo eſt in celãda ſeruitute, tenetur. Hæc ſunt vera, ſi tu emptor eras ignorans, alioquin nõ videris deceptus.

u *Non tradatur.* quãdo eſt corporalis. ſi autẽ incorporalis, tũc ſi patientia non præſtatur, agitur ad intereſſe: [a] vt ℨ. e. ratio. [b] §. ſi iter. & ſ. de ſerui. quotiens. §. ſeruitutum. & dic [c] nõ tradatur, vel pro traditã non habeatur: vt ſ. de reſcin. ven. l. cum emptor. §. emptio.

x *Agitur.* an ergo ferentur duæ ſententiæ, de re tradenda vna, & de rei intereſſe alia, ſi res nõ præſtetur, ſicut in arbitrariis [d] fit: vt ſ. quod metus cauſa. l. ſi cũ. §. j. Reſp. nõ: cũ hoc non inueniam, nec ſit hæc arbitraria, ſed vna tantum, ſ. de intereſſe. Quando ergo ſciã an tradat rẽ, vel nõ? Reſp. tẽpore [e] ſententiæ dãdæ interrogabitur an velit tradere: quòd ſi dixerit non, damnatur in intereſſe: vt arg. C. eo. l. ſi traditio. in fine: & infra de re iudi. l. ſi quis ap. §. fina. & ſic ad aliud agitur, ſcilicet ad rem: & ad aliud fit condemnatio, ſcilicet ad intereſſe. nec mirum, quia & alias hoc fit: vt ſupra ſi cert. pet. l. vinum. & infra de ædil. edic. l. ædiles. §. item ſciendum. Sed an ipſum intereſſe ſit in obligatione, vt etiã in princ. ſi velit actor poſſit agere ad intereſſe, & iure actionis veniat, cum forte interrogauerit vẽditorem an velit

* *Flo. eam iniuriam.*

a Et benè Bar. & Sa. *b Aliàs incipit, datio.* *c Sequũtur gloſſ. Al. Bar. & Sa.*

d Alex. in l. j. ſ. de in li. iur. reputat iſtã gl. ſing. ad hoc quod in actionibus non arbitrariis etiã ſi ſint bonæ fidei, venit ſolũ ferenda vna ſententia. *e Iſta eſt bona: ſed non congruit literæ. Bart. & B.*

intereſt emptoris. Hoc autem [a] interdum pretiũ egreditur, ſi pluris intereſt, [b] quã res valet, vel empta eſt.

Qui celat qualitatem per quam rei conditio ſit deterior, hac actione ad intereſſe tenetur emptori, ſi fuit ignorans. ſecus ſi fuit ſciens. h.d. Bart. Primo ponit dictum, & rationem dicti. Secundo declarat quid eſt celare ponẽdo circa hoc tres caſus. Tertio declarat rationẽ dicti. Quarto declarat quandam exceptionem poſitam in dicto, ſcilicet ſi emptor ſciuerit. Secunda ibi, ſed ſcire. Tertia ibi, & generaliter. Quarta ibi, hæc ita vera ſunt. Bartolus.

B

Venditor ſi cũ ſciret deberi [c] ſeruitutẽ celauit: non euadet ex empto actionẽ, ſi modò eam rẽ emptor ignorauit. Omnia enim quę contra bonã fidẽ fiunt, veniunt in empti actionẽ. Sed ſcire venditorẽ, & celare, † ſic accipimus, nõ ſolũ ſi nõ admonuit, ſed & ſi negauit ſeruitutẽ iſtã deberi, [d] cum eſſet ab eo quęſitũ. Sed & ſi proponas eum ita dixiſſe: *Nulla quidẽ ſeruitus debetur, verũ ne emergat inopinata ſeruitus, non teneor*: puto eũ ex empto teneri, quia ſeruitus debebatur, & ſciſſet. C Sed ſi id egit, ne cognoſceret emptor aliquã ſeruitutẽ deberi: opinor eũ ex empto teneri. [e] Et generaliter dixerim, ſi improbato more verſatus ſit in celãda ſeruitute, debere eũ teneri: nõ ſi ſecuritati ſuę proſpectũ voluit [f]. Hæc ita vera ſunt, ſi ẽptor ignorauit ſeruitutes: qa nõ videtur eſſe celatus, qui ſcit: neq; certiorari debuit, qui nõ ignorauit [g].

Si non reperitur menſura dicta, venditor tenetur. Bartolus.

II. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

B

SI in emptione modus dictus eſt, & nõ pręſtatur, ex empto [h] eſt actio.

Poſſeßio rei vẽditæ debet tradi vacua, quæ à nemine detineatur vel poßideatur. h.d. Et iſte. §. venit ad declarationẽ primi capitis, ſi res vendita non tradatur. declarat enim qualiter debeat tradi. B.

Vacua poſſeſsio emptori tradita nõ intelligitur [i], ſi alius in ea legatorum fideíve cõmiſſorũ ſeruãdorũ cauſa in poſſeſsionẽ eſt, aut creditores bona poſsideant [k]. Idẽ dicendũ eſt ſi venter in poſſeſsione ſit. nam & ad hoc pertinet [l] vacui appellatio.

C *Non videtur tradita nuda poſſeſſio, niſi quæ auocari nõ poteſt. h.d. & ſimiliter tẽdit ad declarationẽ primi capitis ſi res vendita non tradatur. Bart.*

III. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

A

lit rẽ tradere, & ille denegauit? Quidam ꝙ ſic, [a] ar. eius quod hic eſt, agitur &c. Alij quòd nõ, vt j. de verb. obli. l. ſi ſeruũ. §. fi. [b] Et quod hic dicit agitur, i. actũ fingitur, vt ſic in eo intereſſe fiat condẽnatio. Vel dicas hoc caſu ſic agi: peto rem tradi: & ſi nõ tradas, peto intereſſe quod tutius eſt. Sed quid ſi ex eo ꝙ in mora tradẽdi fuit ante lit. conteſt. intereſt mea in v. ſi ex ſequẽti vſque ad ſententiã in aliis. v. rẽ autẽ totam nõ habere intereſt in c? Reſp. primũ in petitione, ſecũdũ in officio, tertiũ in condẽnatione tãtũ venit: ſed & peti poteſt: vt j. de ædi. edic. l. ędiles. §. itẽ ſciendum. ſed & peti poteſt, vt modo dixi. ſed à tertio deducũtur duo prima: vt j. e. l. ex empto. §. fi. Item hoc ſi ẽptor velit eſſe cõtentus de intereſſe. Quid autẽ ſi præciſe velit habere rẽ, an poteſt? Dicit M. ꝙ ſic, [c] ſi habet reſtituẽdi facultatẽ, ſi nõ ſit condẽnatio in intereſſe: vt hic dicit. & pro eo eſt s. de rei vi. l. qui reſtituere. & C. de fideicõ. li. l. fi. & inſt. de dona. §. perficiũtur. & j. de ver. ob. l. vbi autem. §. fi. Item & quod dicitur cõuẽtionẽ ſeruãdã: vt j. ex empto. in prin. Bul. autem & Ioan. & Azo. & Hu. dicunt eũ liberari ſemper præſtando intereſſe, etiã ſi haberet rem: & pro ſe habent quod hic dicitur, & C. e. ſi traditio. & j. eo. ex empto. §. etiã. & j. qui. mo. pig. vel hyp. ſol. l. volũtate, & C. de fi. inſtru. cõtractus: & C. de her. ven. l. qui tibi. Cũ ergo his legibus dicatur quòd vel rem vel intereſſe præſtet, patet quòd eſt eius electio: vt j. de iure dotium. l. plerunque. in fi. ad l. autẽ M. reſp. quia illa, qui reſtituere loquitur quando quis petit ſuũ. ſed hic petit ſibi debitũ, ſecundũ Bul. ſed Ioan. reſp. quòd ibi nõ dicit quòd iudex debeat in re condẽnare: ſed ſi cõdemnauerit, debet exequi. ad illã de fideicõ. lib. l. fi. dicũt ꝙ ſpeciale eſt fauore libertatis. ad inſt. de dona. dicũt quòd ſimiles ſunt vẽditor & donator in hoc, quòd tenetur vnus precisè. ſ. donator ſi ſtipulatio erat: alter cauſatiue tenetur, ſ. vẽditor, hoc eſt niſi tradat intereſſe. imò ſunt hodie paria, cũ vterq; ſit contractus neceſſitatis ex poſt facto, quod olim in donatione nõ erat, niſi ſtipulatio interueniret: vt C. de dona. ſi quis ar. §. pe. & ad illam de ver. ob. dici poteſt quòd promiſſor debet facere rẽ ſtipulantis omnimodo ſ. vt tradat eam. nõ dices tamẽ quòd præciſe tradere teneatur. D Itẽ nec videtur cõtra conuentionẽ venire, cũ licẽtia legis faciat: quòd tãtundẽ valet: vt s. ſi cer. pe. l. certũ. Cũ [**] nec periuret qui legis licẽtia cõtra ſacramentũ venit: vt s. qui ſatiſd. cog. l. fi. Si velis primã opinionem vt æquiorem ſequi, habeas & hoc, quia aliud pro alio &c. vt s. ſi cer. pe. l. ij. §. j. Itẽ quid ſi in prima cauſa ad intereſſe [d] fuit dãnatus, quia non dabat rẽ: an in cauſa appellationis ſi voluerit dare rẽ, liberabitur ab intereſſe? Reſp. ſic: [e] cũ nec iudicatum videatur: vt j. ad Turpilia. l. j. §. fi. Itẽ an econtra emptor præciſè teneatur ad pretiũ? reſp. eodem modo quo de venditore dixi, vt nõ poſsit peti pretiũ ſi velit [f] dare intereſſe emptor.

a *Hoc autem.* ſ. intereſſe. Sed quid ſi commune intereſſe tantum vult? videtur quòd non poſsit nec conuentu, ſecundum quod Azo. dixit in ſumma de ſentẽtiis quæ ꝓ eo. circa prin. Sed contra. s. de rei vin. l. quòd ſi poſſeſſor.

do.inter vir.& vxo.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus heres.& ſ.de peri.& commo.rei ven.l.fi.& C.de ſen.quæ pro.l.vna.§.pe.Sed ſpecialia ſunt multa contra dictã regulam: vt j.de euic.l.venditor.& ſ.ad leg. Aquil.ſi ſeruum meum.& l.inde Neratius. & inſti. ad leg.Aquil.ſ.illud.& ſ.de eo.quod cer.loc.l.ij.§.fi. & j. titu.j. ſi in lege.§. colonus. & infra rem rat.habe. l. ſi commiſſa. & infra ne quid in loco publ. l. ij.§.merito.& C.arbi.tut. l.quicquid.quæ ſunt contra. argu. Sed omnia ſunt ſpecialia, ſed hodie ſecus:vt C.de ſen.quæ pro eo. in fin. Accur. ADDITIO. Dic quòd imò in illa l.quo ad intereſſe lucri ceſſantis nihil eſt immutatum, ſecundum Bar. Bal. & Salic.ibid.

** hoc haberet emptor.*

a *Non ſeruorum*. Sed cur non ſequitur pretium familiæ, ſicut & domus quæ corruit:vt ſupra eo. Iulianus. §. j. quæ eſt contra? Solu. vt ibi: quia peius eſt[a] male tradere, vt ibi: quàm nullo modo tradere, vt hic dicitur. Accurſius.

a Sequũtur hanc gloſ. Al.B.& B. P.& Sali.

b *Fit obligatio*. ſcilicet ex cauſis prædictis. & dic obligatio. i. res in obligationẽ deducta. l. centum. de eo quod cert. loc. l.j.de verbo. obli.L.R.

c *Creſcat* ex cauſa ſequenti. hodie ſic: vt ſupra de arb. Celſus.§.fi. Sed argu. contra infra de dãno infec.l.ſi finita.§.fi. & l. ſeq. Accur. ADDITIO. Tu dic quòd non cõtrariatur ſubtiliter intuenti, ſecundum Alb.

d *Ex vendito*. vt ſ. de contrahen. empt.l.qui fundum. & C. de pactis inter empt.& ven. l.ij.Accurſius.

e *Ea res*. id eſt conuentio.

f *Quàm mihi*. An per hoc mihi vendere teneatur? Dixi ſupra ſi quis cau.l.ſi eum.§.fin. Accurſius.

g *Præſtare*. ſ.maluit.

h *Voluntatis*. Not. permitti inconſtantiã. vt j. de verb. obl. l.eũ qui certarũm. & j. de bon.poſ. contra tab.l. nonnunquam. & infra de leg.j.l.huiuſmodi.§. Stichum. & ſupra de vſu. & hab. diuus.§.licet.& j.de condi.& demon. l.pater Seuerinam. in fi. Sed contra ſupra de procu. l.in cauſæ. in prin. & de hoc plene ibi dixi.Accurſius. ADDITIO. Tu dic quòd ibi erat vna adminiſtratio: hic vero erant duæ obligationes, ſecundum Bartolum.

Inconſtantia quandoque permittitur.

magis quàm ſi triticũ emerit, & ob eã rem quòd non ſit traditũ, familia eius fame laborauerit. Nam pretium tritici, non ſeruorum[a] fame necatorum cõſequitur. Nec maior fit obligatio[b], quòd tardius agitur: quamuis creſcat[c], ſi vinum hodie pluris ſit.merito: quia ſiue datum eſſet, haberem* emptor, ſiue non: quoniam ſaltem hodie dãdum eſt, quod iam olim dari oportuit.

Actio ex hoc contractu datur ad id quod deuenit in pacto incontinenti appoſito. Paulus de Caſt.

B Si tibi fundum vẽdidero, vt eum conductum certa ſumma haberẽ, ex vendito[d] eo nomine mihi actio eſt, quaſi in partẽ pretij ea res[e] ſit. Sed & ſi ita fundum tibi vendidero, vt nulli alij eũ quàm mihi[f] venderes: actio eo nomine ex vendito eſt, ſi alij vendideris.

In obligationibus annuis alternatiuè conceptis, licitum eſt quolibet anno variare. Bartolus.

C Qui domũ vendebat, excepit ſibi habitationem donec viueret, aut in ſingulos annos decẽ. Emptor primo anno maluit decem præſtare, ſecundo anno habitationem præſtare[g]. Trebatius ait, mutãdæ voluntatis[h] poteſtatem eum habere: ſingulíſque annis alterutrũ præſtare poſſe: & quãdiu paratus ſit alterutrum præſtare[i], petitionem non eſſe[k].

Deceptus in qualitate fundi, agit ad intereſſe, ſicut deceptus in menſura. Paul.

XXII. IVLIANVS libro ſeptimo Digeſtorum.

D SI in qualitate fundi venditor mẽtitus ſit, non in modo eius: tamen tenetur emptori[l]. Pone enim dixiſſe

i *Præſtare*. ſed vno & eodem anno non poteſt partem pecuniæ ſoluere, & in reliqua anni parte pati eum habitare:[b] vt arg. infra de lega.j.ſi ex toto. §.fin.& ſupra de condic.indeb. ſi non fortem.§ fin.

b Gloſ. ſequuntur Bart. P.& eſt menti tenenda ſecundum Bald.

k *Non eſſe*. ſcilicet alterius, vt infra de iur.do.l.plerumque. in fin. Accurſius.

l SI *in qualitate*. *Emptori*. vt infra eo.l.ſi duorum. & l.ſi vendito fundo.

SI *quis ſeruum*. CASVS. Si ſeruum vendidi tibi Stichũ cum peculio, & poſtea eũ manumiſi antequã traderem: teneor tibi ad intereſſe: quod inſpicitur circa perſonã ſerui: & circa A peculium quod tempore manumiſsionis habebat, & circa id quod poſtea adquiſiuit in præteritũ antequã agatur. Secũdo dicit quòd pro quærendis in futurũ cauebo tibi hoc modo: quicquid ad me peruenerit de bonis eius iure patronatus, tibi dabo. Tertio reſtrinxit ad ea quæſita in præteritũ & futurum, quæ ſeruus exiſtens adquiſiſſet, non ad ea quæ ſeruus lucrari non potuiſſet. Viuianus.

eum quinquaginta iugera eſſe vineæ, & quinquaginta prati: & in prato plus inueniri: eſſe tamen omnia centum iugera.

Qui manumittit ſeruum venditum, tenetur emptori ad intereſſe: in quo venit quicquid haberet, ſi manumiſſus non eſſet. h.d. Vel aliter, Propter neceſsitatem præcedentis contractus, valet pactũ de futura ſucceſsione. Bartolus.

XXIIII. IDEM libro tertiodecimo Digeſtorum.

B SI quis ſeruũ quem cum peculio vendiderat, manumiſerit: nõ ſolùm peculij nomine quod ſeruus habuit tẽpore quo manumittebatur, ſed & eorũ quæ poſtea adquirit, tenetur.[m] Et præterea cauere debet, quicqd ex hereditate liberti ad eum peruenerit, reſtitutum iri.[n] Marcellus notat:[o] Illa præſtare vẽditor ex empto debet, quæ haberet emptor ſi homo manumiſſus nõ eſſet. Non continebuntur igitur, quæ ſi manumiſſus nõ fuerit, adquiſiturus non eſſet.[p]

Res empta per ſeruum fructuariũ, adquiritur ei ex cuius peculio ſoluitur pretium, ſi ſoluatur vſufructu durante, aliàs indiſtincte quæritur domino. Bart.*

C XXIIII. IVLIANVS libro quintodecimo Digeſtorum.

SI ſeruus in quo vſusfruct9 tuus erat, fundum emerit & antequã pecunia numeraretur, capite minut9[q] fueris: quãuis pretiũ ſolueris,[r] actionẽ ex empto non habebis,[s] propter talẽ capitis deminutionẽ: ſed indebiti actionẽ aduerſus venditorẽ habebis. Ante capitis autem deminutionem nihil intereſt, tu ſoluas, an ſeru9 ex eo peculio quod ad te pertinet. D Nam vtroq; caſu actionem ex empto habebis.

m *Tenetur*. ſi in præteritum ſunt quæſita, antequã ſcilicet nunc agatur, ſed pro futuris cauetur.

n *Reſtitutum iri*. fit ergo hic cautio de hereditate futura. & ſic eſt contra C.de pact.l. fin. Solu.ideo pactum de futura ſucceſsione hic accipe valere, quia non ſponte, ſed neceſſitate imponitur propter præcedentem cõtractum validum, ex quo mihi tenebaris ſeruum tradere. vnde quia fidem fregiſti, caues de eo quod ex hereditate ſua peueniet, reddi: ar.ſ.pro ſocio l. iij.§.de illo. Vel aliter hic conſentientem liberto vſque ad finem vitæ ſuæ. Vel dic illa determinat iſtam: quia hoc vetus, illud nouũ. Vel melius dic, vbi emptor ſuccedit, nõ agitur inter eos. hoc enim nõ valet: ſed agitur vt teneatur ei reſtituere quod ad eum perueniat. Prima ſol.potior omnibus eſt, ſecũdum Azo.

Pactum de futura ſucceſsione, an valeat.

o *Notat*. non reprehẽdendo, ſed addendo.

p *Non eſſet*. puta lucratus eſt ex dignitate quã ſeruus habere nõ poteſt.& ſic nimis large locutus eſt Iulia. ſecundum Ioan. & facit ſ.de mino. l. verum.in princ. & ſ.de pecu.l.ſi poſteaquam. & j. ſol. matri. l. ſi vero.§.item quicquid.Accur.

SI *ſeruus*. CASVS. Habebam vſumfru. in Sticho ſeruo. iſte Stichus emit fundum quẽdam: & antequam pretium ſolueretur, ego ſum capite minut9: & ſic vſumfruct. perdidi. an potero habere act. ex empto? Dicitur quòd non. propter capitis demi. non autem refert ante capit. demi. ſiue ego ſoluam. ſiue ſeruus meus: quia vtroque caſu habeo act. ex empto. SERVO. Seruus Titij vendidit mihi hominem vel fundum, & fideiuſſorem dedit. quæritur, ad quid tenetur iſte fideiuſſor? Reſp. quòd ad id tenetur, ad quod teneretur ſi pro libero fideiuſſiſſet. & arguit à ſimili, vt in textu. Viuianus.

q *Minutus*. maxima vel media, per quas duas finitur vſusfructus: vt inſtit.de vſufruct.§.finitur.

r *Solueris*. ſcilicet poſt capitis deminutionem.

s *Non habebis*. vt & arg. j.de adquir.rer. dom.l.ſi ſeruus. immo videtur quòd ſic: vt ſupra de vſufruc. ſed & ſi quis. §.interdum. quæ eſt contra, ibi: quid ergo ſi amiſſo, &c. Solu. hic amiſit capitis deminutione vſumfructum, & propter ſuum delictum. indignus eſt ergo amodo quid ex vſufructu conſequi: ſed ibi alio modo vel non vtendo, vel rei interitu: arg. j.de an.leg Mæuia j.reſpon.

Abeſſet.

a *Abeſſet.* vt ſi ſoluiſſem pretium, ſecundum quoſdam: ſed hoc nõ poteſt referri ad ſuperiorem poſitionem caſus: quia ſupra poſuit de peculio proprietarij ſolutũ. Dic ergo ſeruũ emptum de meo paſtum, ſecundum Azo. & dixi plene circa hoc ſupra ſi cert. pet. l. cum fundum. §. ſeruum.

A nunc conſequitur, quantum eſt pœna in ſecunda ſtipulatione & edicto. ſi primo agit ad pœnam, quod poteſt, tollitur ex vendito. ad intereſſe iure ipſo, cum iam non interſit niſi intereſſe excederet pœnam. Nam tunc agitur ex vendito ad id quod plus eſt in intereſſe. Viuianus.

b *Fideiuſsiſſet.* vt inſti. de fideiuſſ. §. j.

c *Non cõdemnatur.* nec vltra tenetur: vt j. de lib. cau. videamus.

d QVi *pendentem.* id eſt vuas pendentes pro vindemia.

*Huc acceſſ. l. cũ fundus. §. ſeruũ tuũ. ſi cer. pe.

e *Legere.* id eſt colligere. vnde verſus: Fur aurũ, virgo flores, mare nauta, libellos Clericus æquiuoce ſingula quiſque legit. ſecundum Hug. in lego.

f *Prohibeatur.* ſcilicet emptor. Accurſius.

g *Petentẽ.* ſcilicet venditorem. Accur.

h *Poterit.* ſ. emptor.

i *Si ea pecunia.* hæc erant verba exceptionis, bene ageres ſi non ea &c. ſic econtra excipit venditor: vt ſ. eo. l. Iulianus, §. offerri. & infra de ædil. edic. l. ædiles etiam. §. fin. & l. illud. j. reſp. poteſt etiã hic emptor ex empto agere: vt j. eod. l. Quintus. & ſ. de rei vin. l. ſi ager.

k *Tradita.* ſed quia petitur pro ea re quæ tradita non eſt, non poteſt agi.

l *Ceterum.* Poſſet hic quæri, an hoc ſecundo caſu fuit ſolutum pretium? Dic quòd ſic. aliàs poſſet venditor retinere rem loco pignoris: vt ſupra eo. l. Iulianus. §. offerri.

m *Ad exhibẽdum.* quia poteſtatem habet exhibendi: vt ſupra ad exhiben. l. Celſus. in princ.

n *Iniuriarum.* vt & j. de iniur. l. iniuriarum. §. ſi quis me. & ſ. depo ſi. l. j. §. ſi quis ita.

o *Rem.* in qua non dicat ſe habere aliquod ius. nec habet etiam poſſeſsionem. aliàs habet rei vindicationẽ.

Ab eo qui ex re mea factus eſt locupletior, poſſum condicere: & ipſe à me quod expendit, repetit. Bart.

Seruum tuũ imprudens * à fure bona fide emi: is ex peculio quod ad te pertinebat, hominem parauit, qui mihi traditus eſt. Poſſe te eum hominẽ mihi cõdicere Sabinus dixit: ſed ſi qd mihi abeſſet [a] ex negotio quod is geſsiſſet, inuicem me tecum acturum de peculio. Caſſius veram opinionem Sabini retulit: in qua ego quoque ſum.

B

Qui fideiubet pro ſeruo vẽdẽte, tenetur ſicut ſi fideiuberet pro libero homine. Bart.

Seruo vendente hominẽ, fideiuſſor venditionis omnia præſtare debet, in quæ obligaretur ſi pro libero fideiuſsiſſet [b]. Nam & in dominum actio ſic datur, vt emptor eadem conſequatur quæ libero vẽdente conſequi debuiſſet: ſed vltra peculij taxationem dominus non condemnatur [c].

Si venditor re non tradita agit ad pretium, exceptione repellitur poſt rem traditam. ſi emptorem impedit, aliis actionibus competentibus conuenitur. Bartolus.

XXV. IDEM libro quinquageſimoquarto Digeſtorum.

QVi pendentem [d] vindemiam emit: ſi vuam legere [e] prohibeatur [f] à venditore, aduerſus eum petentem [g] pretiũ exceptione vti poterit [h], *Si ea pecunia* [i] *qua de agitur, non pro ea re petitur quæ venit, neque tradita eſt* [k]. Ceterum [l] poſt traditionẽ, ſiue lectam vuam calcare, ſiue muſtum euehere prohibeatur: ad exhibẽdum [m], vel iniuriarũ [n] agere poterit, quemadmodum ſi aliam quamlibet rem [o] ſuam tollere prohibeatur.

XXVI. ALFENVS VARVS libro ſecundo Digeſtorum.

SI quis cum fundum venderet, dolia centum quæ in fundo eſſe adfirmabat, acceſſura dixiſſet: quamuis ibi nullum dolium fuiſſet, tamen dolia emptori debebit [p].

XXVII. PAVLVS libro tertio Epitomarum Alfeni.

B QVidquid venditor acceſſurum dixerit, id integrum ac ſanum tradi oportet: veluti ſi fundo dolia acceſſura dixiſſet: non caſſa, ſed integra dare debet [q].

Lex iſta multum famoſa & clara eſſet de ſe, niſi gloſ. infuſcarent eam. quæ recitant lect. antiquorum, & eorum dicta & opiniones, quæ ſunt phantaſiæ. licet etiam tangant verã lec. in ſi. glo. quæ incipit, tria fuerunt hic pacta: tamen illa nõ proſequitur licet incidenter de ipſa faciat mentionem in glo. magna, & etiam in glo. parua, ſuper verbo, conuenit. cetera quæ dicunt, concernunt primam lec. antiquorum, quæ non poteſt ſuſtineri. ſecundum ergo veram lect. hoc intendit: Licet ſtipulatio pœnalis ſit commiſſa, præcedens tamẽ obligatio & C *actio iure nouationis non eſt ſublata, ſed ex ea agi poteſt: & ſi actor fuit conſecutus nomine intereſſe tantum quantũ erat in pœna, tollitur ſtipulatio pœnalis ope exceptionis. Si vero actum fuerit ad pœnam, ex actione ſecuta tollitur obligatio, & actio prima competens ad intereſſe ipſo iure vſque in concurrentem quantitatem. ſed ſi intereſſe ſit maius, nec ipſo iure, nec ope exceptionis: ſed poteſt illud tolli cum pœna. h. d. iſta lex magiſtralis, quæ ſemper allegatur. Pau. de Caſt.*

XXVIII. IVLIANVS libro tertio ad Vrſeium Ferocem.

PRædia [r] mihi vendidiſti: & conuẽnit, [s] vt aliquid facerẽ: quod ſi non feciſſem, pœnam [t] promiſi. [u] Reſpõdit. [x] Venditor, antequam pœnam ex ſtipulatu [y]

r *Prædia.* [a] Sex caſus no. ſuper tribus actionibus ex vendito informatis: & ex ſtipulatu ad idem: & ex ſtipulatione ad pœnam. Dic ergo, ex ſtipulatu prima tollitur per exceptionẽ pacti ex vendito [b]. ſed econtra ipſo iure. primus in tex. ſecundus in glo. Item ex ſtipulatu pœnalis actione ex vendito tollitur per exceptionẽ: Sed econtra quarto, ipſo iure. primus in gl. [c] ſecundus in tex. Item prima ex ſtipulatione per ſecundam, & ſecunda per primam per exceptionem, quando non ſit nouatio: quia hoc eſt actum: vt infra de except. do. l. apud. §. Labeo. & iſti duo nec in text. nec in gloſſ. [d] de actione autem ex empto & vendito, quæ ex primo pacto oritur, nihil hic dicitur.

a Hæc eſt noua additio, ſecundum Alb. B. & B.

b Immo ipſo iure, ſecundum B. & B.

c Et in text. ſecundum diuerſas lecturas.

d Immo & in text. & in gl. ſecundum diuerſas lecturas B. & B.

r *Prædia.* tria fuerunt hic pacta veſtita. Iſtud primum fuit veſtitum conſenſu, quo mihi vendidiſti prædium. Secundum, quo conueni per ſtipulationẽ vt relocarem tibi. Tertium pœnale; ſi non fieret quod in ſecundo conuenerat. Ex primo agitur vno modo ex empto & ex vendito. Ex ſecundo, duobus modis: actione ex ſtipulatu, item actione ex vendito informata à primo pacto. Ex tertio agitur tantum ad pœnam, & vno modo. In hac ergo lege fuit actum vt impleretur quod in ſecundo pacto conuenerat, actione ex vendito informata: & quæritur, an tollatur ex ſtipulatu quæ competit ad idẽ? Et dicit quòd ſi eſt D conſecutus actor tantum quantum eſt in tertio pacto, ſcilicet pœnali per exceptionem actor repellitur. Sed contra ſi primo ex ſtipulatu eſt actum ex ſtipulatione ſecunda, quæ eſt tertium pactum: tollitur ipſo iure ex vendito, niſi in id quod excedit. Dic ergo, prædia, &c. Vel melius, pone caſum, quòd hic quæritur, an tollatur ſtipulatio pœnalis: quòd planius eſt. & non oportet dici, ſecundum pactum ſtipulatione veſtiri. & ſecũdum iſtam poſitionem ſupple omnes inferiores gloſſas. Accurſius.

S I *quis.* }. CASVS. Vendidi tibi fundũ, & dixi: dimitto tibi dolia. c. quæ ſunt in eodem fundo, & tamen nulla dolia ibi ſunt. quæritur, an debeam tibi c. dolia? Dicitur quòd ſic. Viuianus.

p *Debebit.* imò videtur quòd ſola quæ ſunt ibi, vel ſi nullũ eſt, nullũ debeatur: vt j. de leg. j. ſi ſeruus legatum. §. qui quinque. Sol. hic affirmauit eſſe in fundo. ibi vero ſolum dixit, lego x. quæ in arca habeo, cum ſola v. eſſent. vnde tenetur hic propter temerariam aſſeuerationem: vt ſ. eo. l. Iulianus. §. item qui furem. Accur.

q QVicquid. *Debet.* etiam ſi nihil ſit dictum: vt ſupra eod. l. tenetur. §. ſi vas. & infra de ædil. edic. l. proinde Pompo. ſed contra j. eo. l. pe. in fi. Sol. vt ibi. & hic nulla erant: vt ſupra l. proxi.

PRædia. }. CASVS. Titius vendidit mihi prædium: & appoſitum eſt ei pactum vt recolarem ei. ſi non repromiſi x. nomine pœnæ, facta traditione non reloco. quæritur qualiter me conueniet? Reſpon. poteſt agere ex empto. Secundo, pacto ex vendito actione informata vt relocem, vel ad intereſſe, per quam viam tollitur petitio pœnæ ex ſecunda ſtipulatione per exceptionem: ſi tantum eſt intereſſe quod

s *Conuenit.* per ſtipulationem incontinẽti ſubiectam. vnde vetus actio ex vẽdito fuit informata: vel melius, nudo pacto incontinenti appoſito.

t *Pœnam.* ex ſtipulatu, ſcilicet ex ſtipulatione ſecunda, ſecundum primum.

v *Promiſi.* per ſtipulationem ſecundam, quod eſt tertiũ pactum: ſecundum alium, per ſtipulationem pœnalem. Accur.

x *Reſpondit.* ſcilicet auctor huius legis. Accurſius.

y *Ex ſtipulatu.* ſ. actione, vt fiat quod cõuenit. Sed ad quid habetur reſpect[9] ad ſtipulationẽ pœnalẽ? Reſp. quia illa pœnalis actio loco actionis ex vẽdito ſuccedit: & p hãc ex vẽdito tollitur

tollitur illa per exceptionẽ: vt j̄.de doli except.l.apud.§.Labeo.& illa tollit primam ex ſtipul.per exceptionẽ per eandẽ legem.ergo & hic per obliquũ:quod directo nõ poſſet,cum ex ſtipulatu informata non ſit loco actionis ex vendito : ſed ſunt pares.& ad hoc inſtit.quib.mod.tol.obl.§.ij. Sed ſi ageretur ex ſtipulatu ad pœnã : an ipſo iure ſit ſublata per actionem ex vendito? Reſp. hic caſus non eſt in hac l. ſed dicam per except. tolli : vt argu.j̄.de do. excep.l.apud.§.Labeo. Vel forte hic eſt caſus noſtræ legis, & ille caſus quem diximus,deſiit in hac l. & ſoluitur (vt dixi)non per hanc legem,ſed per alias allegatas : licet ſecus ſit ecõtra,ſi primo ad pœnam agatur : quia ipſo iure tollitur ex vẽdito,vt hic ſubiicit,ſi ex ſtipulatu,&c. & eſt ratio,quia in pœnali ſtipulatione non inſpicitur quid interſit: ſed in actione ex vendito ſic. vnde cum deſierit intereſſe, per actionẽ ex ſtipulatu intentatã ipſo iure tollitur: vt arg.inſti. de inutil.ſtipula. §.alteri. Vel dic ſecundum M. quia ex ſtipulatu actio continet certum: ex vendito incertum.Vel ſecũdum R.quia ex vendito bon. fi.eſt. & quãto facilius hæc habetur ratio,tãto facilius ſoluitur ex ſtipulatu ſtricti iuris.Item ſi primo egit actione ex ſtipulatu vt fiat quod conuenit,& fuerit conſecutus:an ex vendito tollitur ipſo iure,quæ ad idem competit? Reſp.& hic caſus non eſt in hac lege : ſed dicam quòd ipſo iure, niſi in id quod excedit,propter rationem quam dixi,quia deſiit intereſſe.Item ad id quod dicitur ex ſtipulatu tolli per exceptionem, non ipſo iure per actionem ex vendito, informatam, videtur quòd ipſo iure ſit ſublata actio ex prima ſtipulatione per ſecundam,ſicut & ſtatim dicit de actione ex vendito, cum videatur eſſe facta tacite nouatio ſtipulationis prioris per ſecundam;vt infra de actio. & oblig. l.obligationum ferre.§.fina. & ſupra pro ſocio. l. ſi quis. & l. quod ſi. quæ ſunt contra. aut ſi contrarium fuiſſet inter eos actum, nec tolleretur,nec obſtaret exceptio: vt infra de verbo. obligat. l.ita ſtipulatus. §. quod ſine dubio. Reſpon. [a] prædicta eſſe vera confiteor:quia nomen exceptionis, non actionis, hic ponitur: quia nulla eſt ex prima ſtipulatione, ſed intentionis[b] eſt excluſiuum,ſi inſtanter quæras. Quid ergo differt actio ex vendito in his ab actione ex ſtipulatu : nam & hic videtur voluiſſe notare differentiam? Reſpon.vtraque tollitur ipſo iure, licet vna detur ad factum, [c] altera ad intereſſe, vel ad factum : vt ſupra eod. l. tenetur. §. j. & l.j. & hoc ſecundum eos qui dicunt intereſſe eſſe in obligatione. Eſt & alia differentia: quia hæc actio ex ſtipulatu tollitur nouatione, ſecunda ſtipulatione pœnæ: & etiam ſi magis interſit tua perſequi factum quàm pœnam,quæ parua erat. & eſt ratio,vt dictum eſt, quia conſenſu vtriuſque creditur nouatio facta prioris ſtipulationis : quod non eſt in actione ex empto vel vendito,& quia verbis non eſt contracta,[d] & quia non videtur de ea eſſe actum, ſed de proximo pacto.alioquin contra: vt ſupra de reſcin. ven. l.cum emptor. nam licet informetur ex primo pacto, originem tamen trahit à primo. tollitur tamen, quia deſiit ſua intereſſe, cum pœnam conſecutus ſit, niſi intereſſe eſſet maius pœna : tunc enim petitur quod excedit : vt hic. Vel melius ſecundum Azo. & ſecundum iſta tempora reſpon. actum eſſe expreſsim [e] ne nouetur : ſed tamen non eſt actum vt præſtetur vtrumque : ſed vt exigere poſsit vel intereſſe, vel pœnam. at hodie neceſſe eſt hic agi expreſſe vt nouet : [f] & ita ad alterũ, non ad vtrumq; agetur. Vel alia ratione nõ fit nouatio: quia pœna videtur poni gratia definiendi intereſſe tantum quod erat in actione ex ven-

a Diſplicet B. B. & Pau.
b Imò eſt vera exceptio ſecundum Alc. Bart. & Paul.
c Imò vtraque ad factum per prius,& ad intereſſe p poſteri⁹ ſecundũ Alb. & Paul.
d Iſta diſplicet B. B.& P.
e Iſtud eſt diuinare: ideo dic aliter vt per Bart. & Pau.hic.
f Nihil eſt: quia illud ius nouum loquitur in ſtipulatione coæqua: hic de pœnali,in qua nihil eſt immutatũ ſecundum B. B.& Pau.

petat,ex vendito[a] agere poteſt. Si conſecutus fuerit[b], quantum pœnæ nomine ſtipulatus eſſet:agẽtem ex ſtipulatu, doli mali exceptio ſummouebit. Si ex ſtipulatu[c] pœnã conſecutus fueris, ipſo iure[d] ex vendito agere non poteris, niſi in id quo pluris ei⁹ interfuerit[e] id fieri.

Legatarius qui emit rem legatam ab herede pendente cõditione legati: ſi poſtea exiſtat conditio,repetit pretium per actionem ex empto, qui ſibiipſi videtur rẽ euincere. hoc dicit. Vel ſic, Cum quis à ſeipſo euincit, habet actionẽ ex empto. h.d.concordat l.Iulianus.§.ſi fundum. ſupra eod. Bartolus.

XXIX. IDEM libro quarto ex Minicio.

CVi res ſub conditione[f] legata erat, is eam imprudens[g] ab herede emit. actione ex empto poterit[h] conſequi emptor pretium: quia nõ ex cauſa legati rem habet[i].

Peculium venditum cum ſeruo, minuitur ipſo iure per furtum ſerui venditi factum ante traditionem venditori: & ideo competit retentio.& ſi per errorem nõ retineatur, competit repetitio: licet actio de peculio pro furto non competeret : quia nõ datur ex maleficio vel quaſi. h.d.Paul.de Caſt.Vel ſic,ſecundum Bart.Si ſeruus furtum fecit domino, eius peculium deminuitur. Si verò poſtquàm deſiit eſſe dominus, tunc inquãtum peculium eſt, dominus nouus conuenitur.Bart.

XXX. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

SEruus quem de me[k] cũ peculio emiſti,prius quã tibi traderetur,furtum mihi fecit. Quamuis ea res quam ſubripuit, interierit, nihilo minus retentionem eo nomine ex peculio me habiturum ait[l], id eſt ipſo iure ob id factum minutum eſſe peculium, eo ſcilicet quòd debitor meus ex cauſa conditionis[m] ſit factus[n]. Nam licet ſi iã traditus furtũ mihi feciſſet,aut omnino condictionem[o] eo nomine de peculio non haberem,[p] aut eatenus haberem,quatenus ex re furtiua auctum peculiũ[q] fuiſſet : tamen in propoſito & retentionem me habiturum: & ſi omne peculium penes te[r] ſit, vel quaſi plus debito ſoluerim, poſſe me condicere.Secundũ quæ dicendũ: Si nummos quos ſer

dito:vt ſ̃.pro ſocio.l.duo.vnde cum idem in vna quod in alia continetur,merito vna per aliam tollitur:licet altera ipſo iure,altera per exceptionem. Accurſius.

a *Ex vendito.* ſcilicet actione informata,propter ſtipulationem de faciendo incontinenti appoſitam, ſecundum primã: ſed ſecundum ſecundam dic quòd fuit nudum pactum incontinenti appoſitum iuxta primum. de prima autem actione nullo modo ex vẽdito loqui poteſt ac.& ſubaudi etiã: nã ex ſtipulatione de faciendo poteſt agi,[g] vt ſtatim innuit ibi, agentem ex ſtipulatu, &c. Ad hoc autem agitur, ſcilicet vt fiat quod conuenit.ſi autẽ ad intereſſe,ſi non fiat quod conuenit,non agetur ex ea. ſecus in actione ex vendito,in qua venit intereſſe:vt hic ſubiicit. & eſt ratio:quia hęc ſtipulatio eſt ſtricti iuris, & nõ venit in ea niſi quod ſpecialiter dicitur : vt inſti.de oblig.ex con. in fi. & ſ̃.de neg. geſt. l. ſi pupilli. in fin. & l. quia tantundem. ſed ex vendi. eſt bonæ fidei act.vt inſtit.de act. §.actionum.& in ea venit quod æquũ & bonum ſit prę́ſtari,etiam ſi non dictum ſit:vt in prællegatis legibus.

b *Conſecutus fuerit.*per actionem ex vendito. Vel dic[h] quòd tantum pœnam petiit, & per exceptionẽ tollit præcedentes ſtipulationes, ſed ex vendito ipſo iure : quod non placet.

c *Si ex ſtipulatu.* ſcilicet ex ſtipulatione ſecunda.

d *Ipſo iure.* immo per exceptionem,quod eſt tertium pactũ, ſemper videtur repelli ab actione ex vẽdito : vt ſupra ſi quis cau.l.ſi duo.§.item ſi duo.quæ eſt contra.Sol.[i] ibi contra plures agebatur: & contra vnum pœna, & contra alium res petebatur : hic contra vnum tantum. nec etiam erat ibi pœna loco rei petitę.Item ad hoc oppo.quia ſi primo pœnam fuero conſecutus,non repellor à te aliquo modo: nec ipſo iure, nec per exceptionem:vt ſupra de peti.hered.l. etiam. §.pen. quæ eſt contra. Sol.[k] ibi contra plures agebatur. Item ibi doli pœnam,hic moræ tantum.

e *Interfuerit.* ſic & j̄.vi.bon.rapt.l.j. Accurſius.

CVi res.} CASVS.Teſtator legauit mihi fundum ſub conditione ſi nauis veniret ex Aſia, medio tempore emi eũ ab herede, & pretium ſolui: poſtea extitit conditio.repetam pretium act.ex empto. nam cum extat conditio, incipio habere ex cauſa legati : & ſic ex cauſa emptionis habere nõ licet. quaſi ergo re euicta ex empto,ago ad pretium. Cetera plana ſunt vſque ad l.ſi quis fundum.Viuianus.

f *Sub conditione.* ſi enim legatam pure mihi rem emerẽ, emptio nulla eſſet: vt ſ̃.de contrahen.emp.l.ſuæ rei.

g *Imprudens.* i. ignorans eam ſibi legatam.

h *Conſequi poterit.*exiſtente conditione:quia ipſo iure videtur res euicta.Accurſius.

i *Rem habet.* ſcilicet aliàs,niſi recipiat pretium.[l] Io.& ſic nõ eſt contra:imò facit j̄.de le.j.huiuſmodi. §.qui ſeruum. & ad leg.Fal.fundo.

k *SEruus quem à me.* aliàs,à me,& aliàs de me.

l *Ait.* ſcilicet Africanus auctor huius legis.

m *Conditionis.* ſcilicet furtiuæ.

n *Factus ſit.* vt ſupra de pecu. l. ſed ſi damnum.§.ſiue autem ex contractu.

o *Conditionem.* ſcilicet furtiuam.

p *Non haberem.*quia eſt ex maleficio:vt ſ̃.de his qui deie.vel effu.l.j.§.ſi filius. Accurſius.

q *Peculium.* vt & ſupra de pecul.l.ſi ſeruus meus.& l.iij.§.ex furtiua cauſa.

r *Penes te.* traditum ante traditionem ſerui.

g Iſta eſt verior ſecundum Paul.
h Et bene. Al.Bart. Bald. & Paul.
i Iſtam ſol. ſequitur Bart.
k Iſta ſol. placet Bar.
l Hæc ra[tio] potius con[clu]dit in a[ctione] ex teſtament[o] quàm ex empto, ſecundũ Pau.

Condictio

a *Condictio.* ſine cauſa.
b *Quaſi res.* bona ratio: vt & ſ. ſi cer. pet. l. ſi & me & Titiũ. in fi. Sed arg. contra. ſ. ſi cert. pet. l. ſi filiusfami. Accurſius. ADDITIO. Dic quòd ibi pecunia fuit ſoluta ratione præcedentis contractus. hic verò nullus præcedebat, ſecundum Albe.
c *Etiam prius quàm euincatur.* ſic & aliàs agitur antequam euincatur: vt infra de ſolu. l. cum quis. §. qui hominem. & l. ſi hominem. Sed contra. C. de euic. l. qui rem. & infra de re. permu. l. j. circa princi. Solu. hic fuit[a] in dolo vẽditor: vt hic dicit: & ideo etiam ante tenetur: vt & ar. ſ. de contrahen. emp. l. ea quæ. §. dolum. Accurſius.
d *Alioquin.* i. niſi fuiſſet in dolo: vt ſ. ea l. ex empto. in prin. Accurſius.
e *Vendidit.* quę facere non potuiſſet niſi dominus: vt C. de his qui à non domi. l. penult. & C. ſi ali. res pign. da. l. quæ prædiũ. Accurſius.
f SI ea res. *Præſtari.* vt ſupra dè cõtrahẽ. emp. l. quod ſæpe. §. ſi res.
g *Quia cuſtodia.* ad quã tenetur venditor: vt infra. eo. l. vẽditor domus. Accurſius.
h *Vim.* cui reſiſti non poteſt: vt ſ. quod me. cauſa. l. ij. & facit. j. loca. ſed de damno. & ſ. commo. l. ad eos. Accurſius.
i *Non ſolum.* hic fuit in mora, ſupra non. Acc.
k *Fuiſſet.* niſi ego moram feciſſem. Accur.
l *Ab eodem emimus.* in eo quòd ab eodẽ, eſt ar. j. qui po. in pi. hab. l. ſi non dominus. Sed in eo quòd à diuerſis, eſt eadem lex, arg. cõtra. Accurſius.
m *Adprehendit.* hoc quando contra extraneum. ſed inter ſe potior eſt poſſeſſor. ſic & quãdo duo ab eodem domino: vt C. de rei vin. l. quotiens. Sed cõtra ad id quod hic dicitur: quia poſſeſſor videtur potior quando à diuerſis nõ dominis emimus: vt ſupra de pub. l. ſi autem. verſi. vt ſi quidem. quę eſt contra. Solu. hic loquitur cum ille poſsidet cui. j. tradita eſt res, vel forte cũ neuter poſsideret. ſed Publi. contra extraneum experiuntur. ſi autem agerent inter ſe, ſemper poſſeſſor potior eſt:[b] cùm à duobus diuerſis non dominis bona fide emerint: vt in l. contraria. argum. infra de pig. l. ſi debitor.

[a] Et etiã ſi nõ eſſet in dolo quãdo ageretur ad defendendũ ſecundũ Barto. & Bald.

† Sed nec legibus vllis prohiberi vim vi repelli poſſe, pulchrè Ci. in Orat. pro Murena.

[b] Sequitur Io. Al. & Pau.

uus iſte mihi ſubripuerat, tu ignorans furtiuos eſſe, quaſi peculiares ademeris, & conſumpſeris: condictio[a] eo nomine mihi aduerſus te competat: quaſi res[b] mea ad te ſine cauſa peruenerit.

Qui vendit rem alienam ſcienter, propter dolũ hac actione conuenitur antequã res euicta ſit, ſecus ſi ignorans. Bart.

Si ſciens alienam rem ignorãti mihi vendideris: etiã priusquàm euincatur,[c] vtiliter me ex empto acturum putauit in id, quãti mea interſit meam eſſe factam. quamuis enim alioquin[d] verum ſit, venditorem hactenus teneri, vt rem emptori habere liceat, nõ etiam vt eius faciat: quia tamen dolum malum abeſſe præſtare debeat, teneri eum qui ſciens alienã, non ſuam ignoranti vendidit.[e] Idem eſt maximè, ſi manumiſſuro, vel pignori daturo vendiderit.

Venditor non tenetur de caſu fortuito, tenetur tamen cedere actionem ratione rei competentem. Bartolus.

XXXI. NERATIVS libro tertio Membranarum.

SI ea res quam ex empto præſtare debebã, vi mihi adempta fuerit: quã uis eam cuſtodire debuerim, tamen propius eſt vt nihil amplius quàm actiones perſequendę eius præſtari[f] a me emptori oporteat: quia cuſtodia[g] aduerſus vim[h] † parum proficit. Actiones autem eas non ſolùm[i] arbitrio, ſed etiam periculo tuo tibi præſtare debebo: vt omne lucrũ ac diſpendium te ſequatur. & nõ ſolum quod ipſe per eũ adquiſij, pręſtare debeo: ſed & id quod emptor iam tũc ſibi tradito ſeruo adquiſiturus fuiſſet.[k]

De duobus emptoribus ille eſt potior, cui eſt poſſeſſio tradita. Bartolus.

Vterque noſtrûm eandẽ rem emit à non domino, cum emptio venditio que ſine dolo malo fieret: traditaque eſt: ſiue ab alio eodem emimus,[l] ſiue ab alio atque alio: is ex nobis tuendus eſt, qui prior ius eius adprehendit:[m] hoc eſt, cui primũ tradita eſt. ſi alter ex nobis à domino emiſſet, is omnimodo tuendus eſt[n].

Si quis contrahentium ex falſis menſuris decipiatur, poteſt per hanc actionem habere recurſum. Bart.

XXXII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SI quis[o] à me oleum quod emiſſet, adhibitis iniquis ponderibus accepiſſet, vt in modo me falleret, vel emptor circunſcriptus ſit à venditore ponderibus minoribus: Pomponius ait poſſe dici, venditorẽ ſibi dari oportere qđ plꝰ[p] eſt petere. quod
B habet rationẽ. ergo & emptor ex empto habebit actionẽ, qua cõtentus eſſe poſsit.

XXXIII. IDEM libro viceſimotertio ad Edictum.

ETſi vno pretio plures res emptæ ſint: de ſingulis[q] ex empto & vendito agi poteſt.

XXXIIII. IDEM libro octauodecimo ad Edictum.

SI fundo vendito, in qualitate iugerum captio[r] eſt: ex empto[s] erit actio.

Euicta ſeruitute agitur ex empto, nõ de euictione. h. d. habes in l. quod ad ſeruitutes. j. de euictionib. Bart.

XXXV. IDEM libro ſeptuageſimo ad Edictum.

C SI quis fundũ emerit, quaſi per eum fundum eundi agendi ius non eſſet,[t] & interdicto[u] de itinere actuque victus ſit: ex empto habebit actionem. licet enim ſtipulatio de euictione non committatur, quia non eſt de iure[x] ſeruitutis in rem actione pronuntiatum: tamen dicendum eſt ex empto actionem competere.

Ante traditionem venditor tenetur ad cuſtodiam: propter quam etiam debet de damno infecto cauere. Bartolus.

XXXVI. PAVLVS libro ſeptimo ad Plautium.

D VEnditor domus, antequam eam tradat, dãni infecti ſtipulationẽ interponere debet[y]: quia antequam vacuã poſſeſsionẽ tradat, cuſtodiã & diligentiam præſtare debet: & pars eſt cuſtodiæ diligentiæque, hanc interponere ſtipulationem: & ideo ſi id neglexerit, tenebitur emptori.

Dolus venditoris non prodeſt emptori. Bartolus.

XXXVII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

SIcut æquũ eſt bonę fidei emptori alteriꝰ[z] dolũ nõ nocere:[a] ita non eſt æquum,

A n *Tuendus eſt.* niſi fuit creditor ille qui vendidit, habens ius diſtrahendi: vt C. de di. pig. l. antepenul. niſi nõ dominus, antequam fieret dominus, alij vendidiſſet: deinde poſtquam eſt factus dominus, alij vendat. vnde præfertur qui primo emit. & ſic qui emit à non domino, præfertur ei qui emit ab eodem poſtea domino facto: vt ſupra de rei vin. l. ſi Titio.
o SI *quis à me.* ſuper hac materia plene dixi ſ. de dolo. l. arbitrio. §. de eo. Accur.
p *Plus* i. quod plus tradidit quam debuit.
q ET *ſi vno. De ſingulis.* vt & in pluribus rebus commodatis: vt ſupra commo. pati. l. in commodato. §. duobus. & etiam vnice: vt dixi circa hoc. ſ. fami. erciſciſcun. l. heredes. §. de pluribus.
r SI *fundo. Captio.* i. deceptio. Accur.
s *Ex empto.* vt & ſ. eo. ſi in qualitate.
SI *quis fundum.*} CASVS. Vendidi tibi fundum liberum: poſtea quidam euicit tibi poſſeſ. ſeruitutis, nõ dico proprietatem: ages ex empto ad intereſſe, non de dupla. Viuianus.
t *Ius non eſſet.* ſcilicet vicino alicui.
u *Interdicto.* ſ. primo, non ſecundo: vt ſtatim hic ſubiicit. ſunt enim duo:[c] vnum, in quo tantum agitur de quaſi poſſeſsione: altęrum, in quo etiam de ſeruitutis iure: vt j. de itine. actuq; priuato. l. vnde. §. hoc autem.
x *Quia non eſt de iure.* maxime. nam & ſi de ſeruitute pronũtiaretur, non tamen ex ſtipulatu pro euictione rei ageretur: vt ſ. de euict. qđ ad ſeruitutes.
VEnditor.} CASVS. Vendidi tibi domum, non tradidi adhuc. debeo ſtipulari à vicino dãni infecti, ſi timeam damnum: quaſi hoc ſit pars cuſtodiæ: quia cuſtodire eam debeo. Viuia.
y *Debet.* vt ſ. de contrahen. emp. l. quod ſæpe. §. ſi res. & ſ. eo. ſi ea res. j. reſpon. & inſtit. de contrahen. empt. §. cum autem. & ſ. quod ſi fugierit & j. de dã. infect. l. damni. §. emptor. ij. reſpon.
SIcut *æquũ.*} CASVS. Vendo tibi fundũ, ſcio alienũ: non nocet tibi quo minus præſcribas, ſi bonam fidẽ habeas. ſic econtra ſi malam fidem, nõ prodeſt tibi ſi tu vis vti acceſsione mea, id eſt tempore. Viuianus.
z *Alterius.* ſcilicet vẽditoris. Accur.
a *Non nocere.* ſi non vult

[c] Idẽ Albe.

eidem perſonæ venditoris [a] ſui dolum prodeſſe.

XXXVIII. CELSVS libro octauo Digeſtorum.

SI vẽditor [b] hominis dixit, peculium eũ habere decem, nec quenquam ademptur ũ [c]: etſi plus habet, totũ præſtet: niſi hoc actũ eſt: vt duntaxat decem præſtaret. ſi minus eſt, præſtet eſſe decẽ: & talem ſeruum eſſe, vt tantum peculij habeat. Si per emptorem ſteterit quò minus ei mancipiũ traderetur, pro cibarijs [d] per arbitriũ indemnitatem poſſe ſeruari, Sextus Aelius, Druſus, dixerunt: quorum & mihi iuſtiſſima videtur eſſe ſententia.

B

Fiſtulæ & canales cedunt domui. Barto.

Firmus à Proculo quæſijt, ſi de plũbeo caſtello [e] fiſtulę ſub terram miſſæ aquam ducerent in aenum [f] † lateribus [g] circumſtructum, an hę ædiũ eſſent: an vt [h] ruta, cæſa, iuncta, fixaque, quę ædium non eſſent, ille reſcripſit, referre quid acti eſſet. Quid ergo ſi nihil de ea re neque emptor neque venditor cogitauerunt, vt plerunque in eiuſmodi rebus eueniſſe ſolet? nónne propius eſt vt inſerta & incluſa ædificio, partem eius eſſe exiſtimemus [i]?

C

XXXIX. MODESTINVS libro quinto Reſponſorum.

QVæro, ſi quis ita fundũ vendiderit, vti venundatũ eſſe videatur quod intra terminos ipſe poſſedit: ſciens tamen aliquam partẽ certam ſe non poſsidere, nõ certiorauerit emptorem: an ex empto iudicio teneatur [k]: cùm hæc generalis adiectio ad ea quæ ſpecialiter nouit qui vendidit, nec excepit [l], pertinere non debeat: ne alioquin emptor capiatur: qui fortaſſe, ſi hoc cognouiſſet, vel empturus non eſſet, vel minoris empturus eſſet, ſi certioratus de loco certo fuiſſet: cùm hoc & apud veteres ſit relatum in eius perſona, qui ſic exceperat, *Seruitutes, ſi quæ debentur, debebuntur* [m]. etenim iuris auctores reſponderunt, ſi certus venditor quibuſdã perſonis certas ſeruitutes debere non admonuiſſet emptorem, ex empto eum teneri debere: quando hæc generalis exceptio non ad ea pertinere debeat, quæ venditor

D

A nouit, quæq; ſpecialiter excipere et potuit, & debuit [n]: ſed ad ea quæ ignorauit, & de quibus emptorem certiorare nequiuit [o]. Herennius Modeſtinus reſpondit: ſi quid circumueniendi emptoris cauſa vẽditor in ſpecie de qua quæritur, fecit, ex empto actione conueniri poſſe.

Qui emit arbores extantes, non facit eas ſuas donec à ſolo ſeparentur: & ideo vindicare non poteſt: ſed aget ex empto. Bartolus.

XL. POMPONIVS libro trigenſimoprimo ad Quintum Mucium.

B QVintus Mucius ſcribit: Dominus fundi de prædio arbores ſtãtes vendiderat, & pro his rebus pecuniam accepit: & tradere nolebat. emptor quærebat quid ſe facere oporteret. & verebatur ne hę arbores eius non viderentur factæ. Pomponius: Arborum quæ in fundo continentur, non eſt ſeparatum corpus à fundo: & ideo vt dominus, ſuas ſpecialiter arbores vindicare emptor non poterit [p], ſed ex empto habet actionem.

C *Emptori decepto ſuccurritur per actionem. h. d. Bartol. Vel ſic: Venditor qui certificat emptorem de commodo, debet etiam certificare de onere quod imminet ratione illius commodi: aliàs tenetur ad intereſſe. hoc dicit Paulus de Caſtro. Per hanc legem fundat ſe gloſ. in l. cum venderes. de contrahend. empt. quòd venditor tenetur tradere rem liberam à ſeruitute.*

XLI. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

IN venditione [q] ſuper annua penſitatione pro aquęductu infra [r] domum Romæ conſtitutam nihil commemoratum [s] eſt. deceptus [t] ob eã rem ex empto actionem habebit. itaque ſi conueniatur ob pretium ex vendito [u]: ratio improuiſi oneris habetur [x].

D *Si venditor in vna re decipitur per ignorantiam, & in alia decipit, debet horum inuicem fieri compenſatio: quem caſum nota, quia nouus eſt. Iſtam legem intelligo, quando venditor fuit ignorans: ſecus ſi ſciens: & ſic in dolo. tunc enim non compenſatur lucrum cum damno: vt l. ſi negotia. ſuprà de nego. geſt. Item intelligo quando fuit vna venditio, vt ponitur in textu. ſecus ſi plures & ſeparati cõtractus fuiſſent: vt l. ſi quis negotia aliena. ſupra de nego. geſt. & ibi dixi. Barto. Hæc lex pulchra eſt: quæ primo determinat quæſtionem pro emptore: vſque ibi, ſed an exceptio. Secundo reuocat in dubium quid de æquitate, & in hac ſecunda arguit pro venditore: vſque ibi, an non. Secundo pro emptore: vſque ibi, videamus tamen. Tertio redit ad venditorem: vſque*

vult vti acceſsione ſui auctoris: vt C. de præſcrip. lõg. temp. l. j. ſed hodie etiam ſi vti nolit: vt in auth. vt ſponſ. lar. §. rurſus. coll. vij. Accur.

a *Venditori.* ſi velit vti acceſsione temporis ſui auctoris. Azo. vt infra de adquirend. poſſeſſ. l. Pomponius. §. cum quis. & facit ſupra de pecu. l. ſumma. §. emptor. & C. de peric. & commo. l. dolum. Accur.

SI *venditor.* CASVS. Vendidi tibi ſeruũ cum peculio, in quo dixi. x. eſſe: & ſi plus eſſet quàm x. darem reliquum: & ſi nihil ſit in peculio quàm x. dixi tamen. x. præſtare velle. dicitur quòd debeo iſtud pactum ſeruare vt promiſi. {SI PER EMPTOREM.} Vendidi tibi equum. ſi es in mora accipiendi, dabis mihi ſumptus eius. {FIRMVS.} Vendo tibi fundum: quæritur an veniat aquæductus qui aliunde trahitur ad domũ? Et reſpond. quòd ſic: ſicut ea quæ ſunt inſerta domui: niſi contra actum ſit. Viuianus.

b *Si venditor.* hic incipit reſpondere.

c *Ademptur um.* videbatur repetenda. x. vt l. cum ſeruus. ſed non eſt repetitio. ſecus [a] ſi hæc verba prætermiſſa eſſent: vt infra eo. ſi ſeruus. §. fin. quæ eſt contra. ſic & ſupra de contrahen. emp. l. qui fundum. §. ſi agrum. Sed argu. contra. infra de condit. inſtitu. l. cũ ſeruus. ADDITIO. Dic quòd ibi erant verba quæ inducebãt repetitionem ſecundũ Albe.

d *Pro cibarijs.* facit ſupra cõmo. l. in rebus. §. poſſunt.

e *Caſtello.* locus eſt circundatus ad modum caſtelli, vbi congeritur & inde ducitur aqua: vt infra de aqua quõtid. & æſti. l. j. §. penult.

f *In aenum.* forte æneum, per cuius os ſtillat aqua.

g *Lateribus.* id eſt lapidibus.

h *Vt.* id eſt ſicut.

i *Exiſtimemus.* certè ſic: vt ſupra de contrahen. empt. ſi aquæductus. & l. ſequen. & l. dolia. & argu. infra eo. creditor. in fi. Accurſius.

QVæro.} CASVS. Duo dicit. Primo, vendidi tibi fundum magnum, quem ad oculum demõſtraui, dicens: Vendo tibi quicquid intra hos duos cõfines teneo. ſciebam tamen quòd vnũ iugerum erat ibi quod non poſsidebã. an tenear quaſi deceperim? Et reſpon. quòd ſic: vt in hoc alio: vendo domum. & addo, ſi quam ſeruitutem debet, nolo teneri. ſi debebat vnam quam ſciebam, certe nihilo minus teneor. prædictum ergo pactum prodeſſet mihi in alijs quæ ignoraſſem: non in his quæ ſciuiſſem. Viuianus.

k *Teneatur.* & videtur quòd teneatur, cum &c. Accurſius.

l *Excepit.* ſpecialiter. Accurſius.

m *Debebuntur.* id eſt debeantur.

n *Et debuit.* vt infra de euic. l. qui libertatis. circa princ. & infra de ædil. edict. l. quęritur. §. ſi venditor. Accurſius.

o *Nequiuit.* quo caſu ſuæ ſecuritati proſpectum videtur [b] quod ei permiſſum eſt: vt ſupra. e. l. j. Accurſius.

p QVintus. *Non poterit.* vt & C. de rei vindica. ſeruum. & ſupra de rei vindic. l. ſi ager. & ſupra eod. l. qui pendentem. Accurſius.

q IN *venditione.* Pone caſum [c]: Habeo aquæductum per domum tuam Romæ cõſtitutam ad domum meam: vt tamen pro aquęductu ſingulis annis ſoluam quandam ſummam, puta decem: poſtea vendo alij domum meam, & dico ei deberi aquæductum, ſed de penſitatione taceo. teneor emptori: quia licet ipſe non teneatur ad illam ſummam: vt argu. ſupra de contrah. empt. l. fina. §. fin.) tamen non poteſt vti aliàs ſeruitute, niſi ſoluat: quia in totum aut in nihilum debet ſeruare pactum meum: vt infra de acquiren. poſſeſſ. l. Pomponius. §. cum quis. & ſupra de compen. l. ſi cum filio. & ſupra de pact. l. ſin autem.

r *Infra.* aliàs intra.

s *Commemoratum eſt.* ſcilicet à venditore.

t *Deceptus.* ſcilicet emptor.

u *Ex vendito.* ſcilicet actione.

x *Habetur.* vt ſic fiat compen-

† De his Vitruuius lib. 8. cap. 7. Budæus autẽ hic ſpecũ legit. Nam ſunt et ſpecus, inquit, inter opera aquariorũ. Frontinus de aquæductibus: Quicunque poſt hanc legẽ rogatã, riuos, ſpec⁹, fornices, fiſtulas, caſtella, lacus aquarum publicarum &c.

a Immo idẽ, ſecundum Alb. et Pau.

b Idẽ Bal. & P.

c Iſtã caſus poſitionem ſequitur B. Bal. & P.

compenſatio, ſi pro vſu ſeruitutis aliquid ſolutum eſt ab em-ptore: vt C. de compen. l. quoniam. Accur.

a SI *duorum. Non proderit.* de rigore iuris: aliud de æquitate: vt in fine huius legis. Accur.

b *Relatum eſt.* & male: vt infra. Accurſius.

c *Vtique.* ſcilicet maxime poteſt dubitari.

d *Iure perpetuo.* ſcilicet actione ex empto, quæ perpetua eſt.

e *Conſtat.* & non ſoluit hanc quæſtionem hic, ſed in fine huius l. eius tamen contrarium ſoluit: ſcilicet ſi plus inuenitur in prato quàm in vinea: vt ſupra. eo. l. ſi in qualitate. Accur.

f *Dare iuſſum.* & alium alia decem. Accurſius.

g *A duobus.* ſtatuliberis iuſsis dare. xx. domino ſuo. ſic & j. de euict. l. ſi duos.

h *Suprascriptis.* ſcilicet hac lege. ſed & contra. huic eſt ſupra pro ſocio. l. non ob eam.

ADDITIO. Dic ꝙ ibi interceſsit culpa ſocij: hic verò non, ſecundum Alberi.

TItius.} CASVS. Titius legauit Seiæ tres ſeruos, rogans vt poſt annum legataria manumitteret. & cum legataria non agnoſceret legatum, heres vendidit Sempronio ea mancipia: & nihil de libertate danda ei dixit. tandem emptor vnum nomine Areſcuſam manumiſit: quæ poſtea non vult eſſe liberta emptoris, ſed heredis. Item alij duo vocauerunt heredem ad ius, & compulſus eſt heres manumittere. cum legataria non petente apud heredem, cum ſuo onere remanebãt mancipia. nunc primo quæritur, an emptor poſsit repetere pretiũ Areſcuſæ, quaſi euictæ: cùm non vult emptorem habere patronum. Secundo, ſi emptor fecerit ſumptus in ſeruis dum erant apud eum: an repetat à vẽditore. Tertio, an Areſcuſa poſſit eligere in patronũ vel heredem, vel emptorem, vel etiam legatariam. de ceteris enim duobus non quęritur ab herede manumiſsis, cùm habeãt patronum. Et reſpon. per ordinem primo primæ: tenetur emptori ad pretium. Secũdo ad ſecundam: quia poteſt repetere ſumptus, niſi excedant vltra pretium commune ſeruorum. nam ſicut agetur ex empto ad minus ſi decreuiſſet ſeruorum pretium: ita ad plus ſi accreuit, niſi ſit immodicũ: vt dixi. Videbatur impedire repetitiones ſumptuũ: quia ſi mihi aream alienam vendas, & in ea ædificanda fece-

† Iſte tex. eſt ſing. & vnicus, ſecũdũ Bal. in l. ſicut. C. eo. tit. & profectò eſt tex. aureꝰ. vide hic in vnis interpret. Bolog.

ibi ſimilis quæſtio. Quartò antequam decidat, adducit alium caſum ſimilem, quo fit determinatio pro emptore de rigore: vſque ibi, ſed rectius. Quinto & vltimo in vtroque caſu tam in adducto, quàm in alio ad quem deducitur, determinat pro venditore de æquitate: vt id quod deficit in vno, ſuppleatur in eo quod ſuperfuit in altero. Paulus de Caſtro.

XLII. PAVLVS libro ſecundo Quæſtionum.

SI † duorum fundorum vẽditor ſeparatim de modo cuiuſq; pronũciauerit, & ita vtrumque vno pretio tradiderit, & alteri aliquid deſit, quamuis in altero exuperet, fortè ſi dixit vnum centum iugera, alterum ducenta habere, non proderit[a] ei quòd in altero ducenta decem inueniuntur, ſi in altero decẽ deſint. & de his ita apud Labeonem relatum eſt[b]. Sed an exceptio doli mali vẽditori profutura ſit, poteſt dubitari. vtique[c] ſi exiguus modus ſiluę deſit, & plus in vineis habeat quam repromiſſum eſt: an non facit dolo qui iure perpetuo[d] vtitur? Nec enim hic, quod ampliꝰ in modo inuenitur, quàm alioquin dictum eſt, ad cõpendium venditoris, ſed ad emptoris pertinet: & tunc tenetur venditor, cùm minor modus inuenitur. Videamus tamẽ, ne nulla querela ſit emptoris in eodem fundo, ſi plus inueniat in vinea, quàm in prato: cùm vniuerſus modus conſtat[e]. Similis quæſtio eſſe poteſt ei quæ in duobus fundis agitata eſt: & ſi quis duos ſtatuliberos vno pretio vendat, & dicat vnum decem dare iuſſum[f], qui quindecim dare debebat. nam & hic tenebitur ex empto actione: quãuis emptor à duobus[g] viginti accepturus ſit. Sed rectiꝰ eſt, in omnibus ſupraſcriptis[h] caſibus lucrum cum damno compenſari: & ſi quid deeſt emptori, ſiue pro modo, ſiue pro qualitate loci, hoc ei reſarciri.

Emptor ſerui propter commodum iuriſpatronatus euictum, habet actionem ex empto. Item intereſſe ſumptuum, non debet excedere duplum rei contra ignorantem: ſecus ſi contra ſcientem. h. d. cum l. ſequen. Bart. Vel ſic: Si emptori ſerui euinceretur ius patronatus, habet actionem ex empto ad pretium & ad intereſſe, ſicut ſi euinceretur ſeruus. Item intereſſe ſumptuum & expenſarum factarum in re euicta, nõ debet excedere duplum rei contra venditorem ignorantem: nec poteſt ab eo repeti, ſi poteſt ab euincente recuperari. ſecus cõtra ſcientem in vtroque: quia poteſt repeti, & excedere duplum. Item manumiſſus ab eo qui habet cauſam à grauato de manumittendo, poteſt eligere in patronum ipſum grauatum, & euitare manumittentem, vel econuerſo. h. d. cum l. ſequenti. & ſequen. vſque ad l. ſi quis alteram. ſecundum Bart. Bald. & Paul. de Caſtro.

XLIII. IDEM libro quinto Quæſtionum.

TItius † cum decederet, Seiæ Stichum, Pamphilum & Areſcuſam per fideicommiſſum reliquit: eiuſq; fidei commiſit, vt omnes ad libertatem poſt annum perduceret. Cum legataria fideicommiſſum ad ſe pertinere noluiſſet,[i] nec tamẽ heredem à ſua petitione liberaſſet, heres eadem mãcipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione[k] fideicõmiſſæ libertatis facta. Emptor cum pluribus annis mancipia ſupraſcripta ſibi ſeruiſſent, Areſcuſam manumiſit: & cum ceteri quoq; ſerui, cognita volũtate defuncti, fideicommiſſam libertatem petiſſent, & heredẽ ad prætorẽ perduxiſſent, iuſſu prętoris ab herede ſunt manumiſsi[l]. Areſcuſa quoq; nolle ſe emptorẽ patronum habere reſpõderat. Cum emptor pretium à venditore empti iudicio Areſcuſæ quoq; nomine repeteret lectũ, eſt reſponſum Domitij Vlpiani, quo continebatur Areſcuſam pertinere ad reſcriptum ſacrarũ cõſtitutionũ, ſi nollet emptorem patronum habere[m]: emptorem tamen nihil poſſe poſt manumiſsionem à venditore conſequi. Ego cũ meminiſſem & Iulianũ in ea ſententia eſſe, vt exiſtimaret poſt manumiſſionẽ quoq; empti actionẽ durare[n]: quęro quę ſentẽtia[o]

A ro ſumptus: re euicta per verum dominum, non repeto ſumptus à venditore: quia eos potui habere à vindicante. ad idẽ ſi emi ſeruum in quem poſtea impendi, & ſe in libertatem euincit, iam non potero petere ſumptus à venditore: quia eos potui à vindicante ſe in libertatem conſequi, cùm eum poſſidebam. ſecus autem ſi domum vel fundum non poſſidebam, ſed alio poſſidente petij, & ſuccubui: quia nõ potui ſeruare ſumptus, per except. recupero hoc caſu à venditore actio. ex empto. Sed certe in noſtro caſu non potuit emptor excipere: quia non ipſe, ſed heres fuit compulſus manumittere. quod autem dixi venditorem non teneri ad ſumptus, ſi emptor à vindicante conſequi potuit, verum eſt, niſi venditor fuerit ſciens alienum: & ſic etiam in noſtro caſu eſſe potuit: quia ſciebat heres idemq; venditor libertatẽ deberi. In tertia quęſtio ne dicit, quòd poteſt eligere Areſcuſa vel heredem, vel emptorem pro patrono: & ſi eligit heredem, tenetur ad pretium emptori. ſi emptorem eligeret, non repeteret pretium. h. d. cum duabus ll. ſequen. Viuianus.

i *Noluiſſet.* id eſt non voluiſſet. id eſt, non agnouerit legatũ: non tamen repudiauit: vt ſubiicit, nec tamen &c. ſed tamẽ plerumque pro repudiare ponitur: vt infra de cõd. & demon. l. pater. j. reſpon.

k *Cõmemoratione.* ſemper tamen cũ ſua cauſa alienatur, vt tamen vendita mancipia poſſint eligere patronum emptorem, vel heredem: vt hic ſubiicit, & infra de fideicommiſſ. liber. l. quidam. §. j. & l. generaliter. §. finali.

A Aquilia[a] dabitur. Si nauicularius onus Minturnas[b] vehēdum cōduxerit: & cū flumen Minturnenſe nauis ea ſubire nō poſſet, in aliā nauē[c] merces trāſtulerit, eaque nauis in oſtio fluminis perierit: tenetur primus nauicularius. Labeo, ſi culpa caret, nō teneri ait: ceterùm ſi vel inuito domino[d] fecit, vel quo non debuit tēpore, aut ſi minus idoneæ naui, † tunc ex locato agendum[e]. Si magiſter nauis ſine gubernatore in flumen nauem immiſerit, & tēpeſtate orta tēperare nō potuerit, et nauē perdiderit, B vectores habebūt aduerſus eū ex locato actionē[f]. Si quis ſeruū docendū conduxerit, eūq; duxerit peregre, & aut ab hoſtibus captus ſit, aut perierit, ex locato eſſe actionē placuit:[g] ſi modò nō ſic cōduxerit, vt & peregre duceret. Itē Iulianus libro octagēſimoſexto Digeſtorū ſcripſit, ſi ſutor puero parū bene faciēti[h] forma calcei tam vehemēter ceruicem percuſſerit, vt ei oculus effunderetur, ex locato eſſe actionē patri eius. Quāuis enim magiſtris leuis caſtigatio † conceſſa ſit, tamē hunc modum nō tenuiſſe. C Sed & Aquilia:[i] * vt ſupra diximus[k]. Iniuriarū autē actionē cōpetere Iulianus negat: qa nō iniuriæ faciēdæ cauſa hoc fecerit, ſed pcipiēdi[l]. Si gēma includēda aut inſculpēda data ſit, eaq; fracta ſit: ſi qdē vitio materiæ factū ſit, nō erit ex locato actio: ſi imperitia faciētis, erit[m]. Huic ſententiæ addendū eſt, niſi periculū[n] quoq; in ſe artifex receperat. tūc enim etſi vitio materiæ id euenit, erit ex locato actio. D Si fullo veſtimēta poliēda acceperit, eaque mures roſerint, ex locato tenetur: qa debuit ab hac re cauere[o]. Et ſi palliū fullo permutauerit, et alij alterius dederit: ex locato actiōe tenebitur, etiā ſi ignarus[p] fecerit. Exercitu veniēte migrauit[q] cōductor: deinde hoſpitio milites feneſtras & cetera ſuſtulerūt. Si domino nō denūciauit[r], & migrauit, ex locato tenebitur. Labeo autē, ſi reſiſtere potuit, & nō reſtitit, teneri ait. quæ ſentētia vera eſt: ſed & ſi denūtiare nō potuit, nō puto eum teneri. Si quis mē-

A ſuras cōduxerit, easq; magiſtratus frāgi iuſſerit: ſi quidē iniquæ fuerūt, Sabinus diſtinguit, vtrum ſit cōductor, an non. Si ſcit: eſſe ex locato actionē. ſi minus: nō. quod ſi æquæ ſunt, ita demum eum teneri, ſi culpa[s] eius id fecit ædilis. & ita Labeo & Mela ſcribunt. Duo rei locationis in ſolidum eſſe poſſunt.[t]

Exceſſus in mercede dicitur tunc, quando eſt eiſdē pactis facta vtraq; locatio. B.

Si lege operis locandi cōprehenſum eſſet, vt ſi ad diē effectum nō eſſet, relocare[u] id liceret: non aliàs prior cō- B ductor ex locato tenebitur, quam ſi eadem lege[x] relocatum eſſet. Nec antè relocari id poteſt, quam dies efficiendi præteriſſet.

Iſte. §. diuiditur in tres partes: Primo loquitur in prædio ruſtico. Secundo, in prædio vrbano. Tertio imponitur quædam limitatio circa prædia. Secunda ibi, in vrbanis. Tertia in l. qui ad certum. Item prima ſubdiuiditur: quia primo ponit vnum dictum. Secundo illud limitat. Tertio illud extendit dictum. Quarto illud dictum declarat. Secūda ibi, ſed hoc ita. Tertia ibi, eadē. Quarta ibi, quod autem. In ſecunda ſubdiuiditur: quia primo ponitur dictum. Secūdo exceptio. Secūda ibi, niſi in ſcriptis. & hoc intendit: Si cōductor poſt tempus remanet in prædio ruſtico, videtur in annum renouata conductio & pignora eiuſdem. ſecus ſi alterius. C in prædio vero vrbano, quatenus habitauerit, renouata videtur, niſi in ſcriptis primo conductio celebrata fuerit: vel niſi dominus poſſe conſentire deſierit. B.

Qui impleto tēpore cōductionis remāſit in cōductione: nō ſolū recōduxiſſe videbitur, ſed etiā pignora videbitur durare[y] obligata. Sed hoc ita verum eſt, ſi nō alius pro eo in priore cōductione res obligauerat. huius[z] enim nouus cōſenſus erit neceſſarius.[a] Eadem cauſa erit & ſi reipublicæ[b] prędia locata fuerint. Quod autē diximus taciturnitate vtriuſque partis colonū reconduxiſſe videri: D ita accipiendum eſt, vt in ipſo anno quo tacuerūt, videantur eādem locationē renouaſſe: non etiā in ſequentibus annis, etſi luſtrum fortè ab initio fuerat cōductioni præſtitutū.[c] Sed & ſi ſecūdo quoque anno poſt finitum luſtrum nihil fuerit contrariū actum: eandem videri locationē in illo anno permanſiſſe: hoc enim ipſo, quò tacuerunt, cōſenſiſſe[d] videtur. et hoc deinceps in vnoquoque anno obſeruandū eſt. In vrbanis autem prædijs alio iure vtimur, vt prout quiſq;[e]

a *Aquilia.* ſcilicet in factum.
b *Minturnas.* nomen ciuitatis, vel prouinciæ.
c *Nauem.* quam conduxit forte. Accur.
d *Domino.* etiam idoneæ naui imponendo: vt ſupra de vſu & habi. l. fi. Accur.
e *Agendum.* erit: vt ſ. ad legem Rho. de iac. l. fi. §. ſi ea.
f *Actionem.* fuit enim in culpa: vt ſupra de rei vin. l. qui petitorio. §. culpæ.
g *Placuit.* quia culpa præceſsit caſum: niſi hoc à prin. ſit dictū: vt hic ſubijcit, & ſupra. commo. l. ſi vt certo. §. interdum.
h *Parum bene facienti.* i. non bene facienti.
i *Aquilia* ſ. teneretur.
k *Supra diximus.* vt ſ. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quemcunque. §. fi. vna tamen intentata tollitur altera: vt j. e. ſi vulneraueris.
l *Præcipiendi.* quod eſt neceſſe: vt j. de iniur. l. illud relatum.
m *Erit.* ſimilis diſtinctio habetur & ſupra ad legem Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem. & infra eo. l. fi. & facit. ſ. quod quiſque iuris. l. ij.
n *Niſi periculum.* id eſt caſum fortuitum. ſic & ponitur ſ. e. ſi quis domum. §. ſi colonis. & §. ſi quis vitulos. proprie tamen dicitur periculum quod culpa contingit: vt j. eod. l. opus. Vel dic hic periculū proprie, ſi qualis qualis culpa interueniat: vt j. e. & hæc diſtinctio. j. reſpō. & l. opus. §. quod vero.
o *Cauere.* & in locum tutiorem trāsferre: vt & arg. j. de dam. infec. l. vtique.
p *Etiam ſi ignarus.* quia cùm errauit in ſuo facto, non eſt probabilis ignorantia: vt j. eo. ſed addes. §. j. & ſ. ad Vell. l. quanquam.
q *Migrauit.* id eſt de colonia deceſſit. ſic accipitur. infra de migrando.
r *Non denunciauit.* No. quem teneri denunciare: vt in auth. vt li. ma. & aui. §. ſi verò cōtra imperium. col. viij. Item no. quem debere reſiſtere vi, vt ſubijcit, & infra ſi ven. no. mu. l. dolo. & infra ad Sil. l. j. §. occiſorum. aliàs autem ſi non potuit reſiſtere vi, conductor nō tenetur: ſed ei merces pro rata dimittitur: vt hic ſubijcit, & j. eo. l. ſi fundus. in fi. & l. habitationis. §. j.
s *Si culpa.* forte ſi ędilibus eūtibus in viam rem locatam inuenerūt: vt ar. ſ. de pericu. & commo. rei ven. l. lectos.
t *Eſſe poſſunt.* iure iſto: vt hic, & C. eo. ſi diuiſa. §. j. & j. eo. l. cū apparebit. & j. de duo. re. l. eadem. Sed hodie eſt contra, niſi actum ſit: vt in authen. de duo. re. §. j. colla. viij.
u *Relocare.* id eſt pręſtare ei quātum daret pro ſecunda locatione: & ponitur hic caſus. infra e. l. ea lege. Alij dicunt, vt Ir. primū cōductorem promiſiſſe pœnam ſi non faceret intra certum diem: quæ pœna non committitur, niſi alij relocetur ſimilibus pactis: & ſic apparet cōductorem nō eſſe deceptum: ſed tunc ageretur ex ſtipulatu, non ex locato: vt hic dicit.
x *Eadem lege.* id eſt ſub eadē qualitate & quātitate & menſura relocaret, qua & priori locauerat: ſecundū Bul. & Io. vel forte leuiori. item vt alij faciendum daret, non ipſe faceret: vt j. de fideiuſ. ſtipulatus.
y *Durare.* ſi ſunt coloni. ſi autē extranei, non ſic: vt hic ſtatim ſubijcit. Accurſius.
z *Huius enim.* ſcilicet extranei. Accurſius.
a *Neceſſarius.* vt C. eo. l. ſi cum Hermes. & j. de iure do. l. ſtipulatio. Accurſius.
b *Reipublicæ.* vt quia prædium reipublicæ cuidam colono eſt locatum. Accurſius.
c *Præſtitutum.* non tamen niſi in annum videtur facta relocatio: vt hic dicit.
d *Conſenſiſſe.* no. tacentem videri conſentire:[a] vt hic, & infra de preca. l. in rebus. in fin. l. & C. de vſu. l. quāuis paſſa. & j. ſolu. ma. ſi mulier. & inſti. de co di. §. non tantum. & j. qui. mod. pig. vel hypoth. ſol. ſicut. §. non videtur. & ſ. de mor. infe. ſi propius. in fi. & j. ad municip. quotiēs. & j. eo. l. cum in plures. §. locator. & C. de edi. priu. l. an in totū. & ſ. de tributo. l. j. §. ſcientiam.
e *Prout quiſq;.* hæc verba prout quiſque, exponūtur trib. mod. & primo vt in nullū tempus videatur recōduxiſſe

† impoſuit. dedit.

† Quem caſtigationis modum ſeruare præceptores oportet pulchrè Quintilian. li. 1. Inſtit. orat.

** Flo. de Aquilia. ſ. dixi.*

Denuntiare quis tenetur.

a Facit ad hoc c. qui tacet. extra de re. iu. in 6. vbi etiā per Dyn. et do. Ioan. And. in Mercurialibus.

xiſſe. Secũdo, vt in id tãtùm in quo habitauit poſtea. Tertiò, vt in id totũ quo habitauerit ex primo: vt tunc reſpiciat exceptionem, niſi in ſcrip. &c. & dic vt tunc in totum primum. Secundo vel ſolũ quo poſtea. Tertium vel in nullum. Addo quartũ, vel ſicut in ruſtico. Ex prædictis autem collige tria: & quatuor. Primo ex tribus redde excipiendo de quatuor primũ, ſecũdum & vltimum. Secundo, primum & tertium & vltimum. Tertio, quæ ſunt tria poſt primum; ſecundũ Io. Hanc notulam Io. ab illo loco tria & quatuor, ſic expone: Tria ſunt, ſcilicet primo dicta vſque illuc, & tunc &c. Secũdum quæ exponitur, prout quiſq; &c. ſed quatuor quæ ſunt ab inde vſque illuc, ex prædictis &c. ſecundum quæ quatuor expone exceptiones quæ ſunt in tex. niſi in ſcriptis &c. hoc modo, quatuor .ſ. ſunt quorum quodlibet poteſt poni in exceptione. nam & ſi verbum illud, prout quiſque &c. exponatur ſecundum primum modum de tribus, duo alij modi ponuntur in excipiendo. ſi exponatur ſecundo modo, excipitur primus & tertius modus. Si vero tertio modo, duo primi ponuntur excipiẽdo: additur & quartum in quolibet: vel ſicut in ruſtico. Secunda placet. & no. ꝙ tantum valet facere exceptionẽ de duobus ex tribus addito, vel ſicut in ruſtico, quantum excipere tria ex quatuor. Quinto etiã modo poſſunt exponi illa verba, niſi in ſcriptis &c. ſ. quãdo in ſcriptis certum tempus comprehenſum eſt: niſi aliud dictum eſt: vt ſit idem ſicut in ruſtico. ſed Iaco. dixit, ſexto, id eſt vbi primus cõtractus fuerit in ſcriptis. quod non placet: vt ſ. de pac. l. pactum. Vel dic ſeptimo, niſi in ſcriptis, id eſt niſi iterum conducat. Item quid ſi prima locatio fuerit minus anno in ruſtico? Reſpon. adhuc dico ſecundum Azo. videri in annum. ſecus in vrbanis: vt dicit. ſed quare ſecus? Reſpon. quia non eſſet vtile minus anno in ruſticis, cùm ſemel in anno colligantur fructus in ruſticis: ſed in vrbanis etiã vna die eſſet vtile. Item quod ſi in ruſticis tantum biennio vel quinquẽnio percipitur fructus, tamen ſemel videtur in tantum reconduxiſſe, & non in annum ſolum. Vel quid ſi bis in anno videtur reconductio in minus anno: argu. j. ſol. mat. diuortio. §. qui in anno. & §. item ſi locatio. ſed durum eſt ab hac. l. recedere. item quid de mobilibus? Reſpon. non ſic, ſed finito tempore facit furtum, niſi credat dominum permiſſurum: vt j. de fur. inter cos. §. recte. & l. qui re commodata. & ſic in nullum tempus videtur reconduxiſſe.

Fl. conductioni.

habitauerit, ita & obligetur: niſi in ſcriptis certum tempus conductione † comprehenſum eſt.

XIIII. IDEM libro ſeptuageſimoprimo ad Edictum.

Qui ad certum tempus cõducit, finito quoq; tẽpore colonus eſt.[a] Intelligitur enim dominus cũ patitur colonũ in fundo[b] eſſe, ex integro locare.[c] Et huiuſmodi contractus[d] neque verba neque ſcripturam vtique deſiderant, ſed nudo conſenſu conualeſcunt. Et ideo[e] ſi interim[f] dominus furere cœperit, vel deceſſerit: fieri nõ poſſe[g] Marcellus ait, vt locatio redintegretur: & eſt hoc verum.

In actione ex conducto veniunt ea quæ hac lege exprimuntur. Barto.

XV. IDEM libro trigeſimoſecundo ad Edictum.

Ex cõducto actio cõductori datur. competit autẽ ex his cauſis fere,[h] vt puta ſi re quã cõduxit, frui ei non liceat: forte quia poſſeſsio ei aut totius agri aut partis nõ præſtatur, aut villa non reficitur,[i] vel ſtabulum vel vbi greges ei⁹ ſtare oporteat. vel ſi quid in lege conductionis conuenit, ſi hoc nõ præſtatur ex conducto agetur.

Propter caſum contingentem in fundo vel fructibus antequam ſeparentur à ſolo, fit remiſsio mercedis ſi damnum eſt incurabile: ſecus ſi contingit in fructibus iam collectis. Item vbertas vnius anni cum ſterilitate alterius compenſatur. Bartolus.

Si vis tẽpeſtatis calamitoſę cõtigerit, an locator conductori aliquid præſtare debeat,[k] videamus. Seruius omnem vim cui reſiſti non poteſt, dominũ colono præſtare, debere ait: vt puta fluminũ,[l] graculorũ,[m] ſturnorũ, & ſi quid ſimile acciderit: aut ſi incurſus hoſtiũ fiat. Si qua tamen vitia ex ipſa re oriãtur, hęc dãno coloni eſſe: veluti ſi vinũ † coacuerit: ſi raucis[n] * aut herbis ſegetes corruptę ſint. Sed et ſi labes † facta ſit, omnemq; fructum tulerit, damnũ coloni nõ eſſe: ne ſupra damnum ſeminis amiſsi mercedes agri pręſtare cogatur. Sed & ſi vredo[o] fructum oleæ corruperit, aut ſolis feruore non adſueto id acciderit: damnũ domini futurum. Si verò nihil extra cõſuetudinẽ acciderit: damnũ coloni eſſe. Idemq; dicendũ, ſi exercitus prætereiẽs per laſciuiã aliquid[p] abſtulit. Sed & ſi ager terręmotu ita corruerit, vt nuſquam ſit: dãno domini eſſe. oportere enim agrum pręſtari cõductori, vt frui[q] poſsit. Cũ quidã incendiũ fundi[r] allegaret, & remiſsionẽ deſideraret, ita ei reſcriptum eſt: Si prædium coluiſti,[s] propter caſum incẽdij repentini nõ immerito ſubueniendum tibi eſt.

Nota hic, quòd verba accipiuntur ſecundum naturam contractus: & ſic verba debent intelligi ſecũdum ſubiectam materiã. ſimile in l. damni infecti. in princ. infra de damno infecto. & l. ſi ſtipulatus. infra de vſuris. Bartol.

a Qui ad certam. Colonus eſt. id eſt durat alia tranſlocatio: vt infra. l. proxi.
b In fundo. poſt tempus finitum.
c Locare. vt & ſ. l. proxi. in fine.
d Contractus. ſcilicet locationis tacitæ.
e Et ideo. quia exigitur cõſenſus ſaltẽ tacit⁹: ideo &c. vt hic, & j. de preca. l. certe. in prin. & j. de op. l. ſi tibi. §. vnius. Acc.
f Interim. id eſt ante conductionem finitam.
g Non poſſe. immo videtur in tacito conſenſu furioſus cõſentire: vt j. ſol. mat. l. ij. §. pen. ſol. ibi ſpeciale propter patrem.
h Ex conducto. Fere. quia & ex alijs cauſis competit: veluti ſi quis in eam rem impenderit.
i Reficitur. ad quod tenetur locator. ſecus autem in fructuario & vſuario, quibus dominus nõ tenetur: vt ſupra. de vſufruct. ſed cũ fructuarius. §. j. & de vſu & habitatione. l. ſi domus. Accur.
k Præſtare debeat. vt eum ſcilicet exoneret à præſtatione mercedis: nõ vt dominus ad intereſſe teneatur: vt j. l. proxi. §. vbicunq;. ſic intelligitur. C. eo. l. excepto. Accur.
l Fluminum. alias fluminis, alias fluminũ. Accur.
m Graculorum. genera auium ſunt.
n Raucis. id eſt ſpinis. ADDITIO. Immo verò raucæ ſunt vermes terreni: de quib⁹ plura hic Budæus in priori. anno. ad Pandectas. Ceterum ſunt qui hic ruſcis legendum putent, nec male meo iudicio. Porro quid ſit ruſcum, facile quiuis vel ex lexicis didicerit.
o Sed & ſi vredo. id eſt ventus vrens fructus. Accur.
p Aliquid. modicum. ſ. alioquin cõtra: vt ſ. prox. §. ſi vis. & ad hoc C. de iure emphy. l. j. & infra de dam. infec. l. inter quos. §. damni. in fin.
q Vt frui. aliàs vt frui. & tũc plana eſt litera: vt ſ. ea. l. in princ. aliàs tolli. & tunc ſubaudi, ſcilicet fructus ex eo.
r Fundi. id eſt fructus fundi.
s Coluiſti. ideo dicit ſi coluiſti: quia ſi non coluiſti, ſtatim teneris ad intereſſe. vnde licet ſuperueniat incendium, non decreſceret obligatio: argu. j. de ædil. edict. iuſtiſsime. §. fin. & j. eo. l. ſi prius. Vel forte ſubaudiendum eſt, maximè. nam ſuperueniens incendium excuſat: vt ar. j. quod vi aut clã. ſi alius. §. eſt & alia. Vel ideo quia ſi non coluiſti, fructus non percepiſti: & ſic cõburi non poſſent. cùm non eſſent.

† Pli. li. 18. nat. hiſtor. cap. 17.
* runcis quidã legendũ cenſent. vt de runcare verbũ, quo verbo vſus eſt Cato libro de re ruſt. cap. 2. Colu. lib. 2. cap. 9. & Pli. lib. 18. ca. 21. Alciat. lib. Parerg. 7. cap. ſ. eruncis legendum putat.
† vide Bud. hic.

Si vno.} CASVS. Locaui tibi fundũ in v. annos. in vno fuit ſterilitas: & ſic remiſi mercedẽ illius anni. In ſecundo anno ſuperfuit vbertas. dicit ꝙ debes mihi reſtaurare pro præcedenti anno, etiam ſi in remittẽdo fui vſus verbo donationis. dicẽdo, dono tibi mercedem huius anni propter ſterilitatẽ. ſecus econtra ſi vltimus annus eſt ſterilis, & præcedentes vberes, nam ſi remiſi pro vltimo, ſciens vbertatem præcedentiũ, non poſſum poſtea petere reſtaurari. {CVM QVIDAM.} Propter ſterilitatem fit remiſsio, non propter hoc quòd habeat minus ſolito, habet tamen ſufficientér. {ITEM.} Quidam procurator Cæſaris, vel etiam homo priuatus cõduxit nauem à nauta, vt in ea merces portarentur: poſtea nauta nõ nauigat. dicit ꝙ reddat mercedem. {VBICVNQVE.} Locaui tibi fundum: fructus non percepiſti. refert an propter ſterilitatem: & tunc teneor tantum ad remiſsionem mercedis: & damnum ſeminis eſt coloni. an propter hoc quòd ego vel alius à quo te defendere potui, nõ permiſit te vti: & tunc ad omne intereſſe teneor. {INTERDVM.} Licet actio locati competat ad mercedem, tamen quandoque competit ad id ſolum vt liberetur locator à rei præſtatione, & de hoc ponit exemplum in l. ſeq. Viuianus.

Si vno.

Papinianus libro quarto Reſponſorum ait: Si vno[a] anno remiſsionem quis colono dederit ob ſterilitatē, deinde ſequentibus annis cōtigit vbertas, nihil obeſſe domino remiſsionem: ſed integram penſionem etiam eius[b] anni quo remiſit exigēdam. Hoc idem & in vectigalis[c] damno reſpondit. Sed & ſi verbo donationis dominus ob ſterilitatē anni remiſerit, idem erit dicendū: quaſi nō ſit donatio, ſed trāſactio.[d] Quid tamen ſi nouiſſimus erat annus ſterilis, in quo ei remiſerit? Verius dicetur, etſi ſuperiores vberes fuerunt, & ſcit[e] locator: nō debere eum ad computationem vocari.

Licet ſterilitas tribuat remiſsionem, ſecus tamen in exiguitate fructuum.

Cum quidam de fructuū exiguitate quereretur, nō eſſe rationem eius habendam, reſcripto diui Antonini cōtinetur.[f] Item alio reſcripto ita continetur: Nouam rem deſideras, vt propter vetuſtatem vinearum remiſsio[g] tibi detur.

Subtilem materiam habet iſte. §. & breuiter. h. d. Caſus contingens ex parte locatoris, propter quem impeditus vſus conductoris inducit repetitionem mercedis. h. d. Primo loquitur in quodam caſu ſingulari. Secundo ipſum vniuerſaliter extendit ad omnes. Secunda ibi, quod in omnibus, & in tota iſta materia appello conductorem illum qui dat pecuniam: locatorem illū qui dat operas, vel præbet vſum rei: vt l. 1. §. ſi quis. ſupra depoſiti. Bartolus.

B Item cum quidam naue amiſſa vecturam quam* pro mutua acceperat, repeteretur:[h] reſcriptum eſt ab Antonino Auguſto, nō immerito procuratorem[i] Cæſaris ab eo vecturam repetere, cū munere vehendi functus nō ſit. quod in omnibus perſonis[k] ſimiliter obſeruandum eſt.

*Vulg. quā pro mutuo nauta accep.

Propter caſum cōductor nō poteſt agere ad intereſſe, ſed ad exonerationē mercedis: ſecus ſi facto ſuo vel culpa impeditur. Bald.

Vbicūq; tamē remiſsionis ratio habetur ex cauſis ſupra relatis:[l] non id quod ſua intereſt cōductor cōſequitur: ſed

C

a *Si vno.* aliàs. §. Papi. & aliàs. l. ſi vno.

b *Etiam eius.* nō ſolū vberioris, ſed etiam &c. vt hic, & C. eo. licet. & ī. de annuis lega. l. legatū. §. vini phalerni. Sed quæro, quādo ſterilitas dicatur? dicunt quidā, quādo ſemen non eſt inde perceptum: vt ſ. ea. l. §. ſed & ſi labes. & ī. ea. l. §. vbicūq;. ſed Io. dicit, inſpici vulgi opinionem. Item dicunt recōpenſari, quādo bis tantum habuit quàm ſolitus erat habere: vt ſi ſolitus erat habere. xx. & habet xl. ſed Io. dicit, tunc quando tātum habuit in ſequenti, vt ſi compenſatione facta neutra dicatur ſterilis: vt ſi ſolitus erat habere. xxx. ſi habet. xv. non eſt ſterilis. pone ergo quòd in vno anno nihil habitum eſt: in ſequenti anno xxx. habita ſunt: tūc ergo petitur merces.

c *In vectigalis.* i. in dāno prædij pro quo vectigal præſtatur reipublicæ: vt hic, & ī. de cēſi. l. forma. circa princ. ibi, illā æquitatē &c.

d *Sed tranſactio.* id eſt à petitione receſsio. Et ſic not. hic, ex qualitate cōtractus verba accipi contra propriā ſignificationē, vt hic, & ī. e. l. in lege.

Verba quādoque contra propriā ſignificatione capiuntur.

e *Et ſic locator.* ſcilicet vbertatem præcedentium: quo caſu videtur donare, & ideo non debet vocari ad computationē: vt hic ſubiicit. ſ. vt computet vbertatem ſuperioris anni cum ſterili: in quo anno penſionē remiſit: ſecus autem ſi dominus ignorauit vbertatem præcedentium annorum: quod facile potuit euenire. tūc enim donare non videtur, nec renūciare computationi: ſicut nec pro pro futura libertate, niſi indiſtincte recipiatur computatio.

f *Cōtinetur.* niſi eſſet paſſus ſterilitatē: vt ſ. eo. l. proxi. §. ſi vis.

g *Remiſsio.* cùm debet colere & propagare vt bonus paterfamilias: & ideo non debet habere commodum de quo puniēdus eſt: vt ſ. de neg. geſt. l. ſiue hereditaria.

Commodū quis reportare nō debet vnde puniendus eſt.

h *Repeteretur.* i. exigeretur vt redderet.

i *Procuratorem.* qui nauem conduxerat. Accur.

k *Perſonis.* nō ſolum in procuratore Cæſaris. repetitur ergo vectura à nauta, ex quo non nauigauit caſu fortuito impeditus. Sed cōtra. ī. eo. l. pe. §. nauē. Sol. ibi culpa cōducentis nauem retēta fuit nauis, vt quia illicitas merces intulit, & eius facto etiā dominus nauis naue caruit: hic autē nulla fuit culpa conductoris. merito ergo mercedē hic repetit ſecundum Ir. Vt autem plene circa hoc habeas, dic ſecundum Azo. ꝙ locat quis quandoque res, quandoque operas, quandoque rē & operam. Cùm rem ſuam locat, ſiue ſtetit per eum, ſiue per caſum fortuitum ex ipſius parte contingentem, quo minus conductor re vtatur, tenetur actione ex conducto, ſed in primo caſu. ſ. cùm per locatorem ſtetit, agitur ad intereſſe, in quo etiam lucrum continetur. Vel ad pœnam quam præſtari rupta fide conuentionis placuit ſi cōductor penſionibus paruerit, & vt oportet coluerit: nec in re locata male verſatus fuerit: vt C. e. l. æde. & l. ſi de fundo. & ſ. e. l. ex cōducto. & ī. eo. l. quæro. §. inter. & ī. hac l. §. vbicunque. ibi, plane &c. & ī. e. l. ſi fundus. ibi, nam ſi colonus &c. & l. ſi in lege. §. colonus. In ſecundo autem caſu, ſcilicet quòd per caſum fortuitum vt penſio pro rata remittatur, vel reddatur, veluti ſi ædes locatæ exuſtæ fuerint, vel ager terræmotu corruerit: vt ſ. eo. l. ſi quis domum. in fin. & l. ex conducto. §. j. & ī. eod. l. ſed addes. §. ſi quis. & hac. l. §. vbicunque. & l. qui inſulam. §. ædilis. Idem eſt ſi locator rē ex neceſsitate demolitus eſt. ſ. locatam, vel proprijs vſibus probauerit neceſſariam, vel conductor iuſti timoris gratia migrauerit: vel frui ab eo prohibeatur, quem locator propter vim maiorem aut potentiam eius prohibere non poteſt: vt ī. eo. l. qui inſulam. & l. ſi fundus. & l. perinde. & l. & hæc diſtinctio. & l. habitatores. & C. eo. l. æde. ſi verò ſtetit per cōductorem, vel per caſum fortuitum ex eius par-

Locationis genus triplex.

A te contingentem quo minus re locata vtatur, ſolidam penſionem præſtare cogitur: vt ī. eod. l. colonus. §. nauem. Cum autem quis operas ſuas locat, vel rem & operam, nec per eū ſtat quo minus eas ſoluat, ſed per cōductorem, licet caſu fortuito impeditum: mercedem totius temporis cōſequetur: vt de ſcriptore dicitur: & de eo qui mācipia vehenda conduxit: & de herede aduocati, à quo non repetitur ſalarium: quia per eum non ſtetit quo minus cauſam ageret: vt ī. de var. cog. l. j. §. diuus Seuerus. & ī. e. l. ſed addes. §. cum quidam. & l. qui operas. & l. ſi fundus. & ſ. ad le. Rho. de iac. l. ſi vehenda. Si verò ſtetit per locatorē quo min⁹ operas præſtet, vel per caſum fortuitum in ſua perſona contingentem, tenetur in primo caſu ad intereſſe. In ſecundo vt penſionem remittat, vel reddat pro rata tēporis quo eas nō præſtitit: vt dicitur de eo qui munere vehendi functus non eſt: vt C. lo. l. ſi hi. & in hac. l. §. item cum quidam. & C. de condi. ob cau. l. aduocationis. Ir. Si opponatur ꝙ caſus fortuitus nō debet in bonæ fidei iudicio venire poteſt dici non venire. ſ. vt teneatur locator operarum ad intereſſe: nec petere poteſt ſolidam penſionē: quia caſus fortuitus non debet conductori nocere, & prodeſſe locatori. Dicet quis, & nonne vēditor etiā ſi res vēdita caſu fuit amiſſa, pretium cōſequitur? ergo & iſte mercedem: licet caſu fuerit impeditus præſtare operas? Reſp. aliud eſt in venditore qui certat de damno vitando. nā ſi non haberet pretium, dānum rei ſuæ pateretur. locator autē certat de lucro, cùm nihil de ſuo amiſerit: ar. ī. de condit. & demon. l. Titio fundus. §. j. Itē videtur contra quod eſt. ī. de var. & extraordi. cog. l. j. §. pen. & de ſtatuli. l. cum heres. §. antepe? Reſpō. ſpeciale eſt in libertate & in aduocatis. nec ob. huic. §. quod dicitur. C. de cōdic. ob. cau. l. pe. quia vt ſ. dictum eſt. loquitur cū contingit caſus in cōductore: ſecus in locatore: ar. C. de condi. ob cau. da. ſi militem. Item contra videtur ſ. de condi. ob cau. da. ſi pecuniā. j. reſp. ibi, & cùm per te non ſtetit &c. Reſpon. illud dicit diſputando. eſt enim alia ratio repetendi, quia non eſt ſecutū id propter quod dedi. vnde etſi non ſit contractus in quo liceat pœnitere, dabitur tamē repetitio: vt ī. e. l. ſi. & l. ſi pecuniam. §. ſi. Item videtur cōtra. ſ. de cond. ob cau. da. l. iij. §. ꝙ ſi Stichus. Sed ibi contingit caſus non in manumittente, ſed in manumittendo. vnde diſtinguitur fuerit in mora, vel non. Itē pro hoc eſt ſ. ad l. Rho. de iact. qui leuandæ. §. ſi vehenda. &

D in ea. l. ar. cōtra. §. ſi ea. Vel dic (quod eſt verius) vbicunq; tantum operas, vel rē & operas loco, vel ex innominato contractu aliquid pro ſpecie facerē conueni: ſi caſu fortuito impedior vel in mea vel in alterius perſona, vel quocūq; modo cōtingente, nihilo minus mercedē vel cōuentam rem perſequi poſſum, niſi culpa vel mora mihi poſsit imputari. nā leges in hoc cōſonare videntur: vna tamen videtur aduerſarij cū diuiſione modica: vt ſ. de cōdic. ob cau. da. l. ſi pecuniā. §. ſed vbi. hoc ſi tale ſit impedimentū, vt nullo modo poſsit decetero operari quod cōuenit. ſi verò ad tēpus eſt impeditus, ſuppleat in ſequēti quod in tēpore præcedenti non potuit: quia ſaltē hodie faciendum eſt, niſi pœniteat eū cui erat faciendū. quod autē de pœnitentia dico, ad contractū innominatū tantum referendum eſt. ADDITIO. Not. ex hac glo. ſecundum Bal. hic, ꝙ ſi ille qui debet præſtare operas, eſt impeditus certo tempore, poteſt ſupplere alio tēpore: & totam mercedem conſequitur, niſi operæ deberentur ex contractu nominato. & pœniteret eum cui operæ ſunt præſtandæ. Circa quod vide quod no. Azo. in ſumma. C. eo.

l *Supra relatis.* vt ſupra proxi. §. ſi vis.

mercedis exoneratioñe pro rata. Suprà[a] deniq; damnum ſeminis ad colonũ pertinere declaratur. Planè ſi fortè dominus frui nõ patiatur vel cũ ipſe locaſſet, vel cũ alius alienũ, vel quaſi ꝓcurator,[b] vel quaſi ſuum: quod intereſt,[c] præſtabitur. & ita Proculus in procuratore reſpondit.

Pupillus reſtitutus vt adeat, agit vt à locatione defuncti liberetur ſi res alij locata erat: ſed contra tutorem habet regreſſum ſi fuit in culpa abſtinendi. h. d. cum l. ſeq. Bartolus.

Interdũ ad hoc ex locato[d] agetur, vt quis locatione liberetur,[e] Iulianus libro quintodecimo Digeſtorũ ſcripſit: vtputa Titio fundũ locaui, isq; pupillo herede inſtituto deceſsit: & cũ tutor cõſtituiſſet abſtinere pupillum hereditate, ego fundũ pluris locaui: deinde pupillus reſtitutus eſt in bona paterna. ex cõducto nihil amplius eum conſecuturũ, quàm vt locatione liberetur. mihi enim iuſta cauſa fuit locandi:

XVI. IVLIANVS libro quintodecimo Digeſtorum.

CVm eo tempore in pupillum actiones nullæ darentur.

XVII. VLPIANVS libro trigeſimoſecundo ad Edictum.

TVtelæ tamẽ cum tutore iudicio (inquit) aget, ſi abſtinere non debuit.

XVIII. IVLIANVS libro quintodecimo Digeſtorum.

IN quo inerit etiam hoc, quod ex cõductione fundi lucrum[f] facere potuit.

XIX. VLPIANVS libro trigeſimoſecundo ad Edictum.

SEd addes † hoc Iuliani ſententiæ, vt ſi colluſi ego cum tutore: ex conducto tenear in id quod pupilli intereſuit.[g]

Qui locat vaſa vitioſa ſcienter vel ignoranter ad totũ intereſſe tenetur. in alijs rebus diſtinguitur ſciens ab ignorante. Bart.

Si † quis dolia vitioſa ignarus locauerit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id qđ intereſt: nec ignorantia eius erit excuſata.[h] et ita Caſsius ſcripſit. aliter atq; ſi ſaltum paſcuũ locaſti in quo herba mala[i] naſcebatur. hic enim ſi pecora vel demortua ſunt, vel etiam deteriora facta. quod intereſt præſtabitur ſi ſciſti. ſi ignoraſti, penſionem non petes. & ita Seruio Labeoni, Sabino placuit.

Locator fundi tenetur præſtare colono inſtrumẽta fructuũ liquidorũ quærendorũ cauſa neceſſaria: niſi aliter actũ ſit. Barto.

A Illud nobis videndum eſt, ſi quis fundũ locauerit, quæ ſoleat inſtrumenti nomine conductori præſtare: quæq; ſi non præſtet ex locato[k] tenetur. Et eſt epiſtula Neratij ad Ariſtonem, dolia vtique colono eſſe præſtanda, et prælũ[l] & trapetũ[m] inſtructa funibus. ſi minus[n], dominum inſtruere ea debere: ſed & prælũ vitiatũ dominũ reficere[o] debere. Quòd ſi culpa coloni quid eorũ corruptũ ſit, ex locato eũ teneri. Fiſcos autẽ quibus ad premẽdam oleã vtimur, colonum ſibi parare debere Neratius B ſcripſit. Quòd ſi regulis[p] † olea prematur, & prælũ[q], & ſuculã[r], & regulas, & tympanum, & trochleas quibus releuatur prælum, dominũ parare oportere. Item aenũ in quo olea calida aqua lauatur, vt cetera vaſa olearia, dominum præſtare oportere: ſicuti dolia vinaria, quæ ad prę́ſentẽ vſum[s] colonũ piccare oportebit. Hæc omnia ſic ſunt accipiẽda, niſi ſi qđ aliud ſpecialiter actum ſit.

Poteſt ſolui vna quantitas pro alia, ſi hoc dictũ ſit, & ſub æſtimatione eius quod dictum eſt. Bart.

C Si dominus exceperit[t] in locatione vt frumẽti certum modum certo precio acciperet, & dominus nolit frumentum accipere, neq; pecuniã ex mercede deducere: poteſt quidẽ totam ſummam ex locato[u] petere: ſed vtique conſequens eſt exiſtimare, officio iudicis hoc cõuenire, habere rationem quanto conductoris intererat, in frumento potius quàm in pecunia ſoluere penſionis exceptam portionem, Simili modo & ſi ex conducto agatur[x], idem erit dicendum. Si inquilinus oſtium, vel quędam alia ædificio adiecerit: quæ actio locum habeat? Et eſt verius (quod Labeo ſcripſit) competere ex conducto actionem, vt ei tollere liceat[y]: ſic tamen, vt damni infecti caueat: ne in aliquo dum aufert, deteriorem cauſam ædium faciat, ſed vt priſtinam faciem ædibus reddat.

Locator tenetur præſtare cõmoditatem inquilino ad aſportandum res D quas ipſe induxit in domũ, ſi cõmode aſportari poſſunt ſine damno domus: alias tenetur cauere de dam. infect. h. d. cum. §. ſeq. Pau. de Caſt.

Si inquilinus arcam æratam*[z] in ædes contulerit, & ædium aditũ coanguſtauerit dominus, verius eſt ex conducto eum teneri[a], & ad exhibendum actione, ſiue ſcit, ſiue ignorauerit[b]. Officio enim[c] iudicis cõtinetur, vt cogat eum aditum & facultatem inquilino præſtare ad arcam tollendam, ſumptibus ſcilicet locatoris.

Ad repetendum penſionem ſolutam ante tempus, ſi conductor non poteſt frui re, competit actio ex conducto, non condictio indebiti, ſed ad repetendum ſolutum plus quàm debeatur per errorem, cõpetit indebiti cõdictio. h. d. Pau. de Caſt.

Si quis, cùm in annũ habitationem cõduxiſſet, penſionẽ totius anni dederit: deinde inſula poſt ſex menſes ruerit, vel incendio conſumpta ſit: pẽſionem reſidui temporis rectiſsimè Mela ſcripſit ex conducto actione repetiturum[d], non quaſi

---

a *Suprà.* ſ. in §. ſed & ſi ſabes. & l. proxi.
b *Quaſi procurator.* ſciens ſe non eſſe procuratorem: vt infra eod. l. & hæc diſtinctio. j. reſpon.
c *Quod intereſt.* ſi verus dominus prohibeat. Azo.
d *Ex locato.* id eſt ex conducto.
e *Liberetur.* vnde videtur agendum ex locato, vt locator à locatione liberetur, id eſt à rei præſtatione.
f *IN quo. Lucrum.* vt & C. arbi. tut. l. quicquid.
SEd addes. CASVS. in hoc textu ſatis eſt clarus, niſi in §. fin. in quo ſic ponẽ: Locauit ſcriptor operas ſuas in annũ cuidã ſcholari. deinde deceſsit ſcholaris ante annũ. reſp. habebit nihilo minus ſcriptor mercedem totius anni, ſi non ſtat per eum, & ſi alij eaſdem operas nõ locauit. Viuia.
g *Intereſuit.* facit ad hoc ſupra de act. emp. l. Iulianus. §. ſi quis colludente. & de dolo. l. ideoque. & j. pro empto. l. qui fundum. §. procurator.
h *Excuſata.* hoc ſpeciale in vaſe locato, vt omne intereſſe veniat etiam extra rem. ſecus in venditione: vt s̃. de act. emp. l. Iulianus. in princ. & l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. & l. tenetur. in princi. Item aliud in commodato: vt dixi s̃. cõmo. in rebus. §. item qui ſciens. Accur.
i *In quo herba mala.* vt peſtifera: vt C. de ædil. acti. l. pe. ſed cur aliter? Reſpon. quia in dolijs ignorare nõ debuit. in paſcuis verò iuſtè potuit ignorare. nam quæ facilius ſciri poſſunt, ſi ignorentur, grauius coërcentur.
† *In hanc legem multa Budæus hic in prioribus annota. ad Pandectas.*
† *Facit ad hunc §. ca. cum ſit ars. cũ gl. ſuper verbo, deprehendi, extra de æta. & qualitate.*
k *Ex locato.* id eſt iure locationis ex cõducto. Vel dic, id eſt ex conducto.
l *Et prælum.* id eſt inſtrumentum cum quo premitur
m *Et trapetum.* id eſt inſtrumentum trabibus conſtructum & funibus.
n *Si minus.* id eſt ſi nõ ſunt inſtructa.
o *Reficere.* vt ſupra de act. em. l. fũdi. in prin. contra. Sol. ibi in venditione: hic in locatione.
p *Regulis.* id eſt tabulis.
q *Prælum.* preſſoriũ.
r *Suculam.* id eſt torcular: ſic dictum quia ſuccum olearum recipit. & hæc quæ ſequũtur, ſunt ſimilia inſtrumenta.
s *Vſum.* i. ſunt neceſſaria. Accur.
t *Si dominus exceperit.* id eſt conuenerit.
u *Ex locato.* cum non ſit ipſo iure ſublata.
x *Agatur.* pro tali intereſſe.
y *Tollere liceat.* vel ſi tolli nõ poteſt, ad impẽſas agitur ea actione: vt infra eod. dominus. §. in conducto. nõ autem vindicat: vt ſupra de rei vindi. l. habitator. aliter autem in fructuario qui non tollit infixa, ſed refixa ſic, ſiue euulſa: vt ſupra de vſufru. l. ſed & ſi quid inædificauerit. in prin.
† *In hunc locũ Pli. naturalis hiſt. lib. 15. cap. 6. & 7.*
z *Cameratam.* id eſt habentem tres cameras. h. d. vt denotet eius magnitudinem.
* *vulg. cameratam, id eſt arcuatã & cornicatã. Camera enim fornix eſt.*
a *Eum teneri.* ſ. dominum inquilino.
b *Ignorauerit.* locator illatam eſſe arcam.
c *Officio enim.* ſeruiẽte actioni: non quia ſit extra eam.
d *Repetiturum.* nam ſi non dediſſem, agerem vt liberarer.

quaſi indebitum condictu-rum. Non enim per errorem dedit plus, ſed vt ſibi in cauſam conductionis proſpiceret *. Aliter atq; ſi quis cum decẽ cõduxiſſet, quindecim ſoluerit. hic enim ſi per errorem ſoluit, dũ putat ſe quindecim cõduxiſſe: actionem ex conducto non habebit, ſed ſolã cõdictionem[a]. Nam inter eum qui per errorem ſoluit, & eum qui penſionem integram prerogauit, * multum intereſt.

Fl. proſpiceret. *Fl. prorogauit.*

Infante nato in naui, penſio non debetur. h.d. Bartolus.

Si quis mulierẽ vehẽdam naui conduxiſſet, deinde in naue infans natus fuiſſet: probandum eſt, pro infante nihil deberi:[b] cum neque vectura eius magna[c] ſit, neque his[d] omnibus vtatur, quæ ad nauigantium[e] vſum parantur. Ex conducto actionem etiam ad heredem tranſire, palam eſt.

Caſus contingens in perſonam cõductoris, eum non liberat à mercede, niſi locator alij ſuas operas locet. h.d. Bart.

Cum quidam exceptor[f] operas ſuas locaſſet, deinde is qui eas conduxerat, deceſſiſſet: imperator Antoninus cum diuo Seuero reſcripſit ad libellum[g] exceptoris in hęc verba: Cum per te non ſtetiſſe[h] proponas quo min' locatas operas Antonio Aquilę ſolueres[i]: ſi eodẽ anno mercedes ab alio non accepiſti, fidẽ contractus impleri æquum eſt[k]. Papinianus quoque libro quarto reſpõſorum ſcripſit, diem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus reſidui[l] tẽporis pręſtãdum, modo ſi non poſtea comites cum alijs eodem tẽpore fuerunt.

Si venditor locat rem venditam emptori quo ad pretium ſoluatur, ſolus conductor obligatur. h.d. cum l. ſeq. Bartol.

XX. PAVLVS libro trigenſimotertio ad Edictum.

SIcut emptio, ita & locatio ſub cõditione fieri poteſt. ſed donationis[m] cauſa contrahi non poteſt. Interdum[n] locator nõ obligatur, conductor obligatur: veluti cũ emptor fundũ cõducit, donec pretium exoluat.[o] *

XXI. IAVOLENVS libro vndecimo Epiſtularum.

CVm venderem fundũ, conuenit, vt donec pecunia omnis perſolueretur, certa mercede emptor fundum cõductum haberet: an ſoluta pecunia merces accepta fieri debeat? Reſpondit, B Bona fides exigit, vt quod conuenit, fiat: ſed non amplius præſtat is venditori, quàm pro portione eius temporis quo pecunia numerata non eſſet.

Fl. pretiũ ei ſoluat.

XXII. PAVLVS libro trigenſimoquarto ad Edictum.

ITem ſi pretio non ſoluto inempta res facta ſit, tunc ex locato[p] erit actio. Quotiens autem faciendum aliquid datur, locatio[q] eſt.

Si loco opus ædificandum in ſolo meo de materia conductoris, dicitur locatio: licet in me trãſferat proprietatem ſuæ materiæ: nõ autem emptio. Paulus.

Cum inſulam ædificandã loco,[r] vt ſua impenſa cõdu- C ctor omnia faciat: proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen[s] locatio eſt. Locat enim artifex operam ſuam, id eſt faciẽdi neceſſitatem.

In pretio & in penſione licitum eſt contrahentibus ſe decipere inuicem ſine dolo. Bartolus.

Quemadmodum in emẽdo & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere: quod minoris ſit, pluris vendere, & ita inuicem ſe circunſcribere[t] †: ita in locationib' quoque & conductionibus iuris eſt.

†Ne quis tamẽ in negotio circũueniat fratrem, vetat Paulus. 1. Theſſ. 4.

D XXIII. HERMOGENIANVS libro ſecundo Iuris Epitomarum.

ET ideo prætextu minoris penſionis locatione facta, ſi nullus dolus aduerſarij probari poſsit, reſcindi locatio non poteſt.

Quod committitur alterius arbitrio, intelligitur de arbitrio boni viri. Item qui habet arbitrium ſuper facto, non intelligitur habere ſuper termino facti. Item arbitrium doloſè latum nullius eſt momenti. h.d. Bar.

XXIIII. PAVLVS libro trigenſimoquarto ad Edictum.

a *Condictionem.* ſcilicet indebiti.

b *Nihil deberi.* nec pro mortuis in naui: vt ſupra ad le. Rho. de iac. l. fi. in prin.

c *Magna.* de paruis enim impendijs nõ eſt curãdum: vt hic, & j. de impen. in re. do. fa. l. omnino. Accur.

d *His.* vt puta ſedib' & cameris in naui. Ac.

e *Nauigantium.* id eſt eorum qui in naui feruntur. Accur.

f *Cum quidã exceptor.* quia excipiebat, id eſt redigebat aliqua in ſcriptis, expenſas forte, vel geſta, vel diſtinctiones quas colligebat à magiſtro alio dictante.

g *Ad libellum.* i. ad preces. in libello inſertas.

h *Nõ ſtetiſſe.* ſed per caſum fortuitum in perſona cõductoris contingentem. Accur.

i *Solueres.* id eſt exhiberes.

k *Aequum eſt.* vt C. de condi. cau. da. l. pe. & j. de le. j. legatum. §. j. & j. de var. cogni. l. j. & infra eo. qui operas. Sed contra ſ. eod. l. ex conducto. § item cum quidam. Solue vt ibi. {PAPINIANVS.} CASVS. Poteſtas Bon. deceſsit intra tempus adminiſtrationis ſalarium dabitur aſſeſſoribus ſuis eius anni poteſtariæ, niſi ſteterint cum alijs in eodẽ tempore. Accur.

l *Reſidui.* poſt mortẽ legati, modo ſi nõ &c. & ſupra de offic. aſſeſ. l. diem. Idem ſi eſſe poterant, ſecundum Io. quia tunc ſtetiſſe videntur.

SIcut. {INTERDVM LOCATOR.} Vendidi tibi fundum pro c. ſoluendis hinc ad annum. interim locaui fundum eidem emptori. fundus perijt. non teneor remittere mercedem, neque facere vt poſſit frui: & ſic ego non ſum obligatus: ſed cõductor mihi ſic. & ſimilis caſus eſt j. l. proxi. Viuianus.

m *Sed donationis.* ſicut nec emptio: vt ſ. de cõtrahẽ. empt. ſi quis donationis. Accur.

n *Interdũ.* & ſic claudicat contractus: vt ſ. mãda. l. poteſt. & j. de act. empt. l. Iulianus. §. antepe. Accur.

o *Exoluat.* non eſt enim obligatus locator idemque venditor ad exonerationem mercedis ſi res perierit: quia poſt perfectã emptionem omne commodum & incommodum ſpectat ad emptorem. & facit j. eod. l. proxi. nec ad rem tradendam vt frui poſsit. Accur.

ITem ſi pretio.} CASVS. Vendidi tibi fundum, vt ſi non ſoluas pretium hinc ad annũ, ſit inemptus, & x. mihi des mercedis nomine. non ſoluiſti pretium: agam ex locato ad mercedem. cetera ſunt plana. Viuianus.

p *Ex locato.* ſcilicet ſi res vendita ſit hoc pacto, vt pecunia non ſoluta res fiat inempta, & merces certa ſoluatur.

q *Locatio.* interueniente mercede in pecunia: vt j. de præſcript. ver. l. naturalis. §. j. & ſ. depo. l. j. §. ſi quis ſeruum.

r *Loco.* ſcilicet in ſolo meo, conducendo à te operas tuas. Accurſius.

s *Et tamen.* licet dominium transferre eſt contra naturam locationis: vt infra e. l. non ſolet.

t *Circunſcribere.* vt ſupra de mino. l. in cauſæ. §. idẽ Pomponius. hoc autem in pretijs, non vitijs rerum: vt diximus. ſ. de act. emp. l. Iulianus. in prin. Item hoc intellige dolo nõ interueniente ab aliqua parte: & ſic improprie dicitur ibi circũuentio vel deceptio: alioquin ſi dolus ineſſet, purgaretur: vt ſupra tit. j. l. Iulianus. §. ſi venditor. & §. per contrarium & §. ibidẽ Iulianus. & ſ. de inſtit. ſed & ſi pu. §. ſed & ſi aliàs. quæ ſunt contra. Sed nunquid eo ipſo eſt dolus quòd minore pretio ſciens emit, cùm venditor non putat eam eſſe maioris pretij. ſi enim ſcit, non videtur eſſe deceptus? Reſpon. non videtur, niſi aliquid dicat propter quod eum ad vendendum tali & tanto pretio induxit: vt quia dicebat & affirmabat eum non eſſe maioris pretij.

SI in lege.} CASVS. Locaui tibi opus ſcribendi ad ſex menſes, & vt tale faceres quod ego probarem, vel quod Titius probaret. intelligitur de boni viri arbitrio, ſi ego vel Titius male arbitraremur: puta opus probabile reprobam': nõ autem de die quicquam eſt arbitrãdum: cum in l. ſit dictum, niſi ſit actum vt & de die arbitraretur. Item ſi erat actum vt arbitrio conductoris: ſi iniquè & doloſè arbitretur, recurritur ſimiliter ad arbitrium boni viri. {SI COLONVS.} Præſupponitur quòd ea quæ in fundum inferuntur, ſunt tacite obligata pro mercede locationis. Nunc pone ſic caſum: Locaui Titio fundum certa penſione. Titius locauit eum Mæuio: vtrum res Męuij ſint mihi obligatæ, ſicut res Titij? dicitur quòd non: tamen fructus fundi erunt mihi obligati. cetera ſatis plana ſunt vſque ad l. in operis. Viuianus.

a *Si in lege.* id eſt in pacto.
b *Opus.* quod fuit locatum vt fieret in certum tempus.
c *Viri boni.* ſic & ſ. de contrahen. empt. l. hæc venditio. & ſ. pro ſocio. l. ſi ſocietatem.
d *Quod lege.* id eſt pacto.

SI in lege[a] locationis compreheſum ſit, vt arbitratu domini opus[b] adprobetur: perinde habetur ac ſi viri boni[c] arbitrium compreheſum fuiſſet. Idemque ſeruatur ſi alterius cuiuſlibet arbitriũ cõprehenſum ſit. Nã fides bona exigit vt arbitriũ tale preſtetur, quale viro bono cõuenit. idq; arbitriũ ad qualitatẽ operis, nõ ad prorogãdum tẽpus quod lege[d] finitũ ſit, pertinet: niſi idipſum[e] lege cõprehenſum ſit. Quibus conſequens[f] eſt, vt irrita[g] ſit adprobatio dolo conductoris[h] facta, vt ex locato agi poſsit.

Res ſecundi conductoris obligata primo conductori ex conuentione, non intelligitur obligata primo locatori. Bartolus.

Si colonus locauerit fundum, res poſterioris conductoris domino non obligãtur: ſed fructus in cauſa pignoris manẽt[i], quemadmodum eſſent ſi primus colonus eos percepiſſet.

Quando obligatio cõmittitur propter nõ factũ ab initio, & certũ eſt nõ poſſe fieri ex poſtfacto: ſtatim agitur ad dotale intereſſe, vt in contractibus bonæ fidei. Barto.

Si dom⁹ vel fundus in quinquenniũ pẽſionibus locatus ſit: poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationẽ, vel fundi culturam colonus vel inquilinus, cum eis ſtatim agere.[k] Sed & de his quæ præſenti die præſtare debuerunt, velut opus aliquod efficerent[l], propagationes[m] facerent, agere ſimiliter poteſt.

Quando obligatio committitur ad intereſſe propter maleficium, ab ipſo initio poteſt agi ad totale intereſſe, ſi illud maleficium ſuum effectum porrigit ad totum tempus. Item mora poteſt purgari intra paucos dies. Bartolus.

D Colonus[n], ſi ei frui nõ liceat, totius quinquẽnij nomine ſtatim rectè[o] aget, etſi[p] reliquis annis dominus fundi frui patiatur. Nec enim ſemper liberabitur dominus eo q; ſecundo vel tertio anno patietur fundo frui. Nã & qui expulſus à cõductio-

e *Idipſum.* vt prorogetur tempus. Accur.
f *Conſequens.* id eſt ſimile ſuperiorib⁹: quia ſicut pro nullo habetur approbatio dolo locatoris facta, vt nihilo minus teneatur ex conducto in quantum bono viro videbitur: ita in conductore dicendum eſt.
g *Irrita.* id eſt pro nõ facta habetur, adeo vt poſsit agi ex locato & conducto in quantum viro bono videbitur æquum.
h *Conductoris.* Erat forte dictum, vt arbitrio conductoris opus approbaretur.
i *Manent.* ſunt enim fructus fundi obligati: vt hic, & infra ea. l. qui fideiuſſor. & infra quibus mo. pig. tacite cõtra. l. in prædijs. Sed contra infra de pign. l. cum tabernã in prin. vbi etiam poſtea illata obligantur. Sed ibi ab eodem, non ab alio conductore. Item cõtra infra de pignori. l. j. §. cum prædium. Sol. vt ibi. Item contra ſupra de pign. ac. l. ſolutum. §. ſolutam. So. poteſt dici aliud in vrbanis. & aliud in ruſticis: vt hic. Vel quod hic dicit non obligari, verum eſt in totum: obligatur tamen pro parte: vt ſupra dicitur. Vel dic[a] quòd res iſtius poſterioris non erant inuectæ, ſed expreſſa cõuentione obligatæ primo colono. vt ibi dixi. Accur.
k *Statim agere.* etiam pro mercede futuri tẽporis: vt infra eod. l. habitatores. in fi. & l. dominus. §. fin. nam de ea quæ datur ratione præſentis tẽporis vel præteriti, non eſt dubiũ: vt ſubijcitur hic ſtatim[b]. Sed contra infra de migrando. l. j. §. ſi penſio. ibi, ita tamen &c. vbi dicit inquilinum non teneri de futura penſione, niſi nominatim actum eſt ne ante annum recedat. Solu. ibi loquitur cùm ex neceſsitate migratur: hic ex voluntate. nam & dominus ex neceſsitate poteſt inquilinum inuitum expellere: vt infra e. l. qui inſulam. in princip. & C. eo. l. iij. ergo eadem æquitate colonus vel inquilinus, neceſſaria cauſa interueniente, poterit migrare, ſecundum Ir. ſed Azo dicit quòd pro futura penſione nõ agit dominus: nec hoc hic expreſſe dicit: licet dicat quòd ſtatim poteſt agere: inquilinus tamen nõ agit interdicto de migrãdo, niſi ſoluat totius temporis penſionem, etiã futuri: hoc ta-

A men ita, ſi ſpecialis cõuentio fuit de nõ recedendo ante tẽpus: vt d. l. contraria. ſed certe licet ſic iſtam ſoluas: aliæ tamen remanent contrariæ. ſ. illa, habitatores. & illa, dominus: vt j. e. §. fi. vnde prima eſt verior.
l *Efficerent.* De quo faciendo conuenerat: puta foſſata in fundo facere vt conuenerat.

ne, in aliã ſe coloniam cõtulit. non ſuffecturus duabus[q]: neq;[r] ipſe penſionũ nomine obligatus erit: & quantũ per ſingulos annos compendij facturus erat, conſequetur[s]. Sera eſt enim patientia fruẽdi, quæ offertur eo tempore quo frui colonus alijs rebus illigatus nõ poteſt. Quòd ſi paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiã agit, om-
B niaque colono in integro ſunt: nihil ex obligatione[t] paucorũ dierum mora minuet[u]. Itẽ vtiliter ex conducto agit is, cui ſecũdũ cõuentionẽ nõ preſtãtur quę cõuenerãt[x]: ſiue ꝓhibeatur frui à dño, vel ab extraneo quẽ dominus prohibere poteſt[y].

Ad obſeruantiam contractus agitur ex conducto: ſed ad remiſsionem mercedis relictam in teſtamento, agitur ex teſtamento, h. d. notabiliter iſte. §. Pau. de Caſt.

Qui in plures annos fundũ locauerat, teſtamẽto ſuo dãnauit heredem, vt cõductorẽ liberaret[z]. Si non patiatur heres eũ reliquo tem-
C pore frui, eſt ex conducto actio. quòd ſi patiatur, nec mercedes remittat: ex teſtamento tenetur[a].

Si committitur merces arbitrio incertæ perſonæ, nõ valet. idem ſi certæ quæ noluit arbitrari, vel non potuit. h. d. Bart.

XXV. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

SI merces promiſſa ſit generaliter alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non videtur.[b] ſin autẽ quanti Titius[c] æſtimauerit: ſub hac conditione ſtare locationem, vt ſi quidem ipſe qui nominatus eſt, mercedẽ definierit[d] omnimodo ſecũdum eius æſtimationem & mercedẽ perſolui oporteat, & cõductionem ad effectũ peruenire. Sin autem ille vel noluerit, vel non potuerit mercedem definire: tũc pro nihilo[e] eſſe conductionem, quaſi nulla mercede ſtatuta.

Si emptor repellit conductorem, venditor tenetur ei ad intereſſe. Bartolus.

Qui fundũ fruendum, vel

m *Propagationes.* id eſt plantationes. Accur.
n *Colonus.* ſcilicet in quinquennium.
o *Statim rectè.* ſ. ad intereſſe, quanti ſi percepiſſet in toto tempore conductionis: deducitur tamen quantum valet plus, quia nunc percepit, quàm ſi temporibus ſequentibus perciperet: vt infra ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. quotiens. & ſic intellige etiam ſuperiorem. §. in caſu cõtrario.
p *Etſi.* id eſt quamuis.
q *Duabus.* ſ. conductionibus.
r *Neque.* pro non.
s *Conſequetur.* vt j. e. l. ſi fundus. in fi.
t *Obligatione.* quæſita locatori. Accur.
u *Mora minuet.* Nota paruam moram non æſtimari, cùm damnũ non afferat: vt hic, & ſupra de conſtit. pecu. l. ſed ſi alia. in prin. & de iudi. l. ſi debitori. & de contrahen. empt. l. qui fundum. in fin. j. reſpõ. & infra de verbo. oblig. ſi ita quis. §. Seia. & l. qui Romæ. §. Flauius. & ſupra de arbi. l. ſi cum dies. in fi. & l. ſeq. & l. litigatores. in prin. & in l. item ſi vnus. in princip. ibi, ſi multo.
x *Conuenerant.* puta vt poſsit vti: vt ſubiicit.
y *Prohibere poteſt.* ſi autem prohibere nõ poſſunt, tenentur ad hoc vt mercedẽ remittant, vel reddant ſi iam habent: vt infra eo. ſi fundus qui. in fi.
z *Liberaret.* à penſione ſequentiũ annorũ.
a *Tenetur.* vt infra de lib. leg. l. ei cui. & ſeq. & l. Caſsius.
b *SI merces. Non videtur.* ſicut nec venditio, niſi in caſu: vt infra de pig. l. ſi fundus. §. fin. Io. & eſt ratio: quia nec perſonã certam, nec quantitatem certam definierũt ſecundum Ir. vnde in aſſumẽda perſona poſſent diſſentire: vt ſupra de arbi. l. item ſi vnus. §. ſi in duos. ſed contra. C. de do. pro. l. ſi cum ea. vbi promiſsio dotis ſit incerta: & tamen tenet. Solu. ſpeciale fauore dotis eſt ibi.
c *Titius.* ſcilicet tertius. in contrahentis enim arbitriũ conferri non debet: vt ſ. de contrahen. empt. l. quod ſæpe. §. j.
d *Definierit.* vt bonus vir.
e *Pro nihilo.* vt inſti. de contrahen. emp. §. pretium. & l. locati. in princ. & j. de verb. oblig. l. fin. in fi. j. reſpon.

Locauit.

habitationē alicui locauit:[a] ſi aliqua ex cauſa fundũ vel ædes vendat, curare debet, vt apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat, alioquin prohibitus[b] is aget cum eo ex conducto.

Si habitatio incommmodatur, licet inquilino recedere. & ad penſionem pro rata tenetur. Bartolus.

Si vicino ædificãte obſcurẽtur[c] lumina cœnaculi,[d] teneri locatorem inquilino[e]. B Certè quin liceat colono vel inquilino relinquere cõductionem, nulla dubitatio eſt. De mercedibus quoq; ſi cũ eo[f] agatur, reputationis[g] ratio habenda eſt.[h] Eadē intellegemus ſi oſtia[i] feneſtráſve nimium corruptas locator non reſtituat.[k]

Conductor fundi tenetur omnia facere quæ ſecundum conſuetudinem locorum requiruntur. Bartolus.

Conductor omnia ſecundum legē cõductionis facere debet.[l] Et ante omnia colonus curare debet, vt opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat: ne intēpeſtiua[m] C cultura deteriorem fundum faceret. præterea villarum[n] curam agere debet,[o] vt eas incorruptas[p] habeat.

Damnum quod quis patitur ab inimicis propriis: ſua culpa pati intelligitur. Bartol.

Culpę autē ipſius & illud adnumeratur, ſi propter inimicitias[q] eius vicinus arbores exciderit. Ipſe quoque ſi ſi exciderit, non ſolum ex locato tenetur, ſed etiam lege Aquilia, & ex lege duodecim tabularum arborũ furtim cæſarum,[r] & interdicto quod vi aut clã. Sed vtique D iudicis qui ex locato iudicat, officio continetur, vt ceteras[s] actiones locator omittat[t].

Pro damno intollerabili fit remiſsio mercedis conductori: ſecus ſi ſit damnum modicum: quia tunc nõ fit remiſsio: ſicut nec augetur penſio propter modicum augmētum: & hoc non habet locum in colono partiario. h. d. Bartolus.

Vis maior, quam Græci θεοῦ βίαν* appellant, nõ debet conductori damnoſa eſſe, ſi plus q̃ tolerabile eſt, læſi fuerint fructus[u]: B alioquin modicũ damnum æquo animo ferre debet colonus, cui[x] immodicum lucrum nõ aufertur. Apparet autē de eo nos colono dicere, qui ad pecuniã numeratam conduxit: alioquin partiarius colonus quaſi ſocietatis iure[y] & dãnum & lucrum cum domino fundi partitur.

Qui locat operas ſuas tanquam artifex, tenetur de damno contingenti ex culpa leuiſsima illius, vel illorum quorũ opera vtitur. h. d. ſecundum intellectum, quem puto verum. Paul. de Caſtro.

Qui colũnam tranſportãdam conduxit, ſi ea dum tollitur aut portatur aut reponitur, C fracta ſit: ita id periculũ præſtat, ſi qua ipſius, eorumque quorũ opera vteretur, culpa acciderit. Culpa autem abeſt, ſi omnia facta ſunt quæ diligentiſsimus[z] quiſque obſeruaturus fuiſſet. Idem ſcilicet intellegemus et ſi dolia vel tignũ trãſportandũ aliquis conduxerit: idemq; etiam ad ceteras[a] res transferri poteſt.

Soluēti æſtimationē litis, cedēda eſt actio contra poſſeſſorem rei. h. d. Pau. de Caſtro.

Si fullo aut ſarcinator veſtimēta perdiderit[b], eoq; nomine dño ſatisfecerit: neceſſe D eſt domino vindicationem eorũ et cõductionē cedere[c].

*Græcè i. numinum tempeſtates, procellas, ſimiliaq; mala diuinæ ne… ſolent aſcribere. Alcia. lib. 1. prætermiſſ.

A ſuccedit: & alia ſimilitudinaria ratio: quia hoc cauetur in tributis: vt C. de allu. l. ij. hic ergo idē dicendũ: vt ſ. de le. & ſenatuſcon. l. nõ poſſunt. & l. nam vt. nec dicas aliud hic, aliud ibi: quia & hic non agitur niſi ex cõuentione. vnde ſi non petatur niſi id quod eſt conuentum, non eſt mirum. at ibi ex lege agitur. poteſt enim dici hic tacite videri cõuentũ in futuro incremento, quod eſt in primo pacto: vt j. de pact. do. l. inter ſocerũ. §. cùm inter. ea maxime ratione, quia quę poſtea emergunt, auxilio indigent: vt j. de interro. act. l. de ætate. §. ex cauſa. & infra de excep. rei iudic. l. ſi mater. §. eandē. ecõtra videtur in reb[9] principalib[9] nouũ canonē non exigendum: vt C. noua vec. inſtitui nõ poſſe. l. ij. & iij. nec in acceſsionibus: vt C. de paſcuis & palu. l. j. in princi. maxime ideo, quia mea diligentia quam in ampliatione fructuũ adhibui, mihi nocere non debet: ſed potius prodeſſe: etiam ſi aliàs teneri deberē: vt j. ad l. Falcid. l. iij. j. reſpõ. & ſ. de rei vin. l. ceterum. præterea non poteſt dici de eo pactũ quod ignorabatur: ſicut eſt in donatore: vt C. de dona. l. nec ignorans. & in Aquiliana ſtip. vt ſ. de tranſact. l. cum Aquiliana. nec poteſt dici idem pactum intelligi in incremento. quod dic vt ſ. e. l. ſed addes. §. ſi quis mulierē. & j. eo. ea lege. j. reſpõ. Sol, ſecundum quoſdam, quòd ampliatur merces propter incremētum fructuum. Sed cõtra hoc valde eſt quod dicitur. C. de fun. rei. l. ij. & de omni agro deſer. l. fin. Vnde apertius & latius diſtinguo, ſicut in ſterilitate diſtinguitur, contingat caſu fortuito, an conſueto, vel ex vitio, vel ex debilitate rei: vt in j. caſu fiat remiſſio: in alijs non: vt ſ. e. l. ex conducto. §. j. vſque in fi. & l. ſi vno. §. cum quidam. ergo ſic & ſi caſu fortuito contingat vbertas. Idem ſecus ſi diligentia poſſeſſoris: vt in prædictis ll. ſecundum Azo.

a *Locauit.* quia nec emptor nec legatarius habēt neceſſe ſtare colono: vt C. eo. l. emptorem. & j. eo. qui fundum.

b *Prohibitus.* ab emptore.

c *Obſcurentur.* multum, non modice: vt j. eo. habitatores.

d *Cœnaculi.* conducti.

e *Inquilino.* Heres autem poteſt obſcurare ædes in quibus teſtator reliquit vſumfru. dum tamen modicum lumen habitãtibus relinquat: vt ſ. de vſufru. l. ſi is qui binas.

f *Cum eo.* ſcilicet inquilino.

g *Reputationis.* vt tanto minus ſoluat inquilinus, quanto habitare non potuit.

h *Habenda eſt.* primo & ſecundo caſu.

i *Si oſtia.* domus locatæ.

k *Non reſtituat.* id eſt reficiat: quia poteſt haberi ratio, cùm locator reficere teneatur.

l *Facere debet.* etiam ſi nihil dictum eſt.

m *Intempeſtiua.* id eſt minus tempeſtiua, vel nimis ſera.

n *Villarum.* id eſt paruarum domuum.

o *Debet.* ſ. colonus.

p *Incorruptas.* quo ad ſe. aliàs contra. ſ. eo. ex conducto. in princ.

q *Inimicitias.* hoc intelligitur de illis inimicitijs quas conductor ſua culpa patiebatur: vt infra ſol. mat. l. pen. j. reſpon. & ſupra e. l. videamus. §. qui vinum. vel etiam ſine culpa. cùm enim habet inimicitias, cautius debet cuſtodire. eſt enim æquum vt quod eius culpa damnum patiatur locator, eidem locatori ſarciatur: vt hic, & ſupra cõmuni di. l. ſi is cum quo. & ad l. Rho. de iact. l. j. & ij. §. æquiſsimum. & ſupra. pro ſocio. l. cum duobus. §. quidam.

r *Cæſarum.* in duplũ: vt infra arbo. furt. cæ. l. furtim. in fi.

s *Ceteras.* ſcilicet rei perſecutorias: non pœnales, niſi in id quod excedit: vt ſ. commo. vnde quæritur. in fi. & j. eo. l. & hæc diſtinctio. in fi.

t *Omittat.* vna effectum ſortiente.

u *Fructus.* puta opinione hominum ſit ſterilitas: quod dic vt ſ. eo. l. ſi vno. in prin. hæc autem euenit forte vel propter exercitum, vel aliam vim. Accur.

x *Cui.* aliàs cui. ſ. colono. & aliàs cũ immodicũ &c. & dic immodicũ. i. valde modicũ, vel ſimpliciter modicũ. apparet ergo q̃ ſi maximũ fuerit lucrũ, puta quia in duplum creuerũt fructus, q̃ duplicari debeat merces vel ſeruitiũ quod pro re præſtatur: quia quod in vno permittitur, in alijs prohibetur: quia modicũ nõ aufertur. In altero. i. eius contrario, contrariũ ſtatuitur: vt ar. j. de teſti. ex eo. & ſ. de iudi. l. cũ prætor. j. reſpõ. accedit & illud, q̃ ſi deminuti eſſent fructus, deminueretur merces: vt C. e. l. licet. ergo ſi aucti fuerint, penſio debet augeri: & probantur hic duo cõcurrentia generalia. primum eſt, quia contrariorum eadē eſt diſciplina: vt j. de leg. iij. in l. fi. & j. vbi pu. edu. l. iij. § fi. Secundum eſt, quia emolumētum debet comitari onus: vt j. de reg. iur. ſecundũ naturã

y *Societatis iure.* vt ſ. pro ſoc. l. cũ duobus. §. quidã ſagariam.

z *Diligentiſsimus.* id eſt diligens: vt ponatur ſuperlatiuus pro poſitiuo: vt econtra ſæpe contingit. nec enim dubium eſt locatorem operæ non teneri de leuiſsima culpa: vt ar. ſ. commo. ſi vt certa. §. nunc videndum. & j. de reg. iuris. l. contractus. ſed ſecundum M. eſt ſpeciale in columna & alijs rebus quæ leuiter franguntur, vt exactiſsima diligentia præſtetur. Et no. hîc quem excuſari à culpa, ſi omnia faciat quæ diligens faceret: vt hic, & ſ. ad l. Aquil. ſi putator. & inſti. ad l. Aquil. §. item ſi putator. Accur.

a *Ad ceteras.* ſcilicet omnes, ſecundũ nos. ſed ſecundum M. ſcilicet ſimiles ſupradictis: cùm dixerit in talibus ſpeciale.

b *Perdiderit.* etiám ſi dolo: vt j. de re iud. in depoſiti. ſecus in eo qui ſimpliciter poſsidebat, ſecundum nos: vt ſ. de rei vin. l. is qui dolo. Accur.

c *Cedere.* ſcilicet fulloni. Accurſius.

In

IN *operis.*} C a s v s. Scriptor locauit operas ſuas vni, itē alia die alij: ita quòd in idem tempus concurrant ambo conductores. poſtea coram eodem iudice agunt ambo conductores: vel petunt ſententias exequi: cum ambo obtinuerunt: dicit primo priori ſatisfaciendum. Viuianus.

A e *Incidiſſet.* quia tignum ruptum vult reparare.

f *Demoliri.* i. remouere rupta, vt apponat ſana. Quid ſi ex voluntate facit? Reſpon. tunc fieri deductionem de mercede ſi vult pati. nam poteſt, ſi vult, reſiſtere: vt j. vti poſsi. ſi duo. §. cū inquilinus. Accurſius.

Operæ promiſſæ duobus, illi ſunt prius præſtandæ, cui prius ſunt promiſſæ. hoc dicit Paul. de Caſt.

XXVI. Vlpianvs libro ſecundo Diſputationum.

IN operis[a] duobus ſimul locatis, conuenit priori conductori ante ſatisfieri.

Modica incommoditas conductoris non inducit veram remiſſionem mercedis. hoc dicit. Bartolus.

XXVII. Alfenvs libro ſecundo Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

HAbitatores[b] non ſi paulo minus commodè aliqua parte cœnaculi vterentur, ſtatim deductionem ex mercede facere oportet. Ea enim conditione habitatorē eſſe[c], vt ſi quid trāſuerſariū[d] incidiſſet[e] quamobrem dominum aliquid demoliri[f] oporteret, aliquam partē paruulam incommodi ſuſtineret: non ita tamen, vt eam partem cœnaculi dominus aperuiſſet in quam magnam partem vſus habitator haberet[g].

Iuſtus timor facit vt fiat mercedis remiſſio licet non ſit ſecutum periculum: ſecus in timore iniuſto, vel ſi inde non receſſerit. Bartolus.

Iterum interrogatus eſt, ſi quis timoris cauſa emigraſſet, deberet mercedem, necne. reſpondit, ſi cauſa fuiſſet cur periculum timeret, quāuis periculum verè[h] non fuiſſet, tamen non debere mercedem. ſed ſi cauſa timoris iuſta non fuiſſet, nihilo minus deberei[i].

XXVIII. Labeo libro quarto Poſteriorum Epitomatorum à Iauoleno.

QVòd ſi domi[k] habitatione conductor æquè vſus[l] fuiſſet, præſtaturum: & etiam eius domus mercedem, quę vitium feciſ-
B ſet[m], deberi putat. Idem iuris eſſe, ſi poteſtatem[n] conducendi habebat[o], vti pretium cōductionis præſtaret. Sed ſi locator conductori poteſtatem conducēdæ domus nō feciſſet,[p] & is in qua habitaret conduxiſſet, tantū ei præſtandum[q] putat, quantum ſine dolo malo præſtitiſſet.[r] Ceterum ſi gratuitam habitationem habuiſſet,[s] pro portione temporis ex locatione domus deducēdum[t] eſſe.

Verbum ne, ſiue nève, important ne quis faciat: & quòd curet ne per alium fiat.

C XXIX. Alfenvs libro ſeptimo Digeſtorum.

IN lege locationis ſcriptū erat: *Redemptor[u] ſiluam ne cædito, nève cingito,[x] nève deurito, nève quem cingere, cædere, vrere ſinito.* Quærebatur, vtrū redemptor ſi quem quid earum rerum facere vidiſſet,

a *In operis.* hæc lex videtur ſibi cōtraria. nā dicit ſimul eſſe locatas, & dicit poſtea aliquē eſſe priorē. Sol. dico φ hęc dictio, ſimul, denotat idētitatē operarū eiuſdē hominis: & in idē tēpus faciendarū: non tēporis contractus, id eſt nō eadē hora. alioquin nullus eſſet ordo temporis, quod hic negatur. & probatur j. qui po. in pi. ha. l. ideque. §. ſi. Vel dic ſimul, id eſt eodē die: vt j. qui po in pig. ha. ſi fundus. §. ſi duo. Itē intellige ſecundū quoſdam hanc legem, quando corā eodē iudice ambo conductores agunt. nā tunc ex officio ſuo: quia ſimul vtriq; non poteſt operari, priori iubet ſatiſfieri. ſecus in chirographarijs creditoribus. nam omnes cōcurrunt in pecunia prout omnibus de rebus ſatiſfieri poteſt. nec obſtat ſupra de iudic. l. qui prior. quia licet in vētilatiōe cauſę ſit prior qui ante prouocauit, licet poſt conduxerit: non tamen in executione ſentętiæ. Vel dicas apud diuerſos agi. ſi tamen vnus iudex exequatur vtramque ſententiā, debet iubere priori ſatisfieri ante omnia. Item quęro, quomodo hic ęſtimatur priuilegiū in perſonali actione ex tempore: hoc enim eſſe nō debet: vt j. de priui. cred. l. priuilegia? reſp. hic ſecundus conductor ſciebat alij prælocaſſe operas, & non poſſe eum ſatisfacere duobus. ibi ignorabat. Vel hic in faciendo, vbi impoſſibile eſt vtrunq; ſimul fieri: ibi in dando. nā in dando nō æſtimatur ex tēpore, vt ſi vnus duorū tutelam fecit, primo vni, & poſtea alij: certe actione tutelæ ambo admittūtur æqualiter: vt d. l. priuilegia. ſed in hypothecaria ſecus. fallit autē hoc in dote, in qua ſiue perſonali ſiue hypothecaria agatur, conſulitur prius filijs primi matrimonij: vt C. qui pot. in pig. ha. l. aſsiduis. §. pen. Ex his contingit, quòd ſi quis obligauerit alicui priuato quæ habet habiturūſve eſt, & poſtea fiſco: præfertur priuatus in his quæ habebat tēpore obligationis. nam in his quæ poſtea quæſiuit, præfertur fiſcus: vt j. de iur. fiſc. l. ſi is qui mihi. Item intellige hanc. l. cum ipſum factum faciendum eſt: aliàs ſi intereſſe præſtādum eſt, tunc ſatisfit vtrique ſimul: vt dixi in perſonali.

Priuatus quandoque fiſco præfertur.

HAbitatores.} C a s v s. Locaui tibi domum quæ indiget aliqua refectione: & reficiendo impediris. ſi paruum damnum eſt, pati debes: alioquin remittam de mercede. Secundo, ſi colonus timens ruinam receſsit: an ſit remittenda penſio? ſi iuſte recedit, ſic, aliàs non. Tertio, ſi nihilominus habitaſſet, licet iuſte potuiſſet timere, debet mercedē. Quarto, ſi migrauit, & non aliā conduxit, & ego dedi ei poteſtatem ſecundæ conducendæ, tenebitur mihi ad totam mercedē. Idem ſi dedi ei mercedem ſecundæ conductionis. nam dare teneor: & ſic tenebitur mihi ad mercedem primæ, niſi magis velim remittere de prima penſione. Vltimo, ſi aliā habuit gratis: tunc tantum mercedem pro rata cum iuſte tenuerit: non autem dabo mercedem ſecundæ, cum nulla fuit. h. d. cum l. ſeq. Viuia.

b *Habitatores.* id eſt inquilini.

c *Habitatorem eſſe.* ſcilicet oportet.

d *Trāſuerſariū.* i. caſum fortuitū vel aliud nouū emergēs. Ac.

g *Haberet.* facit ad hoc s. cōmo. in rebus. §. poſſunt. & j. de impen. omnino. Acc.

h *Vere.* ſufficit ergo iuſtus timor, quamuis malum non cōtingat: vt & s. ad leg. Aquil. ſi quis fumo. §. quod dicitur. & j. de dam. infe. l. in hāc ſtipulationem. Itē hoc quando poſt conductionē cauſa timoris interuenit. ſecus ſi iam inerat: vt j. de dam. infect. l. qui bona. §. de illo. Sed ar. contra j. de dona. cauſa mor. l. pen. vbi etiā ſufficit non iuſta cauſa ſuſpicionis.

i *Debere.* ſcilicet pręſtare conductorē. Ac.

k QVòd ſi domi. quòd pro ſed. Azo.

l *Aeque vſus.* i. ſine cauſa migrauerit ſecundum Ir. & quod dicit vſus fuiſſet, dic, id eſt vti potuiſſet: quod nihil eſt. ſecundum hoc nil adderet prædictis. dic ergo, æque vſus, ſcilicet ac ſi nullam ruinā minaretur. nā in veritate minabatur.

m *Feciſſet.* poſt tempus locationis comprehenſum. Vel dic, ante: ſed pręſtatur pro præterito tēpore. Azo. & caue tibi: quia litera ſequens, deberi putat: eſt cancellata in lib. Ioan. & bene. vel ſi vis, dicas ſubaudiri, putat. Vel dic, ſcilicet Labeo. Accurſius.

n *Si poteſtatem.* ſcilicet quia tenetur etiam hic ad totam mercedem.

o *Conducendi habebat.* ſcilicet conductor aliā domum qui iuſte timet, ſubaudi, adeo habet poteſtatem, vt etiā conduxerit, & pretium, id eſt mercedem alterius locator conductori pręſtaret: & hoc intellige de alia ęque idonea domo: vt arg. ſupra eod. ſi quis domum. §. j. Vel dic, habebat poteſtatem ex pacto conducendi aliam, non tamen conduxit.

p *Non feciſſet.* puta non præſtando ei mercedem domus conducendæ. Azo. cum conductor domus migret vitio domus.

q *Præſtandum.* à domino vitioſæ domus.

D r *Præſtitiſſet.* ſ. pro ſecūda cōductione: & intelligas hic quòd teneatur dare locator mercedē ſecundę cōductionis: niſi mercedē pro rata temporis remittere velit. nā in plus teneri non debet: vt s. eo. l. ſed addes. §. ſi quis cum. vel compenſabitur. s. e. l. ſi quis in domum. & l. in lege. §. colonus.

s *Habuiſſet.* ſ. ſecundo: & hoc facta migratione. Accur.

t *Deducendum.* pro rata temporis conducendo, cum iuſte migrauit: non autem ad mercedem ſecundæ conductionis, quæ nulla fuit. Ex prædictis autem collige, ſecundum Ir. ſi domo conducta non vteris, ſiue vitium faciat, ſiue timor iuſtus immineat: cum tamen interim vel conducas aliam, vel poteſtatem conducendi habeas, non remitto tibi mercedem pro rata temporis, ſed pretium dumtaxat ſecundæ conductionis. ſed ſi abſque cauſa migras, mercedem omnino præſtas ſcilicet totius temporis. Accurſius.

IN *lege.*} C a s v s. Locaui ſiluam cuſtodiendam, & conueni mercede data cum cuſtodiente ſiluam, quòd aliquod damnum in ſilua non ſineret alium dare. quæritur an videns caſu teneatur prohibere aliquod dari damnum, an & curare vt videat? Dicitur quòd debet curare vt videat. Viuia.

u *Redemptor.* i. conductor, qui dicitur ſiluanus. Azo.

x *Cingito.* cingere. i. deglabrare: vt j. arb. fur. cæ. l. cedere. Io.

a *Vtramque.* ſ. vt ipſum prohibeat: & ꝙ videre procuret: non eſt tamen æquiuocũ: quia vtrumq; ſemper in ſe continet, ſecundum quoſdam. immo alterum: vt hæc litera clare innuit.
b *Cædere.* non eſt ergo ſimplex abnutiuum. Accurſius.
c *Cæderet.* vt j. l. prox. §. qui mulas. & j. de verb. ob. inter ſtipulantem. circa princ. & j. eo. ſi de damno. & hic no. obſcurũ. pactũ interpretari ꝓ eo qui rẽ appoſuit. Et ſic eſt contra. ſ. de contrah. empt. l. Labeo. & ſ. de pac. l. veteribus. Solu. ideo pro locatore fit interpretatio, ne illa adiectio, neve quem cingere &c. nil operetur. Sic eſt arg. opti. j. de leg. j. ſi quando. nil autem operaretur ſi id duntaxat ſignificaret: vt ſi quẽ earum rerum quod facere videret, prohiberet. nã per prima verba hoc idẽ ſignificabatur, quibus ꝓmiſit ſe non cęſurum. cædere enim videtur, qui patitur cædere: vt ſ. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. certe. & C. de ſa. ſan. eccle. l. iubemus. §. œconomus autem. & j. de iure pa. l. adigere. in prin. Vel dicas quòd hoc eſt ex officij ſuſcepti ſolicitudine. nam ex natura & qualitate contractus verba intelliguntur: vt ſ. eo. l. ſi vno ſecundundum Azo.

*Vulg. locauit. & ſanè veteres olim his vocibus promiſcuè vtebantur: vt l. veteres. ſupra de act. em.

Qvi inſulam.} Casvs. in hac l. eſt planus vſq; ad §. qui ædẽ. {Qvi aedem.} Conueni tecum vt faceres mihi curiam: & pro ſingulis pedibus darem tibi vj. aureos: & tu debebas facere totum de tuis ſumptibus, feciſti dimidiam: nunquid erunt menſurandi pedes facti: vt ſic ſoluã: an debemus expectare donec perficiatur antequã admenſuretur? & dicit ꝙ etiã ante quã ꝑficiatur. Vi.
d *Quod eius.* id eſt per quod. Azo.
e *Habitare.* niſi aliam conduxit, tũc id præſtaretur: vt ſ. e. l. quòd ſi domus.
f *Aeſtimari.* vt & j. prox. §. & j. eo. ſi fundus. §. fi. & l. & hæc diſtinctio. & ſ. eod. l. ſed addes. §. ſi quis cum.
g *Intereſſet.* vt & j. eo. & hæc diſtinctio. & ſ. eo. ſi tibi alienam. & l. nos videamus.

† Vulg. incend. facto combuſtæ ſunt.

prohibere deberet: an etiam ita ſiluam cuſtodire, ne quis id facere poſsit. Reſpõdi, verbum *ſinere*, vtramque[a] habere ſignificationem, ſed locatorem potius id videri voluiſſe, vt redemptor non ſolum ſi quem caſu vidiſſet ſiluam cædere[b], prohiberet: ſed vti curaret & daret operam, ne quis cæderet[c].

Refectio neceſſaria quæ impedit habitationem conductoris, inducit remiſsionẽ mercedis pro rata: non neceſſaria obligat locatorem ad intereſſe. Bartolus.

xxx. Idem libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

Qvi inſulam triginta cõduxerat, ſingula cœnacula ita conduxit*, vt quadraginta ex omnibus colligerentur. dominus inſulæ, quia ædificia vitiũ facere diceret, demolierat eam. Quæſitum eſt, quanti lis æſtimari deberet, ſi is qui totam conduxerat, ex conducto ageret. Reſpondit, ſi vitiatum ædificiũ neceſſariò demolitus eſſet, pro portione, quanti dominus prædiorum locaſſet, quòd eius[d] temporis habitatores habitare[e] non potuiſſent, rationem duci, & tanti litem æſtimari[f]. Sin autem non fuiſſet neceſſe demoliri, ſed quia meli⁹ ædificare vellet, id feciſſet: quanti conductoris intereſſet[g] habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere.

Conductori fit remiſsio mercedis pro rata temporis quo re frui non poteſt, etiam ſi alteri gratis conceſsit. h. d. Bart.

Aedilis[h] in municipio balneas conduxerat, vt eo anno municipes gratis lauarentur. poſt tres menſes incendio[i] facto †, reſpondit poſſe agi cum balneatore[k] ex conducto, vt pro portione temporis quo lauationem nõ præſtitiſſet, pecuniæ contributio[l] fieret.

h *Aedilis.* forte curulis, qui curam ædium habebat.
i *Incendio facto.* quo combuſtæ ſunt balneæ.
k *Balneatore.* id eſt cum domino balnei. aliàs locatore. Acc.
l *Cõtributio.* i. cõpenſatio. & facit ſ. eo. ſed addes. §. ſi quis cũ.
m *Conſulebat.* ſcilicet locator.
n *Rupiſſet.* ſi tamen in cuſtodiendo cõductoris probetur culpa: vt ſ. ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. & §. Proculus. & §. ſi mulier. Azo. & ſupra. l. prox. in fin.
o *In opus lapidis.* id eſt pro eo quod neceſſarium eſſet in opus lapidum: vt calcx, & arena, & ſimilia. Azo.
p *Et manus.* i. artificij: vt & j. de ver. ſig. l. mulieris. §. res abeſſe.
q *Pretio.* ſubaudi pro quo. ſ. pretium dabat conductor alijs.

r *Redemptori.* id eſt conductori.
s *Septem.* ſcilicet aureos. Azo.
t *Opus.* id eſt domo perfecta demum.
u *Imperfectum.* ædificiũ nondũ conſummatum: ſed non niſi pro conſummatis pedibus. Io. ſed alij dicũt etiam non factum ęſtimari: ſed hoc quomodo poteſt æſtimari quod non eſt?
x *Vetuſtatem.* ſuperfluum videtur pactum iſtud, cũ de his & ſine pacto non teneatur.
y *Fortuito caſu.* incenſa eſt. Azo. & incipit reſpondere.
z *Eam vim.* igitur incendium eſt vis.
a *Extrariam.* in generali ſermone ergo nõ cõtinetur perſona loquentis: vt & ſ. de act. emp. l. ſi mercedẽ. §. fi. & ſ. cõmunia præd. l. quicquid. & de ſena. l. j. in fi. & C. de ſol. l. inquiſitio. Sed arg. cõtra j. de ædil. edic. l. qđ ſi nolit. §. j. & ſ. de in diẽ addi. l. ꝙ ſi vno. §. fi. & l. antepe. & j. de pign. l. Paulus. § fi. Accur.

* Vulgi quod.
* Flo. manu pretio.

In nauem.} Casvs. Multi mercatores miſerunt frumenta in naue Saufeij, qui erat nauta, & fecit aceruũ communẽ conueniendo vt ex illo aceruo cuilibet redderetur tãta quantitas, quantam ibi miſit: & cum nauis ad portum veniſſet, reddidit vni: & antequã redderet alijs, nauis perijt cum alio frumẽto. quæritur an nautæ ſit periculũ. & antequam ſoluat, duo præmittit. Primo ꝙ rerum locatarum duo ſunt genera. nam quádoq; tranſit dominiũ, vt ſi do argentũ vt facias vas ex hoc vel ex alio. quandoq; non: vt in veſte data poſsidenti ſecũdum quòd rerũ depoſitarum duo ſunt genera. nam quandoq; tranſit dominiũ, vt in pecunia depoſita ad dominum: quandoq; non. ex quibus colligitur tertium. ſ. quod dominiũ frumẽti fuit factum Saufeij: & ideo recte reddidit. ſecus autem ſi fuiſſet ſeparatum, & vni reddidiſſet quod eſſet alterius, tũc teneretur nauta locati & furti: & q ſciẽs accepit, tenetur furti. an autẽ periculum frumenti amiſsi ſit nautę, quod fuit prima quæſtio? Dicit quòd non, ſi non fuit in culpa primæ redditionis: non autem fuit in culpa quòd vni reſtituit primo. Vi.
b *Saufeij.* nomen eſt exercitoris.
c *Confuderant.* id eſt contribuerant.
d *De cõmuni.* ſed hic expone, cõmuni. i. de aceruo cõmuni omniũ. factũ enim erat cõmune dominorũ voluntate permixtũ: vt inſti. de re. di. §. ꝙ ſi frumentũ. & ſ. de rei vin. l. ſi frumentũ. permanſit ergo cõmune: & cum vni redit, eodẽ momento fit Saufeij, & deſinit. ſic j. de dona. inter vi. & vxo. l. quę autẽ. §. fi. & de adquir. here. placet. ſecundum R. Vel dic cõmuni, id eſt communiter dato: & ſic non fuit cõmune, ſed ab initio factũ Saufeij. & hæc planior: vt j. quippe quod nautæ, &c.

Qui animal conductum onerat pondere grauiori: hac actione tenetur. Bart.

Qui mulas ad certũ põdus oneris locaret: cum maiore onere cõductor eas rupiſſet, conſulebat[m] de actione. Reſpondit, vel lege Aquilia, vel ex locato recte eum agere: ſed lege Aquilia tantùm cũ eo agi poſſe, qui tum mulas agitaſſet: ex locato, etiam ſi alius eas rupiſſet[n], cum conductore rectè agi.

Penſio quæ præſtatur ad menſuram tantum, pro rata operis facti peti poteſt. hoc dicit. Bartolus.

Qui ædẽ faciendã locauerat, in lege dixerat: *Quoad* in opus lapidis*[o] *opus erit, pro lapide & manus*[p] *pretio* *[q] *dominus redemptoris*[r] *in pedes ſingulos ſeptem dabit.*[s] quæſitum eſt, vtrũ factũ opus,[t] an etiã imperfectũ[u] metiri oporteret. Reſpondit, etiã imperfectũ.

Exceptio violentiæ intelligitur de ea quæ infertur ab extraneo: nõ de ea quæ à ſe vel à ſuis infertur. Bartolus.

Colonus villam hac lege acceperat, vt incorruptã redderet, præter vim & vetuſtatem.[x] coloni ſeruus villã incendit non fortuito caſu.[y] Non videri eam vim[z] exceptam reſpõdit: nec id pactum eſſe, vt ſi aliquis domeſticus eam incẽdiſſet, ne præſtaret: ſed extrariam[a] vim vtroſque excipere voluiſſe.

Actio oneris auerſi non habet locum in re quæ remanet locatoris, & cum actione alia non concurrit. Item debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei liberatur, ſi illa ſpecies caſu interijt. h. d. Primo ponit thema & quæſtionem. Secundo ponit quædam argumenta facientia ad determinationem quæſtionis. Tertio determinat quæſtionem. Secunda ibi, reſpondi. Tertia ibi, ſecundum quæ. Bartolus.

xxxi. Idem libro quinto Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

In nauem Saufeij[b] cum complures frumentũ confuderant,[c] Saufeius vni ex his frumentum reddiderat de communi:[d] & nauis

Perierat.

perierat[a]. Quæſitum eſt, an ceteri pro ſua parte frumenti cum nauta agere poſſunt oneris † auerſi [b] actione. Reſpondit rerum locatarũ duo genera eſſe: vt aut idẽ redderetur, ſicuti cũ veſtimẽta fulloni curanda locarentur.[c] aut eiuſdem generis redderetur: veluti cum argentum puſulatum [d] * fabro daretur, vt vaſa fierent[e]: aut aurum, vt anuli[f]. ex ſuperiore [g] cauſa rem domini manere: ex poſteriore[h], in creditum [i] iri. Idem iuris eſſe in depoſito. Nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, vt neque clauſam neque obſignatam traderet, ſed adnumeraret: nihil aliud eum debere, apud quem depoſita eſſet, niſi tantumdem pecuniæ ſolueret[k]. Secũdum quæ [l] videri triticum factum Saufeij, & rectè datum [m]. Quod ſi ſeparatim tabulis, aut beronibus, [n] * aut in alia culpa clauſum vniuſcuiuſq; triticum fuiſſet, ita vt internoſci poſſet quid cuiuſque eſſet, non potuiſſe[o] nos[p] permutationem facere: ſed tum poſſe eum cuius fuiſſet triticũ quod nauta ſoluiſſet, vindicare[q]: & ideo ſe improbare actiones oneris auerſi, quia ſiue eius generis eſſent merces quæ nautæ traderentur, vt continuò eius fierent, & mercator in creditum iret, nõ videretur onus eſſe auerſum: quippe[r] quod nautę fuiſſet. ſiue eadem res quę tradita eſſet, reddi deberet, furti [s] eſſe actionem locatori: & ideo ſuperuacuum[t] eſſe iudicium oneris auerſi. Sed ſi ita datũ eſſet, vt in ſimili re ſolui poſsit[u]: conductorem culpam dumtaxat[x] debere[y]. nam in re quæ vtriuſq; cauſa contraheretur, culpam deberi: neque omnimodo [z] culpam eſſe, quòd vni reddidiſſet ex frumento: quoniã alicui primùm reddere eũ neceſſe fuiſ-

B ſet, tametſi meliorem eius conditionem faceret, quàm ceterorum[a].

Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono, nec colonus ei. Bartolus.

XXXII. IVLIANVS libro quarto ex Minicio.

QVi fundum colendum in plures annos locauerat, deceſsit, & eũ fundũ legauit. Caſsius negauit poſſe cogi [b] colonum vt eum fundum coleret: quia nihil heredis intereſſet. quòd ſi colonus vellet colere: & ab eo cui legatus eſſet fundus,

C prohiberetur, cum herede actionem colonum habere: [c] & hoc detrimentum ad heredem pertinere: ſicuti ſi quis rem quam vendidiſſet, necdum tradidiſſet, alij legaſſet, heres eius emptori & legatario eſſet obligatus.

Si conductor frui non poteſt re abſque culpa locatoris, fit remiſsio mercedis pro rata. ſi locatoris culpa interueniat, ad totale intereſſe tenetur. Bartolus.

XXXIII. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

SI fundus quem mihi locaueris, publicatus ſit, [d] teneri te actione ex condu-

a *Perierat.* cum toto frumento quod remanſerat.

b *Oneris auerſi.* an eſt hoc proprium nomẽ actionis? quidam dicunt quòd non: ſed actio locati ſic appellatur, quando quis conduxit ſuo periculo. quod reprobatur. ideo dic quòd eſt proprium nomen actionis. nam ſi eſſet idem quòd locati, ergo competeret cũ actione furti: vt s̃. eo. ſi merces. §. culpæ. & j̃. eod. ſi locatum. quod nõ eſt in hac actione: vt j̃. ea. l. §. quòd ſi ſeparatum. in fin. Item quando habet locum actio oneris auerſi? Reſpon. quotiens onus alienum vel dolo vel culpa ſubmergeretur. ab auerto auertis. i. remoueo. & dicitur auerſi, & non aduerſi. vel dicitur aduerſi, ab aduerſitate: & tunc habet locum cũ conductor in ſe recipit periculum: & poſtea res perijt. vt plerunq; fit: vt j̃. eod. & hæc diſtinctio. & s̃. de pericu. & com. rei vendi. ſi quis vina. §. ſi auerſione. hic autem videbatur recepiſſe: cum in genere ſit in frumento acerui contracta obligatio. hodie autem hæc actio locum non habet: vt dices infra eodem. §. quòd ſi ſeparatum.

† *Auerſi oneris actio quæ ſit, vide Anton. Augu. li. emend. 3. cap. 6.*

* *Alci. li. 6. Parerg. ca. 4. puſtulatũ legendũ cẽſet. Bud. puſtulatũ.*

c *Locarentur.* & hæc eſt proprie locatio: vt j̃. eo. l. non ſolet.

* *Flor. heronibus.*

d *Puſulatum.* quidam libri habent puſillatum, id eſt purgatum & puſillum factum propter putredinem extractam. aliàs ponderatum: aliàs purgatum: aliàs purum datum.

e *Vaſa fierent.* ex hoc, vel ex illo. Azo.

f *Anuli.* vt fierent de eodem auro, vel de alio ſimili.

g *Ex ſuperiore.* quando datur vt idem reddatur.

h *Ex poſteriore.* quando datur vt eiuſdem generis reddatur.

i *In creditum.* ſcilicet generale: vt s̃. ſi cert. pet. l. j. ſic econtra conductor quandoq; transfert dominium in locatorem: vt s̃. eod. item ſi pretio. §. cum inſulam.

k *Solueret.* eſt ergo depoſitũ: ſed egreditur eius terminus notiſsimos: vt s̃. depo. l. Lucius Titius Sẽpronio. & l. diẽ. §. j. Acc.

l *Secundum quæ.* ſcilicet dicta in ſecundo caſu.

m *Datum.* i. redditum. & ſic ceſſat arg. oneris auerſi actio locum non habet. ſic econtra j̃. de verb. ſig. verbũ reddendi. niſi ſpecialiter contrarium caueatur: vt s̃. depoſi. l. j. §. eleganter.

n *Beronibus.* forte æneis vaſis. Accurſius. Budæus ſaccos interpretatur, quaſi perones, à pera.

o *Non potuiſſe.* id eſt non eſt credendum, vel dicẽdum in creditum itum eſſe hoc caſu: niſi manifeſtiſsime illud appareat.

p *Nos.* ſ. inuitos: quia ignorantes eramus de facto Saufeij.

q *Vindicare.* item agi poteſt ex locato: vt s̃. eo. item quęritur. §. & ſi pallium. & etiam furti contra ſuſcipientem ſcienter, & contra dantem.

r *Quippe.* id eſt quia: ac ſi dicat, non debet ſuſtinere onus auerſum, cuius merces fractæ ſunt reſtitutæ.

s *Furti.* cõtra Saufeiũ qui ſciẽs inuito domino contrectauit.

t *Superuacuum.* hac ratione ſemper ceſſat: quia locati ſemper cõpetere poteſt actio propter culpã cõductoris: vel furtũ, ſeu delictũ: ſed nec alibi dicit lex eã locum habere: & ita exuffla-

A tam eam omnino dicimus. ſed F. & R. dicunt eam habere locum etiam hodie. Sed ad quid ſecundum eos dabitur? Reſpõ. ad ea ad quę darentur locati & cõducti quando onus receptũ eſt in auerſione: vt j̃. ad leg. Falc. l. in ratione. §. incertæ.

u *Poſsit.* vt in noſtro caſu.

x *Dumtaxat.* nõ etiã caſum: licet tranſit in creditum. quod eſt no. dignum: licet aliter ſit dictum regulariter culpam eſſe, niſi forte ſtudioſe feciſſet. Et ſic no. quòd locus eſt gratificationi. Accurſius.

Gratificationi quandoque locus eſt.

y *Debere.* & aliàs pręſtare.

z *Omnimodo.* id eſt nullo modo in culpa eſt: potuiſſet autẽ eſſe in culpa, ſi ita eſſet depoſitũ, vt neutri redderet ſine altero. Et not. hic arg. quòd nõ intelligitur quis eſſe in culpa ſi facit quod neceſſe habet facere: vt hic, & j̃. ad Silla. l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. & infra de leg. ij. l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. Accurſius.

a *Quàm ceterorum.* quia ſuum ſaluum haberet.

QVi fundum.} CASVS. Locaui tibi fundum in quinquennium: in medio alij legaui, & deceſsi. heres meus non aget amodo contra colonum vt colat, quia ſua non intereſt. tunc legatarius poteſt deijcere colonum: & colonus aget contra heredem ad intereſſe: & ſic heres tenetur duobus ſcilicet legatario ad fundum, & colono ad intereſſe: vt in hoc alio caſu. ecce vendidi rẽ, & eandem legaui: heres meus legatario & emptori tenetur. Viuianus.

b *Cogi.* ſcilicet ab herede locatoris: de legatario autem non dubitabatur: quia non ſuccedit in ius defuncti, ſed heres. Accurſius.

D c *Habere.* vt j̃. de leg. j. l. nihil proponi. §. fi. & arg. s̃. eo. ſi merces. §. qui fundum.

SI fundus.} CASVS. Locaui fundũ, poſtea eſt publicatus: teneor ad remiſsionẽ mercedis. Secundo idẽ ſi locaui domũ ædificandã, & corruit ſolum. Tertio idẽ in vẽditione, ſcilicet ſi vendidi domũ, & publicata poſtea ſit: teneor ad reſtituendũ pretiũ: ſicut & ſuperioribus caſibus ad remittendũ mercedẽ. nam quãdo prohiberis frui ab eo à quo nõ poſſum te defendere, ad remiſsionẽ mercedis teneor: aliàs ad omne intereſſe. Quarto inducit ſimile: vt ecce locaui domũ: eam deſtruo vt reficiam. nã refert vtrũ poterã reficere ſine deſtructione, & teneor ad omne intereſſe: an neceſſario feci, & tunc ad exonerationẽ mercedis. Quinto dicit hæc eſſe vera ſi credens meũ, locaui: aliàs ſi alienũ ſciens, teneor ad omne intereſſe. {CVM FVNDVM.} Ego & Titius habebamus fundũ communẽ: cõuenimus vt alternis annis vteremur quiſq; ſuo anno pro parte alterius: vnus in fine anni deſtruxit ſic fundũ, vt anno ſequenti nõ producat fructũ. & dicit ꝙ alter agit loc. pro ſua parte, & cõmuni diui. pro parte vero alterius agit ex conducto ad intereſſe. Secundo dicit idẽ ſi ego vnũ, & tu aliũ fundum habuimus, prædicto modo. hoc dicit cum l. ſeq. Vi.

d *Publicatus ſit.* forte vt militib⁹ aſsignetur: vt s̃. de rei vindi.

item ſi verberatum.§. præterea ſi forte.vel ex cauſa maleficij A alicuius. Accurſius.

a *Vt mihi frui.* hoc idem determinatur ſtatim infra ibi,ſimiliter igitur,&c.

b *Locaſſes.* locauit ergo opus faciendum : vt mihi pro toto opere præſtaret mercedem.

c *Nihilo minus.* vt pro eo quod de opere feci antequam rueret, mercedē pr̨ſtes:& ita interitus eſt ad damnum locantis: vt infra eo.l. Marcius.

d *Teneris ex empto.* imo videtur quòd nō, cum omne periculum pertineat ad emptorē poſt venditionem : vt ſ.de peri.& com. rei vend. l. neceſſario.in prin.& l. id quod. Sol. ſpeciale eſt in caſu publicationis:vt hic. itē contra : vt ĩ.de euict. Lucius.vbi ſpecialiter in hoc caſu loquitur. Sol. hic ante traditionem,ibi poſt. Vel hic ex maleficio venditoris publicatus erat:ibi non.

e *Vt pretium.* tibi ſolutū.alij dicunt à fiſco acceptū: quod eſt falſum,cum nī ſit à fiſco forte acceptum.

f *Lucrum.* vt ſ.eo l.ſi in lege.§.colonus. Az. eſt autē hic caſus ſpecialis vt lucrū veniat, ſicut & alias: ſed regulariter contra: vt dixi ſ.de eo quod certo lo. l.ij.§.fin.

g *Debebis.* niſi ſciens alienū vt ſuū locauit: vt ſ.eo.l.ſi vno.§.pen. & ĩ.eo.l.& hæc diſtinctio.in fi.j.reſp.& ſ.e. ſi quis domū.quę ſunt contra. ſimilis diſtinctio eſt etiā.ſ.eo.l.qui inſulam.in princ. & §. j.item facit.ſ.eo. item quæritur. §. exercitu. & l.nos videamus.

h ET *hæc diſtinctio. Auerſione.* i.recepto à conductore periculo vel aduerſitate. Sed nōne tunc cōductor periculū violentiæ vel caſus fortuiti ſenſit:vt ſ.eo.item quæritur.§.ſi gēma? Reſp. nō quia culpam etiam leuiſsimā videtur promiſiſſe,non caſum: vt ĩ.e.l.opus.§. quod vero. Accurſius.

† *Quod ſit eum non in ſingulos habitationis dies, aut in ſingulacœnacula domus locata eſt. Anton. Aug.lib.3. emenda. ſup.c.*

i *Prohibeat.* quia ille in ſolidum tenetur: vt ſ.eo.l. ſi quis domum. §.quid tamen.

k *Conſulto.* aduerbiū eſt,id eſt ſtudioſe.

l *Ex conducto.* immo videntur hæ actiones ceſſare:vt ſ. communi diui.l.ſi conuenit.quæ eſt contra.Sol.hic cōuenerunt certo pretio prius cōſtituto, vt hic dicit.ibi vero ſine pretio conuenerūt, vt alternis annis fruerentur. vnde non potuit ſtare ſine mercede in pecunia conuenta:vt ſ.depoſi.l.j.§. ſi quis ſeruum. vel melius hic improprie dicitur locatio,ſic etiam dicitur C.eo. ſi olei. & ideo datur præſcript.ver.actio:vt ĩ.de præſcript.verb.l.naturalis.§.at cum do.Accurſius.

m *Damnum.* quaſi dicat,ſic.Accurſius.

ctο,vt mihi frui [a] liceat:quāuis per te nō ſtet quò minus id præſtes: quemadmodum, inquit, ſi inſulam ædificandam locaſſes [b], & ſolum corruiſſet,nihilominus [c] tenebe- ris. Nam & ſi vendideris mihi fundum,isque priuſquam vacuus traderetur,publicatus fuerit, tenearis ex empto [d]. quod hactenus verum erit, vt pretium [e] reſtituas, nō vt etiam id præſtes ſi quid pluris mea interſit eum vacuum mihi tradi. Similiter igitur & B circa conductionem ſeruandum puto,vt mercedem quā præſtiterim,reſtituas:eius ſcilicet temporis, quo fruitus non fuerim. nec vltra actione ex conducto præſtare cogeris. Nā & ſi colonus tuus fundo frui à te, aut ab eo prohibetur quē tu prohibere ne id faciat, poſsis, tantum ei præſtabis, quanti eius interfuerit frui : in quo etiam lucrum [f] eius continebitur. Sin verò ab eo interpellabitur, quem tu prohibere pro- C pter vim maiorem aut potentiam eius non poteris,nihil amplius ei quàm mercedem remittere aut reddere debebis [g].

XXXIIII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

PErinde ac latronum incurſu id acciderit.

XXXV. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

ET hæc diſtinctio conuenit illi quæ à Seruio introducta, & ab omnibus ferè probata eſt, vt ſi auerſione [h] † inſulam locatā dominus reficiendo,ne ea condu- D ctor frui poſsit effecerit:animaduertatur,neceſſariò nécne id opus demolitus eſt. Quid enim intereſt, vtrum locator inſulæ propter vetuſtatem cogatur eam reficere, an locator fundi cogatur ferre iniuriam eius quem prohibere non poſsit? Intelligendum eſt autē nos hac diſtinctione vti de eo qui & ſuum prædium fruendum locauerit,& bona fide negotiū contraxerit : non de eo qui alienum prædium per fraudem locauerit,nec reſiſtere domino poſsit quo minus is colonum frui prohiberet [i].

Inter ſocios eiuſdem rei, ſi ſit locatio alternis annis, habet locū actio ex locato, & etiam actio ex conducto, & illa quæ ex cōmunione deſcendit. Bartolus.

Cum fundum communē habuimus, & inter nos conuenit vt alternis annis certo pretio eum conductum haberemus : tu cum tuus annus exiturus eſſet,conſultò [k] fructum inſequentis anni corru piſti. Agam tecum duabus actionibus,vna ex conducto [l], altera ex locato. Locati enim iudicio mea pars propria,cōducti autem actione tua dūtaxat propria in iudicium venient. Deinde ita notat: Nónne quod ad meam partem attinebit, communi diuidundo pręſtabitur à te mihi damnum? [m] Rectè quidem notat, [n] ſed tamen etiam Seruij ſententiam veram eſſe puto,cum eo ſcilicet, vt cum alterutra actione rem ſeruauerim, [o] altera perimat. Quòd ipſum ſimplicius [p] ita quæremus, [q] ſi proponatur inter duos qui ſingulos proprios fundos haberent, conueniſſe, vt alter alterius ita conductum haberent,vt fructus mercedis [r] nomine penſarentur. [s]

Qui ſuſcipit in ſe periculum operis,tenetur quoad opus approbetur : & qui debet opus ad menſuram, tenetur quo ad menſuretur. quod intelligitur de periculo ſaltē leuiſſima culpa contingente.h.d.B. Primo loquitur quando interuenit culpa leuiſſima: vſque ibi,ſi tamen. Secundo,quando nulla culpa interuenit,vſque ad l.ſi prius.

XXXVI. FLORENTINVS libro ſeptimo Inſtitutionum.

OPus † quod auerſione [t] locatum eſt, donec adprobetur,conductoris [u] periculum eſt. Quod verò ita conductum ſit, vt in pedes [x] menſuráſve præſtetur, [y] eatenus cōductoris periculo eſt,quatenus admenſum non ſit: & in vtraque [z] cauſa nociturum locatori, ſi per eum ſteterit quò minus opus adprobetur [a] vel admetiatur. Si tamen vi maiore opus prius interciderit quàm adprobaretur, locatoris periculo eſt,

n *Notat.* non reprehēdēdo quod eſt dictum,ſed quòd minus dictum. Accurſius.

o *Rem ſeruauerim.* id eſt intereſſe. Azo.

p *Simplicius.* id eſt manifeſtius. Accurſius.

q *Quæremus.* id eſt inueniemus in proximo caſu.

r *Mercedis.* conuentæ.

s *Penſarentur.* id eſt compenſarentur. Accurſius.

OPus.) CASVS. Locaui tibi domum faciendam, vt donec adprobaretur, eſſet tuo periculo. ſeruabitur pactum. Idem ſi tacite hoc conueniat, vt quia dixi pro omni pede quem mihi menſurabis, dabo tibi. x. nam tuum periculū eſt donec menſures. Tertio,ſi fuero in mora vel approbandi, vel menſurandi: definit eſſe in ſuo periculo. Quarto exponit prima duo dicta ſcilicet quòd periculum ſit conductoris, niſi adueniat caſus fortuitus. tunc enim locatoris eſt, ſi modo erat probabile. alias eſt conductoris: vt infra.l.proxi. Viuianus.

t *Opus quod auerſione.* id eſt vt periculum ad conductorem ſpectet.

u *Conductoris.* ſi eius culpa leuiſsima interuenit. ad hanc enim proficit hæc pactio:vt infra ea.l. §. ſi tamen &c. Item ſi approbandum non erat:vt infra e.l. proxi. Et ſic not. hic manifeſte periculum non accipi pro fortuito caſu, ſed pro eo vbi ſaltem leuiſsima culpa fuit : vt ſupra commo.ſi vt certo.§. nunc videndum. Sed argument. contra ſupra eod.l. item quęritur. §. ſi gemma. & dic vt ibi dixi.ſic ergo pactum auerſionis vel ſimile culpam leuiſſimam comprehendit, non caſum fortuitum.

† *L.u.Ro. in ſuis ſing. fo.15.ſing. lari.437. alleg. iſtum tex. iuncta gloſ. quod appellatione periculi nō venit caſus fortuitus. quod tamē limitat ibi: de quo vide hic in nouis interpre. Bol. Pactū auerſionis quid comprehendit.*

x *Vt in pedes.* ſcilicet ſingulos.

y *Præſtetur.* ſcilicet merces. Accur.

z *In vtraque.* ſcilicet cum ſuo periculo quis conducit: & tamen in ſingulas menſuras eſt merces conuenta.

a *Adprobetur.* vel menſuretur,in ſecundo caſu.ſic ĩ.eo.l.Marcius.& l.fin. Azo.

Locatori.

nisi si aliud actum ſit. Non enim amplius præſtari locatori [a] oporteat, quàm quod ſua cura [b] atque opera conſecutus eſſet.

XXXVII. IAVOLENVS libro octauo ex Caſsio.

SI prius quàm locatori opus probaretur, vi aliqua conſumptum eſt: detrimentum ad locatorem [c] ita pertinet, ſi tale opus fuit, vt probari deberet. [d]

Locator operarum debet habere mercedem totius temporis, ſi per eum nō fiat. idem in aduocato. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS libro ſingulari Regularum.

QVi operas ſuas locauit, totius temporis mercedem accipere debet [e], ſi per eum non ſtetit [f] quòd minus operas præſtaret. Aduocati quoq; ſi per eos nō ſteterit [g] quò minus cauſam agāt, honoraria reddere nō debent [h].

Qui locat rem ſuam, non transfert dominium in conductorem. h. d. P. de Caſt.

XXXIX. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum.

NOn ſolet [i] locatio dominium mutare.

Qui promiſit cuſtodiam, tenetur de periculo, & damno dato ab alio quod potuit per cuſtodiam reparari. h. d. cum. l. ſeq.

XL. GAIVS libro quinto ad Edictum Prouinciale.

QVi mercedem accepit pro cuſtodia alicuius rei, is huius periculum cuſtodiæ [k] præſtat.

XLI. VLPIANVS libro quinto ad Edictum.

SEd de damno ab alio dato agi cum eo non poſſe Iulianus ait [l]. qua enim cuſtodia conſequi potuit ne damnum iniuria ab alio dari poſſit [m]? Sed Marcellus interdum [n] eſſe* poſſe ait, ſiue cuſtodiri potuit [o] ne damnū daretur, ſiue ipſe cuſtos [p] dānum dedit. quæ ſententia Marcelli probanda eſt.

Hæc actio concurritur cum actione furti & leg. Aquiliæ. tamen altera quis debet eſſe contentus. h. d. cum l. ſeq.

XLII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

SI locatum tibi ſeruum ſubripias [q], vtrumque iudicium aduerſus te eſt exercendum, locati actionis, & furti.

XLIII. IDEM libro vicenſimo primo ad Edictum.

SI vulneraueris ſeruum tibi locatum, eiuſdem vulneris nomine legis Aquiliæ & ex locato actio eſt, ſed alterutra contentus actor eſſe debet [r]. idque officio [s] iudicis continetur, apud quem ex locato agetur.

XLIIII. VLPIANVS libro ſeptimo ad Edictum.

LOcare ſeruitutem nemo poteſt. [t]

Damnum datum à ſeruis locatoris, non venit in hac actione. Bartolus.

XLV. PAVLVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum.

SI domum tibi locauero, & ſerui mei tibi damnū dederint, vel furtum fecerint: non teneor tibi ex conducto. [u] ſed noxali actione.

Damnum datum ab homine locato, non venit in hac actione, ſed locatori nil poteſt imputari.

C Si hominem tibi locauero vt habeas in taberna, & is furtum fecerit, dubitari poteſt vtrum ex cōducto actio ſufficiat, quaſi longè ſit à bona fide actum, [x] vt quid patiaris detrimenti per eam rem quam conduxiſti: an adhuc dicendum ſit, extra cauſam conductionis eſſe furti crimen & in propriam [y] perſecutionem cadere hoc delictum. quod magis eſt. [z]

Non valet locatio facta vno nummo. Bar.

XLVI. VLPIANVS libro ſexageſimonono ad Edictum.

D SI quis conduxerit nummo vno, conductio nulla eſt: [a] quia & hoc donationis inſtar inducit.

Ex hoc contractu poſſunt conſtitui duo rei, nec habebunt beneficium diuiſionis ſecundum iſta tempora, ſed beneficium ceſsionis, ſic. h. d. hodie vero habent beneficium diuiſionis per auth. de duobus reis. in in corpore.

---

a Locatori. ſi approbandum erit, aliàs non: vt infra. l. proxi.
b Sua cura. etiam ad exactiſsimam diligentiam. hoc enim facit periculi receptio, non tamen vt caſum præſtet: vt hic & ſupra commo. l. ſi vt certo. §. commodatum. & dixi in princ. huius l. Accurſius.
c SI priuſquam. Ad locatorem. etiam vt præſtet mercedē nihilominus. Azo. & intellige. l. quando opus auerſione fuerit locatum. Accurſius.
d Deberet. idem ſi nō debuit approbari, non tamen vitio operis erat: vt j. eodem. in l. ea lege. §. fin. & l. ſi. & facit infra de damn. infect. l. fluminum. §. j. Accurſius.
e Vi operas. Debet. QVi ſi nō fuit cum alio: vt ſ. eo. ſed addes. §. fin. & ſ. de inoffi. aſſeſ. l. diem. Idem ſi potuerunt eſſe. arg. huius legis. Accurſius.
f Non ſtetit. vt & j. de ann. leg. l. Mæuia. in prin. & ſ. ad leg. Rho. de iac. l. fin. in prin.
g Non ſteterit. ſecus ſi ſteterit per eos: vt C. de condi. ob cauſam. l. aduocationis. De hac materia plene dixim' ſ. eod. l. ſi vno. §. item cum quidam. Accur.
h Non debent. vt & C. de cōdic. ob cau. l. pe. & j. de varijs & extraord. cog. l. j. §. diuus.
i NOn ſolet. Dic caſum, quòd dominus rem ſuam conducendo non amittit dominium: vt hic, & C. eo. qui rem. Vel dic quòd locator non trāſfert dominium per locationem, quia non hoc agitur. fallit in caſu: vt ſupra eodem. l. in naue.
k QVi mercedem. Cuſtodiæ. id eſt ſi cōtingat propter cuſtodiam non adhibitam: & ſic ad exactiſsimam diligētiam Ioan. aliàs niſi ſpecialiter pro cuſtodia mercedem reciperet, teneretur de leui culpa: vt ſ. nau. cau. ſta. l. idem. §. ſi gratis. & l. nauta. Accur.
l SEd de damno. Iulianus ait. vt j. de dā. infec. l. fluminū. §. hæc ſtipulatio. & §. idem Seruius. Sed arg. contra in eo. tit. l. qui bona. §. cum inter.
m Poſſit. certe nulla: vt hic, & C. de pig. act. l. quæ fortuitis. & ſupra de actio. empt. l. ſi ea res. & ſupra commoda. l. ad eos.
n Interdum poſſe. aliàs interdum poſſe, & aliàs intereſſe: vt ſcilicet teneatur de damno dato ab alio, hoc eſt ſiue cuſtodire potuit, &c.
o Cuſtodire potuit. quo caſu tenetur: vt ſupra eod. l. in lege. in fi. & l. qui inſulam. §. qui mulas.
p Cuſtos. cuius factum debet conductor præſtare: vt ſupra naut. caup. ſtab. l. fin. in principio.
* Vulg. ipſe.
q SI locatum tibi. Subripias. ſcilicet contrectando contra meam voluntatem aliter quàm acceperis: vt argu. inſti. de oblig. quæ ex delict. §. placuit.
r SI vulneraueris. Eſſe debet. vt hic, & infra de act. & oblig. l. qui ſeruum. §. ſi is. ſed contra infra de priua. delict. l. ij. Sed ibi ſemper eſt vna pœnalis mere, quæ nō tollitur per rei perſecutoriam: hic autem ambæ rei perſecutoriæ. Itē ibi ex diuerſis delictis, hic vnum.
s Officio. ſ. exceptione propoſita: vt dicta l. qui ſeruum. Accur.
LOcare. CASVS. Habeo ſeruitutē eundi per agrum alienum quē volo alij locare. non poſſum. Vi.
t Nemo poteſt. vel dominus rei, vel cui debetur ſeruitus prædialis. & hoc in ſeruitutibus rerum. ſecus in perſonalibus: vt in vſufru. & ſimilibus: vt ſ. de vſufruct. l. arboribus. §. ij. & inſtit. de vſu & hab. §. minus. quæ ſunt contra. differunt & in alio reales à perſonalibus: vt infra de pig. l. ſi is qui. §. penult. & §. fin. Accurſius.
SI domum. CASVS planus eſt vſq; ad §. ſi hominem. {SI HOMINEM.} Locaui tibi hominem, vt haberes eum in butica tua, vel alia negotiatione. is furtum tibi fecit. quæritur, an teneor tibi ex conducto, vel etiam act. noxali? Et reſpō. quia noxali teneor tibi. Lex ſequens clara eſt. Viuia.
u Ex conducto. Sed econtra ſi ſerui conductoris damnum dederint in re locata, ex locato erit actio in conductorē: vt ſupra eod. l. videamus.
x Actum. hoc ſcilicet vt, &c.
y In propriam. furti noxalem.
z Quod magis. ſcilicet vt in propriam perſecutionem cadat, cum certam perſonam ignorans eam vitioſam locaui, alioquin contra: vt ſupra de pign. act. l. ſi ſeruus datus pig. & ſupra commo. l. pen. ſed ſi incertam, contra eſt: vt ſupra e. l. cum in plures. §. ſeruum meum. ſecūdum Azo.
a SI quis conduxerit. Nulla eſt. vt j. de acqui. poſ. l. ſi quis ante. §. fin. Sed contra. j. de iure dot. l. ſi vſufr. Sol. ibi ſpeciale, quia ex neceſsitate fit. Sed cur ſecus in venditione quæ valet facta pretio minori cauſa donationis: vt ſ. de contrahen. emp. l. ſi quis donationis. & infra de dona. inter vir. & vxor. ſi ſponſus. §. circa? Reſpon. & ibi forte non valet in vno nummo, vel tam vtiliter facta.
CVm apparebit. CASVS. Locaui rem duobus, vel vendidi: an ambo teneātur in ſolidum? Dicunt quidam, ſi ſoluendo ſunt, tenentur pro partibus. ſed verius eſt vt in ſolidum, iure iſto. Viuianus.

XLVII. MARCELLVS libro ſexto Digeſtorum. A

CVm apparebit emptorem [a] conductoremve pluribus[b] vendentem vel locantem, ſingulorum in ſolidum intuitum perſonam: ita demum ad præſtationē partis[c] ſinguli ſunt compellendi, ſi conſtabit eſſe omnes ſoluendo: quanquam fortaſſe iuſtius [d] ſit, etiam ſi ſoluendo omnes erunt, electionem conueniendi quem velit, non auferendam actori, ſi actiones ſuas aduerſus ceteros præſtare non recuſet[e].

Poteſt quis locare quod conduxerat, & in hac actione contra non reſtituentem iuratur in litem. Bartolus. B

XLVIII. IDEM libro octauo Digeſtorum.

SI cui locauerim faciendum quod ego conduxeram, conſtabit habere me ex locato actionem[f]. Qui ſeruum conductum, vel aliam rem non immobilem non reſtituit: quanti in litem iuratum[g] fuerit, damnabitur.

Tutor vel curator ante redditas ſuas rationes prædia Cæſaris conducens, vt falſarius punitur. Ae. P.

XLIX MODESTINVS libro ſexto Excuſationum.

Οἱ ἐπίτροποι γενόμενοι ἢ κουράτορες, πρὶν ἐκτίσαι τὰ τῆς κηδεμονίας, μισθωταὶ Καίσαρος γενέσθαι κωλύονται. Κἂν τις ἀποκρυψάμενος τοῦτο, προσέλθῃ τῇ μισθώσει τῶν τοῦ Καίσαρος χωρίων: ὡς παραποιήσας κολάζεται. τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος. Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ οἱ χειρίζοντες ἐπιτροπὰς ἢ κουρατορίας, εἰσὶν κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι καὶ τὰ τοῦ ταμιείου χωρία.* C [id eſt, Tutores curatoreſve conſtituti, priuſquam officij ſui rationes reddant, prohibentur ne quid de patrimonio Cæſaris conductum habeant. ac ſi quis id diſſimulans, nihilominus ad conducenda Cæſaris prædia acceſſerit: perinde vt falſarius pœna adficitur. hocque ſanxit imperator Seuerus. Secundum quæ ſanè prohibiti erunt & à fiſco conducere, qui tutelam curamve gerunt.] D

Qui ignorat qualitatem perſonæ, non punitur, ſi cum eo contraxit tanquam cum quolibet. B.

L. IDEM libro decimo Pandectarum.

SI ignorans [h] quis militi quaſi pagano locauerit: exigere illum poſſe probandum eſt. non enim contemnit[i] diſciplinam †, qui ignorauit militem.

Pretium appoſitum pro locatione, nō extenditur vt ei noceat. Bartolus.

LI. IAVOLENVS libro vndecimo Epiſtularum. A

EA lege[k] fundum locaui, vt ſi non ex lege coleretur, relocare eum mihi liceret, & quo minoris [l] locaſſem, hoc mihi præſtaretur: nec conuenit vt ſi pluris locaſſem, hoc tibi præſtaretur: & cum nemo fundum colebat, pluris tamē locaui. quæro, an hoc ipſum præſtare debeam. Reſpondit: In huiuſmodi obligationibus id maximè ſpectare debemus, quod inter vtramque partem conuenit. Videtur autem in B hac ſpecie id ſilentio conueniſſe, ne quid præſtaretur ſi ampliore pecunia fundus eſſet locatus, id eſt vt hæc* ex conuentione pro locatore [m] tantummodo interponeretur.

Qui locauit operas ſuas vt certum opus faceret: tenetur de operis vitio, ſiue vna penſio, ſiue in ſingulos dies præſtita fuerit. qui autem operas ſuas ſingulis diebus locat, nec ad certum tempus ſe aſtringit, de vitio operis non tenetur. h.d. *quem §. nota, quia eſt ſingularis.* Bartolus.

Locaui opus faciendum ita, vt pro opere redemptori certam mercedem in dies ſingulos darem. opus vitioſum C factum eſt.[n] an ex locato agere poſsim? Reſpondit: ſi ita opus locaſti, [o] vt bonitas eius tibi à conductore adprobaretur: [p] tametſi conuenit vt in ſingulas operas certa pecunia daretur, præſtari tamen tibi à conductore [q] debet, ſi id opus vitioſum factum eſt. Non enim quicquam intereſt, vtrum vno pretio opus, an in ſingulas operas collocatur, ſi modò vniuerſitas [r] conſummationis ad conductorem pertinuit. Poterit itaque ex locato cum eo agi, qui vitioſum D opus fecerit: niſi ſi ideo in operas ſingulas merces conſtituta erit, arbitrio domini opus efficeretur. [s] tum enim nihil conductor præſtare domino de bonitate operis videtur.

Si in quantitate mercedis erretur, ſtatur voluntati eius, qui mercedem recipere debet. Bartolus.

LII. POMPONIVS libro trigenſimoprimo ad Quintum Mucium.

SI decem tibi locem fundum, tu autem exiſtimes quinque te conducere: nihil agitur.[t] Sed & ſi ego minoris me locare ſenſero, tu pluris te conducere: vtiq; non pluris erit cōductio, quàm quanti ego putaui.[u]

Qui fideiubet pro conductore conductoris, principali domino non tenetur. Bartolus.

a *Cum apparebit emptorem.* id eſt venditorem, & conductorem, id eſt locatorem: vt hic, & s. tit. j. l. idē eſt. Vel proprie pone, vt qui emit rem, locet pluribus eandem rem, vel qui conduxit: vt infra eod. l. inſulam. in prin. & redde ſingula ſingulis.
b *Pluribus.* ſimul. Accurſius.
c *Partis.* ſcilicet mercedis rei.
d *Iuſtius.* ſ. iure iſto: vt hic, & j. de duo. re. l. eandem. & C. eo. l. ſi diuiſa. §. j. & arg. s. eod. item quæritur. §. duo rei. Sed hodie iniqui⁹ eſt: vnde corrigitur quod hic dicitur: vt in authen. de duo. re. §. j. col. vij.
e *Non recuſet.* ſcilicet pro parte, non autem in ſolidum: argu. s. de pecul. l. quæſitum. in §. ij. Accurſius.
f *SI cui. Actionem.* ſcilicet vtilem: vt j. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta. §. item ſi quis locauerit. quod expone vt ibi, nemo enim &c. vt C. eo. l. nemo.
g *Iuratum.* eſt enim bonæ fidei, & ideo in litem iuratur: vt hic, & s. de in litem iuran. l. in actionibus prius enim poſſeſsio eſt reſtituenda, & poſt de proprietate litigetur: vt C. eo. l. ſi quis conductionis. hodie etiā in duplum tenetur, qui rem non reſtituit ſine iudicio: vt C. eo. l. conductores. & C. vnde vi. l. non ab re. Accurſius.
h *SI ignorans.* ſecus ſi ſciens eſſet: vt C. eo. l. miles, & l. fi. Azo.
i *Contemnit.* Sic ergo non contemnit clericalem habitum, qui clericū laici more incedentē verberat, vel caſtigat: vt argu. C. de epiſc. & cle. l. generaliter. & ar. eius quod de domina dicitur more meretricio incedente: cui ſi quis fuerit iniuriatus, non tenetur: vt j. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virginem.
k *EA lege.* ſ. qua dictum erat.
l *Minoris.* id eſt minore mercede accepta.
m *Pro locatore.* & ideo quia eius fauore interpoſita eſt conuentio, non eodē iure vtetur aduerſarius in caſu cōuerſo. Eſt tamen ar. cōtra. inſtitut. pro ſocio. §. illud. Item not. hic quòd aliquid poteſt quis poſtulare, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus. Sed arg. contra. C. de ſolut. l. penul. Item facit huic reſpon. s. eodem. item quæritur. §. ſi in lege. Accurſius.
n *Factum eſt.* propter vitioſam materiā, vel propter imperitiā facientis, & ſic culpa redemptoris, non autem propter vitium ſoli naturale: vt infra eo. l. Martius.
o *Locaſti.* mutat perſonas de prima ad ſecundam.
p *Adprobaretur.* arbitrio boni viri: vt s. eo. l. ſi in lege. in prin. Ac.
q *A conductore debet.* quantum intereſt.
r *Vniuerſitas.* id eſt ſi vniuerſum opus perficere debuit. Azo.
s *Efficeretur.* i. ideo in ſingulos dies conduxit operas: vt ſi aliquā do diſpliceat, refutet eum: & ſic factum eſt: vnde cum cōſummato opere videatur ſingulis diebus approbaſſe, non poteſt reprobare: vt s. de neg. geſtor. l. Pomponius. Accurſius.
t *SI decem. Agitur.* in eius præiudicium.
u *Putaui.* ſi bene notaueris, ille nō poteſt recedere, qui de minori ſumma ſenſit. nec ob. j. de ver. oblig. l. j. §. penu. vbi in ſtipulatione dicitur quòd ſiue reſpondeat in minus, ſiue in plus, valet vſque ad concurrentem quantitatem: quia illud ibi fit ſine alterius damno, quod hic non eſſet. Item ideo hic non valet, quia cōſentire debent cōtrahentes: vt j. de act. & obli. l. in omnibus. & plene dixi s. de contrahen. emp. l. in venditionibus. Acc.

QVi fideiuſſor. Casvs. Quidam cōduxit à principe reditus vnius prouinciæ: poſtea aliqua prædia de fiſcalibus illi⁹ prouinciæ locauit alij, & accepit fideiuſſo. hic fideiuſſ. non tenetur fiſco. Viuia.

† *Ex l. ſpadonē. de excuſat. tuto.*

* *Vide Alc. li. diſpun. 2. cap. 2.*

Clericū laici more incedentē caſtigare licet.

† *Huius dicti rationē pulchre explicat Ariſto. lib. 3. Ethicor. cap. 1.*

* *Vulg. hac conuentio.*

a *Apud mancipem.*[a] id eſt apud conductorem publicarum ſalinarum: vt C. de vec. & con. l. ſi quis ſine perſona. & ſic manceps publicum prædium locabat. vel largius hic ponitur pro publicano, qui forte in quinquennium à principe conduxit: vt C. eo. l. ſi cum Hermes. & particulatim relocat. vt hic dicit. Accurſius.

a Pulchre Budaeus hic, quis manceps dicatur, diſſerit, tu illum videto.

b *Non tenetur.* licet mancipi teneatur.

c *Manent.* vt & ſupra eo. ſi in lege. §. j.

Q Væro. } C A S V S. Fideiuſ. qui intercesſerit pro colono, tenetur in vſuris ex mora coloni in tribus caſibus. Primo, ſi intercesſit in omnem cauſam. Secũdo, ſi ſcit in quantum apparebit illum debere. Tertio, ſi promiſit indẽnitatem ſtipulatori. vſque ad §. Paulus. { P A V L V S. } Locaui fundũ in quo erat colonus ſeruus meus: & hunc dedi conductori æſtimatum pro decem: ſi perijt, emendat colonus. Viuia.

d *Non illatarum.* id eſt non ſolutarum.

e *Conſtitutiones.* quas non habemus, niſi dicas leges quas ſtatim cõtra Io. inducam, eas eſſe conſtitutiones.

f *Applicentur.* vt ſ. de nego. geſto. quia tantundem, quod in obligatione fideiuſſoris nõ habet locum, cum ſit ſtricti iuris. Accurſius.

g *Præſtabis.* quod tantumdem valet. & diſtingue hic plenius, cum fideiuſſor intercesſit: ſi dicat pro ſorte iſta, non tenetur in vſuris: vt j. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. j. & ſ. qui ſatiſda. cog. l. ij. §. fin. ſed ſi pro parte ſortis, non tenetur in plus: vt j. de fideiuſ. l. ſi fideiuſſor ſortis. ſed ſi pro vſuris tantum, non tenetur pro ſorte: vt ſ. de pig. act. l. ſolutũ. §. ij. & j. vt leg. vel fidei. no. ea. l. pe. ſed ſi ſimpliciter intercesſit, vt puta fideiubeo pro iſto, diſtinguit P. an ſint vſuræ debitæ per ſtipulationem. an per pactum, an per officiũ iudicis. vt in bo. fi. contractu. In primo caſu. ſ. quãdo vel per ſtipulationem, vel per pactũ, tenetur & pro ſorte & pro vſuris. In ſecundo, quãdo per officiũ iudicis pro ſorte tantũ, cum nõ ſint in obligatione: vt ſ. de eo quod cert. lo. centũ. Io. vero dicit ſemper eũ in vſuris teneri, ſi ſimpliciter intercesſit, quaſi videantur omnia ſolenniter acta: vt inſt. de fideiuſ. in fi. & pro eo. j. de fideiuſ. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. & l. amiſsi. §. fideiuſſores. & j. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. pe. & §. fi. & j. vt le. no. ca. l. j. §. belliſsime. & l. pe. & j. rem pu. ſal. for. l. fi. poſtea. & C. de vſur. pu. l. ij. vbi vnus tutor etiã in vſuris tenetur pro mala geſtione alterius. quanquã ibi quaſi pro ſeipſo teneri videatur, quia eum ſuſpectũ nõ remouerit: vt ibi ſẽ dicitur. Sed cõtra Io. eſt in primis: quia quomodo fideiuſſor tenetur ad vſurã quæ debetur ex officio. i. cum ipſe fideiuſſor teneatur actione ſtricti iuris? Reſpon. ipſe conuenitur propter moram alterius, nõ propter moram ſuam, tamen ex promisſione ſua. Item contra Io. eſt prin. huius legis, nec proſint, &c. licet & ibi in modum oppoſitionis cui reſpondeatur, inducatur. Sed reſpon. illæ conſti-

A tutiones loquebantur cum in incertam ſummam interuenit, & ſic etiam ſoluitur ſ. de eo quod cert. loc. l. centum. & l. fin. Item contra Io. ſi fideiuſsit pro eo quod eum dare oportet, ergo non tenetur de vſuris currentibus poſtea: vt j. de verbo. obl. ſi à colono? Reſpon. non fideiubet ſic. tunc enim non tenetur de futuro, ſed ita, fideiubeo: tunc etiam futura ſors, nedũ vſura, venit: vt ſ. de iudi. l. non quemadmodum. vbi autẽ in quantitatem certam intercesſit, vltra teneri nõ poteſt: vt ſ. qui ſatiſda. cog. l. ij. §. fin. Item contra Io. C. quod cũ eo. l. ſi mandator. ſed ibi ſubaudi, maxime. nam idem ſi non ſpecialiter omnibus conſenſit. Item contra Io. eſt infra ad municip. libertus. §. fin. Sed ibi in quantitatem certam, vel quaſi certam intercesſit. ſ. rempublicam ſeruare indemnem: vnde vltra non tenetur. Vel dic ſpeciale in his qui pro officialibus reip. fideiubent: vt infra ad municip. l. Lucius. §. Paulus. Accur.

LIII. P A P I N I A N V S libro vndecimo Reſponſorum.

QVi fideiuſſor extitit apud mancipem[a] pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locauit: reipublicæ non tenetur[b], ſed fructus in eadem cauſa pignoris manent[c].

Fideiuſſor qui in omnem cauſam intercedit, vel fideiubet iudicatum ſolui, vel indemnitatem promiſit: tenetur ad ſortem & vſuras etiam officio iudicis venientes. h. d. vel breuius: Qui fideiubet in omnẽ cauſam, tenetur de vſuris & omni quantitate. Bar.

LIIII. P A V L V S libro quinto Reſponſorum.

QVæro an fideiuſſor cõductionis etiam in vſuras non illatarum[d] pẽſionum nomine teneatur, nec proſint ei conſtitutiones[e], quibus cauetur, eos qui pro alijs pecuniam exſoluunt, ſortis ſolummodo damnum agnoſcere oportere. Paulus reſpondit, ſi in omnem cauſam conductionis etiã fideiuſſor ſe obligauit: eũ quoq; exemplo coloni, tardius illatarum per moram coloni penſionũ præſtare debere vſuras. Vſuræ enim in bonæ fidei iudicijs etſi non tam ex obligatione proficiſcantur, quam ex officio iudicis applicẽtur[f]: tamen cum fideiuſſor in omnem cauſam ſe applicuit, æquum videtur, ipſum quoq; agnoſcere onus vſurarum: ac ſi ita fideiuſsiſſet, *In quantum illum condemnari: ex bona fide oportebit, tantum fide tua eſſe iubes?* vel ita, *indemnem me præſtabis?*[g]

Promisſio de non expellendo, intelligitur, ſi colonus in ſolutione penſionis per biennium non ceſſauerit. Bart.

Inter locatorem fundi & conductorem conuenit, ne intra tẽpora[h] locationis Seius conductor de fundo inuitus repelleretur: & ſi pulſatus eſſet, pœnam decẽ præſtet Titius locator Seio cõductori: Vel Seius cõductor[i] Titio, ſi intra tempora locationis diſcedere vellet, æquè decem Titio locatori præſtare vellet. quod inuicem de ſe ſtipulati ſunt. Quæro, cũ

B Seius conductor biennij[k] continui pẽſionem non ſolueret, an ſine metu pœnæ expelli poſſit. Paulus reſpondit, quãuis nihil expreſſum ſit in ſtipulatione pœnali de ſolutione penſionum: tamẽ veriſimile eſſe, ita conueniſſe de non expellendo colono intra tempora præfinita, ſi penſionibus paruerit,[l] & vt oportet, coleret: & ideo ſi pœnam petere cœperit is qui penſionibus ſatis non fecit, profuturam locatori doli exceptionem.

Aeſtimatio facit tranſire periculum rei in accipientem. Bartolus.

C Paulus reſpondit: Seruum† qui æſtimatus[m] colonæ adſcriptus eſt, ad periculum colonæ pertinebit: & ideo æſtimationem huius[n] defuncti ab herede colonæ præſtari oportere.

Domini horreorum non tenẽtur de effractura, niſi cuſtodiam promiſerint: cuſtodes tamen exhibere tenentur. h. d. quod not. Bartolus.

LV. I D E M libro ſecundo Sententiarum.

DOminus horreorum effractis[o] & compilatis[p] horreis non tenetur, niſi cuſtodiam eorum receperit.[q]

D Serui tamen eius cum quo contractum eſt, propter ædi-

h *Intra tempora.* ſtatuta inter eos, puta quinquennium.

i *Conductor.* ſub hoc tenore verborum cõprehenſorum pacto, ſi intra, &c.

k *Biennij.* no. in colono ſimplici biennium conſiderari: vt infra e. l. cum domini. Idẽ in emphyteuta eccleſię: vt C. de ſacroſanct. eccle. auth. qui rẽ huiuſmodi. at in emphyteuta priuari triennium: vt C. de iur. emphyt. l. ij. quod intellige in eo caſu, quando cõuenit de non expellendo. & maius tempus comprehenſum erat biennio. Ar. contra j. eod. cum domini. Vel dic quòd hic habebat ius in re, quia conduxit in decennium.

† Vulg. ſeruus.

l *Paruerit.* repellitur qui penſionem non ſoluit: vt hic, & C. eo. l. ij. & j. eo. l. cum domini. niſi iuſta ſit cauſa retentionis: vt j. eo. colonus. & l. cum in plures in prin. Item not. hic quædam tacite ſubintelligi: vt ſ. de ſerui. l. ſi cui. Accurſius.

Tacite quædam ſubintelliguntur, quæ non expreſſa.

m *Aeſtimatus.* vt colono tranſacto anno reſtitueret eius æſtimationem, & ſic quaſi emiſſe videtur: vt ſ. ea. l. cum fundus. quòd eſt dictum tacite ſic teneri.

n *Huius.* ſerui. *defuncti.* ſcilicet ſine dolo coloni: vnde non tenetur in plus, niſi in pretium: vt infra de fur. ſi ſeruus communis. §. circa. Accurſius.

D *Ominus horreorum.* } C A S V S. Locaui tibi horreum vt ibi ponas quaſdam tuas merces. effractũ eſt, & merces ſubtractæ. non teneor, niſi promiſi cuſtodire, ſed teneor facere copiam ſeruientium meorum vt torqueantur. Cetera plana ſunt vſque ad l. cum domini. Viuianus.

o *Effractis.* à furibus, vel à latronibus, de quibus cognoſcit præfectus vigilum: vt ſ. de offi. pra fec. vig. l. nam ſalutem. §. j.

p *Compilatis.* id eſt ruptis.

q *Receperit.* ſi nihil promiſerit locator, & ſciente conductore cuſtodes adhibuit, licet ſecundum Azo. de ſcientia tali per legem non probetur. Item ſi cuſtodiæ renuntiauit con-

ductor, licet ſecundum Azo. de hoc caſu nõ ſit dubiũ: ad hoc ſolum tenetur in prędictis duobus caſibus, vt cuſtodes exhibeat: vt C. eo l. ex diui. & l. noſtra. ſubaudi. ſi non dolo adhibuit. Idem dicitur cum claues tradidit conductori: vt argu. s̃. de contrah. emp. l. clauibus. nam ibi ſe liberat quantum ad cuſtodiam. Idem & ſi cuſtodem adpoſuit conductor: vt s̃. commo. l. ſi vt certo. §. pe. ſecundum Ioan. cum autem nihil horum interuenit, iure communi de leui culpa tenetur. ſed ſi promiſit cuſtodiam, etiam de leuiſsima: vt s̃. eo. l. qui mercedem. & l. ſed de damno. & inſt. de contrah. emp. §. quòd ſi fugerit. ſi autem ſpecialiter cauit caſum, de caſu: vt C. de nego. geſt. l. negotium. & C. commo. l. j. quidam, vt M. dicunt idem eſſe, & ſi generaliter promiſit, Ioan.

a *Poteſt.* vt ſupra eo. l. ſed addes. §. ſi inquilinus. & infra eo. l. colonus. & arg. C. manda. l. j. Accurſius.

b *Ex conducto.* id eſt ex locato.

c *Seruetur.* vt s̃. eo. l. ſi in lege. §. ſi dom⁹. Ac.

C*Vm domini.*} CASVS. Locaui tibi horrea pro decem ſingulis annis in quinquennium: & cum dubitarẽ, an aliquid ibi haberes: petij à iudice aperiri, vt videam an ſim ſecurus de mercede. & iuſte peto, ſi biennium iam tranſiuit. Viuianus.

d *Aperire.* ſ. inſulas & horrea. Accurſius.

e *Quorum intereſt.* domini dico, quorũ intereſt. vel dic à publicis perſonis, quorum intereſt, id eſt ad quorum officiũ pertinet.

f *Biennij.* Sic ergo diu, pro biennio ponitur: vt hic dicitur, & s̃. eo. l. quæro. §. j. ſed aliàs pro decennio: vt infra qui & à qui. ma. l. ſi cum fideicommiſſa. §. Ariſto.

Q*Vi domum.*} CASVS. Habeo domum, & iuxta eam quandam aream. vicinus meus volens ædificare, conduxit à me aream illam, vt ibi cretam poneret iuxta murum meum ad altitudinem muri mei. altius congeſsit vicinus meus: ita quòd aſſumpto humore aquæ murus meus vitiatus eſt. ago ex locato, non Aquilia: quia non directò datur damnum, ſed per obliquum. Viuianus.

* *perſtillato legit Bud. hic. tu alios videto.*

g *Locauerat.* ad calcem, vel cæmentum faciendum, vel reponendum.

h *Cæmentitia.* id eſt cæmentum recipientia.

ficiorum notitiam in quæſtionem peti poſſunt.

Quod inquilinus expendit in meliorando domum: poteſt à domino repetere. Bart.

In conducto fundo ſi conductor ſua opera aliquid neceſſariò vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel inſtituerit, cum id non conueniſſet: ad recipienda ea quę impendit, ex conducto cum domino fundi experiri poteſt[a].

Qui rem conductam deſeruerit ante tempus, domino ad intereſſe tenetur. Bart.

B Qui contra legem conductionis fundum ante tempus ſine iuſta ac probabili cauſa deſeruerit: ad ſoluendas totius temporis penſiones ex conducto[b] conueniri poteſt, quatenus locatori in id quod eius intereſt, indemnitas ſeruetur[c].

Si conductores non apparent, nec ſoluitur penſio per biennium: poſſunt domus & horrea aperiri, & quæ ibi ſunt, coram publicis perſonis deſcribi. h. d. quem caſum nota. Bartolus.

LVI. IDEM libro ſingulari de Officio Præfecti Vigilum.

CVm domini horreorũ inſularumque deſiderant, diu non apparentibus, nec eius temporis penſiones exſoluentibus cõductoribus, aperire[d], & ea quæ ibi ſunt deſcribere: à publicis perſonis, quorum intereſt[e], audiendi ſunt. Tempus autem in huiuſmodi re biennij[f] debet obſeruari.

Damnum contingens ex humore præſtito parieti per terram appoſitam, per actionem ex locato purgatur. Bart.

LVII. IAVOLENVS libro nono ex Poſterioribus Labeonis.

QVi domum habebat, aream iniunctam ei domui vicino proximo locauerat[g]. is vicinus cũ D ædificaret in ſuo, terram in eam areã, amplius quàm fundamenta cæmentitia[h] locatoris[i] erant[k], congeſsit: & ea terra aſsiduis pluuijs inundata, ita parieti eius qui locauerat, humore præſtituto * madefacto ædificia corruerunt[l]. Labeo ex locato tantummodo actionẽ eſſe ait[m], quia non ipſa congeſtio, ſed humor ex ea cõgeſtione poſtea damno fuerit: damni autem iniuriæ actio ob ea ipſa ſit[n], per quę non extrinſecus alia cauſa oblata, dãno quis adfectus eſt. hoc probo[o].

Pactum quòd penſiones debeantur emptori, intelligitur de debitis venditori. Bar.

LVIII. LABEO libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

INſulam vno pretio totam locaſti, & eã vendidiſti, ita vt emptori mercedes inquilinorum accederent. Quàuis eam conductor maiore pretio locaret: tamen id emptori accedit, quod tibi conductor debeat[p].

Breuitas termini non vitiat contractum bonæ fidei. Bartolus.

In operis[q] locatione erat dictum, ante quam diem effici[r] deberet, deinde ſi ita factum non eſſet, quanti locatoris interfuiſſet, tantam pecuniam conductor promiſerat. Eatenus eam obligationem contrahi puto, quatenus vir bonus de ſpatio temporis æſtimaſſet: quia id actum apparet eſſe, vt eo ſpatio abſolueretur, C ſine quo fieri non poſsit.[s]

Si conductori promittitur pecunia ad opus, poteſt illam primo petere: ſi ſatiſdet de expendendo illam in opere. Bartolus.

Quidam in municipio balineum præſtandum[t] annuis viginti nummis conduxerat, & ad refectionem fornacis, fiſtularum, ſimiliumque rerum centum nummi vt præſtarentur ei,[u] conuenerat. conductor centum nummos petebat: Ita ei deberi dico, ſi in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi ſatiſdaret.[x]

Caſus contingens in parte operis facta, cedit ad periculum locatoris, niſi culpa conductoris interceſſerit. Bart.

LIX. IAVOLENVS libro quinto Labeonis Poſteriorum.

MArcius domum faciendam à Flacco cõduxerat. deinde operis parte effecta, terræmotu concuſſum erat ædificium. Maſſurius Sabinus, ſi vi naturali[y] veluti terræmotu hoc acciderit, Flacci eſſe periculum.

Si domus non poteſt habitari, vel ad habitandum locari: debet fieri remiſsio mer-

A i *Locatoris.* id eſt conductoris.

k *Erant.* ſcilicet deſignata ibi. Vel dic quod paries domus locatoris à tribus brachijs ſupra non eſt potens ad ſuſtinendũ cæmentum: quia erat de terra murus, ſed infra de calce.

l *Corruerunt.* quod propter talia euenit: vt s̃. ſi ſer. vindic. l. ſi quando. §. ſi.

m *Actionem eſſe ait.* nõ autem legis Aquilia. quia, &c.

n *Ipſa ſit.* i. detur. & facit s̃. ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac. Sed contra s̃. de ſeru. vrb. præ. l. ſi fiſtulæ. Sol. vt ibi, quia in factũ ibi, non Aquil. directa.

o *Probo.* id eſt approbo. Accurſius.

I*Nſulam.*{IN OPERIS.} Locaui tibi domum faciendam, vt faceres quãdo poſſes: & ſi non faceres, promiſiſti intereſſe nomine pœnæ. teneris ergo ad pęnam, quando tantũ tempus tranſierit, quòd opus perfici non potuit. {QVIDAM.} Conduxi balneum ad quinquennium, quia ego volebam alijs concedere gratis, vel non gratis, pro meo arbitrio: & quia frequenter eget refectione, ſtipulatus ſum c. ſingulis annis pro refectione. ſi petã prædicta c. ſatiſdabo quòd in refectionem balnei impendam. Viuianus.

p *Debeat.* vt hic, & ſupra tit. j. l. ſi mercedẽ. in princ.

q *In operis.* ſcilicet faciendis.

r *Ante quam diem effici.* i. debere fieri ante eam diem, antequã poſſit. Vel pone certã deſignatam diem proximam. ſed forte corruit opus, vnde ſibi reficiatur arbitrio boni viri: vt infra de verb. obliga. l. & ideo hæſitatur. nec ob. j̃. e. Marcius. quia hic recipit in ſe periculum ſpecialiter, ſecundum M. vel vitio operis.

s *Non poſſit.* vt & j̃. de ver. obl. l. ſi ita ſtipulatus. & l. continuus. §. item qui inſulam.

t *Præſtandum.* id eſt dandum.

u *Præſtarentur ei.* ſ. conductori à locatore.

x *Satiſdaret.* vt hic, & infra de condi. & demonſt. l. quibus diebus. §. fina.

y M*Arcius. Vi naturali.* & ſic non vitio operis, ſed caſu perijt, & ideo eſt periculum locantis: vt hic, & s̃. e. l. opus. & l. ſi fundus quem. & l. ſi prius. Idem ſi ſoli vitio: vt infra eo. l. ſi. & j̃. de aqua plu. arcen. l. Atteius. §. cũ agitur. Sed arg. contra ſupra de ſer. vrb. præd. l. eum debere. Sol. ibi perpetuam ſeruitutem debet. ideo tenetur reponere columnam

quo-

quotiens opus eſt:hic non debebat in perpetuũ facere opus. Item contra. j. de ver.oblig.l.& ideo hæſitatur. j. reſpon. vbi dicit eundem debere iterum facere.Sol.ibi operis vitio decidit ędificium,hic autem caſu ſiue vitio naturali,vel ſoli vitio: arg.contra.j.e.l.fina.& ſupra eod.l. item quæritur. §. ſi gemma. & l. opus. & l. ſi prius.& l. ſi quis fundũ.§.ſi quis in.Et collige hic ar. optimum ad quæſtionem illam quæ ꝓponitur in medico, qui a podagra debebat Titium liberare, & ipſe liberaſſe videbatur. tẽpore autem tranſacto Titius in eandem infirmitatem recidit: agit Titi⁹ contra medicum vt liberet eum, & proponit actionem ex conducto: quia non extinxit anguſtias infirmitatis,ſed ceſſare fecit: arg.infra de ędil.edic. l.qui tertiana.ſic eſt in obligatione & præſcriptione:argu. infra de ſolu.l. qui res.§. aream.& de verb. obli. inter ſtipulantem.§. ſacram.& de pręſc.xxx. ann.l.ſicut. Item quia non videtur curaſſe, cum vitioſe curauit: arg ſupra qui ſatiſdare cogan. l. quotiens. & infra de ſolu.l.qui decem.§.fina. Item quia non durat curatio: vt argu.infra de ſolu. l. ſi quis aliam. & l. cum quis.§. qui hominem. quia videtur promiſiſſe vt perfecte curaret, quoniam verba cum effectu &c.vt ſupra ne quis eum qui in ius vo. eſt vi ex l. pe. Item quia huic reſtituitur infirmitas, ergo & illi debet reſtitui ſolicitudo curandi: arg. §. de procura. l. qui proprio. §. item quæritur.& de ſer. ruſti. præ.l. & Attilicinus. econtra, quia de præſenti tantum infirmitate videtur cogitatum:vt argu.infra de auro & arg. leg.l.ſi ita.& de ſer.vrb.præd. l.ſi ſeruitus. in princi. & ideo ſublata eſt obligatio ſolutione eius quod debet, & in perpetuum:vt inſtit. quibus modis tol.ob. in principio.& infra de ſol. qui res.§.areã. & quia in infinitum non debet obligari. nam infinitas euitatur:vt infra de dam.infect.qui bona.in §.fina. & de leg iij.fideicommiſſ.§.ſi quis decem.

Medicus cu[...] ſi promit[...] in, an per[...] petuo te[...] neatur.
*Flo.alii.
Vide Anto. Aug. lib.4. cap.14.
*Vulg.fra ſta vel ru[...] pta.Anto. Aug.

cedis,niſi alia æquè commoda præſtetur.Bartolus.

LX. LABEO Poſteriorum libro quinto à Iauoleno Epitomatorum.

CVm in plures annos domus locata eſt, præſtare locator debet,vt non ſolùm habitare conductor ex kalendis Iulijs* cuiuſque anni,ſed etiam locare[a] habitatori, ſi velit, ſuo tempore[b] poſsit. Itaque ſi ea domus ex kalendis Ianuariis fulta*in kalendis Iunijs permanſiſſet, ita vt nec habitare quiſquam, nec oſtendere alicui[c] poſſet: nihil locatori conductorem præſtaturum: adeò vt ne cogi quidem poſſet, ex kalendis Iulijs refecta domu habitare: niſi ſi paratus fuiſſet locator commodum[d] domũ ei ad habitandum dare. Heredem coloni, quamuis colonus non eſt,[e] nihilo minus domino poſsidere[f] exiſtimo.

Quando vnus conuenitur ex facto alterius principaliter delinquentis,poteſt petere vt primo principalis conueniatur,vel contra ipſum actiones ſibi cedantur: quod in arbitrio iudicis erit.h d. quem caſum nota.Bart.

Veſtimenta tua fullo perdidit: & habes vnde petas,[g] nec repetere vis: agis nihilo minus ex locato cum fullone. ſed iudicem æſtimaturum, an poſsis aduerſus furem magis agere,[h] & ab eo tuas res conſequi, fullonis videlicet ſumptibus. Sed ſi hoc tibi impoſsibile[i] eſſe perſpexerit, tunc fullonem quidem tibi condemnabit, tuas autẽ actiones te ei præſtare compellet.

Permutatio operis facta locatore volente,petitionem mercedis non impedit.Bart.

Lege dicta,[k] domus faciẽ-

da locata erat,ita vt probatio aut improbatio locatoris aut heredis eius eſſet. redemptor ex voluntate locatoris quædam in opere[l] permutauerat[m]. Reſpondi, opus quidẽ ex lege dicta non videri factum:ſed quoniam ex voluntate locatoris permutatum eſſet, redemptorem abſolui debere.[n]

B

Si dolus aduerſarij dedit cauſam contractui:poteſt cõtrahens pœnitere,& quod dedit,repetere.Bart.

Mandaui tibi vt excuteres quanti villam ædificare velles[o].renuntiaſti mihi, ducentorum impẽſam excutere[p]*. certa mercede opus tibi locaui.poſtea comperi non poſſe minoris trecentorum*eam villam conſtare. data autem tibi erant centum: ex quibus cum partem impendiſſes,vetui te opus facere. Dixi, ſi opus facere perſeueraueris, ex locato tecum agere,vt pecuniẹ mihi reliquum reſtituas[q].

C

Colonus non poteſt condictione furtiua agere: ſed poteſt agere contra dominum vt agat.h.d.Et nota iſtum modum agendi,ago vt agas:de quo in l.Iulian⁹.§.penult.ſ.tit. 1.dic vt ibi.Bart.

Meſſem inſpiciente[r] colono, cum alienam eſſe non ignorares, ſuſtuliſti. condicere[s] tibi frumentum dominum poſſe Labeo ait: & vt id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum.

Propoſitum in mente retentum, parti non expreſſum,nil releuat.Bart.

Locator horrei propoſitũ habuit,ſe aurum, argentum, margaritam nõ recipere ſuo periculo:deinde cũ ſciret has res inferri,paſſus eſt.Proinde cum futurum tibi obligatum

D

b *Suo tempore.* id eſt congruo.
c *Alicui.* ad locandum.
d *Commodam.* vt ſ.e.ſi quis domum.in prin.& hoc ſi tũc fuit paratus,quando locare vel habitare volebat: ſecus ſi poſtea: vt ſ.eod.ſi in lege.§.colonus.
e *Non eſt.* poſt finitam conductionem, ante enim ſic eſt:vt inſtitu. e.§.finali.
f *Domino poſſidere.* ſicut ipſum colonum dum viuit,& etiã poſt mortem ante apprehenſam hereditatem: vt infra de acquiren. poſſ. l. qui vniuerſas. §.quòd per colonum, & l.ſi de eo.§.j. Accurſius.
g *Vnde petas.* veluti à poſſeſſore potes auocare,& non vis.
h *Agere* qui ergo cõtra duos agere poteſt, arctatur ex cauſa magis vnum eligere: vt hic, & infra de præſcriptis verbis. l. ſi rem tibi in principio. & infra de ſepara.l. prima.§.ſi filij. in fine.§. & in authen. de fideiuſſ. §. j. colla. j. & de duo. re.§. j. colla.vij. Item intellige hoc in condict. furt. vel rei vindi.quas poteſt dominus contra poſsidentem inſtituere nondum conuento fullone.ſecus in ac. furti. quæ ſoli fulloni datur ſi eſt ſoluendo: vt inſtitut. de obliga.ex delict.§. fulloni.& infra de fur.l itaque. in prin. quæ ſunt contra.
i *Impoſſibile.*id eſt difficile: vt ſupra de his qui deie. vel effu.l. cũ ſane.Accur.
k *Lege dicta.*id eſt pacto conuento.
l *Quædam in opere.*ſcilicet imponẽda. aliàs, non ponenda.Ac.
m *Permutauerat.*contra legem in initio dictam.vt in princip.dicitur.
n *Debere.* licet contra legem ſiue pactionem: quia tamen voluntas adfuit, parcitur: vt hic, & infra de verb.oblig. cum ſtipulatus. & ſupra de pigne.act.l.qui ratiario.Accurſius.
o *Velles.* id eſt poſſes.
p *Excutere.* id eſt exigere.
q *Reſtituas.* potui ergo pœnitere. Et ſic eſt contra. C. de actio. & obliga. l. ſicut. Solut. hoc eſt propter mendacium conductoris: & quia conductor non ſuis expenſis facere debebat opus, immò locatoris. vnde quia locator grauabatur, permittit ei lex reſilire propter mendacium alterius, ſecundum Ioan. Vel dic quòd non erat ſolitus locator locare operas ſuas. vnde etiam in nominato contractu permittitur reſilire: vt infra de præſcrip. verb. l. naturalis. §. at cum do.
r *Meſſem inſpiciente.* id eſt cuſtodiente.
s *Condicere.* cõdi.fur.colonus enim nõ fit dominus fructuũ, niſi ipſe perceperit: ideoque ipſe non habet cõduct. furtiuã, ſed habet actionẽ:vt j.de fur.l.fullo.§. frugibus.& intellige. §.iſtũ in partiario colono. nã colonus qui nummis colit,poſſet agere cõdic.furtiua, cũ fructus ei⁹ ſit ſtatim cũ decerptus ſit:vt

*excederet.
*trecentis.

CVm in plures. {LEGE DICTA.} Locaui tibi domum faciendam certa groſsitudine & altitudine,hoc etiã pacto, vt ſit in meo arbitrio,probem vel improbem. poſtea feciſti aliter quàm primo conueneras.ſi hoc ex voluntate mea, non teneris.{MANDAVI.} Rogaui magiſtrum vt inquireret & deliberaret pro quanto poſſem ædificare turrim,& dixit pro cc. ideoque ſibi poſtea locaui faciendam pro cc. & cum eſſet fundata,vidi quòd vix etiam pro ccc. poſſet fieri. vnde pœnitui, & dixi quòd non procederet. certe non procedes:& ſi procedas,& ego tibi debeam centum quę adhuc non expenderas:omnino reſtitues quod ſupererat cum pœnitui.Cetera plana ſunt vſque ad finem tit. Viuia.

a *Etiam locare.* aliis idoneis perſonis: vt argu. ſupra de vſu & habi.l.non aliter.& ſic intelligitur.C.eodem.l.nemo.

ſit:vt infra de furt.l.ſi apes.in fin.bonæ fidei autem poſſeſſores & fructuarij quando fiant,habes ſ.qui.mo. vſuſfr. amit.l. ſi fructuarius.Accurſius.

A

dixi, ac ſi propoſitum fuit, remiſſum[a] videtur.

Ex contractu ſerui tenetur dominus de peculio,& de in rem verſo:ex contractu autem proprio tenetur ſecundum qualitatem culpæ commiſſæ per eum.Bart.

Seruum meum mulionem conduxiſti. negligentia eius mulus tuus perijt. ſi ipſe[b] ſe locaſſet,ex peculio duntaxat, & in rem verſum * damnum tibi præſtaturum dico. Sin autem ipſe eum locaſſem, non vltrà me tibi præſtaturum, quàm dolum malum & culpam meam abeſſe[c]. Quod ſi ſine definitione perſonæ mulionem à me conduxiſti, & ego eum tibi dediſſem,cuius negligentia iumentum perierit,illam quoque culpam me tibi præſtaturum aio, quòd eum elegiſſem.[d] † qui eiuſmodi damno te adficeret.

B

Paſſagium quod ſoluitur pro vehiculo, ſoluit dominus vehiculi:ſed pro rebus ibi poſitis,ſoluit dominus rerum.Bart.

Vehiculum conduxiſti,vt onus tuum portaret, & ſecũ iter faceret. id cum pontem tranſiret,redẽptor[e] eius pontis portorium ab eo[f] exigebat. quærebatur, an etiam pro ipſa ſola reda[g] portorium daturus[h] fuerit. Puto, ſi mulio non ignorauit ea ſe tranſiturum cum vehiculum locaret, mulionem præſtare debere.[i]

C

Locator totorum horreorum de cuſtodia non tenetur.Bartolus.

Rerum cuſtodiam, quam horrearius[k] conductoribus[l] præſtare deberet, locatorẽ[m] totorum horreorum horreario[n] præſtare non debere puto, niſi ſi in locando aliter conuenerit.

D

Etiam qui eijcitur propter penſionem non ſolutã,repetit expenſas vtiliter factas. Bartolus.

LXI. SCAEVOLA libro ſeptimo Digeſtorum.

COlonus † cum lege locationis non eſſet comprehenſum vt vineas poneret, nihilo minus in fundum vineas inſtituit: & propter earum fructum denis amplius aureis annuis ager locari cœperat. Quæſitum eſt,ſi dominus iſtum colonũ fundi eiectum,penſionum debitarum nomine conueniat,an ſumptus vtiliter factos in vineis inſtituẽdis reputare poſſit,[o] oppoſita doli mali exceptione. Reſpondit,vel expenſas conſecuturum,[p] vel nihil amplius præſtaturum.

Quando caſus occurrit in re locata culpa conductoris,merces integra debetur.Bart.

B Nauem conduxit, † vt de prouincia Cyrenenſi Aquileiam nauigaret,[q] olei metretis tribus milibus impoſitis, & frumenti modijs octo milibus,certa mercede. ſed euenit, vt onerata nauis in ipſa prouincia nouem menſibus retineretur, & onus impoſitum commiſſo tolleretur.[r] Quæſitum eſt, an vecturas quas conuenit, à conductore ſecundum locationem exigere nauis[s] poſſit. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur,poſſe.[t]

Ante approbationẽ operis,periculũ eſt domini:niſi vitio operis caſus euenerit.Bart.

C LXII. LABEO libro primo Pithanorum.

SI riuum[u] quem faciẽdum conduxeras, & feceras, antequam eum probares,[x] labes corrumpit: tuum periculum eſt. Paulus: Immò ſi ſoli vitio id accidit,locatoris erit periculũ. ſi operis vitio[y] accidit,tuum erit detrimentum.

DE AESTIMATORIA.*

TITVLVS III.

Quando res æſtimata vendenda traditur, actione præſcriptis verbis æſtimatoria agitur,quæ eſt bonæ fidei.Bartolus.

I. VLPIANVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

D ACtio de æſtimato proponitur tollendæ dubitatiõis gratia. fuit enim magis[z] dubitatum,cum res æſtimata vendẽda datur,[a] vtrum ex vendito ſit actio propter æſtimationem:an ex locato, quaſi rem vendendam locaſſe videor: an ex conducto,quaſi operas conduxiſſem: an mandati.[b]

Patientia pro cõſenſu habetur.

a Remiſſum.Sic ergo patientia pro cõſenſu valet:vt ſ.de exerci.l.j.§.magiſtrum autem.& ſ.nau.cau.ſta.l.j.§.pe.& ſupra eo. item quæritur.§. fina. Accurſius.

b Ipſe.ſ.ſeruus.

c Abeſſe. quæ eſſet in hoc ꝙ imperitũ ſciẽs pro perito locaſſem: vt ſ.ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruũ.§.pe. & ar.l. idem iuris.& ſupra de ſer. cor. vt tantum. §. his conſequenter.

* verſo. vulg.

d Elegiſſem. ſic ergo mala electio eſt in culpa:vt ſ.de neg.geſt.nã & Seruius.§.fi.& ſ.e.l. videamus. & l. ſi domum.§.ſi hominem.

e Redemptor. qui dederat centum,pone,vt pedagium pertineret ad eum.

f Ab eo.cuius vehiculum conduxeris.Ac.

g Reda. i.vehiculo. pro alijs enim rebus conſtat carrucarium nõ poſſe cogi præſtare portorium.

† Eorũ quos elegimus,facta omnia præſtanda nobis eſſe docet Cice. 1.epi.ad Q. Frat.

h Daturus.ſcilicet vehicularius.Accur.

i Debere.pro reda.nã pro aliis alij præſtabunt portorium.Ac.

k Horrearius. i.dominus horreorum,& ſtatim ponitur pro conductore.

l Conductoribus. ſcilicet ſuis: vt & ſ.l. dominus horreorum.

m Locatorem. Dic, id eſt dominum. nam ſi dominus locet in vniuerſo, & cõductor particulatim relocet, dominus de cuſtodia nõ tenetur: vt hic ſecundum Azo. Vel dic ſecũdum R. locatorem, ſcilicet ſerui,qui particulatim relocabit, qui de cuſtodia non tenetur,forte quia nõ poſſeſsionem,nec detentionem habet ſicut dominus.

n Horreario. qui conduxit horrea.Azo.

o COlonus.Poſſit.ſcilicet colonus.

p Conſecuturum. iure actionis:vt & ſupra e. dominus.§.j.ſed contra. C. communia de leg.l.fi.in fin. Solu.ibi emptor non repetit propter malam fidem quam habuit.Itẽ contra in authen. de ali.& emphy.§. ſi vero quis locator.col. ix. Solut. ibi fauore eccleſiæ, & odio emphyteutę,qui ab initio cõtra legem accepit.

† Barto.hic & illuſtris doc. Frã.de Are.in l.ſenatus.§. Marcellus. j.de le.1. reputant iſtum text. ſing.ad hoc ꝙ dicitur in ſummario.tamen ſecundum doc.Fran. vbi ſ. aliud eſt in emphyteuta & vaſallo. Bolog.

q Nauigaret. aliàs,nauigaret:& aliàs,nauigarem:& vtrunque poteſt defendi:quia ſiue rem conduxi tantum,quod eſt quando in litore nauigarem: ſiue rem & operam:cum mea culpa,i. propter illicitas merces quas impoſui, nauis ſit detenta, teneor ad mercedem.

r Tolleretur.forte illicitæ merces erant ibi,vt encauſtum imperiale,quod nulli licet facere vel habere,niſi quibus permiſſum eſt:vt C.de diuer.reſcri.ſacri affatus.

s Nauis.id eſt locator nauis.

t Poſſe. præſtatur ergo vectura.ſed certe imò videtur etiam ſi ſit ſoluta,quòd repetatur:vt ſ.e.ſi vno.§.item cum quidam. Sol.ſecundum quoſdã hic locauit nauigator tantum rem, & nõ operas: ſupra vero rem & operam. ſic ergo cũ ſupra locaſſet operas tantum, iterum fortuitus caſus nil obeſt: arg.ſ.e.l. ſed addes.§. fi. & ita cum rem tantum:vt hic.ſecus ſi vtrunque,vt in contrario: licet tu ſolues vt ibi.Accur.

u SIriuum.aliàs.§.Labeo.& aliàs lex,ſi riuum.Accurſius.

x Probares.id eſt faceres dominum approbare,quia ita cõuenerat dare mercedem ſi ipſe approbaret.

† conduxi.

y Operis vitio. Et ſic culpa artificis. ſimilis diſtinctio.ſ.eo.l. item quæritur. §. ſi gemma. & l.opus.& l.Marcius. & ſupra ad legem Aquiliam. ſi ſeruus ſeruum.§. ſi calicem.

DE AESTIMAtoria actione.

Id eſt de act. præſcriptis verb. quæ de æſtimato proponitur.vt inſtitu. de act. §.actionum. vel ideo dicitur æſtimatoria, quia iudex ſuam interponit æſtimatione aliquando, & aliquando non:vt j. in fine huius legis, cũ id quod intereſt contineat.

ACtio.} CASVS.Dedi tibi librũ vendendũ, vt vel eum, vel eius æſtimationem mihi reddas. poſtea non vendis, neque reddis: vel ſi vendis,nõ reddis pretium. quæritur quis contractus ſit, vt ſic ſciam qua actione agam. & certe videtur venditio,quia æſtimatum dedi. Item locatio: quia rem vendendam loco, & mercedem forte pro hoc cõſtituo. Item videtur mandati ſi mercedem non do.Sed verius eſt, vt agam præſcriptis verbis, & nõ vlla prędictarum actionum. Secundo quæritur, quid ſi dicta res data vendenda pereat? Et reſpondendum, periculum eſſe eius qui debebat vendere. Viuianus.

* actione, vulg. additur.

z Magis. id eſt valde. Azo.

a Datur. vt tene hunc librũ, & vẽdes,& reddes mihi aut eũ, aut eius æſtimationẽ,ſiue nominem eam, quem ſcilicet facio x.ſiue non:vt patebit infra eodem.§.finali.

b An mandati.quia mãdato meo hoc fecit.licet enim interuenit merces,tamen dubitabatur an tale factum ſolebat locari.

Hanc

a *Hanc actionem.* ſcilicet præſcriptis verbis:vt ſubijcit. Acc. A
b *Actionem dari.* non noua lege, quia tunc daretur condictio ex lege. & ſic non ob.ſupra de condict.ex lege.l.j. Item non ex delicto,quia tunc de dolo daretur:vt ſupra de dol.l.& eleganter.§.non ſolum.quæ eſt contra.Sed ex contractu [a] cuius nomen ignoratur : vt hic , & [a] infra de præſcri. verbis.l.j.§.j. & l. quotiens.

a Iſt.con te-net. Barto. hic.

c *Aeſtimatoriam.* id eſt quę eſt æſtimatoria in hoc caſu , & ita bonæ fid.ibi,nec enim quotiens datur in ſubſidium: æſtimatoria dicitur,vel bo.fi.
d *Ciuile.* id eſt quod iure ciuili eſt approbatū , vt ex eo actio detur , ſicut & pro alijs contractibus: vt ſupra de origi. iuris. l. ij. §. deinde ex his. quæ vocatur præſcript. verb. vt hic.ipſum tamē negotium, ſeu cōtractus innominatus , qui cadit in do vt des, eſt de iure gentium, ſicut ceteri contractus nominati & innominati fere omnes : vt ſupra de iuſti. & iur. l. ex hoc. & ſ.de pact. iuriſgentium. in principio . & in §.j.
e *Diximus.* ſcilicet in ſuperioribus titu.nam & ipſa eſt bo.fid. vt inſti. de act.§.actionum.
f *Conuenit.* imò videtur diſtinguendū quis alterum rogauerit : vt rogantis ſit periculū: vt infra de præſcript. verbis.l. ſi gratuitam. §.ſi margaritam . quæ eſt contra.Sol.hoc intelligitur ſecundum diſtinctionem illius. Vel dic , hic pretium certum fuit appoſitum : vt patet hic in fine: ibi non . Vel diſtingue planius ſecundum Ioan. vtrum conuenerit de præſtanda æſtimatione rei,aut re,aut etiam de præſtandis.x.aut re:vt in primo habeat locum diſtinctio legis cōtrariæ, in ſecundo teneatur omnino ad æſtimationem , ſiue culpa ſiue caſu perierit: vt hic dicitur ſecundum Ioan. & eſt pro Ioan. ſ. titul. j. l. quæro.§.finali.& infra de iure dotium.l.plerumque.§.fin autem.ſed quod dixi de caſu: quòd eum præſtet ſecundum Ioā. eſt contra ſecundum Azo. qui exponit hic periculum facit &c.ſcilicet cuſtodia non adhibita , vel mala contingens.fortuitum autem caſum non præſtat, ſecundum eum : vt hic, & ſupra pro ſoc.l.cum duobus §.damna.& ſ.commo.l. ſi vt certo.§.commodatum.Accurſius.

† In hūc titulū Cælius Rhodiginus Lectionum antiquarū li.12.ca.49.

Melius itaque viſum eſt hāc actionē[a] proponi. Quotiens enim de nomine cōtractus alicuius ambigeretur,cōueniret tamen aliquam actionem dari,[b] dandā æſtimatoriam,[c] præſcriptis verbis actionem. Eſt enim negotiū ciuile[d] geſtum , & quidem bona fide. Quare omnia & hic locum habent quæ in bonæ fidei iudicijs diximus.[e]

Aeſtimatio facit trāſire periculum in accipientem h.d. Supra dixit quæ actio detur quando res datur æſtimata vendenda : hic vero ad quid detur. Bartolus. B

Aeſtimatio autem periculum facit eius qui ſuſcepit. Aut igitur ipſam rem debebit incorruptam reddere, aut æſtimationē de qua conuenit.[f]

II. PAVLVS libro trigenſimo ad Edictum.

HAec actio vtilis[g] eſt,etſi merces[h] interuenit.

DE RERVM PERMVTATIONE.†

TITVLVS IIII.

Permutatio eſt contractus innominatus: & ideo producit actionem præſcriptis verbis . & ſolo conſenſu non contrahitur , niſi rei interuentu veſtiatur. & ſi datur res aliena,non veſtitur: & in ea eſt locus condictioni ob cauſam.h.d.& ſic diuiditur. Primo oſtendit permutationem eſſe cōtractum innominatum, & in ſpeciem nominati contractus non cadere . Secundo,ex hoc infert quatuor effectus: qui congruunt contractui innominato.Secunda pars ibi,vnde ſi ea res. Bartolus.

I. PAVLVS libro trigenſimoſecundo ad Edictum.

HAec actio.) CASVS Rem dedi tibi vendendam æſtimatā: etſi conſtitui tibi mercedē pro labore, nihilominus agā præſcriptis ver. Viuianus.
g *Hæc actio vtilis.* id eſt efficax:vel propriè,quia dubitabatur propter mercedem.
h *Si merces.* immo videtur locati locū habere:vt infra tit.ij.l. rogaſti in fine.& ſ.manda.l.j.quæ ſunt contra. Sol. hic interuenit merces incerta,ibi certa. Vel dic , [b] quòd hæc merces ſecundario interuenit,id eſt remuneratio : vnde nihilominus habet locum præſcrip.ver.& locati:vt in dicta.l.rogaſti. in fi. euidenter patet ſecundum Ioan.

b Vtraque eſt bona, ſecundum Bar.hic.

DE RERVM PERMVTATIONE.

SIcut.) CASVS. Quatuor aſsignat differentias inter venditionē & permutationē.Prima,in vēditione diſcernitur emptor à venditore , & res à pretio : quia in permutatione pretium non eſt. Secunda,quia in venditione eſt claudicatio.ecce enim venditor non tenetur facere rem accipiētis, ſed emptor pretium : ſicut in permutatione . aut vtrinque debebit transferri, aut ex neutra parte . & ſic apparet ex prædictis ꝙ permutatio aliud eſt à venditione : neq; enim poteſt ſeparari pretium à re,vt prædixi . Tertio diſcernitur, quia re vendita agitur ex empto de euic.ſed euicta re cadit à nomine permutationis , & agitur in factum . Quarta eſt, quia venditio fit conſenſu ſolo,ſed permutatio non habet effectum per conſenſum, ſed re demum ſecuta: quia hoc. ſ. conſenſu perfici conſueuit nominatus cōtractus, vt in venditione,& ſimilibus, non in permutatione. Eſt & quinta ſecundū Pedium , quia in re aliena nō fit permutatio: ſed venditio ſic eſt,& videtur: quia ſi trado,& tu non tradis , quòd ago condictione ob cauſam. ſed in venditione non agam ad rē condictione ob cauſam,ſed tantum ad intereſſe.

SIcut aliud eſt vendere,aliud emere : alius emptor , alius venditor :[i] ita aliud pretiū,aliud merx[k]. At in permutatione diſcerni nō poteſt vter emptor,vel vter vēditor ſit[l]: multumq; differunt præſtationes. emptor enim niſi nūmos accipiētis fecerit, tenetur ex vēdito: venditori ſufficit ob euictionē ſe obligare,poſſeſsionem tradere , & purgari dolo malo. Itaque ſi euicta res nō ſit,nihil debet[m]. In permutatiōe verò ſi vtrū-que[n] pretium eſt[o], vtriuſq; rē fieri oportet[p]. ſi merx[q], neutrius. Sed cum[r] debeat[s] & res & pretium[t] eſſe, non poteſt inueniri quid eorū merx, & quid pretiū ſit. Nec ratio patitur,vt vna eademq; res[u] & veneat, & pretiū ſit emptionis. Vnde ſi ea res quam acceperim vel dederim,poſtea euincatur, in factū[x] dandā actionē reſpōdetur. C Itē emptio[y] ac venditio nuda cōſentientiū volūtate cōtrahitur[z]: permutatio autē ex re tradita[a] initiū obligationi præbet. Alioquin ſi res nondū tradita ſit, nudo conſenſu conſtitui obligationem dicemus[b]. Quod[c] in his dūtaxat receptū eſt , quæ nomē ſuū habent[d]:

i *Venditor.* nec enim vnus poteſt fungi officio vēditoris & emptoris:vt infra de aucto.tuto.l. pupillus. §. pupillus.
k *Merx.* id eſt res vēdita.
l *Venditor ſit.* vt de cōtrahen.empt.l. j. §.j.& hæc eſt prima differētia.ſequitur ſecūda inter permutationem & venditionē, multumque, &c. Accurſius.
m *Nihil debet.* vt C. de euict. l. qui rem emit niſi ſciens quis rē alienam vendidit.nam tunc etiam ante euictionem agitur ad intereſſe:vt ſupra de act. empt. l. ſeruus quem. §.finali. & facit ad reſponſum ſupra de ac. empt l. ex empto. in prin.& §.j.
n *Si vtrumque.* id eſt vtraque res quæ datur ex cauſa permutationis. Accur.
o *Eſt.* id eſt eſſe dicatur.
p *Oportet.* quod eſt verum,ſecundum Pedium:vt infra.
q *Merx.* ſcilicet eſt vtrumque. Accurſius.
r *Sed cum.* q.d.nonne poteſt eſſe vtrumq; pretium, vtrumque merx,& ſic ſit venditio? Reſpon.non.& h.d.ſed cum,&c.
s *Debeat.* quo ad hoc vt dicatur venditio.
D t *Pretium eſſe.* ad hoc vt ſit venditio.
u *Eadémque res.* hic colligitur etiam prima differentia.
x *In factum.* id eſt præſcrip.ver.quę in factum dicitur:vt & ſ. de pactis.l.iuriſgentium.§.j.nam omnis actio præſcri.ver. dicitur in factum ciuilis,ſed non omnis in factum eſt præſcrip. ver.vt j.tit.j.ſi tibi polienda.in fin.Accur.

Venditio ſine pretio eſſe non poteſt.

y *Item emptio.* hæc eſt tertia differentia inter permutationem & venditionem.
z *Contrahitur.* ſicut & locatio:vt ſ.loc.& cōduc.l.prima. Acc.
a *Tradita.* etiam ex altera parte tantū,ſecundū omnes:& accipientis facta,ſecundū quoſdam:vt ſtatim dices.ſed etiā alſo modo præbetur ei initiū,vt ſtipulatione, licet traditio nō interuenerit:vt C.eo.l.ex placito.quæ eſt contra.Accur.
b *Dicemus.* vel legas plane in contractibus ſcilicet qui ſolo conſenſu contrahuntur . Vel dic alioquin,id eſt in contractibus nominatis. Vel melius legas interrogatiuè , vt referas ad proximum dictum de permutatione : & ſubaudi quaſi diceret,non.
c *Quod.* ſ.quod naſcatur obligatio ſolo conſenſu. Accur.
d *Nomen ſuum habent.* i.hi ſoli cōtrahuntur cōſenſu qui nomē ſuum habent,qualis eſt emptio & ſimiles : vt ſubijcit, & ſ.de pact.l.iuriſgentiū.§.j.& ſic permutatio nō habet nomē ſuum: vt hic

vt hic dicitur. Sed quare? Reſpõ. vt dixi ſ. de pactis. l. iuriſgẽtium. §. j. Itẽ caue tibi: quia licet illi qui habent nomẽ, contrahantur cõſenſu: non tamen eſt hoc verũ in omnibus. nã depoſitum & commodatũ nominati ſunt contractus: non tamen ſolo conſenſu in eis contrahitur obligatio, ſed re: vt d. l. iuriſgentium. in prin. & inſti. quibus mo. re con. obli. per totum. ſicut & ſi dicam: in vineis Bonon. naſcitur bonũ vinum. non ſequitur: ergo in qualibet vinea Bononiẽ. naſcitur bonum vinum: quia non verſus Galeriam. Item quid differt contractus permutationis ab illo, do vt des? Reſpõ. permutatio eſt ſpecies, do vt des eſt genus: & vbi genus pro genere datur, habet ille locum: ſed non ſic de permutatione: vt C. eodem. l. quoniam aſſeueras. A

a *Ideoque Pedius.* ſcilicet quia ex re tradita, & accipiẽtis facta, datur initiũ permutationi: quod in re aliena fieri non poteſt: vt infra de acquir. re. do. l. traditio: ideo Pedius &c. & ſi velis tueri Pedium, dic pro eo. ſ. de act. emp. datio. in princi. & ſupra de condic. ob cau. l. fi. & hoc quidam dicũt, ſcilicet Pedium bene dixiſſe, etiam in re aliena non cõtrahi aliquam permutationẽ. Sed tu dic. Secũdum Ir. quòd tenet, quia ſic ſcripſit. hic nimium proſecutus eſt Pedius hoc verbum, ſcilicet quòd res euicta fingatur nõ tradita, & ideo agitur actione ex empto: vt ſupra ea. l. cum ibi dictũ ſit quòd re euicta agitur de euictione actione in factum, ergo interim tenuit: & alibi dicitur permutatio, etiã re aliena data: vt C. e. l. j. interim ergo non poteſt agi, & ſic interim tenet permutatio, ſed re euicta non videtur tenuiſſe permutatio: vt & infra de diſtra. pig. reſcriptũ. §. j. in fi. Vel dic Pedium bene dixiſſe, vt non teneatur. niſi fiat accipiẽtis quo ad hoc, vt alius non teneatur implere contractum, ac ſi ſua facta ſit: ar. dictæ. l. ſupra de condic. ob. cau. l. fin. Accur. D

† Cõcor. gl. vlt. in fi. in c. cum olim. extra e. tit.

** Vulg. cauſa permutationis.*

† Actio præſcriptis ver. vnde dicatur, pulchrè Alc. li. diſpun. 4. ca. vlti.

g *Mutuam.* alias ſi accepiſti, agitur ex mutuo:vt s.ſi cer.pet.rogaſti. & dic accepiſti ſcilicet ab emptore mutuam,id eſt quæ erat futura mutua.
h *Pro te.* mandante.
i *Placuerit.* incontinenti. Accurſius.
k *Præſtares.* prædij liberandi cauſa.
l *Præſcriptis verbis.* & mādati. nam ex pacto eſt informata. Azo.
m *Agi.* vt fideiuſſorē des. Accurſius.
n *Merces.* propter hoc quia ego pignoraui fundum pro te.
o *Ex locato.* nihilominus præſcr.ver. vt s.de æſti.ac.l.fin. Item caue quia locaui rē hic, non factum. tūc enim ſi factum,diſtingueretur an conſueuerit locari, vel non: vt s.e.naturalis.§.at cū do.quæ eſt contra. ADDITIO. Pro ſol. huius contrarij debes intelligere quòd tunc fuit locata res ipſa:& non factum pignoratitium fuit locatum &c. ſecundum Bar.hic.
p *Actionem.* informatā vt fideiuſſorē des.

APud.} CASVS. Venalem equū meū tibi dedi experiendū, cum velles eum emere: & ſi intra triduum diſpliceret, mihi redderes: interim tu cucurriſti ad palmam, & viciſti. ſi tibi diſpliceat:mihi reddes lucrum cum equo.

SI apud te pecuniam depoſuerim,[a] vt dares Titio ſi fugitiuū meū reduxiſſet: nec dederis, quia non reduxit: ſi pecuniā mihi nō reddas, melius[b] eſt præſcriptis verbis agere.non enim[c] ambo pecuniam ego & fugitiuarius[d] depoſuimus, vt quaſi apud ſequeſtrem ſit depoſitum.[e]

Si res vendenda datur, vt pretium in mutuum conuertatur: ſi non venditur, vel pretium non recipitur: actione præſcriptis verbis agitur. Bartolus.

XIX. IDEM libro trigeſimoprimo ad Edictum.

ROgaſti me vt tibi nummos mutuos darē. ego cū non haberē,dedi tibi rem vendendā,[f] vt pretio vtereris, ſi nō vendidiſti:aut vēdidiſti quidē,pecuniā autē non accepiſti mutuā.[g] tutius eſt ita agere,vt Labeo ait, præſcriptis verbis,quaſi negotio quodā inter nos geſto proprij cōtractus. Si prædiū pro te[h] obligauero, deinde placuerit[i] inter nos,vt mihi fideiuſſorē præſtares,[k] nec facias: melius eſſe dico, præſcriptis verbis[l] agi.[m] niſi merces[n] interuenerit. Nam ſi interuenit, ex locato[o] eſſe actionem.[p]

Qui rem experiendam recipit: quicquid ex re interim lucratur, domino reddere debet. Bartolus.

XX. IDEM libro trigeſimoſecundo ad Edictum.

APud Labeonē quæritur: ſi tibi equos venales experiēdos dedero, vt ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes: tuq; deſultor[q] in his cucurreris, & viceris: deinde emere nolueris: an ſit aduerſus te ex vēdito actio. Et puto verius eſſe, præſcriptis verbis agendum,[r] nā inter nos hoc actū,vt experimentum gratuitū acciperes, non vt etiam certares.

Si res datur experiēda, emptione perfecta datur ex vēdito: aliàs præſcriptis verbis. B.

Item apud Melā quæritur, ſi mulas tibi dedero, vt experiaris: & ſi placuiſſent, emeres: ſi diſplicuiſſent, vt in dies ſingulos aliquid præſtares, deinde mulæ à graſſatorib[s] fuerint ablatæ intra dies experimenti, quid eſſet præſtandum vtrū pretiū & merces, an merces tantum. Et ait Mela intereſſe, vtrū emptio iam erat contracta[t], an futura[u]: vt ſi facta, pretiū petatur: ſi futura, merces[x] petatur. ſed non exprimit[y] de actionibus. Puto autem, ſi quidem perfecta fuit emptio, competere ex vendito actionem[z]: ſi verò nondum perfecta eſſet, actionem talem, qualē aduerſus deſultorem[a] dari.

Is cui res inſpicienda datur, non tenetur de caſu contingente cum res deportatur: ſed de dolo & culpa hac actione tenetur. Bar.

Si cum emere argentum velles, vaſcularius ad te detulerit, & reliquerit: & cū diſplicuiſſet tibi, ſeruo tuo referendum dediſti, & ſine dolo malo & culpa tua perierit: vaſcularij eſſe detrimētum[b], quia eius quoq; cauſa ſit miſſum. Certè culpam eorum quibus cuſtodiendum perferendúmve dederis, præſtare te oportere Labeo ait: & puto præſcriptis verbis actionem in hoc competere.

Gloſſa hic tractat vnam materiā, de qua plene per doctor. in l. ex placito. C. de rerum permuta. dixi plene in vna diſtinctione ſupra de condict. ex le. & ibi reperitur vna diſtinctio quæ multa dicit: ſed non ponit veritatem. Bart.

XXI. IDEM libro ſecundo Diſputationum.

QVotiens[c] deficit[d] actio vel exceptio, vtilis[e] actio vel exceptio eſt[f].

Si ſuſcipitur opus faciendum gratis: eſt mandatum. ſi propter mercedem in pecunia, eſt locatio. aliàs eſt contractus innominatus. Bartolus.

XXII. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

SI tibi poliēda ſarciēdáve veſtimēta dederim: ſi quidē gratis hāc operā te ſuſcipiente, mādati eſt obligatio: ſi verò mercede data, aut cōſtituta, locatiōis cōductioniſque negotiū geritur. Quòd ſi neq; gratis hanc operā ſuſceperis, neq; protin[us] aut da-

QVotiens.} CASVS. Si deficit actio propter dubiū cōtractum: agitur in factū, quæ dicitur vtilis, & ſic generalis, Vel dic, ciuilis:vt s. de æſti.ac. l.j.in prin. Cetera plana ſuūt vſq; ad l.Titi[a].
c *Quotiens.* ad euidentiam huius.l.no. quòd quandoq; deficit actio in cōtractibus, quandoque in delictis. & quandocūque deficit actio in delictis, vel quaſi,& eſt æquum actionē dari: cōpetit actio de dolo: vt s. de dolo.l.j.§.j.& C.de dolo.l.ij. Si autem deficit in contractibus: aut nominatis, aut innominatis. ſi in nominatis, vt in mutuo: tunc competit certi condictio: vt s. ſi cert. pet.l. certi cōdictio in prin. Si in innominatis, vt in cōtractu do vt des: & do vt facias: facio vt facias: & ex permutatione datur ac. præſcri. ver. vt ſupra eod. naturalis. in contractu autē facio vt des, datur de dolo. vt in ea. l. naturalis. dicitur.§. quod ſi. Vel diſtingue ſecundū quoſdā, quòd aut fuit in dolo:& tūc datur de dolo, vt ibi. aut nō fuit in dolo: & tūc datur præſcri. ver. vt in cōtractibus alijs innominatis. Ad quā diſtinctionem facit s. eod. ſolent. ſecundum vnū intellectū. Quandoque autem inuenitur caſus aliquis ex quo non ſecundū verba.l. ſed ſecundum eius ſententiam competit actio in factum, de qua hic loquitur. Et de hoc potes ponere duo exēpla ſupra eo. l. qui ſeruandarum. j. reſpon.& §.j.& etiam. §.iij. Quandoq; autem ex noua lege vel conſtitutione aliquid introductum eſt, cui nō competit aliqua nominata actio in iure: & datur tunc condictio ex lege. & ſic intelligitur. s. de condict. ex leg. l. j. & ſic per prædicta patet diuerſitas harum actionum. Accur.

q *Deſultor.* id eſt certator.[a]
r *Agendum.* ſcilicet vt præſtet quod eo nomine accepit.nec enim quæſtum facere ex ea re debet:vt hic,& s.commo.l.ſi is qui.§.ſi quem.& arg.s. de in diem addict.l.j.& ij.& iij. Acc.
s *Graſſatoribus.* id eſt furibus.
t *Contracta.* quia dixit ſibi placere. Accurſius.
u *Futura.* quia dixit ſibi non placere.

d *Deficit.* ex verbis legis.
e *Vtilis actio.* in factum.& dic duob. mod. Primo deficit propter incertitudinem contractus:& ſic datur in factum ciuilis: vt s.de æſti.act.l.j.in prin.& s.eod.l.ij. & iij. & iiij. Vel dic actione in factum generali: quæ in varijs &c. vt C. de ſacroſanct. eccleſ.l.iubemus.& de hac actione in factum plene dixi.s.eod.in rubri.
f *Vel exceptio danda eſt.* æquitate ſuadente actionem dari. vel

a Deſultores erant, inquit Budæus hic, qui duos equos abſque ephip-

vel exceptionem. Accurſius.

a Si tibi. *Præſcriptis verbis.* vt inſtit. loca. & condu. §. j.

b Duo ſecundum. id eſt iuxta.

c *Reſpiceret.* qui rogauit. Ioannes.

d *Illi excidit.* cui oſtenſus erat. Ioannes.

e *In factum actione.* id eſt præſcript. ver. ſi in culpa fuit. Accurſius.

Titius.} Casvs. Dedi tibi xxx. habitis pactis vt fœnerares ad vſuras. x. dē. ꝑ libra. & de vſuris ſolueres quoddā tributū annuū quod ſoluere tenebar fiſco: & ſi ſupereſſet, ſolueres mihi: ſi defuerit, ſolueres ex ſorte. & ſi vltra ſortē ſolueres, dixi quòd tibi redderem. poſtea fœneraſti, & tributū ſoluiſti: & aliquid tibi supereſt: qua act. repetam, quæritur. Et antequā ſoluat, dicit ꝙ ſi eſſet mutuum, non deberetur mihi ſuperfluum prædictæ vſurę citra vinculum ſtipulationis: ſed in noſtro caſu videtur mandatū, niſi eſſet actum vt ſi vltra ſemiſſes vſuras acciperes, tuū eſſet, & non ex pacto incontinenti appoſito. ſi in ſtipulatione, poſſum petere. & ꝙ non ſit mutuū, probat vna ratione: quia ſi perdis ſortem, nō teneris, ſi ſine dolo & culpa amiſeris: quod non eſſet in mutuo. Item illa ratione: quia fuit factū vt etiā de ſorte deminueres: quod in mutuo non eſt, quia totū eſt reddendū: & ideo videtur mandatum: tamen dicit in dubio agi præſcriptis verbis.

† Vulg. aſtione.

A & ven. l. initio. Sed in hac lege quomodo debentur vſuræ ex pacto incōtinenti appoſito, cū ſit ſtricti iuris præſc. ver. ſemper: niſi in duobus caſibus? Reſpō. habetur pro bo. fi. cū ſit ſimilis ei, puta mandato, quod eſt bon. fi. vt s̄. eo. naturalis. §. fi.

r *Semiſſem.* quem retinere debebat vt ſolueret reipublicæ.

ta aut conſtituta ſit merces: ſed eo animo negotiū geſtū fuerit vt poſtea tantū mercedis nomine daretur, quātum inter nos ſtatutum ſit: placet quaſi de nouo negotio in factū dandum eſſe iudicium, id eſt præſcriptis verbis.[a]

Perdens rem alienam ſua culpa, tenetur actione in factum, ſi alia actio nō ſupereſt. Pau. de Caſt.

XXIII. Alfenvs libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

Dvo ſecundū[b] Tyberim cū ambularēt, alter eorū ei qui ſecum ambulabat, rogatus anulū oſtēdit, vt reſpiceret.[c] illi excidit[d] anulus, & in Tyberim deuolutus eſt. Reſpondit poſſe agi cum eo in factum[e] actionem.†

Si pecunia datur vt ex eius vſuris tributa dātis, ſoluātur, contractus innominatus eſt: ideo actione præſcriptis verbis agitur: & periculū pecuniæ ad repetētē nō pertinet. Bar.

XXIIII. Africanvs libro octauo Quæſtionum.

Titius Sempronio triginta dedit:[f] pactiq; ſunt, vt ex reditu[g] eius pecuniæ tributū qđ[h] Titius pēdere[i] deberet,[k] Sēpronius præſtaret, cōputatis vſuris[l] ſemiſsibus: quātoq; min⁹ tributorū nomine pręſtitū foret, quā earū vſurarū quātitas eſſet, vt id[m] Titio reſtitueret: quod ampli⁹ pręſtitū eſſet, id ex ſorte decederet: aut ſi & ſortem & vſuras ſumma tributorū exceſsiſſet, id quod amplius eſſet, Titi⁹ Sēpronio præſtaret. neq; de ea re vlla ſtipulatio interpoſita eſt. Titi⁹ cōſulebat, id qđ ampli⁹ ex vſuris Sēproni⁹ redegiſſet[n] q̄ tributorū nomine præſtitiſſet[o], qua actione ab eo cōſequi poſsit. Reſpondit, pecuniæ quidē creditæ[p] vſuras niſi in ſtipulationem deductas nō deberi[q]: verū in propoſito videndū, ne nō tā fœnerata pecunia intellegi debeat, q̄ quaſi mādatū inter eos cōtractū, niſi quod vltra ſemiſſem[r] cōſecuturus[s] eſſet. Sed ne[t] ipſi⁹ quidē ſortis petitionē pecunię creditę[u] fuiſſe: quādo[x] ſi Sēpronius eā pecuniā ſine dolo malo vel amiſiſſet, vel vacuā habuiſſet: dicēdū, nihil eū eo nomine[y] pręſtare debuiſſe. quare tuti⁹ eſſe, præſcriptis verbis in factū actionē dari, pręſertim cū illud quoq; cōueniſſet, vt qđ amplius præſtitū eſſet q̄ ex

B vſuris redigeret, ſorti decederet: quod ipſū ius & cauſam pecuniæ creditę excedebat.[z]

Si operæ pro operis dantur: hac actione agitur. Bartolus.

XXV. Marcianvs libro tertio Regularum.

Si operas fabriles[a] quis ſerui vice mutua dediſſet, vt totidē reciperet, poſſe eū præſcriptis verbis agere: ſicuti ſi penulas[b] dediſſet, vt tunicas acciperet. nec eſſe hoc cōtrariū,[c] quòd ſi per errorē operæ[d] indebitæ datæ ſunt, ipſę[e] repeti nō poſſunt. nam[f] aliud dādo vt aliud reddatur, obligari iure gentiū poſſumus[g].

C Quod autem indebitū datur: aut ipſum repeti debet, aut tantundem ex eodem genere. quorum neutro modo operæ repeti[h] poſſunt.

Si trado tibi rem vtendam, vt eandem reſtituas: dicetur contractus commodati. Si vero vt reſtituas tantundem pondere, vel eandem, aut tantundem: dicitur contractus innominatus. Bartolus.

XXVI. Pomponivs libro viceſimoprimo ad Sabinum.

Si tibi ſcyphos† dedi, vt eoſdē mihi redderes, cōmodati actio eſt. ſi vt pōdus argēti redderes, quātū in illis eſſet, tantidem pōderis petitio eſt per actionē præſcriptis ver-

D bis, tā boni tamen argenti, q̄ illi ſcyphi fuerunt. ſed ſi vt vel hos ſcyphos, vel vt eiuſdē ponderis argentum dares, conuenit, idem dicendū eſt.[i]

† Hanc L. eruditè declarat Alci. li. paradoxor. 3. c. 19.

f *Dedit.* vt negotietur ex eis, & lucrum quærat ſub forma quā ſtatim dicit.

g *Ex reditu.* id eſt ex vſuris ſic enim ſtatim appellantur.

h *Quod.* ſ. tributum.

i *Pendere.* i. præſtare.

k *Debet.* ſcilicet reipublicæ.

l *Vſuris.* i. vt lucrum vſuræ ſemis expendatur pro mandante. ſi vero minus percipitur, ſolum quod percipitur ſoluit.

m *Vt id.* i. reſiduū ex vſuris. Accur.

n *Redegiſſet.* ſcilicet negotiando, vel fœnori dando.

o *Præſtitiſſet.* infra ſemiſſem tamen.

p *Creditæ.* i. ſi velis dicere quòd ſit credita.

q *Non deberi.* Not. etiam per pactum incōtinenti appoſitum in contractibus ſtricti iuris, vſuras citra vinculū ſtipulationis non deberi: vt C. de vſuris. l. quāuis. fallit ſi ciuitati debebantur: vt infra de vſur. l. etiam. Item fallit in contractibus bo. fi. vbi ex pacto incontinenti appoſito debentur: vt in hac l. & infra de vſuris. l. cū quidā. §. ex locato. & C. de pact. inter em.

s *Conſecuturus.* ſ. Sempronius quia tūc cum cert⁹ ſit ꝙ habebit lucrū, nō videtur mādatum, quod eſſe debet gratuitū: vt s̄. man. l. j.

t *Sed ne.* nunc ſoluit.

u *Creditæ.* i. mutuatæ.

x *Quando.* pro quia.

y *Eo nomine.* i. vſurarū, quia erant ex reditu præſtandę: qui cum ſit nullus, ex eo nō præſtabuntur: ſed nec de ſorte præſtabuntur.

z *Excedat.* quia mutuum eſt cum traditur vt tantundē reddatur. hic autē minus quandoque redderetur.

Si operas.} Casvs. Conuenit tibi dare x. operas ſerui mei Stichi, vt tu des totidem ſerui tui Pāphi. agam præſ. ver. vt des, ſi ego dedi. Secundo, ſi dedi vnā veſtē, vt des aliā: agam eadē act. Tertio opponitur ad primum hoc modo: Legitur alibi quòd ſi ſolui operam indebitā, credens debitam, quòd nō poſſum repetere eandem, neq; ſimiliter ſimilē, ſcilicet alterius hominis. & ideo cū condico æſtimationē: quomodo ergo pro operis ſerui mei Stichi petā operas alterius? Et reſpon. quòd hoc expreſſe hic agitur: at in dicto caſu agitur contra, ſcilicet quòd ipſa eadē repetatur tacite enim cū indebitū ſoluo, ago vt id aut tantundem reddatur. Vi.

a *Fabriles.* vtputa pictorias, vel etiam artificiales. Accur.

b *Penulas.* genus veſtis. Accur.

c *Contrarium.* ideo quia hic non idem vel eædem operæ in eodem genere, ſed aliæ petuntur.

d *Operæ.* fabriles. Nā de officialibus cōſtat, quia nec ipſæ, nec æſtimatio earum debetur: vt s̄. de condic. indeb. ſi non ſortem. §. libertus. in prin.

e *Ipſæ.* nec aliæ.

f *Nam.* nunc ſoluit contrarium.

g *Poſſumus.* ſ. ex cōuētione: vt fuit in primo caſu huius legis.

h *Repeti.* ſ. vt aut ipſæ reddantur, aut totidem eiuſdem generis: redditur tamen operarum æſtimatio: vt d. l. ſi non ſortem. §. libertus. circa medium.

i *Si tibi. Dicendum eſt.* ſ. vt præſcrip. verb. actio competat. Sed cur non fuit mutuū, cū in quantitate ſimili reddi debeāt? Reſpon. quia vt ſpecies dati ſunt ſcyphi. Azo.

Finit tertia Digeſtorum pars.

SEQVITVR QVARTA DIGESTORVM PARS, quæ continet libros ſingulares octo.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, *& qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum.*

Continnatio. *Supra de principalibus obligationibus tam nominatis quàm innominatis dixit: nunc de acceſſoriis, id eſt pignoribus & hypothecis pertractat.* Accurſius.

Digeſtorum ſeu Pandectarum Liber viceſimus.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, ET qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum.

TITVLVS I.

Obligatio generalis porrigitur ad bona præſentia & futura: ſed obligatio certæ rei non contrahitur etiam in illa re poſtea debitoris effecta, ſi creditor ſciens fuerit. Bartolus.

I. PAPINIANVS libro vndecimo Reſponſorum.

Conuentio generalis in pignore dando bonorum[a] vel poſtea quæſitorũ, recepta eſt.[b] In ſpeciem[c] autem alienæ rei collata conuentione, ſi non fuerit ei qui pignus dabat debita,[d] poſtea debitori dominio quæſito, difficilius[e] creditori, qui non ignorauit alienum, vtilis actio dabitur: ſed facilior erit poſsidenti retentio.

Obligato ſeruo non intelligitur obligatum peculium tunc vel poſtea quæſitum: ideo per creditorem non poteſt vendi. Bartolus.

Seruo pignori dato, peculium eius creditor, citra conuentionem ſpecialiter ſuper eo conceptam, fruſtra diſtrahit: nec intereſt, quando[f] ſeruus domino peculium adquiſierit.*

Difficilis. §. & h. d. Fundo obligato non veniunt in obligatione fructus à bonæ fidei emptore poſtea percepti: & vſucapio triennij ius pignoris non extinguit. h. d. Primo ponit vnum dictum. Secundo ponit vnam obiectionem ad dictum. Tertio illi reſpondet. Secunda ibi, pignoris. Tertia ibi, quod in fructibus. Bartolus.

Cum prædium pignori daretur, nominatim vt fructus quoque pignori eſſent, conuenit.[g] eos conſumptos[h] bona fide emptor[i] vtili[k] Seruiana reſtituere non cogetur.[l] Pignoris[m] etenim cauſam nec vſucapione[n] perimi placuit: quoniam quæſtio pignoris[o] ab intentione dominij[p] ſeparatur. quod in fructibus diſsimile eſt, qui nunquam debitoris[q] fuerunt.

Valet pactum quòd non ſolutis vſuris, fructus cedant loco vſurarum: ſicut quod non ſolutis minoribus vſuris, currant maiores. Bart.

*Fl. adquiſierat.

Conuentio.} CASVS. Obligatio poteſt fieri omnium bonorum præſentiũ & futurorum. {IN SPECIE.} Dedi tibi pignori rem alienã in ſpecie, puta fundum: tu ſciẽs alienam, accepiſti. certum eſt quòd non obligatur tibi. Quid autem ſi poſtea dominium illius fundi acquiſiui: an ſit tibi obligatus? Dicit iuriſcon. quòd non faciliter tibi obligabitur: poteris tamẽ eam retinere donec tibi ſatisfaciam. {SERVO.} Si tibi ſeruum meum obligaui, non poteris vendere eius peculium, niſi de hoc etiam conuenerit. Viuianus.

a *Bonorũ.* ſcilicet præſentium.

b *Recepta eſt.* q. d. non ſolum ſpecialiter vnã rem, ſed & generaliter omnia bona ſua poteſt quis obligare, & præſentia & futura: vt hic, & C. quæ res pignori oblig. poſ. l. fi. Azo.

c *In ſpeciem.* id eſt in ſpeciem quę eſt aliena res, veluti in alienum fundum.

d *Debita.* i. obligata. Azo. Vel melius proprie: vt infra qui po. in pig. ha. l. iij. §. cum ex. Accurſius.

e *Difficilius.* i. non dabitur: quia oportet rem probari eſſe in bonis debitoris tempore obligationis, vel creditorem ignoraſſe, & quòd cœpit idem eſſe dominus rei & debitor: vt infra eod. & quæ nondum ſunt §. quod dicitur. & l. ſi Titio. Et plene diſtinguas: quia cum quis rem certam obligat: ſi quidem ſuam, tenet obligatio. ſi alienam, ſi quidem ſibi debitam: tenet obligatio: vt infra qui po. in pign. ha. l. iij. §. cum ex cauſa. & hic innuitur. Si vero non eſt debita, ſed habet ius in re, ſimiliter tenet: vt infra eodem. grege. §. ij. & iij. & l. ſi ab eo. Si non: ſi quidem ſic obligauit, cum mea erit, tenet: vt infra eodem. ſi fundus. §. aliena. Si ſimpliciter, aut ſcienti: & tunc non dabitur actio: licet detur retentio: vt hic. ſic & aliàs datur retentio ex pign. non tamen actio: vt infra quib. mod. pign. vel hypo. ſolu. l. j. in princip. & C. ſi alie. res pign. da. ſit. l. j. & C. etiam ob chi. pe. pi. re. poſ. l. j. Similiter in omni nudo pacto, vt ex eo non actio, ſed retentio detur: vt infra ad l. Fal. l. j. §. id quoque. Sed argu. contra infra eodem. l. cum vitioſæ.[a] aut ignoranti: & tunc dabitur vtilis actio: vt hic, & infra eodem. ſi Titio. & l. ſi ab eo. Sed tamen dici poteſt vt creditor ſciens habeat contra obligantem hypothecariam, non autem contra alios: & ideo temperate hic loquitur, difficilius &c. Alij dicunt, propter pupillum creditorem: alij propter caſus qui hic dicuntur, ſcilicet infra eodem. grege. §. ij. & iij. & l. ſi fundus. §. aliena. Si autem nullus prædictorum interuenit, & ſic non cœpit eſſe dominus qui obligauit: ſi dominus habeat ratum, ſimiliter tenet: vt infra eodem. ſi fundus. §. j. & aliàs non: vt hic, & C. ſi alie. res pig. da. ſit. l. quæ prædium. Accurſius.

a Solus vt ibi dixi in illa l. cõtraria. ſecundum Bart.

f *Quando.* id eſt ante obligationem ſerui vel poſt. ſic & vendito ſeruo non comitatur peculium: vt ſupra de contrahend. empt. l. quotiens. Accurſius.

g *Conuenit.* qui pignori erant, etiam ſi nihil conuenit: vt infra qui. mo. pig. vel hypo ta. contra. l. in prædiis. j. reſpon.

h *Conſumptos.* extantes enim ſine dubio reſtituit, ſubaudi, niſi A quando debitoris non fuerunt: vt in fi. huius. §. Azo. & ſic nõ eſt contra ſupra loca. ſi in lege. §. j.

i *Emptor.* qui emit à debitore prædium: & poſtea ſeuit, & collegit, & conſumpſit. Accurſius.

k *Vtili.* de directa nõ eſt dubiũ: quia non datur: quia ſi daretur, pro extãtibus daretur: ſed hic etiam pro extantibus non datur directa vel vtilis: quia non fuerunt in dominio debitoris: vt hic, & infra eod. l. Paulus. §. j. ſed officio iudicis venit: vt j. eod. ſi fundus. §. interdum.

l *Non cogetur.* licet rẽ reſtituat. Accurſius.

m *Pignoris etenim.* reſpondet tacitæ obiectioni cur non datur hypothecaria iſto facto domino fructuum perceptorum, cum & detur aliquo facto domino per vſucapionẽ: vt C. eod. vſucapio. & j. de vſucap. l. iuſto. §. non mutat? Reſpon. aliud eſt in vſucapione: quia ante eam cõpletam competit hypothecaria: quæ non tollitur, vt dictum eſt, mutatione dominij, cũ in nullo ſit ei coniuncta: pro his autem fructibus nunquam competit hypothecaria: vt in fin. dicit Accurſius.

n *Nec vſucapione.* triẽnij. ſecus in decennio, vel vicẽnio, vel tricennio: vt j. de act. & oblig. l. eſt in arbitrio. & C. ſi aduerſus cre. l. j. & ij. Sed quę eſt ratio? Reſpõ. in pręſcriptione eſt maius tempus: B & ideo maior negligentia, hic minor. præterea eſt alia ratio: quia cũ vſucapio de dominio tractet, nil commune habet cũ iure pignoris, ſed præſcriptio ſic: quia de exceptione ibi agitur, vt hic ſubijcit, & d. l. iuſto. §. non mutat.

o *Quæſtio pignoris.* i. hypothecaria, qua quæritur de pignore.

p *Dominij.* vt enim alienatione facta dominij à debitore non tollitur ius pignoris: vt s. de contrahen. emp. alienatio. ita nec alienatione legali. ſ. vſucapione: vt j. de verbo. ſig. l. alienationis. Sed ſi creditor ab vſucaptore per hypothecariam vindicabit, debitor luere poteſt: vt j. de diſtra. pig. l. reſcriptũ. §. j. ibi, per iniuriam &c. nec poteſt creditor eum repellere hac exceptione: quia non poſſet agere debitor contra vſucaptorem, ergo nec contra creditorẽ: quia illud haberet locum ſi ageret rei vind. ſed hic agit debitor pig. ac. ex contractu, vbi agitur etiam ſi res non fuerit ſua, vel deſierit eſſe ſua: ſicut cõmodator & depoſitor: vt s. commo. l. ita vt ſi. & s. depo. l. j. §. ſi prædo. Sed nõne vſucaptor actione in rem recuperat à debitore? Reſpon. ſic, niſi ceſſerit creditor ius ſuũ debitori luẽti. quod poteſt: vt dicunt: vt j. qui po. in pig. ha. l. mulier. & de euict. l. in creditore. Sed contra dici poteſt. ſ. quòd non valeat huiuſmodi ceſsio. nam hypothecariam cedere non poteſt: quia eſt extincta cum principalis ſit ſublata. Item principalis debiti C non: quia contra ſeipſum cederetur: quod nihil eſſet. Sed ipſi dicunt quòd ius retentionis ceditur, quod nihil eſt: quia ius retentionis creditor nõ habet ſoluta ſibi pecunia: vnde nihil eſt quod cedatur. ſolũ vnum ergo conſiliũ habet debitor, vt rem pro debito creditori dimittat. ſ. pro eo quod valet. ſi autem plus valet res, redditur ſuperfluũ debitori, nõ vſucaptori: vt d. l. j. j. de diſtrac. pign. l. reſcriptum. Nec ob. prædictis prædictæ leges. ſ. in creditore. & l. mulier. quia ibi fiebat ceſſio ante mortem perſonalis actionis: vnde erat quòd cedebatur. vel agebatur prius quòd poſtea fieret ceſsio: vt infra de ſol. l. Modeſtinus.

q *Nunquã debitoris.* ſi ponas, vt dixi, dominũ vẽdidiſſe: & poſtea fruct⁹ ſatos ab ẽptore, & cõſumptos nihil eſt quod obſtet. Idẽ dici poteſt & ſi ab alio fuerit res vẽdita. Item idẽ videtur

& ſi iam

& ſi iam erant ſati. nam antequam ſati fructus à bon. fid. poſ. percipiantur, non dicũtur eſſe fundi domini: & negatoriè dicitur, cum nec ſint in rerum natura: vt j. ea. l. & quæ in frau. cre. l. vlti. §. pen. domini tamen dicuntur alio reſpectu. ſ. quòd pars fundi ſunt: vt ſ. de rei vind. l. fructus. nõ quod per ſe cenſeantur: & ideo creditor cui dominus obligauit fundum ſatum, aget hypothecaria ꝓ fructibus, licet ab alio percipiantur: vt j. e. l. Paulus. §. ſi mancipia. Quare prima poſitio vera eſt. Item huic §. eſt ar. contra. j. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. ſicut. in princ. Sed ibi de naturali rei interitu: hic de mutatione dominij. ſic j. pro herede. l. ij. in prin. & de vſuc. l. ſequitur. §. ſi rẽ. & pro empto. ſi rem. quod extinguit pignus. Ex prædictis patet quod hypothecaria non tollitur vſucapio proprietatis, nec vſusfr. vt ſ. de vſufru. l. locum autẽ religioſum. §. pe. ſecus in opera: vt j. de vſufr. leg. l. ij. in fin. ſed quare ſecus? Item ſi rem mobilem obligatam tenet poſſeſſor x. ann. præſcribit? Ir. quòd non. ar. j. de diuer. & temp. præſcri. longæ. & C. in qui. cau. ceſ. longi tẽp. preſcri. l. in ſeruorum. Io. contra. nec obſtat quòd prius factus eſt dominus: vt j. de cap. in bello. §. ſi quis ſeruum. Accur.

a *Legitimæ.* i. promiſſæ, ſecundum Azo.

b *Minores.* quàm ex fructibus colligerentur.

c *Cum ad diem.* Dicit ergo hic. §. hęc duo eſſe paria, vt fructus loco vſurarum ſumátur, licet plus colligant: & paciſci die maioribus vſuris, ſi die ſua non ſoluantur minores. Vel dic quòd tantum vnum caſum dicit quando primo minores ſoluere conuenit: quas ſi non ſolueret, conuenit ſoluere maiores: & pro eis fructus voluit compenſari.

d *Videtur.* & ideo ceſſat Velle. vt ſupra ad Velle. bona fide. §. fin. & l. ſi pro aliquo.

** Vulg. fructus hypothecarũ in vſuris compenſarẽtur vſque legitimæ vſuræ ſua die ſoluantur: quamuis. † fini &c. id eſt vſque admodum legibus præſcriptũ ſtipulationi vſurarum. Vide. l. debitor. de cõ penſat. ſ.*

Pacto placuit, vt ad diem vſuris non ſolutis, fructus hypothecarum* vſuris compenſarentur † fini legitimæ[a] vſuræ. quamuis exordio minores[b] in ſtipulatũ venerint, nõ eſſe tamen irritã conuentionem placuit: cũ ad diem[c] minore fœnore non ſoluto, legitimæ maiore vſuræ ſtipulanti rectè promitti potuerunt.

Vxor poteſt rem propriã obligare pro marito, quatenus ei tenetur occaſione illius rei. Bartolus.

Cum prædiũ vxor viro donaſſet, idq; prædiũ vir pignori dediſſet: poſt diuortiũ mulier poſſeſsionẽ prędij ſui recuperauit, & idem prædium ob debitũ viri pignori dedit. In ea duntaxat pecunia rectè pignus à muliere cõtractum apparuit, quã offerre viro debuit meliore prædio facto: ſcilicet ſi maiores ſumtus, q̃ fructus fuiſſent quos vir ex prædio percepit. etenim in ea quantitate proprium mulier negotium geſsiſſe, non alienum ſuſcepiſſe videtur.[d]

Contra fideiuſſorem qui pignora à creditore recepit, agitur mandati, non pigneratitia. Bartolus.

II. IDEM libro tertio Reſponſorum.

FIdeiuſſor qui pignora vel hypothecas ſuſcepit, atq; ita pecunias ſoluit, ſi mandati[e] agat, vel cum eo agatur, exemplo creditoris etiam culpam æſtimari oportet. ceterùm iudicio quod de pignore dato proponitur,[f] conueniri non poteſt.[g]

Sententia lata contra debitorem, nõ præiudicat creditori, ſi lata fuerit poſt pignus contractum: ſecus ſi ante. Bart.

III. IDEM libro vigenſimo Quæſtionum.

SI ſuperat⁹ ſit debitor[h] qui rẽ ſuam vindicabat, quod ſuam nõ probarat: æquè ſeruãda erit creditori[i] actio Ser-

e *Fideiuſſor. Mandati.* immo videtur mandati non dari: vt ſ. de neg. geſt. l. ſi fideiuſſor. circa prin. Sed ibi ſcilicet pro rebus alterius contractus qui eius perſonam non contingebat: hic pro rebus ſuis contractus.

f *Proponitur.* ſcilicet actione pignoratitia.

g *Non poteſt.* Illa enim oritur ex cõtractu: at hic fideiuſſor huiuſmodi contractum cum debitore non habuit: vt inſtit. qui. mo. re contra. ob. §. ſi. habet tamen iſte retentionem: vt j. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. j. in prin. Accur.

S*I ſuperatus.* } CASVS. Rem tuã mihi obligaſti: à poſſeſsione cecidiſti: vindicaſti: & ſuccubuiſti: an mihi creditori obſtet ſentẽtia, quæritur. Et reſpon. ꝙ non. Idẽ eſt ſi aliquis inſtituit te heredem: & vnam rem hereditariam mihi obligaſti: & alius heres poſsidebat: & eã à poſſeſſore petijſti petitione heredi-

taria, & ſuccubuiſti. Sed videretur ꝙ ſententia lata obeſſe debeat creditori, ſicut nocet legatarijs ſententia lata contra inſtitutum, & pro legitimo. ſed non eſt ſimile: quia legata pendent ex teſtamento: quod quidem ſi nullum eſt, neq; legatum vllum eſt: ſed hic tu verus eras dominus: & res fuit tua quam obligaſti: licet ſuccubuiſti cũ de intẽtione tua probare nõ potuiſti. {PER INIVRIAM.} Aliquis rem tuã poſsidet: & eã vindicaſti, & ſuccubuiſti: poſtea obligaſti: an valeat pignoris obligatio, quæritur. Et dicitur quòd non: & creditori agẽti hypothecaria obſtabit exceptio rei iudic. neq; inſpiciendum eſt an ille qui vicit iuſtã cauſam habuit: ſed an tu eam obligare poſſes, cum in cauſa ſuccubuiſti proprietatis, quia tua non fuit. Viuia.

h *Debitor.* creditore ignorante.

i *Creditori.* ſ. ſi ignorauit, vt hic, & j. de exce. rei iu. l. fi. & C. e. l. præſens. nã ius quæſitum ex caſu ſuperuenięti non aufertur. vt argu. ſ. de ſena. filiam. nõ ita ſi ſciuit, ſecundum Io. vt infra de re iudi. l. ſæpe. circa prin.

k *Fuiſſe.* quod eſt neceſſe: vt hic, & j. e. l. & quæ nondum. §. j. Acc.

l *Debitor.* ſ. ille qui dicens ſe heredem, rem hereditariam mihi obligauit.

m *Dicta eſt.* nam tunc nõ dabuntur legata: vt hic, & C. de fideicõ. l. eam. & ſ. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. fin. ſed poſſunt adeſſe cauſæ, ſi volunt appellare legatarij: vt j. de appel. ſi pro luſorio. quæ eſt contra. Item not. hic quòd ſententia inter alios dicta alijs præiudicat. & ſic eſt contra j. de exc. rei iu. l. j. Sol. hic loquitur quando pręſente legatario ſententia fertur: ibi quando abſente. Vel hic loquitur quando ſententia datur non ex cõtumacia heredis: ſed qa malã cauſam habuit: & ſic fit ius ex ſententia: ibi quando is eſt abſens. Accur.

n *Conſtaret.* hic autem conſtat ipſo iure reſciſſum: vt ſupra de inof. teſta. ſi ſuſpecta. & hoc ſiue ſit lis bene inſtituta, ſit non: quia inde pendet. Azo.

uiana, probanti res in bonis eo tempore quo pignus contrahebatur, illius fuiſſe.[k] Sed & ſi victus ſit debitor[l] vindicans hereditatẽ: iudex actionis Seruianæ, neglecta de hereditate dicta ſententia pignoris, cauſam inſpicere debebit. Atquin aliud in legatis & libertatibus dictũ eſt, cũ ſecundum eũ qui legitimã hereditatẽ vindicabat, ſententia dicta eſt.[m] Sed creditor nõ benelegatarijs ꝑ omnia cõparatur: cũ legata quidẽ aliter valere nõ poſſunt, q̃ ſi teſtamẽtum ratũ eſſe conſtaret.[n] Enimuero fieri poteſt vt pignus rectè ſit acceptũ, nec tamẽ ab eo lis bene inſtituta.[o]

Per iniuriã[p] victus apud iudiciũ, rem quã petierat, poſtea pignori obligauit. non plus habere creditor poteſt, quã habet qui pignus dedit. ergo ſummouebitur rei iudicatæ exceptione: tametſi maximè nullã propriã, qui vicit actionem exercere poſsit. Non enim quid ille non habuit,[q] ſed quid in ea re quæ pignori data eſt, debitor habuerit,[r] conſiderandum eſt.

In contrahenda obligatione bonorum nõ requiruntur ſolemnitates verborum ſine ſcriptura: & magis ſit ſcriptura ad probationẽ quàm ad obligationem. Bartolus.

IIII. GAIVS libro ſingulari de Formula Hypothecaria.

COntrahitur* hypotheca per pactũ conuentũ, cũ quis paciſcatur, vt res eius propter aliquã obligationem ſint hypothecæ nomine obligatæ. Nec ad rẽ pertinet,† quibus ſit verbis: ſicuti eſt & in his obligationib⁹ quæ cõſenſu cõtrahũtur. Et ideo & ſine ſcriptura ſi cõuenit vt hypotheca ſit, & probari poterit: res obligata erit de qua cõueniunt. Fiũt enim de his[s]

o *Inſtituta.* ſuper hereditatis petitione: alij ſuper hypothecaria. Accurſius.

p *Per iniuriam.* qui vicit debitorem. Ioan.

q *Non habuit.* qui vicit.

r *Habuerit.* inutile enim dominium habuit.

C*Ontrahitur.* } CASVS. Obligaui tibi fundũ, nec fecimus inde ſcripturam. quæritur vtrum valeat talis pignoratio? Et reſpon. quòd ſic: quia ſcriptura non tantum ſit vt conualeſcat contractus, ſed vt probari poſsit. Cetera plana ſunt vſque ad l. ſi debitor. Viuianus.

s *De his.* & alijs omnibus quæ dicũtur inſti. de obli. ex conſenſu. §. j. nam & hoc fit conſenſu: vt ſupra de pig. act. l. j.

Sententia inter alios dicta, alijs nocet.

** Iſta lex ad hoc ſemper allegatur, quòd ſcriptura videtur adhiberi loco probationis non autem eſt de ſubſtantia hypothecæ, ſecundum Bald.*

† Vide j. l. 4. de fide inſtru.

a *Valet quod actum eſt*. regulariter:vt hic,& C.de pac.l.pactũ. A fallit tamẽ in caſibus:vt C.de iur.emphy.l.j.& de fide inſtru. l.contractus.& de man.prin.l.j.& C.de litis conteſt. auth.offeratur.& C.de non num. pec. l. generaliter.& C.ſi mi.ſe ma. di.l.ſi alterius. & in aut.de trien. & ſemiſ.§.& quod ſæpe.col. iij.& C.ar.tu.l.fi. & j. de proba.l. Celſus. & in auth.vt li.ma.& au. §.j.& §.quia vero dudum.col.viij.& etiam donatio quæ eſt vltra quingentos ſolidos: vt C.de dona.l.ſancimus.

*Fl. poterit.

ſcripturæ,vt quod actum eſt per eas facilius probari poſſit.* & ſine his autem valet quod actum eſt,[a] ſi habeat probationem:ſicut & nuptię ſunt,licet teſtationes in ſcriptis habitæ non ſunt.[b]

Pro qualibet obligatione poſſunt res obligari purè,& ſub conditione.h.d.Bart.

V. MARCIANVS libro ſingulari ad Formulam hypothecariam.

RES hypothecæ dari poſſe ſciendũ eſt pro quacunq; obligatione: ſiue mutua pecunia detur, ſiue dos: B ſiue emptio vel venditio cõtrahatur,vel etiam locatio & conductio, vel mandatũ: & ſiue pura eſt obligatio,vel in diem,vel ſub conditione: & ſiue in præſenti contractu, ſiue etiam præcedat.[c] Sed & futuræ obligationis nomine dari poſſunt. Sed & non ſoluẽdæ[d] omnis[e] pecuniæ cauſa, verum etiam de parte[f] eius: & vel pro ciuili obligatione, vel honoraria, vel tantùm naturali.[g] Sed in conditionali obligatione non aliàs obligantur,niſi conditio extiterit. Inter † pignus autem C & hypothecam † tantùm nominis ſonus differt.[h] Dare autem quis hypothecam poteſt, ſiue pro ſua obligatione,ſiue pro aliena.

In generali obligatione non veniunt ea quæ quis nõ eſſet in ſpecie veriſimiliter obligaturus.h.d.Bartolus.

VI. VLPIANVS libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

OBligatione generali rerum† quas quis habuit, habiturúſve ſit, ea nõ continebuntur,quæ veriſimile eſt quenquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe: vtputa ſupellex,[i] item veſtis relinquenda eſt debitori, & ex manci- D piis,[k] quæ in eo vſu habebit, vt certum ſit eũ pignori daturum non fuiſſe.[l] Proinde de miniſteriis eius perquam[m] ei neceſſariis, vel quæ ad effectionem eius pertineant.[n]

VII. PAVLVS libro ſexageſimooctauo ad Edictum.

b *Non ſunt*. vt C.de nup.l.neque. niſi in caſu.vt in aut.ibi poſita:& niſi quãdo quis accipit concubinam: ſed illud eſt ad legitimationem filiorum:vt C.de natu.lib.l.cum quis.Accur.

c *RES hypothecæ.Præcedat*. ſ.contractus pignoris dationem.ſic eſt & in fideiuſſore:vt inſtit.de fideiuſſ.§.ij.

d *Soluendæ*. ſ tantum.

e *Omnis*. id eſt totius pecuniæ.

f *De parte*. vt ſ.tit.j.ſi gratuitam.§.j.

g *Naturali*. vt j.eo.l.quæſitum.§.fin.

h *Differt*. id eſt differentiam facit. & hoc quantum ad actionem hypothecariam:vt inſti.de ac.§ item Seruiana.Sed quantum ad rẽ eſt differentia, cum alterum pignus, alterum hypotheca dicatur:vt ſupra de pig.ac. ſi rem.§.ij.& j.de ver.ſign.ſi plures.§.pignus.Accurſius.

† *Concor. quod in ſimili no. in tano. vrbes. 80. diſt. & ibi glo.*

i *OBligatione.Suppellex*.id eſt domeſticum patrisfamilias inſtrumentum:vt infra de ſupel.leg.l.j.

† *In hũc locũ Laurẽt. Valla li.5. ẽleg.*

k *Ex mancipiis*. relinquenda ſunt ea &c.

l *Non fuiſſe*. ſ.ſpecialiter. Et ſic no.generali conceſsione non contineri quæ ſpecialiter non eſt veriſimile concedi:vt hic,& j.e.l.denique. & C.quæ res pig.ob.poſ.l.alũnos. & de priui.cred. l.pe.& ſ.de pec.l.qui peculij & ſ.man.creditor.§.Lucius.

† *Vide Pan.li.5. ſent.tit.7.*

m *Perquam ei neceſſariis*. id eſt valde neceſſarijs debitori.Acc.

n *Pertineant*.vt filij naturales:vt j.l.denique.

o *DEnique. Miniſteria*.aliàs inſtrumenta, & aliàs miniſteria.

p *SEd & quod*. id eſt quantum.

q *Obſeruari debet*. ſcilicet vt non contineantur ſupraſcripta.

r *Poteſt recipere*.& non alia,vt hic,& j.quæ res pig.ob.poſ.l.j. §.fin.fallit,vt in ſerui.vrb.pręd.vt j.e.ſi is qui.§.fin.Item in re aliena quæ poteſt vendi:vt ſ.de contrahen.empt.l.res aliena. non tamen obligari:vt C.quæ res pig.obl.poſ.l.qui filios.

SI debitor.} CASVS. Titius & Seius erãt creditores mei:quibus obligaui rem aliquam in ſolidũ cuilibet.ſi cadãt à poſſeſſione illius rei,agent contra detinentẽ act.Seruiana quilibet in ſolidum. quòd ſi inter Titium & Seiũ creditores meos quæſtio ſit,potior erit conditio poſsidentis. Sed aliud eſt ſi rem pro parte obligaui.Viuianus.

s *Vtentur*. & erit occupantis,ſecundum hoc,melior conditio:vt hic ſubijcit:& argu.ſupra de procur.l.pluribus.& l.qui duos.

VEl quæ in vſum cottidianum habentur, Seruiana non competit.

VIII. VLPIANVS libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

DEnique concubinam, filios naturales, alumnos, conſtitit* generali obligatione non contineri, & ſi qua alia ſunt huiuſmodi miniſteria[o].

IX. GAIVS libro nono ad Edictum Prouinciale.

SEd & quod[p] ad eas res B quas eo tempore quo paciſcebatur, in bonis habuit, idẽ obſeruari[q] debet. Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem poteſt recipere[r].

Si duobus res ſimul obligatur inſolidum, quilibet eorum contra extraneum vincit:ſed inuicem melior eſt conditio poſsidentis.ſecus ſi res pro parte ſit obligata.Bart.

X. VLPIANVS libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

SI debitor res ſuas duobus ſimul pignori obligauerit, ita vt vtriq; inſolidũ obligatæ eſſent: ſinguli in ſolidum aduerſus extraneos Seruiana vtentur.[s] Inter ipſos autem ſi C quæſtio moueatur, poſsidentis meliorem eſſe conditionem[t]. Dabitur enim poſsidẽti hæc exceptio. *Si nõ cõuenit*[u] *vt eadem res mihi quoque pignori eſſet.* Si autem id actum fuerit, vt pro partibus res obligarentur, vtilẽ[x] actionẽ competere & inter ipſos, & aduerſus extraneos:per quã dimidiam partis poſſeſsionem apprehendant ſinguli.

Adminiſtratores publici ciuitatis, poſſunt res & bona ciuitatis obligare.Bart.

XI. MARCIANVS libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

SI is qui bona reipublicæ iure adminiſtrat,mutuam D pecuniam pro ea accipiat: poteſt rem eius obligare[y].

Per miſsionem ex primo decreto contrahitur pignus, in quo poteſt inſiſti donec debitum exoluatur:& deiectus habet actionẽ in factum.h.d.Bartolus.

Si ἀντίχρησις[z] † facta ſit, & in fundum aut in ædes aliquis inducatur[a] eouſque retinet

t *Conditionem*. Sic ſeruatur in interdicto Saluiano per omnia, quod hic in hypothecaria dicitur, ſi in fundo duorum res fuerit inducta: vt j.de Saluia. inter.l.j.§.j. Sed aliud ſi agat Seruiana pro eiſdem rebus coloni: vbi videtur non eſſe melior conditio occupantis: vt j.de Sal. interdicto l.ſi.quæ eſt contra. & ſecundum hoc differt quaſi Seruiana, vt hic, à vera Seruiana, vt ibi. Vel dic quòd ibi dicit deſcendendum ad Seruianam, ſcilicet vt in ea ſit poſsidentis conditio melior, ſicut & hic dicit. Sed quid ſi dubitetur qualiter fuerit obligata? Reſpon. pro rata portione debiti agitur, id eſt quilibet in ſolidum pro ſuo debito:vt infra de Sal.inter.l.fin. & infra eodem.ſi fundus.§.ſi duo. in princip. ſed poſtea ibi diſtinguitur:vt in d.l.fin. Accurſius.

*Vulg. conſtat.

u *Si non conuenit*. verba exceptionis.

x *Vtilem*.i.efficacem. Accurſius.

SI is.} CASVS clarus eſt vſque ad §.vſusfructus. {VSVSFRVCTVS.} Quærit iuriſconſ.vtrum vſuſfructus poſsit obligari pignori? Et reſpon.quòd ſic,ſiue proprietarius obliget, ſiue vſufructuarius: & ſi vſufructuarius obligauerit, & proprietarius velit agere contra creditorem,poteſt vti excep.& vtitur argumẽto tali: quia ſi quis vſumfru.emat, prætor eum tuetur in emptione ſua.Cetera clara ſunt vſque ad §. cum pignori. qui eſt in l.grege.Viuia.

a Hoc intel lige in rebus quæ poſ ſunt obligari ſine decreto:in aliis requireretur decretũ iudicis:vt j. de reb.eo. l.ſi pupillorũ.§.ſi prætor.ſecundũ Bal.

y *Obligare*. ſcilicet ſi in rem eius ſit verſa pecunia: vt ſ.ſi cer.pet.l.ciuitas.ſic in curatore adulti[a]:vt C.ſi ali.res pign.da ſit.l.cu rator. ſic in prælato eccleſiæ:vt in authen. hoc ius porrectum.in fin.C.de ſac.ſan.eccle.

† Pignus eſt quod ita datur,vt eius vſum & fructũ pro vſuris ſibi creditor computet. Alci. lib.2.diſp. cap.3.

z *Si antichreſis*. id eſt apocha,vt dicunt:vel verius,id eſt ſuppoſitio vel obligatio pignoris:vt& accipitur ſupra de pigno. act.l.ſi pecuniam. Nam per miſsionem in poſſeſsionem ex decreto cõtrahitur pignoris obligatio iudicialis:vt ſ.de pig. act.non eſt.& C.qui.po.in pig.habe.l.ſi decreto. Sed conuentionale contrahitur etiam ſine inductione in poſſeſsionem: vt ſupra de pig.act.l.j.

a *Inducatur*. ſcilicet iuſſu iudicis.

In

poſſeſsionem pignoris loco, donec illi pecunia ſoluatur, cũ in vſuras [a] fructus [b] percipiat, aut locãdo, aut ipſe percipiendo, habitandoque. [c] Itaq; ſi amiſerit poſſeſsionẽ, ſolet in factum [d] actione vti.

Seruitutes perſonales poſſunt pignori obligari. ſecus in iuribus realibus vrbano prædio debitis: in ruſticis verò non idem. h. d. cũ l. ſeq. Bartolus.

Vſusfructus an poſsit pignori hypothecæve dari, quæſitum eſt, ſiue dominus proprietatis conuenerit, ſiue ille qui ſolum vſumfructum habet. & ſcribit Papinianus libro vndecimo Reſponſorũ, tuendum creditorem [e]: & ſi velit cum creditore proprietarius agere, *non eſſe ei ius vti frui inuito ſe*: tali exceptione eum prætor tuebitur, *ſi non* [f] *inter creditorem & eum ad quẽ vſusfructus pertinet, conuenerit, vt vſusfructus pignoris ſit.* Nã & cum emptore [g] vſusfructus tuetur prætor, cur nõ & creditorem tuebitur? Eadem ratione & debitori obijcietur [h] exceptio. Iura prædiorum vrbanorum [i] pignori dari non poſſunt [k]: igitur nec cõuenire poſſunt vt hypothecæ ſint [l].

XII. PAVLVS libro ſexagenſimo-octauo ad Edictum.

SEd an viæ, itineris, actus, aquæductus [m] pignoris cõuentio locum habeat, [n] vidẽdum eſſe Pomponius ait, vt talis pactio [o] fiat, vt quandiu pecunia ſoluta nõ ſit, his ſeruitutibus creditor vtatur, [p] ſcilicet ſi vicinũ fundum habeat: [q] & ſi intra diẽ certum pecunia ſoluta non ſit, vẽdere eas vicino liceat. Quæ ſententia [r] propter vtilitatẽ contrahentium admittenda eſt.

Vniuerſitates rerum poſſunt pignori obligari. h. d. Bartolus.

XIII. MARCIANVS libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

B GRege pignori obligato, quæ poſtea naſcuntur, tenẽtur. [s] Sed & ſi prioribus capitibus decedentibus totus grex fuerit renouatus, pignori tenebitur. [t] Statuliber quoq; dari hypothecæ poterit, licet cõditione exiſtẽte euaneſcat [u] pignus.

Pignus poteſt dari pignori: & tenetur quo ad vtraque ſi pecunia ſibi debebitur. ſed ſi nomen datur pignori, exactum compenſabitur: aliàs in cauſam pignoris retinebitur. h. d. ſecundum lecturam glo. ſ. quòd principium loquatur quando pignus datur pignori. ſecundo, quando ipſum nomen debitoris datur pignori. Secunda ibi, ſed poteſt dubitari. Bartolus.

C Cũ pignori rem pignoratã accipi poſſe placuerit: [x] quatenus [y] vtraque [z] pecunia debetur, pignus ſecũdo creditori tenetur: & tã exceptio [a] quàm actio vtilis [b] ei dãda eſt. Quòd ſi dominus ſoluerit [c] pecuniã, pign' quoq; [d] perimitur. Sed poteſt dubitari, nũquid creditori [e] nummorũ ſolutorũ [f] nomine vtilis actio danda ſit, an non. Quid enim ſi res

a *In vſuras.* debitas per ſtipulationem, vel per officium ſi erat bonæ ſide cõtractus: reſiduum vero in ſortem: vt C. de ſol. l. j.
b *Fructus.* id eſt terram, vt percipiat fructus. Azo.
c *Habitandóque.* no. habitando percipi fructus. Itẽ pro hoc, quia tantundẽ pro ſuo erat cõducturus, cum ſine habitatione non poteſt viuere: vt j. de ali. lega. l. legata. & ar. ſ. de pet. her. ſed & ſi. §. adeo Item creditor debet locare. aliàs eſt in lata culpa: vt j. de bo. auth. iudi. poſ. in venditione. §. j. & facit j. de do. inter vir. & vxo. l. ſi vir.
d *In factũ.* quę in ſubſidium datur: vt ſ. de præſcript. ver. l. quoties. ſecundum quoſdam. Tu dic, ex edicto illo, ne vis fiat ei &c. vt infra ne vis fiat. l. ſi quis. §. conſtitutum. & l. per interdictum. in fi. ſecundum Ioan. nihilominus etiam ſecundum Azo. agitur hypothecaria.
e *Creditorẽ.* contra. C. de vſufru. intereſt. Sol. vt ibi. & eodem modo ſol. j. eod. ſi fundus.
f *Si non.* recte ageres &c.
g *Emptorem.* qui emit à fructuario.
h *Obiicietur.* ſ. vſufructuario qui vſumfructum obligauit. habet ergo fructuarius ius obligandi: quia quaſi dominus eſt: vt ſ. de vſufru. l. vſusfructus in multis. aliàs non poſſet: vt ſ. e. l. ſi ſuperatus. in fine.
i *Prædiorum vrbanorũ.* vt tigni immiſsio. Az.
k *Dari non poſſunt.* ea enim pignori poſſunt dari, quę in bonis ſunt noſtris: vt C. ſi aliena res pigno. da. ſit. l. quæ prædium. Hæc autem neq; in bonis, neque extra bona computantur: vt j. de vſufru. leg. l. j. Azo. neque ipſum corpus vnde debetur ſeruitus, cum non ſit meum: vt ſ. ſi ſeru. vind. l. loci corpus. in prin. Item nec alij. ſeruitutes enim ego ei cui debentur concedere poſſum: vt ſ. de ſer. ruſtico. præd. l. ex meo.
l *Hypothecæ ſint.* à domino, vel ab eo cui debentur. Azo.
m *SEd an viæ. Aquæductus.* quæ ſunt ruſticæ ſeruitutes.
n *Habeat.* ſcilicet creditor: aliàs non poſſet vti.
o *Pactio fiat.* cum proprietario forſitan, vel cum eo cui debetur ſeruitus.
p *Vtatur.* ſed quæ eſt ratio quòd vrbanæ non poſſunt cõſtitui, ſed ruſticæ ſic? Reſp. quia vrbanę debent cũ quadam perpetuitate conſtitui, ne vrbs deformetur: vt inſt. de re. diu. §. cũ in ſuo. hoc autem nõ fieret ſi obligarentur. Nam ex varietate vſus creditoris, vel eius cui eandem ſeruitutem venderet creditor, vel ædificium debens ſeruitutem, vel id cui pręſtaretur vel id cui debetur ſeruitus, mutaretur: propter quæ ædificia fierent inutilia: quod noluerunt iura.
q *Fundum habeat.* ſ. aliquis vicinus. Vel dic, habeat creditor: qui ſcilicet eſt alicuius vicini, vt ſubijcit. Vel dic quòd ſit creditoris, & vendidit vicino fundum vnà cum ſeruitute.
r *Quæ ſententia.* ſcilicet vt valeat talis obligatio.

GRege.} CASVS in hoc prin. eſt planus. {CVM PIGNORI.} Obligaſti mihi rẽ, & eandem Titio obligaui: an valeat pignoris obligatio, quæritur. Et reſp. ꝙ ſic, & tandiu durat, quouſq; facta fuerit ſolutio. Idẽ eſt ſi aliquis obtulit ſe defenſioni tuæ: & iudicio ſiſti ſatiſdederit: & eũ fecero condẽnari. idẽ eſt & ſi cũ fideiuſſore vel reo egerim: & alter vel vterque condẽnatus fuerit: & hoc ideo quia nõ videtur mihi ſatiſ

A factũ, etſi agere poſſum ex ſentẽtia. {SI SVB CONDITIONE.} Debebas mihi x. ſub conditione ſi nauis veniret ex Aſia, & prædiũ mihi obligaſti. agã hypothecaria cũ extiterit cõditio, nec obſtabit mihi quòd ante conditionẽ exiſtentẽ egi, & ſuccubui. Idem eſt ſi purè eras debitor: & pignus ſub cõditione obligaſti, quòd non agam hypo. vnde in hoc caſu cauere debes ꝙ conditione adueniente pignus mihi reſtitues, ſi ſolutio facta non fuerit. {PROPTER VSVRAS.} An in vſuris vt in ſorte teneat pignoris obligatio, quæritur. Et dicitur ꝙ ſic: etiã ſi ſolo nudo pacto debeãtur donec ſoluantur.
s *Tenentur.* ſic & j. e. ſi fundus. j. reſpon.
t *Tenebitur.* Idẽ enim grex dicitur: vt hic, & ſ. de iud. l. proponebatur. & de rei vin. Marcellus. Et hoc ſi renouatio fuerit facta ex prioribus capitibus, nõ aliàs ſecundũ quoſdã: vt j. e. ſi fideiuſſor. §. ſi. Vel verius dicas, ibi loquitur quando ſpecialiter fuerunt pignora aſsignata. Secus autem quando vniuerſitas: quia etiã aliunde ſuppleta veniunt in obligatione: vt j. e. l. cum tabernam. Et eſt hic argu. quòd huiuſmodi ſit pactum in ſociis ouium.
u *Euaneſcat.* ſic & ſeruitus ab herede cõceſſa in re ſub cõditione legata, ea exiſtente: vt ſ. quemad. ſerui. amit. is cui. §. fin. & quilibet contractus ab eo herede ſuper ea factus: vt in aut. de re. & ea quæ § j. & C. communia de leg. l. ſi. §. ſin autem. ſic & j. e. l. lex. in ſi.
x *Placuerit.* vt C. ſi pig. pign. da. ſit. l. j. in prin. & l. ij.
y *Quatenus.* nunc reſpondet.
z *Vtraque.* i. quæ ſecundo & primo debetur.
a *Exceptio.* ſi poſsidet.
b *Actio vtilis.* ſcilicet hypothecaria ideo autem non directa, quia non eſt dominus qui obligauit: vt j. eod. & quæ nõdum ſunt. §. j. ſed habet ius in re: vt j. proxi. §. Accurſius.
c *Soluerit.* vel ſecundo creditori. nam ei ſoluendo liberatur à
D ſuo: vt ſ. de pign. act. l. ſolutum. §. ſolutam. Vel dic, primo. nam & tunc à quolibet eſt res liberata: vt ſ. de pigne act. debitor. §. fin. & j. de diuer. & temp. præ. l. de acceſsionibus.
d *Pignus quoque perimitur.* id eſt deſinit vtrique teneri: vt dictũ eſt. & ideo contra ſecundum creditorem agit debitor pigne. act. vt ſ. de pig. act. ſi rem. §. omnis.
e *Nunquid creditori.* ſcilicet ſecundo. Accurſius.
f *Soluturum.* i. ſoluendorũ. & mutat hic caſum. nam ſ. ſpecies fuit obligata, hic autem nomen pecuniarum. quare quærit an actio vtilis. ſ. hypothecaria detur ſecũdo creditori pro exigẽdo eo nomine: & certè datur: licet hic non ſoluat: vt j. e. l. cũ conuenit. & C. de here. vel act. ven. l. poſtquam. ſicut daretur in ſpecie obligata: vt ſ. j. reſpon. huius. §. Sed ſi debitor pignoratus ſoluat ſuo creditori, non ei cui fuit hypothecatus, an liberetur ab hac vtili hypothecaria? Reſpon. ſic, niſi iam ei erat denuntiatum ne ſolueret: vt C. quæ res pigno. ob. poſ. l. nomen quoque. & C. de noua. & delegatio. l. iij. ADDITIO. Nota ex hac glo. formam denuntiationis. debet enim denuntiari debitori quòd ſoluat. & quòd ſufficiat debitori denuntiare hoc modo, videtur caſus in. l. heres cum debitor. in fin. j. ad Treb. Sed hoc eſt falſum: quia contra. l. nomen. ſ. alleg.

dum dicit ibi,certior de obligatione factus &c. Et ſic patet quòd debitor debet reddi certus quare non ſoluat.& pro hac opi.facit optime.l.ſi quis inficiatus.ſ.depo. & c.cauſam.de elect.in Clemen.

A

a *Soluta.* ſcilicet creditori ſecundo cui eſt obligatum nomẽ. Idem ſi ipſe exegiſſet.

b *Is.* ſcilicet debitor.

c *Exacta ea.* quam. ſ. ſecundus creditor exegit.

d *Penſaturum.* i.retenturum.Accurſius.

e *Et ſoluerit.* creditori ſecundo.

*Vulg.exacta à creditore,ſe compenſaturum.

f *Futurum.* Sed cuius eſt proprietas ſpeciei ſolutę a nomine obligato?Reſpon.debitoris qui nomen obligauerit. mediante enim creditore,velut procuratore tacite conſtituto,ſoluente(etiam geſtiente)tranſit proprie tas in debitorem. pignoris autem obligatio quæritur creditori:vt hic,& ſ. de pign. actio . ſi conuenerit. Accurſius.

g *Poſſeſſorem.* per hypothe.nam poteſt à ſuperficiario ſuperficies obligari: vt hic, & j̃. qui po.in pign.ha.l.etiam ſuperficiarius. & ſ.de pi.ac.l.tutor.§.fi. & l. ſane. habet enim dominium vtile :[a] vt infra de noui opera. nuntia.l.in prouinciali.§.penult. & de ſuperfi.l.j.§.j.

a Adde glo. ſimilẽ quã ibi commendat Bar. in l.3.j̃.de ſuperfici.aliã in l.ſi.eo. titu.

h *Iudicatum.* id eſt cõdemnatum.

i *Tenet.* vt & C.eo.l. quamuis. & ſ.ad Vell. l.aliquando.§. de pignoribus.& j̃.de ſolu.l. cum quis ſibi.§.ſi. & j̃. proxi.§.Et nota hic argumentum quòd per ſententiam non fit nouatio , alioquin tolleretur hypothecaria:vt C.etiam ob chi. pe.pi. re.l.j. Et ſic eſt ar.contra.C.de vſu. rei iud.l. ſi.ADDITIO.Dic ſecundũ Bart. hic quòd per ſententiam fit nouatio,hoc eſt nouæ actionis adquiſitio: nõ autem dicit quòd prima tollatur&c.ſecundum eundem Bar.

k *Satiſderit.* ſcilicet iudicatum ſolui.

l *Multo magis.* quia extranei ſponte:hi inuiti ſatiſdant, & conueniuntur.

ſoluta[a] fuerit?Et verum eſt, quod Pomponius libro ſeptimo ad edictũ ſcribit,ſi quidem pecuniã debet is[b] cuius nomen pignori datum eſt, exacta ea[c] * creditorẽ ſecum penſaturum.[d] ſi verò corpus is debuerit,& ſoluerit:[e] pignoris loco futurum[f] apud ſecundum creditorem.

Qui habet vtile dominium,poteſt pignori obligare:& tunc hypothecaria tenetur,quæ competit contra quẽlibet poſſeſſorẽ.h.d.Tamẽ admittitur ius creditoris eo ipſo quòd reſoluitur ius debitoris obligãtis:vt ſ.§.proxi. ſimile.C.ſi pig.pign.da.ſit.l.1.et 2.&c.h.d.

Et in ſuperficiariis legitimè cõſiſtere creditor poteſt aduerſus quemlibet poſſeſſorem:[g] ſiue tantùm pactũ conuentum de hypotheca interuenerit, ſiue etiam poſſeſſio tradita fuerit, deinde amiſſa ſit.

Hypotheca non tollitur ſi principalis debitor vel fideiuſſor condemnatur: niſi realiter ſatisfiat.Bartolus.

Etiam ſi creditor iudicatum[h] debitorẽ fecerit, hypotheca manet obligata : quia ſuas conditiones habet hypothecaria actio, id eſt ſi ſoluta eſt pecunia aut ſatisfactum eſt. quibus ceſſantibus , tenet.[i] & ſi cum defenſore in perſonam egero:licet is mihi ſatiſdederit,[k] & damnatus ſit: æquè hypotheca manet obligata. multo magis[l] ergo ſi in perſonam actum ſit ſiue cum reo, ſiue cum fideiuſſore,ſiue cum vtriſque pro parte:licet damnati ſint, hypotheca manet obligata : nec per hoc videtur ſatisfactum creditori quòd habet iudicati actionem.[m]

Qui ante conditionem agit,malè agit:nec rei iudi.exceptione repellitur,ſi poſtea conditione exiſtente cœpit agere: interim tamẽ poteſt cautio poſtulari.Bartolus.

Si ſub conditione debiti[n] nomine obligata ſit hypotheca,[o] dicendum eſt,ante conditionem nõ rectè[p] agi:cum nihil interim[q] debeatur. Sed ſi ſub conditione[r] debiti conditio venerit[s] rurſus[t] agere poterit.[u] Sed ſi præſens ſit debitum, hypotheca verò ſub conditione , & agatur ante conditionem hypothecaria: verum quidem eſt pecuniam ſolutam non eſſe:ſed auferri hypothecam iniquum eſt. Ideoque arbitrio iudicis cautiones[x] interponendæ ſunt, *Si conditio[y] extiterit,nec pecunia ſoluatur , reſtitui hypothecam,ſi in rerum natura ſit.* Propter vſuras quoque ſi obligata ſit hypotheca: vſuræ ſolui debent.[z] Idem & in pœna dicemus.

B

Si debitor eſt ſuſpectus,ante diem vel conditionem,competit perſecutio pignoris.Bart.

XIII. VLPIANVS libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

QVæſitum eſt , ſi nõdum dies penſionis[a] venit:an & medio tempore perſequi pignora permittẽdum ſit. Et puto dandam pignoris perſecutionẽ: quia intereſt[b] mea. & ita Celſus ſcribit.Ex quibus caſibus naturalis[c] obligatio conſiſtit,pignus perſeuerare conſtat.*

C

Quod non eſt,ſed eſſe ſperatur,poteſt pignori obligari.h.d.quod perpetuo nota.B.

XV. GAIVS libro ſingulari de Formula Hypothecaria.

ET quæ nondũ ſunt, futura tamen ſunt,hypothecæ dari poſſunt :[d] vt fructus pendentes,partus ancillę,fœtus pecorũ,& ea quæ naſcũtur,ſint hypothecę obligata. Idq; ſeruandũ eſt ſiue dominus fundi conuenerit aut de vſufructu,aut de his quę naſcũtur: ſiue is qui vſumfructũ habet:ſicut Iul.ſcribit.[e]

D

In obligatione ſpeciali requiritur tunc rẽ eſſe in bonis debitoris. in generali vero ſufficit ſi poſtea quandocunque inueniatur in bonis.Bartolus.

Quod dicitur,[f] creditorẽ

omnibus.ſed & ſi ad pignus.duplicantur induciæ:vt inſtit.de excep.§.hodie.

y *Si conditio.* hæc eſt forma cautionis.

z *Solui debent.* ac ſi dicat,retinetur pignus ſi nudo pacto ſint debitæ.alias etiam petuntur iure actionis:vt C.de vſur.l.iij.& l.per retentionem.

QVæſitũ.} CASVS. Locaui Titio domum meam vſque ad annum, penſione ſoluenda in fine anni : & pignora deuenerunt ad alium. vtrum nondum anno finito poſſim perſequi pignora iſta? Dicitur quod ſic. Viuianus.

a *Penſionis.* ſcilicet alicuius rei locatæ.Vel dic penſionis,id eſt alicuius ſolutionis ſortis vel vſurarum.

b *Quia intereſt.* ex iuſta cauſa: vt quia receſſurus putabatur : alias contra:vt j̃.quib.mod. pig. vel hyp. ſol.l.ſoluitur. §. ſi paciſcatur. & de diſtr. pig. l. cum ſoluendæ. quæ ſunt contra . Vel ſpeciale hic in penſione. Vel ibi euenit propter pactum ſpecialiter factũ vſque ad certum tempus de non petendo debito : hic autem à principio fuit dilata ſolutio. prima verior eſt.

c *Naturalis.* vt inter patrem & filium : dominum & ſeruum. & facit infra de fideiuſſ. l.vbicunque. Accurſius.

ET *quæ.*} CASVS. Non ſolum quæ * quis habet , obligari poſſunt: ſed & quæ in ea cauſa ſunt:vt ſua futura ſint, vt partus & fructus. neque ſolum proprietarius vſumfruct . obligare poteſt in ea cauſa in qua ſuus futurus eſt , ſed etiam vſufructuarius.

* Flo.... ſitur.

{QVOD DICITVR.} Quod creditor debeat probare rem fuiſſe in bonis debitoris tempore contractus, intelligendum eſt , ſi ſpecialiter rem quam quis habet,vel omnes quas habet, nunc obligat:non generaliter, vt ſi quæ habet,& quę habiturus eſt , obliget. {QVI RES.} Obligaſti mihi rem tuam:deinde illam alij obligaſti.ad hoc vt non incidas in crimen ſtellionatus, prædicare debes quòd eam prius alij obligaſti pro decem:& vt ei in id quod excedit,ſit obligata:vel in ſolidum ſit ei obligata cum liberabitur à primo. ſi autem dubium fuerit,præſumetur liberata à primo:vt ſi dixit ſic,obligo tibi rem ſi fuerit liberata : neque expreſſum eſt vtrum in ſolidum obligatur.Cetera plana ſunt vſque ad §.creditor.in l. ſequenti.Viuianus.

m *Actionem.* vt & ſupra proxi.§.

n *Si ſub conditione.* id eſt ſub conditione caſuali,vel mixta.

o *Hypotheca.* id eſt pure.

p *Non rectè.* nec ad debitum,nec hypothecaria.

q *Nihil interim.* vt j̃.de verb.ſign.l.cedere.& ita acceſſorium non tenet interim:vt j̃.de reg.iur.l.cum principalis.Accur.

r *Sub conditione.* id eſt eius quod ſub conditione debebatur.

s *Venerit.* id eſt extiterit.Accurſius.

t *Rurſus.* cum primo egerat,& ſuccubuerat: quia ante conditionem.

u *Agere poterit.* nec oberit ſi ante conditionem egerit & amiſerit:vt j̃.de exce.rei iud.ſi mater.§.eadem.& argu.j̃. de ædil. edic.l.bouem.§.fin.

x *Cautiones.* hoc ſi agatur ad cautionem: vt infra de iudi.l.in

d *Dari poſſunt.* & vendi,& legari:vt diximus ſupra de contrahen.empt.nec emptio.Accurſius.

e *Iulianus ſcribit.* vt & j̃.qui po.in pig.ha.l. potior. §. ſi de futura.

f *Quod dicitur.* vt j̃.de proba.l.ante omnia.& ſ.eo.ſi ſuperatus.in prin.& arg.j̃.de aqua plu.ar.l.quanquam.in prin.

Cum

probare debere, cum conueniebat[a], rem in bonis debitoris fuiſſe: ad eam conuentionẽ pertinet quæ ſpecialiter[b] facta eſt, nõ ad illã quæ quotidie inſeri ſolet cautionibus[c], vt ſpecialiter rebus hypothecæ nomine datis, cetera etiã bona teneantur debitoris, quæ nũc habet, & quæ poſtea adquiſierit: perinde[d] atq; ſi ſpecialiter hæ res fuiſſent obligatæ[e].

B *Res obligatas poteſt quis alteri obligare ſine periculo, ſi primus creditor certificetur, & intelligetur obligata in reſiduo: & ſi ſatisfiat primo, totum cedit in obligationem ſecundi. h. d. Bartolus.*

Qui res ſuas iam obligauerint, & alij ſecundo obligãt creditori, vt effugiant periculum[f] quod ſolent pati, qui ſæpius eaſdem res obligant, prædicere ſolent, alij nulli rem obligatam eſſe, quã fortè Lucio Titio: vt in id quod excedit priorem obligationem, res ſit obligata[g]: [vt* ſit pignori hypothecæve id qđ pluris eſt,] aut ſolidum, cum primo[h] debito liberata res fuerit. C de quo[i] videndum eſt, vtrum hoc ita ſe habeat ſi & conueniat[k]: an & ſi ſimpliciter conuenerit de eo quod excedit[l], vt ſit hypothecæ: & ſolida[m] res ineſſe conuentioni videtur, cum à primo creditore fuerit liberata, an adhuc pars[n]. Sed illud magis eſt, quod prius diximus[o].

** incluſa videntur interpretatio ſuperiorũ, & Ac. videtur hic legiſſe, hoc eſt vt ſit.*

Quod accedit fundo, venit in obligationẽ. Bartolus.

XVI. MARCIANVS libro ſingulari ad formulã hypothecariam.

SI fundus hypothecę datus ſit, deinde alluuiõe maior factus eſt, tot[9] obligabitur[p]. D

Voluntas domini reconciliat obligationẽ rei alienæ, ſi dominus eſt talis qui poterat obligare. h. d. quem caſum no. Bart.

Si neſciente domino res eius hypothecæ data ſit, deinde poſtea dominus ratum habuerit: dicendum eſt, hoc ipſum* quod ratum habet, voluiſſe cum retro recurrere ratihabitionem ad illud tempus quo conuenit[q]. Voluntas autem ferè eorum demum ſeruabitur[r], qui & pignori dare poſſunt.

** Vulg. hoc ipſo.*

B *Additio vel detractio qualitatis circa rẽ, non extinguit hypothecam. Bart.*

Si res hypothecæ data, poſtea mutata fuerit: æquè hypothecaria actio cõpetit[s], veluti de domo data hypothecę, & horto facta. Idem ſi de loco conuenit, & domus facta ſit. Itẽ de loco dato, deinde vineis in eo poſitis.

Hypothecaria datur contra poſſeſſorem, qui liberatur ſi ſoluit vel reſtituit: aliàs cõdemnabitur: & ſi fuerit contumax, in litem iurabitur tã pro re quàm pro fructibus extantibus. Bartolus.

In vindicatione pignoris quæritur,[t] an rem de qua actum eſt, poſſideat is cũ quo C actum eſt. nam ſi non poſſideat, nec dolo fecerit quò minus poſſideat: abſolui[u] debet. ſi verò poſſideat, & aut pecuniam ſoluat, aut rem reſtituat, æquè abſoluendus[x] eſt. ſi verò neutrum horum faciat, condemnatio[y] ſequetur. Sed ſi velit reſtituere, nec poſſit, fortè quòd res abeſt, & lõgè eſt, vel in prouinciis: ſolet cautionibus res explicari[z]. nam ſi caueret ſe reſtituturũ: abſoluitur[a]. ſin verò dolo quidem deſiit poſſidere, ſumma autem ope niſus non poſſit rem ipſam reſtituere: D tanti condemnabitur, quanti actor in litem iurauerit: ſicut in

a *Cum conueniebat.* ſcilicet de pignore. Azo.

b *Specialiter.* ſpecialem appellat preſentium bonorum tantũ. ſ. cum obligat ea ſola quæ nunc habet. cum autem obligat ea quæ habet, & quæ habiturus eſt debitor, nõ cogitur creditor probare fuiſſe tunc in bonis. & hoc dicit hic. idem tamen ſi nihil dicat de futuris: vt C. quæ res pig. ob. poſ. l. ſi.

c *Cautionibus.* ſ. quibuſdam, veluti ſi obligat prius ſpecialiter quaſdam res: & poſtea omnia generaliter quę habet & quæ habiturus eſt: ſicut & alias diximus: vt ſ. ſi quis cau. ſed & ſi. §. quæſitum. Accurſius.

d *Perinde.* non debet pertinere ad generalem conuentionem, perinde &c.

e *Obligatæ.* quando cœpit ea habere, & cõſtabat quòd erant ſuę: ſic habet locum regula quando dubitatur ſint res debitoris, vel non. Accurſius.

f *Periculum.* ſ. criminis ſtellionatus: vt j. de crim. ſtell. l. iij. niſi res ſit ampla, & ſic vtriq; debito ſufficiat: vt ſ. de pig. act. l. ſi quis in pignore. §. plane.

g *Obligata.* hoc eſt, vt &c.

h *Cũ primo.* i. à primo.

i *De quo.* ſ. an ſit in ſolidum obligata.

k *Si conueniat.* ſ. vt ſit pignori poſtea in ſolidum: vt ſ. poſuit.

l *Excedit.* nec eſt dictum quòd ſolida ſit obligata cum fuerit liberata.

m *Et ſolida.* poſtea ſatisfacto primo creditori.

n *Pars.* ſcilicet tantũ, licet à primo liberata ſit. Accurſius.

o *Diximus.* ſ. quærendo ibi. de quo &c. vt in ſolidũ ſit obligata. Vel dic quod prius diximus. ſoluendo, aut &c. ſ. in primo caſu, quando fuit nominatim dictum vt in ſolidũ teneretur ſecundo ea liberata à primo. & idem eſt ſenſus. & probatur hoc j. qui po. in pig. ha. ſi debitor. Accurſius.

SI *fundus.*} CASVS in prin. planus eſt. {CREDITOR.} Obligaſti mihi rem, egi contra te hypothe. & condemnatus es. ſi ab hypothe. cecidi, qualiter mihi ſuccurratur? vindicare nõ poſſum, quia dominus non ſum. dabitur ergo mihi hypo. contra poſſidentem: & ſi excipiat de re iudi. replicabo quòd bene exciperet, niſi pro me lata eſſet ſententia. Si autem debitor noluit rem reſtituere poſt condemnationem, & pluris fuerit condemnatus quàm ſit ſors & vſura: an ſi poſtea voluerit ſoluere quod debuit, audiẽdus ſit? Et reſpon. quòd de rigore iuris non: quia ſententia tranſit in rem iud. ſecus eſt de æquitate. {SI DVO.} Aliquis rem ſuam duobus obligauit: an vtrique creditori hypothe. in ſolidum competat, an pro indiuiduis partibus pro indiuiſo, quæritur. Et reſpon. aut eadem die, aut diuerſis horis obligata fuerit. primo caſu in ſolidum obligabitur, & in ſolidum agent. in ſecundo caſu aut fuit actum vt vtrique in ſolidum teneretur: & fiet quod actum eſt. aut non: & pro partibus agetur. Viuianus.

Pignus & alia plura alluuione creſcunt.

p *Obligabitur.* creſcit ergo pignus alluuione: vt hic, & ſ. de A pignora. actio. ſi conuenerit. §. j. & arg. ſ. eo. grege. in prin. ſic & dos: vt j. de iure dot. l. iiij. ſic & in vſufructu: vt ſ. de vſufructu. item. §. huic. Item locus ſeruiens: vt j. de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. ſed ſi alluuione. ſed ad id quod hic dicitur, alluuionem proficere creditori, eſt contra. j. eod. ſi inter. §. quicquid. Sol. commodum proprietatis augmenti proficit debitori, vt ibi: ſed commodum ipſius obligationis, eſt creditoris: vt hic. Accurſius.

q *Conuenit.* & ſic valet. vt ſ. de pig. act. l. aliena. in princ. Et ſic not. quod ratihabitio trahitur retro: vt hic, & C. de don. inter vir. & vxorem. l. antepen. & ſ. de iudi. l. licet.

r *Seruabitur.* q. d. eius ratihabitio confirmat pignus: quia & ipſe poteſt obligare. non ergo furioſus, cum ipſe obligare non poſſit. fere autem dicit, propter pupillũ, qui poteſt alij conſentire, ſed non ipſe obligare ſine decreto. & inducũt j. de manu. vin. l. ſi pater. §. ſi. vbi dicit quòd minor xxv. an. licet ipſe ſeruum ſuum manumittere non poteſt: tamen poteſt debitori cõſentire manumittere ſeruum quem in pignore minor habet. ſed hoc nõ valet: quia non de pupillo ibi dicit, ſed de minore xx. an. maiore tamen xiiij. an. Item nec de cõſenſu ad obligandum ibi dicit: immo ecõtra ad liberandum pignus. Alij dicũt propter mulierem dici fere. ſed hoc eſt falſum: quia pro alio nec ipſa obligare rem ſuam, nec alij conſentire poteſt: vt C. ad Vell. l. ſenatuſconſultum. pro ſe autem & ipſa poteſt & alij conſentire. Tu dic ergo quòd propter fructuarium dicit fere, quia ipſe non poteſt obligare proprietatem: poteſt tamen proprietario conſentire: vt C. de vſufruct. l. intereſt. Accurſius.

s *Competit.* vt j. e. Paulus. §. domus. & ſ. de pig. act. l. domo. Sed contra. ſ. quib. mo. vſusfru. amit. l. repeti. §. rei mutatione. vbi dicitur quòd extinguitur vſusfructus propter rei mutationem. Solu. facilius vſusfructus extinguitur, qui non durat pereunte ſubſtantia: vt ſ. de vſufruc. l. j. Vel ideo facilius, ne inutilis ſit proprietas ſemper abſcedente vſufructu: vt ſ. de vſufruct. l. iij. §. ne tamen. Item contra infra de leg. j. ſi ita legatum. §. fin. vbi dicit quòd perijt legatum rei mutatione. Solu. ibi de lucro captando, hic autem de damno vitando agitur.

t *Quæritur.* ante lit. cõteſt. vt & in qualibet reali quæ ad poſſeſſionem detur: vt ſ. de interro. act. l. qui ſeruum. §. iniuriæ.

u *Abſolui debet.* ſcilicet definitiue, ſi lis eſt conteſtata.

x *Abſoluendus eſt.* ab obſeruatione iudicij: vt inſtit. de perpe. & temp. act. §. fin. & j. qui po. in pig. ha. l. mulier. & j. qui. mo. pig. vel hypothe. ſol. l. Paulus. §. fin.

y *Condemnatio.* aliàs condemnatio: & aliàs obligatio.

z *Explicari.* vt inſtit. de offic. iudi. §. j.

a *Abſoluitur.* ab obſeruatione iudicij.

In rem

a *In rem actionibus.* in quibus iuratur in litem: vt ſ. de in litem iuran. l. in actionibus. Sed videtur quòd nihil plus creditor poſsit aliquo caſu conſequi, quàm ſit ſuum debitum: vt j. eo. ſi inter. §. ſi. Sol. hic de extraneo cõuento: ibi de debitore loquitur: arg. j. ea. l. §. ſi pluris. Alij dicũt quòd hic loquitur cũ res deducitur in iuſiurandum: quo caſu debet debitor ſentire pœnam. ibi autem cum ſine ſacramẽto lis deciditur. Tertij dicunt quòd hic poſſeſſor erat in dolo, ibi in culpa. Quarti, quòd hic de pignore, ibi de hypotheca. quæ vltima non valet: quia inter pignus & hypothecã, quantum ad actionem hypothecariam, non eſt differentia: vt ſupra eo. l. res. §. fi. & inſtit. de act. §. item Seruiana. & ſecundum tres vltimas ſolutiones tam in debitore conuento, quàm in alio qui dolo deſijt poſſidere, loquitur hic §. Prima verior eſt. Accurſius.

ceteris in rem actionibus.[a] Nam ſi tanti condemnatus eſſet, quantũ deberetur: quid proderat in rem actio, cum & in perſonam agendo[b], idẽ conſequeretur? Interdum[c] etiam de fructibus arbitrari debet iudex, vt ex quo lis inchoata ſit, ex eo tempore etiam * fructibus condemnet. Quid enim ſi minoris ſit prædium, quàm debetur? nam de antecedentibus fructibus nihil poteſt pronuntiare, niſi extent[d]*, & res non ſufficit.

Sententia lata contra vnum, non poteſt mandari executioni contra alium: ſed debet iterum agi hypothecaria: & ex ſententia lata pro me, contra me non opponitur. hoc dicit iſte not. tex. Bart.

Creditor hypothecã ſibi per ſententiam adiudicatam[e] quemadmodũ habiturus ſit quæritur: nam dominium eius vindicare non poteſt: ſed hypothecaria agere poteſt. & ſi exceptio[f] obijcietur à poſſeſſore rei iudicatæ, replicet, *Si ſecundum me*[g] *iudicatum non eſt.*

Si contra debitorem ſit iuratum in litem, ex æquitate liberatur debitor debitum cum vſuris ſoluendo. Bartolus.

Si pluris condemnatus ſit debitor non reſtituendo pignus, quàm computatio ſortis & vſurarum faciebat[h]: an ſi tantum ſoluerit, quantum debebat, exoneretur hypotheca? quod ego quantũ quidem ad ſubtilitatem legis & auctoritatem ſententiæ non probo. Semel enim cauſa tranſire videtur ad condemnationem[i], & inde pecunia deberi. Sed humanius eſt non amplius eum, quàm quod reuera debet dando hypothecam liberare.[k]

*Vulg. de fructibus.

*Vulg. niſi extent res. nec aliquid præterea addebatur ante editionem Pandectarum Florent.

b *Agendo.* contra debitorem.

c *Interdum.* ſi minoris idem ſi non minoris, ſed indubitanter noluit procedere. Accurſius.

d *Extent res* id eſt fructus, & petantur: quia & ipſi ſunt obligati. aliud ſi non extarent, quia bona fide conſumpſit: vt ſ. eod. l. j. §. cum prædium. & ſ. finiũ reg. l. iiij. §. poſt. Sed certe idem quandoque etiam ſi non ſunt conſumpti: vt in d. §. cum prædium. diximus, quando nunquam fuerunt debitoris: quia eos ſeminauit creditor. Quare planius expones, niſi extent, ſcilicet prædia cum fructibus pendentibus: quia ſic pars rei eſſe videntur: vt ſupra de rei vind. l. fructus.

e *Adiudicatam.* Et dic quòd vel habuerat & amiſerat, vel obtinuerat contra vnum, licet non habuiſſet, & alius poſſidet. ſed ſi ipſe debitor poſſideret poſt ſententiam contra ſe latam, & creditor non habuiſſet: ageret in factum ex re iudicata, non hypothecaria.

f *Exceptio.* quaſi nouata ſit hypothecaria: ex quo in ea ſemel obtinuit. Vnde etiã ſi à poſſeſſione cadat, videtur eam intendere non poſſe: vt arg. contra. C. de vſu. rei iudi. l. fi. Sed certe hæc exceptio non valet: quia non fit talis nouatio vt tollatur: vt hic, & ſ. eo. l. grege. §. etiam. & §. ſi cum defenſore. præterea non debet nocere ei ſententia pro quo eſt lata: vt j. de excep. rei iudi l. euidenter.

g *Me.* ſcilicet creditorem.

h *Faciebat.* Sed quomodo fuit plus condemnatus etiam de facto: vt j. eo. ſi inter. §. fi quæ eſt contra? Sol. vt ibi.

i *Ad condemnationem.* hoc eſt quod decretiſtæ dicunt, tranſire in rem iudicatam.

k *Liberare.* potes intelligere, id eſt & ſi plus dederit, nõ ideò plus hypotheca liberatur. Sed verius dic quòd intẽdit dicere quòd non plus debeat. & ſic facit j. de regulis iuris. l. bona fides. & j. de excep. do. l. fideiuſſor. & j. de tab. exhi. locum. §. condemnatio. Sed cõtra ſupra ea. l. §. in vindicatione. in fi. Sol. ibi in dolo erat poſſeſſor: hic non. Vel ibi in extraneo poſſeſſore, hic in debitore: vt & ibi diximus. Item contra. C. etiam ob chi. pe. l. j. in fi. vbi dicit quòd etiam propter eam pecuniã poteſt retineri ꝓ qua non eſt obligata. hic dicit quòd liberata eſt hypotheca. Solut. hic creditor nõ poſsidet: ibi ſic. Sed nunquid ab actione iudicati erit liberatus? Reſpon. non, ſecundum quoſdam. quæ ergo fuit in pignore quæſtio? Reſpõ. videbatur remanere obnoxium pro chirographaria pecunia, quod hic negat: quia, vt dixi, non retinere, ſed petere nititur pignus creditor. Sed verius dic etiã ab actione iudicata liberatum. quia enim ratione poſſet dici pignus eſſe obligatum pro chirographaria pecunia? nulla enim lex hoc dicit, ſed retineri. dicat ergo hæc lex & in actione iudicati quòd ab ea ſit liberatus debitor.

Res aliena ſub conditione poteſt obligari. Bartolus.

Aliena[l] res vtiliter poteſt obligari ſub conditione, ſi debitoris facta fuerit.

Si res obligatur pluribus diuerſis momentis, cuilibet tenetur in ſolidum pro ſuo debito: ſi eodem momento, cuilibet pro parte tenetur, niſi aliud actum ſit. Bartolus.

Si duo pariter[m] de hypotheca paciſcantur: in quantum quiſque obligatam hypothecam habeat, vtrum pro quantitate[n] debiti, an pro partibus dimidiis[o], quæritur. Et magis eſt vt pro quantitate[p] debiti pignus habeant obligatum. Sed vterque, ſi cum poſſeſſore agat, quemadmodum?[q] vtrum de parte quiſque, an de toto, quaſi vtrique in ſolidum res obligata ſit? quod erit dicendum,[r] ſi eodem[s] die pignus vtrique datum eſt ſeparatim. Sed ſi ſimul illi & illi: ſi hoc actum eſt, vterque rectè in ſolidum aget.[t] ſi minus,[u] vnuſquiſque pro parte.[x]

Valet pactum vt debitor non ſoluto creditor habeat pignus iuſto pretio emptum. h. d. notabiliter: nam ſingularis caſus eſt. Bartolus.

Poteſt ita fieri pignoris datio hypothecæve, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emptionis poſſideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam.[y] hoc enim caſu videtur quodammodo conditionalis eſſe venditio. & ita diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Actio hypothecaria eſt in rem. Bar.

XVII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

Pignoris perſecutio[z] in rẽ parit actionẽ[a] creditori.

l *Aliena.* De hac materia dic vt dixi ſupra e. l. j. in princ. & in §. ſi duo.

m *Si duo pariter.* id eſt eodem momento. Ac.

n *Pro quantitate.* vt ſi Titio x. Seio xx. debeantur, pro duabus partibus Seio teneatur. Vel dic quòd cuique in ſolidũ pro ſuo debito: & hoc erit verum. Accurſius.

o *Dimidiis.* Hoc eſt quod ſingulis dimidia ſola pars pignori pro indiuiſo ſit obligata. Accurſius.

p *Pro quantitate.* ſcilicet vt pro pecunia quã quilibet dedit, pignus ſit obligatum in ſolidum. hoc tamen ſtatim diſtinguitur, ſed ſi vterque &c.

q *Quemadmodum, aget.* Accurſius.

r *Dicendum.* vt de toto agat quilibet: primus tamen præfertur. Ac.

s *Si eodem.* ſi, id eſt quamuis. quod ergo in diuerſis diebus eſt, hoc in vno: ſed diuerſis horis. Accurſius.

t *In ſolidum aget.* ſcilicet pro eo quod ſibi debetur.

u *Si minus.* id eſt ſi non eſt actum. Azo.

x *Pro parte.* ſcilicet dimidia rei: vt ſ. eo. ſi debitor. Sed nonne videtur ſemper hoc agi, ſicut & cum lego tibi & illi in ſolidũ, vtriq; videor legare: vt inſtit. de leg. §. ſi eadem. & j. de leg. iij. re coniuncti. & l. coniunctim? Sed forte aliud in legatis: quia non ſtatim cum legatur, quæritur mihi ius, ſicut fit in pignore. & facit. j. de ſol. l. pupilli. §. penult.

y *Aeſtimandam.* vt & ſ. de contrahen. emp. l. fi. in prin. & arg. C. ad leg. Fla. de pla. l. in fuga. in fi. ſecus autẽ ſi dicat pro pecunia mutuata quatenus ſit empta: vt C. de pact. pig. l. j. & ij. Sed videtur & hoc non valere: quia in incertũ hominem cõfertur æſtimatio: vt ſ. loc. ſi merces. j reſpon. quę eſt contra. Sol. hoc ſpeciale: quia debitores vix aliter inuenirent pecuniam.

z *Pignoris. Perſecutio.* id eſt conuentio.

a *Actionem.* vt & C. e. l. pignoris. & nudã aduocat poſſeſſionem: vt

Qui habet quaſi dominium, poteſt pignori obligare quatenus iſtius iuris vires ſe extendunt. Bartolus.

XVIII. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

SI ab eo qui Publiciana vti potuit [a], quia dominium nō habuit, pignori accepi: ſic tuetur me per Seruianā prætor, quemadmodum debitorem [b] per Publicianam.

XIX. VLPIANVS libro vicenſiprimo ad Edictum.

QVi pignori plures res accepit, nō cogitur vnā liberare, niſi accepto vniuerſo quantum debetur [c].

Si obligatur penſio, in creditorem tranſeunt vtiles actiones. Bartolus.

XX. IDEM libro ſexagenſimoquarto ad Edictum.

CVm conuenit [d], vt is qui ad refectionem ædificij credidit, de penſionibus iure pignoris ipſe creditum recipiat: etiam actiones vtiles [e] aduerſus inquilinos accipiet cautionis exemplo, quam debitor creditori pignori dedit. [f]

Pignus contrahitur per procuratorem vel geſtorem, ratihabitione ſecuta. Bartolus.

XXI. IDEM libro ſeptuagenſimotertio ad Edictum.

SI inter colonum & procuratorem meum conuenerit de pignore [g], vel ratam habente me conuentionem, vel mandante: quaſi inter me & colonum meum conueniſſe videatur.

Si quaſi dominus obligans conueniatur: non poteſt cum effectu de dominio excipere. h. d. quod not. pro limitatione. l. ſi ab eo. ſupra eo. Bartolus.

Si debitor ſeruum quem à non domino bona fide emerat, & pignerauit, teneat, Seruianæ locus eſt: & ſi aduerſus eum agat [h] creditor, doli replicatione exceptionem [i] D elidet. & ita Iulianus ait: & habet rationem.

Quicquid pignori commodi [k] ſiue incommodi fortuitò acceſsit, id ad debitorem pertinet.

Contra debitorem non reſtituentem in hac actione non iuratur in litem: ſecus ſi contra alium: & quod conſecutum fuerit, reſtituetur. Bartolus.

Si res pignerata non reſtituatur [l], lis aduerſus poſſeſſorem erit æſtimanda. ſed vtique aliter aduerſus ipſum debitorem, aliter aduerſus quēuis poſſeſſorem. nam aduerſus B debitorem non pluris, quàm quanti* debet [m], quia non pluris intereſt: aduerſus ceteros poſſeſſores etiam pluris [n]: & quod amplius debito conſecutus creditor fuerit, reſtituere debet debitori pigneraticia actione.

Si fundi dominus ſuccedit debitori pignoranti, non confirmatur pignus: ſed tenetur pigneraticia actione contraria ex perſona defuncti. Bartolus.

XXII. MODESTINVS libro ſeptimo Differentiarum.

SI Titio, qui rem meam ignorante me creditori ſuo pignori obligauerit, heres extitero, ex poſtfacto C pignus directò quidem non conualeſcit: ſed vtilis pigneraticia [o] dabitur creditori.

XXIII. IDEM libro tertio Regularum.

CReditor prædia ſibi obligata ex cauſa pignoris, locare rectè poterit. [p] Pignoris obligatio etiam inter abſentes rectè ex contractu obligatur. [q]

Qui prohibetur emere, non prohibetur pignora accipere.

XXIIII. IDEM libro quinto Regularum.

IN quorum finibus emere quis prohibetur, [r] pignus accipere non prohibetur.

Inutilis obligatio non dat ius retentionis. Bartolus.

XXV. IDEM libro octauo Regularum.

* Vulg. quantum.

nem: vt & infra de euic. l. ſi venditor. circa prin.

SI ab eo.} CASVS. Rem emi à non domino, eam obligaui, an creditori pro ea competat hypothe. quæritur. Et dicitur quod ſic. Viuianus.

a *Potuit.* non rei vin. quia &c. Vel aliter ratio eſt poſita: quia nullus qui habet dominium, agit Publiciana: vt ſupra de Publi. l. j.

b *Debitorem.* ſed & tandiu tuetur creditorem, quandiu & debitorem: vt & ar. ſ. eo. l. grege. §. cum pignori. & de leg. ij. præto. §. prædium. & accedit ei quod dicitur, eiſdem defenſionibus vtitur emptor, quibus & venditor: vt C. de euic. l. emptori. ſi ergo veniat verus dominus, non defenderetur debitor: ergo nec creditor: vt hic, & ſ. de Pub. l. fin. Accurſius.

c QVi pignori. Debetur. vt & C. de diſtrac. pig. l. quandiu. & j. de verbo. obl. l. in executione. §. pen. in fi. Accurſius.

CVm conuenit.} CASVS. Cum penſiones obligantur creditori, vtiles actiones ad eum tranſeunt. Viuianus.

d *Cum conuenit.* ſed & ſi non conueniſſet, habet priuilegium: vt j. qui pot. in pig. hab. l. interdum. & ſ. ſi cert. pet. l. creditor. & infra tit. j. l. j.

e *Vtiles.* vt ſupra eo. l. grege. §. cum pignori. & arg. C. de hered. ven. l. poſtquam.

f *Dedit.* vt ſ. de pign. act. l. fi. in prin.

SI inter colonū.} CASVS. Procurator alicuius prędium locauit colono: & conuenit vt procurator pignus daret, vt colere forte liceret. ſi ratum habuit dominus, perinde eſt ac ſi ipſe cum colono cōueniſſet de dando ei pignore. {SI DEBITOR.} Seruū à non domino emi bona fide, & eum obligaui. ſi creditor hypo. agat, & excipiam ego debitor quòd alicuius erat cum eum obligaui: replicabit creditor de dolo. {SI RES.} Pignori rem mihi obligaſti: à poſſeſsione cecidi: egi contra poſsidentem: condemnatus eſt: reſtituere non vult: an eodem modo ſit condemnandus vt debitor? Et reſpon. quòd non: quia debitor condemnatur tanti quanti erat id quod debebatur. quare non pluris intereſt mei creditoris. poſſeſſor extraneus ad intereſſe meum tenebitur: quia ad intereſſe teneor debitori: & ſi amplius fuero conſecutus quàm ſit debitum, hoc reſtituam creditori. Cetera clara ſunt vſque ad l. fideiuſſor.

g *De pignore.* ſcilicet dando colono, non à colono: & ſic non eſt contra ſ. de pig. act. l. ſolutum. §. fin. Vel hic dat vtilem. ibi denegat dari directam.

h *Agat.* qui rem alienam pignerauit.

i *Exceptionem.* q. d. non tenuiſſe obligationem, quia res ſit aliena. & facit ſupra de rei vin. ſi à Titio.

A k *Quidquid commodi.* vt & C. de pig. act. quæ fortuitis. & l. pignus in bonis. & inſtit. quib. mod. re contra. ob. §. fin. quo ad proprietatem, ne ſit contra ſ. eo. ſi fundus.

l *Reſtituatur.* agenti hypothecaria.

m *Quàm quantum debet.* hoc cū culpa debitor nō reſtitat: ſed ſi dolo, non eſt differētia inter eum & extraneum poſſeſſorem de ſtricto iure: vt ſ. eo. l. ſi fundus. §. in vindicatione. & ſ. ſi pluris. quæ ſunt contrarię. de æquitate tamen poteſt dici contra: vt d. §. ſi pluris. Vel ſolue aliter vt dixi in §. in vindicatione.

n *Etiam pluris.* intereſt quàm ſit debitum: verbi gratia, culpa meā rem obligatam mihi amiſi, quam aliquis adeptus eſt: eandemq; ſua culpa amiſit. condemnabitur mihi ad intereſſe meum, id eſt in quantum debitori teneor. Azo.

o SI Titio. *Pigneraticia.* id eſt hypothecaria, ſecundum quoſdā. Tu dic, vtilis contraria pigneraticia. & facit. C. de rei vindi. l. cum à matre. Sed contra ſi primam teneas: ſupra de pig. ac. l. ſi rē alienam. §. j. vbi dicit eodem caſu non dari etiā vtilem creditori. Solu. hic creditor fuit ignorās: ibi ſciens, ſecundū Io. arg. ſ. eo. l. j. Vel hic de æquitate vtilis datur: ibi de iure ſtricto denegatur. Vel ibi me contradicente rem meā obligauerat: hic vero me ignorante. Sed iſtæ & alię ſolutiones videtur nullæ: quia hic & ibi creditor erat bonæ fidei, alias non diceretur ibi debitor argui de mendacio: vt ſ. de act. em. l. j. in fine. Item hic & ibi tractat an detur de æquitate: hoc eſt an detur vtilis & ibi denegatur: hic conceditur. Item hic & ibi obligaui rem alienam ſine domini voluntate. Dic ergo ꝙ hic corrigitur: vel verius hic concedit vtilē pigneraticiam, ſcilicet contrariam, vt dixi, nō hypothecariam: & ita cō ualeſcit pignus, nō directo, quia non datur hypothecaria, ſed vtiliter: quia datur pigneraticia contraria ad intereſſe: vel ad aliud æquè bonū pignus. At econtra vbi obligans pignus ſucceſsiſſet domino, tunc etiā ſcienti forte dabitur contra obligantē tantū hypothecaria, quia redarguitur de ſuo mendacio: ſicut & ſi mihi ſcienti rem alienam vendidiſti, & poſtea domino ſucceſsiſti, teneris implere venditionem: quia ex tua conuentione te conuenio: vt ſ. de act. emp. ſi quis alienam. Accur.

p CReditor. *Poterit.* quia prædia meliorantur per culturam: vt j. de iur. fiſ. l. non intelligitur. §. diui fratres. vnde aliud eſt in re mobili: vt inſtit. de obli. quæ ex delict. §. furtum. *Prædia per culturā meliorantur.*

q *Obligatur.* id eſt contrahitur, cum fiat conſenſu: vt ſ. eo. l. contrahitur.

r IN quorum. *Prohibetur.* à iudice. ſi autē à lege, ſicut prohibetur aliquis ratione officij: vt de cōtrahē. emp. nō licet. nec

pignorā

pignori accipere poteſt, vt j. quæ res pig. l. j. §. cum rem. & C. de reb. alie. non alie. l. fin. quæ ſunt contra. ADDITIO. Dic ſecundum Bart. hic quòd quando prohibetur vẽditio à lege, intelligitur prohibita pignoris datio, vt in contrarijs. ſecus ſi prohibeatur à iudice. & ita intelligitur iſta lex.

CVm vitioſe vel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni locus non eſt[a], nec ſi bona creditoris ad fiſcum pertineant.

Si debitor ſoluat creditori: recuperat pignora data fideiuſſori. Bartolus.

XXVI. IDEM libro quarto Reſponſorum.

FIdeiuſſor impetrauit à poteſtate[b], vt & antequam ſolueret, pignora[c] ipſe poſsideat[d], quaſi ſatisfacturus creditoribus: nec ſatisfecit[e]. modò heres debitoris paratus eſt ſoluere creditoribus. quęro, an pignora fideiuſſor reſtituere cogendus ſit. Modeſtinus reſpondit, cogendum eſſe.

Qui ſcribit contractum obligationis rei ſuæ, videtur obligationi conſentire. Bart.

Pater Seio emancipato filio[f] facilè perſuaſit, vt quia mutuã quantitatẽ acciperet[g] à Septicio creditore, chirographum perſcriberet ſua manu filius eius, quòd ipſe impeditus eſſet ſcribere, ſub commemoratione[h] domus ad filium pertinentis pignori dãdæ. Quærebatur, an Seius inter cætera bona etiam hãc domum iure optimo † poſſidere poſsit[i], cum patris ſe hereditate abſtinuerit, nec* metu iri ex hoc ſolo, quòd mandãte patre manu ſua perſcripſit inſtrumẽtum chirographi[k], cum neque conſenſum ſuum accommodauerat[l] patri aut ſigno[m] ſuo, aut alia ſcriptura. Modeſtinus reſpondit: Cum ſua manu pignori domum ſuã futuram[n] Seius ſcripſerat, conſenſum ei obligationi dediſſe manifeſtum[o] eſt.

Res loco rei ſurrogata, nõ cadit in obligationẽ, niſi ex re prima ortũ habuerit. Bart.

a CVm vitioſe. Non eſt. cum pro eo ſit ac ſi nec datum ſit: vt ſ. qui ſatiſda. cog. l. quotiens. ſed arg. contra. ſ. e. l. j. ADDITIO. Dic quòd ibi non valuit obligatio: quia res non erat debitoris: quod vitium eſt purgatum: quia eſt effecta eius, ideo datur retentio. hic verò obligatio fuit vitioſa ex alia cauſa, quæ purgata non eſt: & ideo retentio non datur, ſecundum Barto. in dicta l. contraria.

FIdeiuſſor.} CASVS. Mutuaui tibi x. & pignus accepi, & fideiuſſorem. impetrauit fideiuſſor à iudice vt liceret ſibi pignora poſsidere, promittens ſe ſoluturum mihi. non ſoluit. deceſsiſti. heres ſoluere vult. an fideiuſſor reſtituere pignora cogendus ſit, quæritur. Et dicitur quòd ſic. {PATER.} Mutuaui tibi x. filij tui emãcipati domum mihi obligaſti: & ei perſuaſiſti vt inſtrumentum mutui tibi facti & domus ad filium pertinentis obligatæ ſcriberet. ſcripſit. an filio tuo per ſcripturam ſuam præiudicetur quo minus te concedente in fata, filio tuo ab hereditate tua abſtinente, liberam & non obligatam domum habeat, quæritur. Primo, allegando dicit quòd non, ex quo conſenſum expreſſum non præſtitit patri obliganti. Dicit tamen Modeſtinus quòd ſibi præiudicauit per ſcripturam: quia conſenſiſſe videtur.

Coniunge l. Caius. de pigno. act.

† Iure optimo poßidere dicit, quod ſolutũ eſt, nõ obligatũ: quod & optima conditione, Cicero dicit.

** nec metuere debeat.*

b *A poteſtate.* id eſt aliquo qui habuit ius permittendi. Accurſius.

c *Pignora.* quæ habebat creditor, vel etiam debitor. Accurſius.

d *Poßideat.* etiam iure dominij: quod non licet ei: vt C. de dolo. l. j.

e *Satisfecit.* idem & ſi ſatisfeciſſet: vt C. de dolo. l. j. & infra de diſtr. pig. l. ij. & ſupra man. ſi mandato Titij. §. Paulus.

f *Filio.* ſcilicet Seio. Azo.

g *Acciperet.* ſcilicet pater.

h *Commemoratione.* id eſt obligatione. Azo.

i *Poßit.* ſcilicet liberam à quolibet. Not. ergo hic, quòd bonum eſt ius accipiendi, melius agendi cõtra vnum, optimum agendi contra omnes.

Ius comparationem recipit.

k *Chirographi.* id eſt inſtrumentum quod eſt chirographum.

l *Accommodauerit.* ſcilicet expreſsim.

m *Signo.* aliàs ſigno: & aliàs chirographo, ſcilicet in quo continetur conſenſio. Accurſius.

n *Suam futuram.* quæ & nunc eſt ſua.

o *Manifeſtum eſt.* vt j. qui. mo. pig. vel hyp. ſol. l. Lucius Titius.

§. Paulus. & l. ſicut. §. non videtur. Et arg. de hoc tacito cõſenſu. j. de eui. quidã. Sed contra. j. de leg. ij. Titia. §. Lucia. vbi fideicõmiſſarius interfuit diuiſioni factæ inter heredes rei ſibi per fideicõmiſſum relictæ, & ſubſcripſit, & nõ præiudicat ſibi. Sol. ſecundũ R. ibi ignorabat ſibi legatũ: hic ſciuit filius ſuam domũ. vel hic vt actor ſiue procurator obligationis fuit vocatus, vnde tenetur etiã ignorãs: vt C. de fideiuſ. ſi pater. & vt ſ. mã. ſeruũ Titij. ibi vt teſtis, cuius officiũ ſibi non debet eſſe dãnoſum: vt j. quemad. teſt. ap. ſi quis ex ſignatoribus. & C. de fideiuſ. l. ſi pater. & hoc ſecundo modo ſoluetur aliud contra. ſ. de pig. act. l. Gaius. Vel ſolue omnia talia contraria ſecundum Io. ſic, quia refert, an aliquis id faciat ſuper re mea, qđ etiam me inuito facere poteſt, vt legare, vendere, diuidere: & tunc mea preſentia mihi non nocet. an quod non poſſet me inuito, vt obligare: & tunc patientia præiudicat: vt hic, argu. infra de re iud. ſæpe. §. cur autem. & hoc dixi. ſ. in d. l. Gaius.

Præſentia an & quãdo noceat.

Lucius Titius prędia & mãcipia quæ in prædijs erant, obligauit. heredes eius[p] prædijs inter ſe diuiſis, illis mancipijs[q] defunctis alia ſubſtituerũt. creditor poſtea prædia cum mancipijs diſtraxit. Quæritur, an ipſa mancipia quæ ſunt modò in prędiis cõſtituta[r], hoc eſt in hypothecis, emptor vindicare rectè poſsit. Modeſtinus reſpõdit, ſi neque pignerata ſunt ipſa mancipia, neq; ex pigneratis ancillis nata, minimè creditoribus obligata eſſe.[s]

Si debitor rem pigneratam faciat deteriorem, creditori contra eum ſuccurritur, licet contra debitorem ad debitum actionem non habeat. Bartolus.

XXVII. MARCELLVS libro quinto Digeſtorum.

SEruum quem quis pignori dederat, ex leuiſsima offenſa vinxit,[t] mox ſoluit: & quia debito nõ ſatisfaciebat, creditor minoris[u] ſeruũ vendidit. an aliqua actio creditori in debitorẽ conſtituẽda ſit, quia crediti ipſius actio nõ ſufficit[x] ad id quod deeſt perſequendum? Quid ſi eum interfeciſſet, aut eluſcaſſet? Vbi[y] quidem interfeciſſet, ad exhibendum tenetur:[z] vbi autem eluſcaſſet, quaſi damni iniuriæ[a] dabimus actionem ad quantum intereſt quòd debilitando aut vinciẽdo perſecutionem pignoris exinanierit. fingamus nullã crediti nomine actionem eſſe, quia fortè cauſa ceciderat.[b] non exiſtimo indignam rẽ[c] animaduerſione & auxilio prætoris. Vlpianus notat: ſi vt creditori noceret,[d] vinxit, tenebitur:[e] ſi merentem, non tenebitur.[f]

Stipulatio legatorum extinguitur ſpe le-

p *Eius.* ſ. Lucij Titij.

q *Mancipiis.* quæ fuerant in prædio tempore obligationis.

r *Conſtituta.* i. nõ ſunt ea quæ fuerunt tẽpore obligationis.

s *Obligata eſſe.* quia in obligatione ſpecificauit mancipia quæ ſunt in prædio. aliàs omnia cederent: vt j. eod. cum tabernã. quę eſt contra.

t SEruum. Vinxit. ille qui obligauit.

u *Minoris.* quàm eſſet debitum. tamen antequàm obligaretur, bene valebat tantũ quòd ſufficiebat ad debitũ.

x *Non ſufficit.* tempore ſublata, vel per ſententiã. vt ſtatim dicet.

y *Vbi.* incipit reſpondere.

z *Tenetur.* quia dolo fecit quo minus poſsit exhibere: vt ſ. ad exhi. Iul. ſcribit, ſi quis hominem. & ſ. de dolo. & eleganter. §. ſi ſeruum. & ar. C. ad exhi. l. exhibitionis. Sed contra j. quib. mod. pi. vel hypo. ſol. l. ſicut re. in prin. Sol. ibi ſine culpa debitoris fuit extinctum, & ideo non tenetur. hic culpa.

a *Iniuriæ.* ſ. actione in factum: vt & ſ. ad l. Aquil. ſi dominus. in prin. & hoc quando contra debitorẽ principali actione agi non poteſt. aliàs non poſſet agere cõtra debitorem creditor: vt ſ. ad l. Aquil. qui occidit. §. j. & hic ſubijcit, fingamus &c.

b *Ceciderat.* tempore, vel per ſententiam.

c *Rem.* id eſt delictum.

d *Noceret.* ex propoſito, vel conſecutiue. Accurſius.

e *Tenebitur.* ſcilicet prædictis modis.

f *Non tenebitur.* l. Aquil. ſed ad debitum vbi actio erat finita: vt dixi.

SI legati.} CASVS. Filiofa. fuit relictũ legatũ ſub cõditiõe. pater pign⁹ accepit ab herede. deceſsit pater, vel filiũ emãcipauit, & exiſtit cõditio. an pater, an fili⁹ pign⁹ vĩdicare poſsit, quæritur. Et reſpõ. ꝙ pater nõ: quia nũc demũ pignus tenuit

cum

cum exiſtat conditio:quia tunc incipit legatum deberi : quia A tempore conditionis exiſtentis erat filius factus ſui iuris. ergo &c. filius non, quia pater ſuo nomine ſtipulatus eſt. idem eſt in fideiuſſore dato pro legato conditionali.cetera ſunt plana vſque ad l.cum tabernam. Viuianus.

a Deberi. inſpicitur enim tempus quo cedit dies legati, vt debeatur filio vel patri. ſed in contractibus initium : vt hic, & infra de regu.iur.l. quæ legata.& infra de ver. oblig.l. ſi filius. & infra qui pot. in pig. ha. l. potiores. ij. reſpon. & quando dies le.ced. l. ſi vſufructu.§.fin.licet contra hanc diſtinctionem ſit arg. in co. titu.de verbo. obliga. l. quidam. in fine. ſed ibi licet ſtipulatio quam fecit filius, tempore patriæ poteſtatis fuerit facta : impleuit tamen eam numerando, quando erat ſui iuris:vt ibi dicit.Accurſius.

b Neque filius quia pater ſuo nomine, id eſt quia ſperabat legati diem cedere ſi patre viuente ſtipulatus eſt, vel accepit pignus. nã aduentitia quærebantur patri. ſed cum hodie velut legitimus adminiſtrator pignus vel fideiuſſorem acciopiat filius, vt ex pacto tutoris habebit vtilẽ actionem: vt C.quando ex fac. tu. vel cu.l. j.& ij.

c In fideiuſſore. dato pro legato conditionali.

d P Aulus reſpon. A creditore. quia hæc nunquam fuerunt teſtatoris:alias cõtra: vt C.quæ res pig.obliga. poſ.l.fi.& facit. C.communia de leg.l.fi.in fi. & ſupra eo.l.j.in prin. Accurſius.

e Habenda ſunt. vt C. de partu pign. l. j. quandoque tamen ſecus eſt : vt C. de cap. l.preſens.Sed an idem in fructibus? Reſpon. de his vt dixi ſupra eodem.l.j.§. cum prædium.

f Obligauit. vt & j. qui potio. in pig. hab. l.potior.§.ſi de futura. Accurſius.

g Pepererint. & conceperint. nam etiam ſi ſolum conceperunt apud debitorem : licet apud alium pariant, ſunt pignori: vt ſupra de pign. act. ſi conuenerit.§.ſi fundus. in fine. quæ eſt contra. & ſic intelligitur infra de Sal. inter.l.j.in princip. Accurſius.

h Perſeuerare.vt infra eod.l.fin.& ſupra de pign.act.l.domo.Accurſius.

In quibuſdam libris, inquibuſdã vero vnitiũ inſpicitur.

† ſubaudi, cauſa. Ant. Augu.1.e-med.cap.1.

† Adde q̃ ſi teſtator obligauit bona heredis ſui: ſi heres adit eius hereditatẽ, videtur approbare dictã obligationem quo caſu non habebit locũ lex noſtra. ita Cy.& Bal.in l.fin. C.quæ res pig. obl.poſſunt. Bolo.

gati extincta:& nõ tranſit ad eum ad quẽ commodum legati tranſit. & idem in obligatione pignoris,h.d. & debet intelligi iſta lex quando ſtipulatur pater pro ſe : ſecus ſi vt legitimus adminiſtrator ſilij: vt hic in gl. Bartolus.

XXVIII. Paulus libro tertio Quæſtionum.

SI legati cõditionalis † recepti filiofamilias pater ab herede rem propriam eius pignori accepit, & mortuo patre, vel emancipato filio conditio legati extiterit, incipit filio legatum deberi[a]: & neque pater poteſt pignus vindicare, neque filius[b], qui nũc habere cœpiſſet actionem: nec ex præcedente tempore poteſt quicquam iuris habere in pignore : ſicut in fideiuſſore[c] dicitur. B

Generalis obligatio facta à defuncto, non porrigitur ad bona heredis. Bart.

XXIX. Idem libro quinto Reſponſorum.

PAulus † reſpondit, generalem quidem conuentionẽ ſufficere ad obligationem pignorum : ſed ea quæ ex bonis defuncti non fuerunt, ſed poſtea ab herede eius ex alia cauſa adquiſita ſunt, vindicari non poſſe, à creditore[d] teſtatoris.

Partus rei pignoratæ cadit in obligationem, ſi à debitore percipiatur. Bart.

Si mancipia in cauſam pignoris ceciderunt, ea quoq; quæ ex his nata ſunt, eodem iure habenda ſunt[e]. Quod tamen diximus etiã adgnata teneri, ſiue ſpecialiter de his conuenerit, ſiue non:ita procedit, ſi dominium eorum ad eum peruenit, qui obligauit[f], vel heredem eius. ceterum ſi apud alium dominum pepererint[g], non erunt obligata.

Superficies ſolo pignorato impoſita cadit in obligationem. Bartolus.

Domus pignori data exuſta eſt: eamq; aream emit Lucius Titius, & extruxit. quæſitũ eſt de iure pignoris. Paulus reſpondit, pignoris perſecutionẽ perſeuerare[h]: & ideo ius ſoli ſuperficiem ſecutam videri, id eſt cum iure pignoris: ſed bona fide poſſeſſores non aliter cogendos creditoribus ædificiũ reſtituere, quã ſumptus in extructione erogatos, quatenus pretioſior[i]

i Quatenus pretioſior. vltra enim nõ tenetur. ſed certe nec tantũ videtur teneri:vt j.de dam.infec.l. cum poſtulaſſem.§.cur ergo.quæ eſt cõtra. Sol.ibi ſcienter emit rem obligatã:hic ignorans: Vel ibi dicit nõ excipi propter pretiũ quod dedit:hic autẽ dicit excipi propter impenſas. ſed M. dixit hic de æquitate, ibi de rigore.

res facta eſt, reciperent.

In obligatione generali venit ſeruus, qui obligationem contrahit. Bart.

Si ſciente & conſentiente domino ſeruus vt omnia bona domini pignori obligata eſſent conuenit, ipſum quoque[k] qui cauit, obligatum eſſe pignoris iure.

Creditor qui vendit iure creditoris, non tenetur de euictione: ſed ſolũ vt probet ſibi rem obligatã fuiſſe. h.d. ſecundum gl. Bart.

XXX. Idem libro ſexto Reſponſorum.

PEriculum[l] pignorum nominis venditi ad emptorẽ pertinere: ſi tamen probetur eas res obligatas fuiſſe.

Reſoluto iure donationis, reſoluitur ius acceptionis. Bartolus.

XXXI. Scaevola libro primo Reſponſorum.

LEx † vectigali[m] fundo dicta erat, vt ſi poſt certũ temporis vectigal[n] ſolutum non eſſet, is fundus ad dominum redeat. poſtea is fundus à poſſeſſore[o] pignori datus eſt. Quæſitum eſt an rectè pignori datus eſt. Reſpondit, ſi pecunia interceſſit, pignus eſſe.[p] Item quæſijt, ſi cum in exſolutione vectigalis tam debitor quã creditor ceſſaſſent, & propterea pronuntiatum eſſet, fundum ſecũdum legem domini eſſe: cuius[q] potior cauſa eſſet. Reſpondit, ſi, vt proponeretur, vectigali non ſoluto, iure ſuo dominus vſus eſſet, etiam pignoris ius euanuiſſe.[r] C

Ea videntur inducta in prædium, quæ ad vſum perpetuum inducuntur. Bart.

XXXII. Idem libro quinto Reſponſorum.

DEbitor pactus eſt, vt quæcunq; in prędia pignori data, inducta, inuecta, importata,[s] ibi nata, paratáve * eſſent, pignori eſſent. eorum prædiorum pars ſine colonis fuit: eaque[t] actori ſuo colenda debitor ita tradidit, adſignatis & ſeruis culturæ neceſſarijs. Quæritur an & Stichus villicus, & ceteri ſerui ad culturã miſsi, & Stichi vicarij, obligati eſſent. Reſpõdit, eos dumtaxat, qui hoc animo à domino inducti eſſent, vt ibi † perpetuo[u] eſſent, non tempois cauſa accommodarentur, obligatos. D

k Ipſum quoque. & ſic in generali ſermone continetur perſona loquentis : vt dixi s. de ſenato. l. j. & de ædil. edi.l.quód ſi nolit.§.ſi venditor.& s. de tranſact.l. non eſt ferendũ. & j.de diſtra.pig. l. & ſi ns. Accur.

l PEriculum. creditor alienauit nomen quod in pignore habebat : & quandã rem quam ab ipſo nomine obligatam habebat, ſimiliter vendidit iure creditoris. non ergo emptori tenetur de periculo, ſiue euincatur, ſiue alias perimatur: quia videtur vendidiſſe ius ſolum quod habebat ibi. hoc tamen debet probare venditor, ſibi obligatum pignus quod vendidit: vt hic, & ſupra de here. vendi. l. ſi nomen. Additio. Pone caſum aliter & melius ſecundũ Bar. hic. Vendidi tibi nomen debitoris, quod nomen habet hypothecariam annexam: quæritur ad quem ſpectat periculum pignoris? Certe ad emptorem, dum tamen pignus probetur obligatum: ſicut dicimus in emptore nominis: vt l. ſi nomen. ſupra de here. vel act. vendita.

m LEx vectigali. id eſt emphyteuticario.

n Vectigal. id eſt penſio fundi.

o A poſſeſſore. ſcilicet emphyteuticario.

p Pignus eſſe. ratione iuris quod habebat ibi, vt hic, & ſupra e.l. grege.§. & in ſuperficiarius.& s. de pig. ac. l.tutor.§.fina. & l. ſeq. Accurſius.

q Cuius. ſcilicet domini, an creditoris. Azo.

r Euanuiſſe. vt & ſupra eo.grege.§.ſtatuliber. Et not. hic argumentum pro feudo contra feudatarium pignori dantem rem, quod reuocatur obligatio feu do amiſſo : ſed hodie pignorari non poteſt: vt in l. Federici : imperialem decet ſolertiam.§.j.

s DEbitor. Importata. veluti in iumento:vt j. de verb. ſignifi.l.ferri.

t Eáque. ſ prædia.

u Perpetuo. id eſt quã diu ibi eſſent neceſſarię: vt infra tit.j.l.in prædiis.§.fin.& arg. ſupra

Sermo generalis perſonã loquẽtis cõtinet.

† Glo.3.in c.vlt.extra de empt.& ven.dicit per iſtam.l. q̃ emphyteuta poteſt donare rem emphyteuticam ſine conſenſu domini.

* Flor.quæſit.

* Vulg.parãtve.

† Creator.& facit quod no.in c.quã contra mores.8.diſtinct.

Adiecto non poteſt pignus dari: & datū repetitur. Bartolus.

XXXIII. TRIPHONINVS libro octauo Diſputationum.

IS qui promiſit tibi aut Titio, ſolutum quidem Titio repetere non poteſt, ſed pignus ei datum & ante ſolutionem recipit.

Appellatione tabernæ venit vniuerſitas mercantiæ quæ ibi exercetur: & ideo cadit in obligationem quæ tēpore quo agitur, repetitur. Bartolus.

XXXIIII. SCAEVOLA libro viceſimoſeptimo Digeſtorum.

CVm tabernam debitor creditori pignori dederit, quæſitum eſt, vtrum eo facto nihil egerit[a] an tabernę appellatione merces quæ in ea erant, obligaſſe[b] videatur: B & ſi eas merces per tempora diſtraxerit, & alias comparauerit, eáſque in eam tabernā intulerit, & deceſſerit: an omnia quæ ibi deprehenduntur, creditor hypothecaria actione petere poſsit: cum & mercium ſpecies mutatę ſint, & res aliæ illatę. Reſpondit: Ea quæ mortis tempore debitoris in taberna inuenta ſunt, pignori obligata eſſe[c] videntur.

Per epiſtolā poteſt contrahi pignus, nec vitiatur licet in ea non ſit dies & conſul. Bar.

Idem quæſijt[d], cum epiſtula talis emiſſa ſit: † Δανεισάμενος παρά σου δηνάρια πεντακόσια, παρεκάλεσά σε, μὴ βεβαιωτὴν ἀλλ' ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν. οἶδας γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ἡ ταβέρνα καὶ οἱ δοῦλοί μου οὐδενὶ κατέχονται, ἢ σοὶ καὶ ὡς εὐσχήμονι ἀνθρώπῳ ἐπίστευσας. C [id eſt, Mutuatus abs te quingentos denarios, rogaui ne ſponſorem ſed pignus à me acciperes, exactè enim & pro certo noſti, nemini alij tabernam ſeruoſque meos, quàm tibi eſſe obligatos: & quòd honeſto & graui homini fidem habueris.] An pignus contractum ſit, an verò ea epiſtula nullius momenti ſit, cum ſine die & conſule ſit. Reſpondit, cum conueniſſe D de pignoribus videatur, non idcirco obligationem pignorum ceſſare, quòd dies & cōſules additi, vel tabulæ ſignatæ non ſint.

In obligatione generali venit etiam pecunia quocumque modo quæſita. Bart.

Creditor pignori accepit à debitore quidquid in bonis habet, habiturúſve eſſet. quęſitum eſt, an corpora pecuniæ quam idē debitor ab alio mutuā accepit, cū in bonis eius facta ſint, obligata creditori, pignoris eſſe cœpe- A rint. Reſpondit, cœpiſſe.

Pactum de vendendo, ad inſulam renouatam porrigitur. Bartolus.

XXXV. LABEO libro primo Pithanōn à Paulo Epitomatorum.

SI inſula quā tibi ex pacto conuento licuit[e] vēdere[f], combuſta eſt, deinde à debitore ſuo reſtituta, idem in noua inſula iuris habes[g].

IN * QVIBVS CAVSIS pignus vel hypotheca tacite contrahitur.

TITVLVS II.

Mutuanti in refectionem, domus tacitè eſt obligata: ſiue domino, ſiue conductori operis ſit ſoluta pecunia. Bartolus.

I. PAPINIANVS libro decimo Reſponſorum.

B SEnatuſconſulto quod ſub Marco imperatore factū[h] eſt pignus inſulæ creditori datum,[i] qui pecuniam ob reſtitutionem ædificij extruendi mutuam dedit, ad eum quoque[k] pertinebit, qui redemptori domino mandante nummos miniſtrauit.

Inuecta & illata ſunt tacitè obligata pro penſionibus, & pro alio intereſſe. Bart.

II. MARCIANVS libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

POmponius[l] libro quadrageſimo variarum lectio C num ſcribit, Non ſolùm pro penſionibus, ſed & ſi deteriorem habitationem fecerit culpa ſua inquilinus, quo nomine ex locato[m] cum eo erit actio) inuecta & illata pignori erunt obligata.

Inuecta in horreum vel in aream iunctā domui, & ibi illata, ſunt obligata pro penſione. Bartolus.

III. VLPIANVS libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

SI horreū fuit cōductum, vel deuorſorium[n]* vel area,[o] tacitam conuentionem de inuectis illatis etiam in his locū habere putat Neratius: quod verius eſt.

D *Hic ponitur differentia inter prædia ruſtica & vrbana. Bart.*

IIII. NERATIVS libro primo Membranarum.

EO iure vtimur, vt quæ in prædia vrbana inducta[p] illata ſunt, pignori eſſe credantur, quaſi id tacitè cōuenerit.[q] In ruſticis prædijs contrà obſeruatur.[r]

Stabulum quod eſt in comitatu, à prædiis vrbanis non multum differt. Bart.

Stabula quæ non ſunt in cōtinētibus ædificijs, quorum prędiorū ea numero habēda[s] ſint, dubitari poteſt. Et quidē vrbanorum ſine dubio nō

ſ. de pec. l. id veſtimentum. & j. de here. inſt. ex facto. §. rerum. & j. de verb. ſigni. l. malum. §. fina. & ſ. de act. empt. fundi §. Labeo. & de lega. ij. cum ita legatum. j. reſpon. & C. in quib. cau. pig. ta. contra. ſi non. & facit infra tit. j. l. in prædiis.

CVm tabernam.} CASVS in hoc principio non ponitur, quia facilis. {IDEM.} Seruo vel filio meo mutuaſti x. ſcripſi tibi & rogaui vt fideiuſſorem a me non acciperes: ſed pignora: neq; in ſcriptura inſertus eſt dies vel conſul: an nihilo minus teneat pignoris obligatio, quęritur. Et dicitur quod non. Viuia.

a *Nihil egerit.* quod videbatur, quia erat in publico, vel in conducta erat à publico.

b *Obligaſſe.* quæ reddunt eam inſtructam: vt infra de verb. ſign. l. inſtructam.

c *Obligata eſſe.* vt argu. infra de condic. & demon. filiæ ſuæ. §. fi. aliud eſt ſi heres poſt mortem debitoris alias merces intuliſſet: vt ſ. eodem. titu. l. Paulus. in prin. Item contra ſupra eodem. l. fideiuſſor. §. fin. Solu. vt ibi. ADDITIO. Pro ſolutione dic quòd hæc appellatio tabernæ prout refertur ad merces, eſt nomen vniuerſitatis: ſicut grex, peculium, & familia: vt l. cum pater. §. menſę. infra de lega. ij. & ideo licet merces mutentur, tamen eadem videtur eſſe taberna: vt l. grege. in princi. ſupra eod. & l. peculium. j. de leg. ij. & iſta vniuerſitas videtur durare eadem donec viuit dominus, vt hic. mutatio enim quæ poſtea fieret ibi per heredem, non caderet in obligationē: vt hic dicit text. cum gloſſ. quod eſt notandum. quod tamen intellige niſi fieret aliquid cauſa explicandi negotium cœptum à defuncto: vt l. furti. §. illud plane. ſupra de his qui notan. infa. & quod ibi nota. ſecundum Bart.

† *Vide Alcia. lib. Diſpunc. 2. ca. 17. & Budeū in annota prior. ad Pandectas hoc ipſo titulo.*

d *Idem quæſiit.* aliàs §. & aliàs lex cum epiſtula. & eſt hic annexa interpretatio Græci vſq; illuc, An pignus contractum &c.

e SI *inſula. Licuit.* ſcilicet mihi. Accur.

f *Vendere.* cū non fuit vendita: & dic, tibi creditori. & habes, quod eſt in fin. expone ſcilicet tu creditor. Vel dic quòd fuit vendita: & loquitur emptori. & dic licuit, ſcilicet creditori. & habeas ſuo. ſed ſecundum primam eſt tuo.

g *Iuris habes.* vt ſupra eod Paulus. §. domus. Accurſius.

IN QVIBVS CAVſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur. * *Ex quib.*

SEnatuſ.} CASVS. Si fabro tuo x. te mandāte mutuaui in domus refectionē: perinde mihi tacite obligata eſt domus, ac ſi tibi mutuaſſem. & hoc cauetur ſenatuſc. Viuia.

h *Factum.* quo ſenatuſconſul. dicitur, pignus &c.

i *Datum.* ipſo iure, ſcilicet à lege. alias nō pertineret hæc lex ad titulum. & facit pro hoc j. qui pot. in pig. ha. interdum. & in authen. de æquali. do. §. his conſequens. colla. vij.

k *Ad eum quoque.* non ſolum ad eū qui mutuam pecuniam domino dedit, pertinebit: ſed etiam &c. vt hic, & j. de priui. cre ſi ventri. §. j. Et dic quòd redemptor eſt qui ſuis cæmentis opus domino ædificat: vt ſ. de rei vin. l. redemptores. Accurſius. *Redemptor eſt qui ſuis cæmentis opus domino cōſtruit.*

l POmponius. aliàs incipit, Pōponius: & aliàs, nō ſolum. Ac.

m *Ex locato.* vt ſupra loca. ſi vulneraueris. & creditor tenetur pigneratitia: vt ſupra de pignerat. actio. l. creditor. Accurſius.

n SI *horreum. Diuerſorium.* ſtatio eſt in qua diuerſis generib⁹ merces afferuntur. * *Vulg. diuerſorum. Diuerſoriū quid.*

o *Vel area.* contigua habitationi. Vel dic area, in qua conductor domum conſtruxit. Accurſius.

p EO *iure. Inducta.* etiam ignorante domino. Accur.

q *Cōuenerit.* vt & ſ. de pact. l. item quia. & j. de migrando. l. j. circa prin. Accur.

r *Obſeruatur.* vbi non obligatur tacite niſi dominus ſciuerit, vt C. loca. l. certi iuris. Accur.

s *Habenda.* quod eſt neceſſe ſciri, propter id quod dixi modo. ſ. proxi. reſpon. Accur.

Non

a *Non multum.* Differunt ergo in aliquo: in hoc .ſ. quia in vrbanis ignorante domino: in his autem ſtabulis demũ eo ſciente tenetur: quia ruſtica ſunt prędia, vt hic dixit. Sed certè imò videntur vrbana: vt ĵ. de verb. ſign. l. vrbana. quæ eſt contra. Solu. ibi loquitur de his ſtabulis quæ iuncta ſunt ædificijs, & gratia habitandi ſunt. Vel ſtrictè hic accipitur vrbanum prædium, pro eo .ſ. tantum quod eſt in vrbe. prima verior eſt.

P *Omponius ſcribit.* } Casvs. eſt facilis vſque ad §. ſi quis. {Si qvis fideivbeat.} Rem tuã obligaui te neſciente: ſi deiuſsiſti: an propter fideiuſsionem videaris tacite rerum tuarum obligationem ratificaſſe, quæritur. Et dicitur quòd ſic: ſecus ſi primo fideiuſſiſti, & poſtea rem tuã te ignorante obligaui. Viuia.

b *Pomponius.* aliàs incipit, Pomponius. & aliàs ſi gratuitam. Sed quid ſi nõ gratuitam? Reſpon. domino ſunt obligata: vt ſ. de pign. act. l. ſolutum. §. ſolutam. aliud in ruſtico: vt ſ. loca. & conduct. ſi in lege. §. colonus.

c *Non eſſe.* ſcilicet ad penſionem, ſed pro deterioratione ſic: vt ſ. e. l. non ſolum. Item an ſuo locatori ſit obligatus? Reſpon. eodem modo vt de domino, ſcilicet pro deterioratione.

d *Obligatum.* & certe poteſt. Accurſius.

Ex tit. de migrando.

e *Fideiubeat.* ſ. tunc.

f *Illius.* ſ. fideiuſſoris.

g *Obligatas.* Et ſic ratificatur precedẽs ſuæ rei obligatio tacite. Sed arg. cõtra ſ. quod iuſſu. l. dominum. Sed poſſet dici aliud in iuſſu, & aliud in eo qui mandato fideiubet. & etiam poſſet reddi ratio, ſecundum Io. Vel ibi ante, vt hic ſubijcit. Facit autem ad §. iſtũ. ĵ. de adquir. poſſ. l. fundi. in fine. debet enim proteſtari in contrarium: vt ſ. ad Mac. l. ſi filius.

h L *Icet in prædiĳ.* Inuecta. differentia inter hæc eſt: vt ĵ. de verb. ſign. ferri.

i *Huiuſmodi pignus.* ſ. tacitum quo minus poſsit manumitti ſeruus ſic obligatus: niſi in caſu: vt C. de ſer. pigne. da. l. ſi tutor. ſicut & generali obligatione obligatus poteſt manumitti. ſ. tunc. ſecus ſi ſpecialiter & expreſſe: vt hic, & C. de ſer. pig. da. ma. l. ab eo. & l. ij. & ĵ. eo. l. eſt differentia.

k *Obligatum.* ſcilicet tacite.

l I *N prædiis.* Non conuenerit. vt & ſupra loca. ſi in lege. §. ſi colonus. ſecus in re empta ex fructuum pretio: vt C. eodem. l. quamuis. Accurſius.

ſunt, cũ à ceteris ædificijs ſeparata ſint. quod ad cauſam tamen talis taciti pignoris pertinet, non multum[a] ab vrbanis prædiis differunt.

V. Marcianvs libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

POmponius[b] libro tertiodecimo variarum lectionum ſcribit, ſi gratuitam habitationem conductor mihi præſtiterit, inuecta à me domino inſulæ pignori non eſſe[c]. Item illud, inquit, videndum eſt, voluntate domini induci pignus ita poſſe, vt in partem debiti ſit obligatũ.[d]

Fideiubẽdo videtur quis approbare obligationem bonorum ſuorum ante factam, ſecus in ea quæ fieret poſtea. Bart.

B Si quis fideiubeat[e], cum res illius[f] à debitore pro quo fideiuſsit, pignori data ſit: bel liſsimè intellegitur, hoc ipſo quòd fideiubeat, quodammodo mandare res ſuas eſſe obligatas[g]. Sanè ſi poſtea ſint eius res hypothecæ datæ, nõ erunt obligatæ.

Tacita vel ficta obligatio manumiſsionẽ ſerui non impedit. Bart.

VI. Vlpianvs libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

C LIcet in prędijs vrbanis tacitè ſoleat conuentũ accipi, vt perinde teneantur inuecta[h] & illata, ac ſi ſpecialiter conueniſſet: certè libertati huiuſmodi pignus[i] non officit. idque & Pomponius probat. ait enim manumiſſioni non officere ob habitationem obligatum[k].

Fructus intelliguntur tacite obligati pro penſione. Bartolus.

VII. Pomponivs libro tertiodecimo ex Varijs Lectionibus.

D IN prædijs ruſticis fructus qui ibi naſcuntur, tacitè intellegũtur pignori eſſe domino fundi locati, etiam ſi nominatim id non conuenerit[l]. Videndum eſt, ne non omnia illata, vel inducta, ſed ea ſola quæ vt ibi ſint illata fuerint[m], pignori ſint. quod magis eſt.

Poteſt creditor fructus pignoris in vſuras compenſare. Bartolus.

VIII. Pavlvs libro ſecundo Sententiarum.

CVm debitor gratuita pecunia[n] vtatur, poteſt creditor de fructibus rei ſibi pignoratæ ad modum legitimum vſuras retinere.[o]

Mancipia ſpecialiter obligata non poſſunt manumitti: ſed obligata tacitè ſic, antequã includantur. Bartolus.

IX. Idem libro ſingulari de Officio Præfecti Vigilum.

EST differentia obligatorum propter penſionem, & eorum quæ ex conuentione manifeſtarij pignoris nomine tenentur: quòd manumittere mancipia obligata[p] pignori non poſſumus: inhabitantes autem manumittimus:[q] ſcilicet antequam penſionis nomine percludamur: tunc enim pignoris nomine retenta mancipia non liberabimus. Et deriſus Nerua iuriſconſultus, qui per feneſtram[r] monſtrauerat ſeruos detentos ob penſionem liberari poſſe.

Per obligationem ex cauſa tranſactionis, videtur tacitè actum vt res veniat in obligationem primæuam, ſi tranſactioni nõ ſtetur. Bartolus.

X. Scaevola libro ſexto Digeſtorum.

TVtoris heres cum herede pupilli tranſactione[s] facta, cum ex ea maiorẽ partem ſoluiſſet, in reſiduum quantitatem pignus obligauit. Quæſitum eſt, an in veterem[t] contractum iure res obligata eſſet. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, obligatam[u] eſſe.

QVAE RES PIGNORI vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt.

TITVLVS III.

I. Marcianvs libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

PVpillus ſine tutoris auctoritate hypothecam dare non poteſt.[x]

Filius vel ſeruus non poteſt pro alio rem peculij obligare, etiam ſi adminiſtratio ei libera ſit conceſſa. Bart.

Sit filiusfamilias pro alio rẽ peculiarem obligauerit, vel ſeruus, dicẽdum eſt eam non

m *Illata fuerint.* perpetuo, non temporis cauſa: vt ſ. titu. j. l. ſi debitor. & C. eo. ſi non inducta.

n *Cum debitor. Pecunia.* forte depoſita, vel mutuata ſine ſtipulatione vſurarum. Accurſius.

o *Retinere.* duo dicit: & propter vſuras indebitas retineri: itẽ primo in vſuris, quam in ſorte: ſed primum eſt mirabile. dic tamẽ ſecundum Ir. & bene, quòd ſaltem pacto erant debitæ: & ſic naturaliter, & per retentionem pignoris poterant retineri: vt hic, & C. de vſur. l. per retentionem. Secundum autem videtur contra legẽ qua dicitur quòd in grauiorem cauſam, & ſic in ſortem, accipiatur: vt ĵ. de ſol. l. j. & ij. quæ ſunt contra. Solut. aliud in fructibus perceptis, vt hic, & aliud in pecunia ſoluta: vt ibi: ar. ſ. ſi cer. pe. l. ſingularia: & infra de ſolu. l. in his. Vel dic quòd etiam ſpecialiter pro his vſuris pignus fuit obligatum. Tertium enim dicit ad modum legitimum &c. vbi ſubaudi, maxime: vt C. de vſu. l. ſi ea lege.

p E *St differẽtia. Obligata.* ſ. expreſsim.

q *Manumittimus.* niſi in fraudem creditoris fiat: vt C. de ſer. pign. da. ma. l. ij.

r *Feneſtram.* hæc deceptio in ſimili caſu oſtẽditur: vt ſ. de pig. act. l. ſi qua.

T *Vtoris.* } Casvs. Tutor pupillo ex mala adminiſtratione tenebatur in c. deceſſit vterque. heres tutoris conuẽtus ab herede pupilli, cum eo tranſegit, cui partem ſoluit: & pro reſiduo dedit pignora. an iudicio tutelę pignora teneantur, ſi heres tutoris tranſactioni non ſtetit, quæritur. Et dicitur quòd ſic. q. d. in iudicio tutelę conueniri poterit. Viuia.

s *Tranſactione.* animo nouandi. vel dic ſimpliciter.

t *In veterem contractũ.* id eſt quaſi contractũ, ſcilicet tutelæ: cũ hic nolit ſtare tranſactioni: vnde nec ei fides eſt ſeruanda: vt C. de pact. l. cum proponas.

u *Obligatam.* i. quaſi obligatam poſſe retineri pro hac pecunia chirographaria ex veteri contractu debita: vere tamen nõ eſt obligata: vt C. etiam ob chi. pe. pig. re. poſ. l. j. §. pen. Accurſius.

† *Hic habemus text. ſecundum Bal. bene no. & ſigẽdum cordi, quod in cõceſſione liberæ adminiſtrationis nõ venit donatio. concor. ſunt in glo. quod eſt di ligẽter menti tenendum.*

QVAE RES PIGNORI VEL HYPOthecæ datæ obligari non poſſunt.

P *Vpillus. Non poteſt.* ſed nec cum tutore ſine decreto: vt infra de re. eo. l. j. & C. de admin. tut. l. lex quæ. & argu. infra proxi. §. Accurſius.

Habeant.

teneri, licet liberam peculij ſui adminiſtrationẽ habeãt:[a] ſicut nec donare eis conceditur[b]. non enim vſquequaque habent liberam adminiſtrationem[c]. Facti tamẽ eſt quęſtio, ſi quæratur quouſq; eis permiſſum videatur peculiũ adminiſtrare[d].

Res cuius non eſt aliâs commercium, non poteſt obligari. Bartolus.

Eam rem quam quis emere non poteſt[e], quia cõmer- B cium eius non eſt, iure pignoris accipere non poteſt[f]: vt diuus Pius Claudio Saturnino reſcripſit.

Sicut res litigioſa non poteſt alienari, ita nec pignori dari. Bartolus.

Quid ergo ſi prædiũ quis litigioſum pignori acceperit[g], an exceptione ſummouendus ſit? Et Octauenus putabat, etiam in pignoribus[h] locum habere exceptionem. quod ait Scæuola libro tertio variarum quæſtionum procedere, vt in rebus mobilibus[i] exceptio locum habeat.

C *Obligans rem pro muliere vel filiofamilias contra ſenatuſcon. habet priuilegium quod habent & illi. h. d. Vel ſic: Quando exceptio porrigitur ad fideiuſſorem, porrigitur etiam ad pignus datum ab alio.* Bartolus.

II. Gaivs libro ſingulari de Formula Hypothecaria.

Si alius pro muliere quæ interceſsit, dederit hypothecã, aut pro filiofamiliàs, cui contra ſenatuſconſultum creditum eſt, an his ſuccurritur, quæritur. Et in eo quidẽ qui pro muliere obligauit rem ſuam, facilius dicetur ſuccurri ei: ſicuti fideiuſſori huius mulieris eadem datur D exceptio[k]. Sed & in eo qui pro filiofamiliàs rem ſuam obligauit, eadem dicenda erunt, quæ tractantur & in fideiuſſore[l] eius.

Secundus creditor in ius prioris creditoris non ſuccedit, niſi ſit actum: & cum actum eſt, ſuccedit in pignus, & in poteſtatem vendendi. h. d. Primo ponit vnum dictum. Secundo ex illo vnam quæſtionem determinat. Tertio vnam aliam format, & eam determinat. Secunda ibi, quo caſu. Tertia ibi, denique. B.

III. Pavlvs libro tertio Quæſtionum.

Ariſto Neratio Priſco ſcripſit: Etiã ſi ita contractum ſit, vt antecedens[m] B dimitteretur[n], non aliter in ius pignoris ſuccedet[o], niſi conuenerit vt ſibi eadem res eſſet obligata. Neque enim in ius primi ſuccedere debet,[p] qui ipſe nihil conuenit de pignore. quo caſu emptoris[q] cauſa melior efficietur. Denique ſi antiquior creditor de pignore vendendo cum debitore pactum interpoſuit, poſterior autem creditor de diſtrahendo omiſit,[r] non per obliuionem, ſed cum hoc ageretur, ne poſſet vendere:[s] videamus C an dici poſsit huculque tranſire ad eum ius prioris, vt diſtrahere pignus[t] huic liceat. quod admittendum exiſtimo. Sæpe enim quod quis ex ſua perſona non habet, hoc per extraneum petere* poteſt.[u]

Quando eſt in poteſtate debitoris, an perficiatur obligatio: illud tempus perfectionis inſpicitur, non initium. ſecus ſi in eius poteſtate non eſſet. Bartolus.

IIII. Idem libro quinto Reſponſorum.

Titius cum mutuam pecuniam accipere vellet à Mæuio, cauit ei, & quaſ- D dam res hypothecæ nomine dare deſtinauit: deinde poſtquam quaſdam ex his rebus vendidiſſet, acce-

A a *Habeant.* immo tenet: vt s̄. de pig. act. l. ſi cõuenerit. §. fi. & l. ſeq. quæ eſt cõtra. Sol. vt ibi. Vel dic, refert an obliget in vtilitatem peculij, quod poteſt: vt in legibus contrarijs. an non: vt hic, arg. j̄. qui mo. pig. vel hypo. ſolu. ſicut. §. an paciſci.

b *Conceditur.* vt j̄. de dona. l. filius. in prin. & infra de do. inter vir. & vxor. l. iij. §. ſi ſeruus. & j̄. qui. mod. pig. vel hypo. ſol. ſicut. §. an paciſci.

c *Adminiſtrationem.* vt s̄. de pact. l. contra iuris. §. ſi filius.

d *Adminiſtrare.* nam ſi in concedendo liberam adminiſtrationem, etiam donare conceſsit, donare poterit: vt infra de dona. l. filiusfa. §. item videamus.

e *Non poteſt.* quia ſit ſacra vel religioſa: vt inſtit. de inutil. ſtip. §. j. & s̄. de contrahenda empt. l. ſi in emptione. §. omnium.

f *Non poteſt.* verbo enim venditionis omnem contractum lex xij. tab. accipit: vt j̄. de ſtatulib. l. ſtatuliber à ceteris. §. Quintus Mucius. & C. de re. ali non ali. l. fin. & facit cum hoc s̄. de pign. l. ſed & quod. §. quod emptionem. Sed contra in eo. tit. l. in quorum. Sol. vt ibi.

g *Acceperit.* quod tamen emi non poteſt: vt C. de liti. l. fi. Accurſius.

h *Etiam in pignoribus.* non ſolum hypothecis.

i *Mobilibus.* non ſolum immobilibus. Accurſius.

k *Si alius. Exceptio.* vt C. ad Velleian. l. mulierem. Accurſius.

l *In fideiuſſore.* vt ei ſuccurratur, niſi animo donandi interceſsit: vt s̄. ad Maced. l. ſi pater. §. pen. & fin.

Ariſto.} Casvs. Rem tuam mihi pro x. obligaſti: & Titius x. tibi mutuauit vt mihi ſolueres. ſoluiſti. an Titio remaneat res obligata, quęritur. Et reſpon. quòd non, niſi ita conuenerit. vnde ſi eam vendidiſti, emptor tutus eſt. Si autem mecum conueniſti, vt ſua die non ſoluta pecunia, mihi diſtrahere liceret, & ante diem pro te ſoluerit Titius, & conuenit de nõ vendendo: licet pecunia ſua die non ſolueretur, non obſtante pacto poterit Titius vendere: non ex perſona ſua, ſed mea, quòd tibi primo pecuniam tradidi: & hoc multòtiens euenit: quòd quis ex alterius perſona conſequatur, quod ex perſona ſua conſequi non poteſt. Viuianus.

m *Antecedens* id eſt prior creditor.

n *Dimitteretur.* de pecunia ſecundi mutuantis.

o *Succedet.* ſecundus.

p *Debet.* ſecundus creditor. ſuccedit tamen in priuilegium perſonalium actionum: vt infra de ceſ. bo. l. ij.

q *Emptoris.* qui emit à debitore.

r *Omiſit.* verum conuenit de pignore: præterea vt ſolueret primo quod mutuabat. & vere ſua pecunia peruenit ad primum, vt ſupra poſuit.

A s *Vendere.* ex ſua hypotheca.

t *Pignus.* ex perſona prioris, & vt hoc plene ſcias: diſtingue an velit ſoluere ſecundus creditor, vel extraneus, vel ipſe debitor. Primo caſu ſecundus creditor ſuccedit loco primi ſine omni pacto, dummodo ſoluat pecuniam priori, vel conſignet & deponat: vt C. qui po. in pig. hab. l. j. & infra titul. j. l. potior. §. fin. & C. de his qui in prio. cred. loc. ſuc. l. vltima. In ſecundo caſu, quando ſcilicet extraneus ſoluit, neceſſe eſt apponi pactum vt primi loco ſuccedat: & quòd ſit obligatum: vt C. de his qui in prio. cred. lo. ſuc. l. j. & de priui. fiſ. l. ſi cum. Tertio caſu, quando ipſe. ſ. debitor ſoluit: aut de ſuo: & tunc nulla eſt ſucceſſio. aut de aliena pecunia: & tunc vt ille cuius pecunia liberatur, ſuccedat in ius pignoris prioris creditoris, quatuor ſunt neceſſaria. Primum, quòd cõueniat vt ſint ei obligata. Item vt in locum primi ſuccedat. Item vt ad hoc mutuet. Itẽ requiritur vt ipſa pecunia perueniat ad primum creditorem. his quatuor interuenientibus ſuccedit in locum primi, vt poſsit vendere etiam ſi contrarium actum eſt: vt hac lege dicitur. Item vt in ordine temporis præferatur his quibus ille præfertur: vt infra titulo primo. l. ſi prior. §. à Titio. & §. ſi tertius. Item in priuilegium perſonalium actionum, in quod forte & ſine hoc ſuccedit: vt j̄. de ceſ. bonorum. l. ij. Sed nunquid eadem hypotheca datur ſecundo, quæ primo dabatur? Reſpon. non: quia illa ſublata fuit ſolutione, ſed eſt per omnia ſimilis naturæ. Item quomodo ex pacto debitoris & ſecundi mutuãtis ſuceditur primo. Reſpon. quia primus creditor videtur conſentire accipiendo pecuniam.

u *Poteſt.* non ergo ꝙ aliqua per alium conſequor, quæ per me non poſſum conſequi: vt hic, & j̄. de fur. l. his enim. & j̄. de ædi. edict. l. cum autem. §. fin. & j̄. de bono. poſſ. contra tabu. l. iij. §. plane. & l. non putauit. §. ſed & ſi exheredatus. & j̄. de bo. lib. filius. & j̄. ad leg. Falci. l. pen. §. fin. & s̄. de tranſact. & poſt. §. j. in princip. & s̄. mand. l. ſi mandauero tibi. §. ſi hi. & j̄. de lib. leg. ſi is qui duos. & j̄. de acquir. hered. l. cum hereditate. Sed arg. contra. C. quod metus cauſa. ſi per impreſsionem. & j̄. de vſuca. l. Labeo. §. ſed & per eum. & infra de do. inter vir. & vxor. l. iij. §. non tantum. & infra de bo. lib. l. qui in ſeruitute. & l. quæritur. & ſupra de mino. l. iij. §. ſed an hoc auxilium. & not. plenius. j̄. de adminiſt. rerum ad ci. perti. l. ij. §. j.

Titius.} Casvs. Volebas accipere à me pecuniam mutuam: & confectum eſt inſtrumentũ ſpe futuræ numerationis: & quaſdam res mihi obligare deſtinaſti. medio tempore, ſcilicet ante numerationẽ & poſt cautionem interpoſitam, vnam

Crediter ſecundus vt in locũ primi ſuccedat plura requiruntur.

** Flo. in ius primi ſuc.*

** habet.*

Per alium quedã poſſum, quæ per me non.

vnā ex his rebus vēdidiſti: poſtea numeraui: an res diſtracta mihi remaneat obligata, quęritur. Et reſpō. ꝙ nō: quia pignoris obligatio referēda eſt ad tēpus quo fiebat numeratio, vt res quæ in bonis tuis tunc fuerūt, intelligantur obligatę. Vi.

a *Pecuniam.* à creditore. Accurſius.

b *Non accipere.* vt s̄. ſi cer. peta. qui pecuniā.

c *Habuerit.* vt j̄. tit. j. l. j. in fi. & l. potior eſt. in prin. Accur.

d CReditor. *Relegatur.* nec tenet obligatio: vt C. e. qui filios. hoc tamen fallit tunc, quando diſtrahi permittitur: vt C. de pa. qui fi. diſt. l. ſecūda.

QVI POTIORES *in pignore &c.*

QVi *dotem.* } CASVS. Promiſi cētum in dotē pro muliere aliqua, & pepigi tecum de dote reſtituenda ſoluto matrimonio: & rē mihi obligaſti, & tibi numeraui. medio tēpore poſt numerationem primā, & ante ſecundam eandem alij obligaſti. quis noſtrū in pignore potior ſit, quæritur. Et videtur quòd ego eſſem potior: quia ad integra. c. exſoluenda obligatus ſum: neque eſt referēda pignoris obligatio ad id tēpus quo fieri debuit reſiduæ quantitatis numeratio: ſed ad initiū cōtract⁹ ſiue promiſſionis. neq; eſt iſte caſus ſimilis illi caſui illius l. s̄. tit. proxi. l. pen. vbi potior eſt ſecūdus priore: quia hoc caſu potior ſum: neque eſt in viri poteſtate vtrū velit accipere dotē, vel non: & ſic neque reſtituere: quod ſi eſſet, relinqueretur mulier indotata: quod eſſe non poteſt. Viuianus.

e *Accepit.* à marito.

f *Dedit.* id eſt obligauit.

g *De pignore.* quis potior eſſet in eo.

h *Compellitur.* eſt & alia ratio, quia non poteſt commodum non accipere, cùm onera matrimonij ſuſtineat,

... pit pecuniā.[a] Quæſitū eſt, an & prius res venditæ creditori tenerentur. Reſpondit, cùm in poteſtate fuerit debitoris, poſt cautionem interpoſitam pecuniā non accipere,[b] eo tempore pignoris obligationem contractā videri, quo pecunia numerata eſt: & ideo inſpiciendū, quas res in bonis debitor numeratæ pecunię tempore habuerit.[c]

v. IDEM libro quinto Sententiarum.

CReditor qui ſciens filiū familias à parente pignori accepit, relegatur.[d]

QVI POTIORES IN pignore vel hypotheca habeantur: & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

TITVLVS IIII.

Quando in poteſtate debitoris eſt pecuniam non recipere, tempus ſolutionis inſpicitur. quando non eſt in poteſtate, tempus obligationis contractæ inſpicitur. Barto.

I. PAPINIANVS libro octauo Quæſtionum.

QVi dotē pro muliere promiſit, pignus ſiue hypothecam de reſtituēda ſibi dote accepit.[e] ſubſecuta deinde pro parte numeratione, maritus eandē rem pignori alij dedit:[f] mox reſiduæ quātitatis numeratio impleta eſt. Quærebatur de pignore.[g] Cū ex cauſa promiſſionis ad vniuerſæ quantitatis exſolutionē, qui dotē promiſit cōpellitur:[h] nō vtiq; ſolutionū obſeruāda ſunt tēpora,[i] ſed dies cōtractæ[k] obligationis. nec probè dici in poteſtate eius eſſe, ne pecuniam reſiduā redderet,[l] vt minus dotata mulier eſſe videatur.[m] Alia cauſa eſt eius qui pignus accepit ad eam ſummā quam intra diem certum numeraſſet: ac fortè priuſquam numeraret, alij res pignori data eſt.

A ſunt in pignore ſpeciali: licet quæ generaliter obligata ſunt, ad ſolutionē ſufficiāt. Si verò generalis fuit obligatio aliquibus deductis generaliter obligata ſi ſufficiāt, potior eſt ſecūdus creditor in pignore, & ſoli ſpecialiter obligatur. Viuia.

Prior in tempore præfertur poſteriori, ſiue generalem ſiue ſpecialem hypothecam habeat: niſi aliter actum ſit. Bartolus.

II. IDEM libro tertio Reſponſorum.

B QVi generaliter bona debitoris pignori accepit, eo potior eſt, cui poſtea prædium ex his bonis pignori datur: quamuis ex ceteris pecuniam ſuam redigere poſsit.[n] quòd ſi ea cōuentio prioris fuit, vt ita demum cetera[o] bona pignori haberentur, ſi pecunia de his quę generaliter accepit, ſeruari nō potuiſſet: deficiente[p] ſecūda conuentione, ſecundus creditor in pignore poſtea dato nō tam potior quàm ſolus[q] inuenietur.

Pignora in obligatione nouante repetita, intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis, Bartolus.

C III. IDEM libro vndecimo Reſponſorum.

CReditor[r] acceptis pignoribus, quæ ſecunda conuentione ſecundus creditor accepit, nouatione[s] poſtea facta[t] pignora prioribus addidit. Superioris temporis ordinem manere primo creditori placuit, tanquam in ſuum locum ſuccedenti.

Si primo obligetur res debita, ſecundo eadē effecta propria: prior in tempore præfertur, niſi ſecundus in locum debentis rem ſucceſſerit. Bart.

D Cū ex cauſa mādati prędiū Titio, cui negotiū fuerat geſtum, deberetur: prius quàm

n *Poſsit.* immo videtur potior qui ſpecialem habet: vt C. de pig. l. ij. Sol. hic de iure ſtricto, ibi de æquitate: immo verius ibi ali⁹ caſus eſt. ibi enim obligauerat debitor omnia bona generaliter vni, & eidem quædā ſpecialiter, hic autē tātum generaliter, vnde in omnibus eſt potior: hic generaliter: vt hic & C. eod. l. ſi generaliter. Accurſius.

o *Cetera.* quę ſunt excepta de generali cōuentione. & ſic mutat caſum.

p *Deficiente.* quod eſt cùm ex alijs ſatisfieri poteſt: vt argum. infra de nau. fœ. l. fœnerator.

q *Solus.* immo videntur ſimul in eo admitti: vt infra eo. idemq;. §. ſi tibi. quæ eſt contra. Sol.[a] ibi ſimul acceperunt: hic diuerſis temporibus. vel vt Bar. hic. ibi.

a *Iſtā ſol. ſequitur Bar. hic.*

CReditor. } CASVS. Rem tuam mihi pro decem obligaſti. deinde alij obligaſti. & pro alijs x. & animo nouandi: & ſtipulatus ſum vtraque. x. & accepi pignora. qs noſtrū potior ſit, quęritur. Et reſpon. quantum ad prima pignora obligata pro meis x. ego ſum potior. quātum ad alia decem, ſecūdus potior. {CVM EX CAVSA.} Rogaui vt fundum mihi emeres. emiſti. antequam traderes eū mihi, Titio obligaui, & poſt traditionem alij. quis ſit potior, quæritur. Et reſpon. quòd primus. {POST.} Certis regionibus fundus diuiſus eſt. & quia partem meæ partis habebat creditor adhuc obligatam, volui vt caueret ſocius de ea liberanda: & conuenit vt ſi non liberaret, liceret mihi partem dimidiam illius partis quæ ex diuiſione ad me venit, huic diſtrahere: quia contractum eſt pignus rectè: & prior creditor non præfertur, neque concurret: quia dimidiam fundi pro indiuiſo obligando ſocius partem meam me non cōſentiente non poterat obligare: vnde prius non fuerat obligata. Viuianus.

vt ſubijcit: vt ar. infra de ver. ſig. l. Nepos Proculo. diſtinguitur ergo ſecundum Azo. vtrum in poteſtate debitoris ſit ſe non obligari: in quo caſu ſpectatur tēpus numerationis: vt s̄. tit. j. Titius. an nō: in quo caſu tēpus ſpectatur cōuentionis: vt hic, & ſupra de pig. l. ſi fundus. §. j. & infra eo. qui balneū. in princ. & §. j. & ij. Item hæc diſtinctio locum habet in principali debito. ſed eo contracto non ſpectatur in vſuris, potuerit vel non potuerit debitor in eas incidere: vt infra eo. Lucius.

i *Tempora.* quod videbatur: vt j̄. e. creditor. §. ſi idem.

k *Contractæ.* ab initio: vt arg. C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. §. finali. Accurſius.

l *Redderet.* id eſt ne acciperet, & ita non redderet. Accur.

m *Videatur.* quod eſſe non debet: vt & s̄. de condic. ob cau. l. ſi donaturus. §. fin. & infra de excepti. do. l. apud. §. ſed & ſi mulier. Accur.

QVi *generaliter.* } CASVS. Potior eſt is cui generaliter obligata ſunt alicuius bona, q̄ is cui ſpecialiter obligata

r *Creditor.* ſcilicet prior.

s *Nouatione.* mutuauit enim forte iterum pecuniam, & nouū inſtrumentum eſt factum animo nouādi primam obligationem tam in perſonalibus quàm in pignoribus: & ſtipulatus eſt creditor primam & ſecundam pecuniam animo nouandi, & accepit poſtea & alia pignora: per quod videbatur quòd ſecundus creditor cui inter primum contractum & hunc ſecundum prima pignora erant obligata, eſſet potior. quod remouet hic, quantū eſt in primis pignorib⁹, & pecunia primo ſuper his data, non autem in plus: vt hic, & j̄. eo. ſi prior. in prin. & l. ſi. j. reſpon. & arg. j̄. de ſepara. l. debitor.

t *Facta.* ſcilicet à primo creditore.

ei[a] poſſeſsio traderetur,[b] id pignori dedit: poſt traditam poſſeſsionem idem prædiũ alij denuo pignori dedit. Prioris cauſam eſſe potiorẽ apparuit,[c] ſi nõ creditor ſecundus pretium ei cui negotiũ[d] geſſerat, ſoluiſſet: verũ in ea quantitate quam ſoluiſſet, eiuſque vſuris potiorem fore conſtaret,[e] niſi fortè prior ei pecuniam offerat. quòd ſi debitor aliunde pecuniam ſoluiſſet, priorem præferendum.

Facto pacto quòd liceat vendere, intelligitur res obligata. Item pignus in parte indiuiſa durat pro indiuiſo etiam poſt diuiſionem inter ſocios factam. h.d & eſt fortis.§. Bartolus.

Poſt† diuiſionẽ regionibus factam, inter fratres conuenit, vt ſi frater[f] agri portionem[g] pro indiuiſo pignori datã à creditore ſuo non liberaſſet, ex diuiſione quæſitæ partis partem dimidiam alter[h] diſtraheret. Pignus intellegi cõtractum exiſtimaui: ſed priorem ſecundo non eſſe potiorem, quoniam ſecundum pignus ad eam partẽ directum videbatur, quã vltra partem ſuam frater nõ conſentiente ſocio non potuit obligare.[i]

Ius ſecundi creditoris confirmatur, ſi pignus ſeu ius primi liberatur ſolutione, vel compenſatione, vel alio modo. Bartolus.

IIII. POMPONIVS libro trigeſimoquinto ad Sabninm.

SI debitor antequam à priore creditore pignus liberaret, illud idem ob pecuniam creditam alij pignori dediſſet, & antequam vtrique creditori ſolueret debitum, rem aliam[k] priori creditori vẽdiderat, creditumque penſauerit cum pretio rei venditæ: dicendum eſt perinde haberi debere, ac ſi priori creditori pecunia ſoluta eſſet. nec enim intereſſe, ſoluerit, an penſauerit. & ideo poſterioris creditoris cauſa eſt potior.

Ratione cauſæ poſterior poteſt eſſe potior priore: veluti ſi ad rem conſeruandam poſterior creditor debitori crediderit. h.d. cum l. ſequenti.

V. VLPIANVS libro tertio Diſputationum.

INterdũ† poſterior potior eſt priore,[l] vtputa ſi in rẽ iſtam conſeruandam impenſum eſt quod ſequens credidit: veluti ſi nauis fuit obligata, & ad armandam eam rem vel reficiendam ego credidero.[m]

VI. IDEM libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

HVius † enim[n] pecunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam. Quod poterit quis admittere et ſi in cibaria nautarũ fuerit creditũ, ſine quibus nauis ſalua peruenire non poterat.[o] Item ſi quis ita merces ſibi obligatas[p] crediderit, vel vt ſaluæ fiant,[q] vel vt naulum exoluatur:[r] potentior[s] erit, licet poſterior ſit. nã & ipſum naulum potentius eſt. Tantundẽ dicetur & ſi merces[t] horreorũ, vel areæ,[u] vel vecturæ[x] iumentorum debetur. nã & hic potentior erit.

In re empta per tutorem ex pecunia pupilli, præfertur pupillus anterioribus creditoribus, quatenus ex eius pecunia ſit ſolutum. h.d. ſecundum vnam lecturam. nec per hoc aliqua iniuria ſit creditori primo. nam quia debitor non haberet rem niſi ex pecunia pupilli empta eſſet, merito pupillus præfertur. Bartolus.

a *Ei.* ſcilicet Titio.

b *Traderetur.* à procuratore. Accur.

c *Apparuit.* vt & arg. ſ̄.de rei vin.l.ſi à Titio. Sed contra j̄.e. qui balneũ. §. fina. vbi dicit ꝙ non confirmatur obligatio facta tunc quando non erat res obligãtis. Sol. hic ſaltem erat debita, ibi non: vt arg. ſ̄.de pig.l.j. in princ.

d *Qui negotiũ.* cui procuratori Titius pignori eſſe cõuenerat, & ita potior erat priore: vt C.e.l.licet. Sed hoc non placet: quia cum procuratoris fuerat res, ei obligari nõ potuit. Dic ergo quòd procurator habebat exceptionem cõtra dominum: vt j̄.qui.mo.pig. vel hypo. ſol l.j. ergo contra creditorem primum. & idem in eo qui ſoluit procuratori: vt infra de priui. cre. l. ſi ventri. §. fin. non autem contra primum creditorem vel alium haberet hypothecariam. Accur.

e *Conſtaret.* & non in plus: vt j̄.eo. qui à debitore. & j̄ tit.j.l.iij.

f *Vt ſi frater.* qui obligauit.

g *Portionem.* quæ peruenit ad fratrem qui non pignorauit, quæ eſt in dimidia ſuæ dimidiæ pro indiuiſo. alia enim dimidia obligata nõ poterat eſſe: vt hic, & j̄.qui mo. pign. vel hypo ſol. ſi cõſenſerit. §. fi. & ſ̄. communi diui. l. ſi quis putans. §. ſi fundus.

h *Alter.* cuius pars à fratre erat obligata.

i *Obligare.* id eſt ad eã quæ peruenit ad obligatã a fratre, & ſic nõ poterat eſſe obligata. ſecundus ergo ſolus reperitur in pignore: vt ſ̄.eo l.qui generaliter in fin.

† Bal. in l. creditores. in fin. C. de pig. dicit hic eſſe caſum et nõ alibi ad hoc propoſitũ ꝙ poteſtas & auctoritas de ingrediendo bona facultate & auctoritate propria operatur hypothecam: de quo dicto Bal. et tex. valde exclamat ſatis ſuper ijs ſatis. Franc. Cremonenſis in ſuis ſing. in ſecũdo ſingulari. aduerte tamẽ ad ea quæ dicũtur hic in nouis interpre. Bolog.

SI debitor.} CASVS. Rem tuã mihi obligaſti: deinde alij rem quandam mihi vendidiſti: an prior creditor in pignore potior ſit? Et reſpond. quòd ſic: quia nihil refert debitor ſoluerit, an compenſauerit.

k *Rem aliam.* ſed quid ſi eandem? Reſpon. poterit ſecundus adhuc ei offerre: vt C. ſi antiquior cre. l. j. §. j. Accur.

INterdum.} CASVS. Caſus aſsignat in quibus poſterior creditor potior eſt vt ſi mihi nauem obligaſti: deinde alius in nauis refectionẽ tibi. x. mutuauit: quia ille potior eſt. Idem ſi credidit in cibaria nautarũ. Idẽ eſt ſi in nauim propter merces vehẽdas nautarũ. Idẽ eſt ſi ego primo credidi, & pupillus poſtea. & hoc cum mihi facta fuerat generalis hypo. & pupillus credidit in emptionẽ prædij in quo ille potior eſt. Si autẽ tu debitor partẽ ſolueris. l. pro pretio rei emptæ, pupillus. l. crediderit, ego & prior creditor, ſcilicet pupillus in pignore cõcurremus. {SI TIBI.} Si quę habes & habiturus es, mihi obligaueris: deinde prædiũ cùm in tuũ dominium peruenerit, quia emere voluiſti, Titio obligaſti: quis noſtrum potior eſt? Et reſpon. ꝙ ambo concurrimus: neque mihi proficit ꝙ tua pecunia quæ mihi generali hypotheca obligatur, prędiũ emptum eſt, quo magis potior ſum: & intellige cum generalis & ſpecialis hypotheca ſimul facta fuerit: ne ſit contra ſ̄. eod. qui generaliter. vel dic & verius vt hic notatur. h. d. vſque ad l. qui balneum. Viuianus.

l *Priore.* hoc verum eſt ſecundum quoſdam, ſi prior habet tantũ generalem tacitã hypothecam. ſecus ſi ſpecialẽ expreſſam. hoc verum eſt ſecundum Io. immo ſecundum Azo. & ſi ſpecialẽ: ſicut & is cuius pecunia res eſt empta, quam ei pignori eſſe conuenit, præfertur priori habenti ſpecialem: vt C. e. licet. & in authẽ. de æquali. do. §. his conſequens. in princ. col. vij. Item hoc eſt verũ, niſi prior habeat hypothecam, & priuilegium inter perſonales actiones: vt in dote dicitur: vt in auth. de æqua. do. §. his conſequens. in fin. §. col. vij. tunc ei præfertur mulier ꝓpter duo ſ. propter priuilegium, & propter tempus: alias id eſt iure communi, vel id eſt, niſi hæc duo eſſent pro ea, potior eſt hic, quàm mulier, cùm hic priori habenti expreſſam præferatur, vt dictum eſt: mulier non.

† Facit ad hãc l. gl. 2. in verſi at. contra, in c. 1. extra. de maiori. & obedien.

m *Credidero.* Tria enim habeo priuilegia. Vnum, quia in perſonalibꝰ præferor actionibus: vt ſ̄. ſi cer. pe. l. creditor. & j̄. de pri. cre. l. ſi ventri. §. j. & l. qui nauem. Secũdum, quia tacitum pignus: vt hic, & ſ̄. qui. mo. pign. tac. contra. l. j. & j̄. eo. l. idemq;. ij. reſpon. ſecus autem in eo cuius pecunia res eſt empta: vt C. de pig. l. quãuis ea. niſi ſit pupillus: vt j̄. l. iij. & niſi ſit actum: vt C. e. l. licet. & his duobus modis poteſt intelligi auth. de æqua. do. §. his conſequens in prin. col. vij. vel etiam circa perſonalem actionem. Tertium, quia præferor primo habenti expreſſam hypothecam, vt in omnibus his exemplis, & j̄. l. proxi. Sed contra in hoc C. eo. eos. vbi dicit habentes pignora præferri chirographarijs. Sed certe hic non eſt chirographarius: cùm habeat tacitum pignus, vt dictum eſt. quidam tamen dicũt quòd non habet tacitam hypothecam. Et ſic dicunt ſpeciale quòd priuilegium perſonale præferatur pignoribus. Item quid ſi ad faciendam domum? credo idem: vt j̄. de priui. cre. quod quis. & in auth. de æquali. do. §. his conſequens. in princ. ſed contra dico: & illas intellige vt dixi modo exponi. §. his conſequens. ll. enim tacitam inducentes, de reficiente non faciente dicunt: vt hic, & ſ̄. tit. ij. l. j. & ar. j̄. de iti. actuq. pri. l. iij. §. pen.

† Ex tit. de migrando.

Priuilegium perſonale pignori præfertur.

n *HVius enim.* mutatio perſonarum.

o *Non poterat.* ſicut nec artes doceri ſine magiſtris, nec iura reddi ſine iudicibus: vt ſ̄. de origi. iur. l. ij. §. poſt originem. & facit C. de ali. præ. l. finali.

p *Obligatas.* alij tamen ante.

q *Fiant.* à cuſtodibus.

r *Exoluatur.* pro eis.

s *Potentior.* cui talia debentur.

t *Merces.* id eſt penſio. Azo.

u *Areæ* in qua repoſitæ ſunt res obligatæ.

x *Vecturæ.* cũ res alij obligatas ſuper iumẽta mea detuli. Ac.

Idémque.

VII. IDEM libro tertio Diſputationum.

IDemque eſt ſi ex nummis pupilli fuerit res cōparata.[a] Quare ſi duorum pupillorum nummis res fuerit[b] cōparata, ambo in pignus concurrent pro his portionibus quæ in pretium rei fuerint expenſæ. Quòd ſi res non in totum ex nummis cuiuſdā[c] comparata eſt, erit cōcurſus vtriuſque creditoris, id eſt & antiquioris, & eius cuius nummis comparata eſt.[d] **B**

Si duobus res ſimul obligatur ſub conditione quæ ſimul extitit, ambo concurrunt in pignore. Bartolus.

Si tibi quæ habiturus ſum obligauerim, & Titio[e] ſpecialiter fundum, ſi in dominiū meū peruenerit, mox dominiū eius adquiſiero: putat Marcellus concurrere vtrūque creditorem et in pignore. Nō enim multū[f] facit[g], quòd de ſuo nummos[h] debitor dederit: quippe cùm res ex nūmis pigneratis empta, nō ſit pignerata ob hoc ſolum, quòd pecunia pignerata erat.

Reſpublica vel priuatus prior in tempore, præfertur ſiſco in iure. Barto.

VIII. IDEM libro ſeptimo Diſputationum.

SI pignus ſpecialiter[i] reſpublica[k] acceperit, dicendum eſt præferri eam fiſco debere, ſi poſtea fiſco debitor obligatus eſt: quia & priuati præferuntur.[l]

Tempus conuentionis inſpicitur, ſi non eſt in poteſtate debitoris an debitū cōtrabatur, vel conditio impleatur, ſed ſi in eius fuerit poteſtate, tempus quo cedit, & venit dies obligationis, inſpicitur. Bart.

IX. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

QVi balneum ex kalendis[m] proximis† conduxerat, pactus erat, vt homo Eros[n] pignori locatori eſſet, donec mercedes ſoluerentur. Idem[o] ante kalendas Iulias eundem Erotem alij ob pecuniam creditam pignori dedit. **B** Conſultus, an aduerſus hunc creditorem petentem Erotem, locatorem prætor tueri deberet, reſpondit debere.[p] licet enim eo tempore homo pignori datus eſſet, † quo nondum quicquam pro conductione deberetur:[q] quoniam tamen iam tunc in ea cauſa Eros eſſe cœpiſſet, vt inuito locatore ius pignoris in eo ſolui non poſſet,[r] potiorem eius cauſam habendam. Amplius etiam ſub conditione creditorem tuendum putabat aduerſus eum qui poſtea **C** quicquam deberi cœperit:[s] ſi modo non ea cōditio ſit, quæ inuito[t] debitore impleri non poſsit. Sed & ſi heres ob ea legata quæ ſub cōditione data erant, de pignore rei ſuæ conueniſſet,[u] & poſtea eadem ipſa pignora ob pecuniam creditam pignori dedit,[x] ac poſtea conditio legatorum exſtitit: hic quoq; tuendum eum, cui prius pignus datum eſſet, exiſtimauit.[y]

a IDemq;. *Comparata.* per tutorem ementem pro pupilla rem alij cuidam obligatam. ipſe enim pupillus emptor potior erit creditore priore. Accur.

b *Res fuerit.*[a] quæ alij prius generali obligatione verborum fuerat obligata. & nota quòd duo habet hic pupillus priuilegia. Vnum, quia tacitam habet hypothecam: quod non eſt in alio: vt C. de pig. l. quamuis ea. Secundū, quia præfertur priori creditori. Sed videtur non eſſe aliquod iſtorū in eo ſpeciale: quia idem videtur in maiore: vt C. eod. l. licet. & in auth. de æquali. do. §. his cōſequens. Reſp. immo non eſſe idem: quia dictæ leges loquūtur in eo caſu quādo ad hoc ipſum data eſt pecunia, vt inde res ematur: & ſic obligetur. quod hic non fuit. vel expone vt modo notaui. Item opponitur: cū res pupilli pecunia emptæ ſunt, quomodo poterūt ſibi obligatæ eſſe: vt C. arbi. tut. l. curator. & quando ex fa. tu. vel cu. l. j? Reſpon. ibi non dicitur quòd ſint ſuæ: ſed quòd poteſt eas eligere per actionem tutelæ. nec ſunt in veritate ſuæ, & ideo ſunt obligatæ pro pecunia ſi eas eligere non vult: vt C. de ſer. pig. da. ma. l. ſi tutor. quæ dico in pupillo, & in milite ſeruantur: vt C. de rei vind. l. ſi vt proponis. & de dona. inter virum & vxo. l. ij. Accur.

Iſta gl. eſt no. & memoriter tenenda. Bal. in hoc quòd dat intellectum l. ſi vt proponis. C. de rei vin.

c *Cuiuſdam.* ſ. pupilli. in alia enim parte de pecunia debitoris.

d *Comparata eſt.* vt in nummis acceptis mutuo à pupillo ipſe potior ſit: in ſuperfluum antiquior. Accur.

e *Et Titio.* inſimul vtrique. alioquin contra: vt ſupra eod. l. qui generaliter. Azo. Sed certè immo videtur idem & ſi diuerſis temporibus cùm tunc quando peruenerit in ſuum dominium incipiat vtrique obligari: vt ar. infra eo. qui balneum. §. fi. lex autem ſuperior generaliter loquitur in eo qui habet iam omnium dominium: & de hoc not. infra de iur. fiſc. l. is qui.

f *Non enim multum.* immo nihil. quippe, &c. vt ſubiicit: & infra de fur. l. qui vas. in fin. & ſ. de pig. l. ſi fundus. §. ſi duo. & C. in qui. cau. pign. ta. cōtra. l. quamuis. & arg. contra ſupra de peti. here. l. ſi rem.

g *Facit.* pro primo creditore.

h *Nummos.* qui erant obligati priori. Accur.

i SI *pignus ſpecialiter.* ſi verò generaliter, non: quia in hoc fiſcus priuilegium habet. quod falſum eſt: vt C. de remiſſ. pign. l. ſi ignorante. ſecundum Ir. Dic ergo ſpecialiter, id eſt expreſsim. ſecus forte ſi tacite: ar. j. ad l. Corne. de fal. l. j. §. tutores. niſi in muliere, vt C. de priui. fiſ. l. quanuis. in fin. ſecundum Azo.

k *Reſpublica.* ſcilicet alicuius ciuitatis. ſic accipitur infra de publi. ſed & hi. §. j. Accur.

l *Præferuntur.* ſcilicet fiſco. ſimiliter & reip. præferuntur priuati, ſi poſtea reſpublica pignori accepiſſet: vt C. qui pot. in pign. ha. l. ſi fundum. Accur.

QVi *balneum.*} CASVS. A kal. Ianuarij vſque ad kal. Maij balnea tibi locaui: & ſeruū mihi obligaſti. medio tēpore eundē alij obligaſti: quis potior ſit, quæritur. Et reſpon. ꝙ ego qui locaui, licet eo tempore quo obligatus fuit conductor ſecundo, nihil potuit petere ex cōductione: cū neq; venit neque ceſsit dies. tamen pignoris obligatio ad tēpus cōductionis referenda eſt, id eſt initium, vt me inuito alij obligare nō poſsit. {SED ET SI.} Teſtator aliquid mihi legauit ſi nauis venerit ex Aſia, cauit mihi hæres de reſtituendo legato adueniente conditione, & rem quādam mihi obligauit. eandem rem obligauit alij ſecūdo: & extitit poſtea cōditio. quis noſtrum potior ſit, quæritur. Et reſpō. ꝙ ego legatarius, cum conditio ſit talis, quę inuito herede poſſit implerit. ſecus ſi nō poſſet: vt ſi aliquis rē ſuam obligauerit ſi ei pecunia numeretur: qua non ſubſecuta, ſi medio tempore obligauerit alij, & ille pecuniam numeret: licet poſtea primus numerauerit, tamen potior eſt ſecundus: quia in poteſtate debitoris fuit acciperet, nécne. & hoc dicit ſuperior ꝓximus. & §. amplius. {TITIA.} Mulier quædam rem non ſuā mihi obligauit, deinde alij. poſtmodū domina effecta, marito æſtimatā dedit in dotem: & mihi pecuniam meā ſoluit: an in perſona ſecundi pignus conualeſcat, cum deſinat mihi teneri? Et reſpon. quòd nō: quia nullo tempore res fuit mulieris cùm eam obligauit: & quòd dicitur quòd incipiat teneri ſecundo, & primo deſinat teneri: tūc locum habet, cum res fuit in bonis debitoris eo tēpore quo deſinit teneri primo: quod non eſt in hoc caſu: quia neque tempore quo mihi ſoluebatur, neque tempore obligationis erat in bonis mulieris. & hoc ſi maritus ignorabat rem ſecūdo creditori eſſe obligatam: quia ſecus ſi ſciret. Viuianus. Vetus.

†Proximis i. Iulijs, quo die ſolebāt Romani migrare. Vide Anto. Aug. lib. 4. emen. cap. 14.

†Hic videtur tex. expreſſius ꝓ penſio debet ſolui in fine anni. ad quod cōcor. tex. in l. æden. C. de loca. tex. ad idem in l. ſi ædes. ſ. ſed cum in annum.

D m *Ex kalendis.* ſcilicet Ianuarijs vſque ad alias kalendas Ianuarias.

n *Eros.* proprium nomen.

o *Idem.* ſcilicet conductor. Azo.

p *Debere.* Sed contra videbatur: vt ſ. tit j. Titius quæ eſt cōtra. Sol. ibi erat in poteſtate cuiuſlibet tam creditoris quàm debitoris non accedere ad contractum: vt ſ. ſi cer. pet. qui pecuniam. hic non: vt C. de act. & oblig. ſicut.

q *Deberetur.* vt peti poſſet. Azo.

r *Non poſſet.* ſecus ergo ſi poſſet. & ſic eſt contra infra eo. l. Lucius Titius. ibi ſolues.

s *Cœperit.* vt & j. eo. l. potior. §. j.

t *Inuito.* vt puta ſi tibi numeratum fuerit. inuitus enim debitor non cogitur nummos à creditore accipere: vt j. eo. potior. j. reſpon.

u *Conueniſſet.* quia obligauit legatario pro legato ſoluendo adueniente die. Accur.

x *Dedit.* ſcilicet heres.

y *Exiſtimauit.* ſcilicet Africanus. & eſt ratio: quia non eſt in poteſtate heredis hæc conditio: vt ſ. proxi. reſpon. aliàs cōtra. ſupra tit. j. l. Titius.

Pignus ſuper re aliena contractum non poteſt confirmari, ſi tempore quo cauſa cõfirmationis euenit, res in bonis debitoris nõ reperiatur. Barto.

Titia prediũ alienũ Titio pignori dedit, pòſt Meuio:[a] deinde domina eius pignoris facta, marito ſuo in dotẽ æſtimatũ dedit. Si Titio ſoluta ſit pecunia, nõ ideo magis Mæuij pignus conualeſcere placebat. tũc enim priore dimiſſo, ſequentis cõfirmatur pignus, cũ res[b] in bonis debitoris inueniatur.[c] In propoſito autẽ maritus emptoris [d] loco eſt: atque ideo quia neq; tunc cum Mæuio obligaretur, neque cũ Titio ſolueretur, in bonis mulieris fuerit, nullũ tempus inueniri, quo pignus Meuij conualeſcere poſsit.[e] hæc tamẽ ita, ſi bona fide [f] in dotem æſtimatum prædiũ maritus accepit, id eſt ſi ignorauit Mæuio obligatum eſſe.[g]

In pignoribus captis ex cauſa iudicati, qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure. Barto.

X. VLPIANVS libro primo Reſponſorum.

SI & iure iudicatum, [h] & pignus in cauſa iudicati ex auctoritate eius qui iubere potuit, captum eſt: priuilegijs[i] temporis[k] fore potiorem heredem eius, in cuius perſona pignus conſtitutum eſt.

Si obligatio cõditionalis purificetur, retro non trahitur, ſi fuerit conditio poteſtatiua: ſecus ſi caſualis. Bartolus.

XI. GAIVS libro ſingulari de Formula Hypothecaria.

POtior eſt in pignore, qui prius credidit pecuniam, et accepit hypothecã, quamuis cum alio antè cõuenerat, vt ſi ab eo [l] pecuniam acceperit, ſit res obligata, licet ab hoc poſtea accepit. poterat enim, licet antè cõuenit, non accipere[m] ab eo pecuniam. Videamus, an idem dicendum ſit ſi ſub conditione ſtipulatione facta, hypotheca data ſit: qua pendente alius credidit purè, & accepit eandem hypothecam, tunc deinde prioris ſtipulationis exiſtat conditio, vt potior ſit qui poſtea crediđiſſet. Sed vereor nũ [n] B hic aliud ſit dicẽdum. Cum enim ſemel conditio extitit, perinde habetur ac ſi illo tẽpore quo ſtipulatio interpoſita eſt, ſine conditione facta eſſet. quod & melius eſt: [o]

Iſte §. poteſt cadere ſub præcedenti ſummario. Vel dic: licet obligatio principalis ſit pura, ſi tamen obligatio pignoris eſt ſub cõditione poteſtatiua contracta: tempus exiſtentis conditionis inſpicitur. Bartolus.

Si colonus cõuenit, vt inducta in fundum, illata, ibi nata, pignori eſſent: & antequam inducat, alij rem hypothecæ nomine obligauerit, tunc deinde eam in fun- C dum induxerit: potior erit qui ſpecialiter purè accepit: quia nõ ex conuẽtione priori obligatur, ſed ex eo[p] quòd inducta res eſt: quod poſterius factum eſt.

Si obligantur partus vel fructus futuri, requiritur quòd res ſit in bonis debitoris tempore obligationis. Bartolus.

Si de futura re cõuenerit, vt hypothecæ ſit,[q] ſicuti eſt de partu: hoc quæritur, an ancilla conuentionis tempore in bonis fuit debitoris: & in fructibus, ſi conuenit vt ſint pignori: æquè queritur, an fundus, vel ius vtendi fruendi,[r] conuentionis tempo- D re fuerit debitoris.

Poſterior creditor habet ius offerendi priori & ſibi pignus confirmare. Bart.

a *Poſt Meuio.* non ſimpliciter, ſed ita, cum Titio deſierit eſſe obligatũ. ſic & ponitur j. eod. l. ſi prior. §. à Titio, aliàs ita cõualeſceret in vno ſicut & in alio eo tempore quo cœpiſſet eſſe ſuum dominium: & vtrique pro parte eſſet obligata: vt ſupra de pig. l. ſi fundus. §. ſi duo. & s. eo. idemque in fi. Vel dic quòd hic Meuius erat ſciens alienam, & alteri obligatã. Sed quomodo fuit Titio obligata? Reſp. erat debita mulieri. vel vt ſupra de pign. l. ſi fundus. §. aliena. vel creditor ignorauit: vt ſupra de pign. l. j. in princ. Accurſius.

b *Cum res.* nota regulam.

c *Inueniatur.* tempore quo debet confirmari. Accur.

d *Emptoris.* maximè ſi æſtimatum prædium accepit: vt Codice de iure dotiũ. l. quotiens. nã ſi inæſtimatũ, idem quo ad hoc: habebit ergo liberum: vt ſupra titulo. j. l. Ariſto. j. reſpon.

e *Poſsit.* ſupra tit. j. l. creditor. §. j. contra. Solu. vt ibi. Accur.

f *Bona fide.* maximè. hoc enim equidem poteſt impedire hypothecariam actionem, vel inducere, ius enim actoris tantum eſt intuendum: vt s. ſi pars hereditatis petatur. l. prima. §. primo. & infra de iure fiſci. l. eſt decretum. Accur.

g *Obligatum eſſe.* ſcilicet prædium.

S*I & iure.*} CASVS. Cõueni debitorem meum, & condemnatus eſt, quia noluit parere iudicatis. miſſus fui in po. rerum ſuarum per executorem auctoritate iudicis. ſi veniat alius creditor cui tenebatur actione aliqua perſonali, an ſit potior me in pignore, quæritur. Et reſpon. quòd non, ſed tam heres meus quàm ego potiores ſumus. Viuianus.

h *Iudicatum.* id eſt ꝙ ſententia valet.

i *Priuilegiis.* non loquitur hæc lex de aliquo pignore. vel hypotheca conuẽtionali, ſed iudiciali tantũ: in qua dic quòd ſi egi contra debitorem meum ex quacunq; cauſa: & poſt cõdemnationem fui auctoritate iudicis miſſus in poſſeſsionem: poſtea etiam alij creditores veniant: ego & heres meus potiores ſumus quolibet alio qui prætenderet diſsimilem hypothecam poſteriorem. Si autem prætenderet ſimilem poſſeſsionem: tunc aut eſt mecum eiuſdem tituli: vt quia ſumus ambo legatarij. & tunc communicabo cum poſtea veniẽte: vt j. vt in poſ. lega. is cui. §. qui prior. vel ambo petemus nobis caueri: vt j. de dam. infec. l. ſi finita. §. Iulianus. vel ambo ex contractu: vt C. de bo. auct. iu. poſ. l. fin. §. j. quæ ſunt contra. aut diuerſis titulis ſumus, vt vnus ex contractu, & alius eſt legatarius: & tunc qui prior eſt admiſſus, anteponitur alijs: vt hic & C. e. l. ij.

i *Priuilegiis.* id eſt propter priuilegium.

k *Temporis* quia prius fuit ei obligatum. & hoc ſiue ſecundus habeat ex conuentione, ſiue ex adiudicatione. Idem ecõ- A tra. nam qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, licet nullũ priuilegium allegauit.

Qui prior eſt tẽpore, potior eſt iure.

P*Otior eſt.*} CASVS. Cõuenimus inter nos ꝙ mutuarem tibi x. & tu mihi certã rẽ pignori dares. poſtea tu accepiſti pecuniã ab alio, & eandẽ rẽ illi obligaſti. ſi poſtea à me pecuniã accipis, quæro quis noſtrũ potior eſt in pignore? Et reſpon ꝙ ille qui poſt noſtrã cõuentionẽ mutuauit, nõ eſt autẽ idẽ ſi ſum ſtipulatus pecuniã ſub cõdi. & cũ pignore. nã ſi tu poſtea pendẽ. cõdi. pignus illud alij obligaſti, exiſtente cõdi. ero potior in pignore. & ratio eſt in textu. {SI COLONVS.} Locaui tibi fundum: & conuenit vt inuecta à te mihi teneretur. antequã intuliſti, alicui obligaſti: & poſtea induxiſti. quis noſtrũ potior ſit, quæritur, Et reſpõ. quòd poſterior. Cetera ſatis plana ſunt vſque ad l. ſi prior. Viuianus.

l *Ab eo.* primo ſub hac conditione: vt s. e. tit. l. qui balneũ. §. amplius. ij. reſpon.

m *Non accipere.* vt & ſupra ſi cer. peta. l. qui pecuniam. & s. titu. j. l. penul.

n *Non.* i. an.

o *Melius eſt.* vt s. eo. l. qui balneũ. §. amplius. j. reſpõ. & not. hoc referri ad tempus cõtractus cõditiõne poſtea exiſtente: vt hic. & s. de peri. & commo. rei vẽ. l. quòd ſi pendẽte. in princ. & j. de mili. teſt. l. quod dicitur. & j. de fur. ſi quis vxori. §. fi. & s. de contrahẽ. empt. l. nec emptio. & j. de nau. fœ. l. nihil. in princ. Sed ar. contra s. de vſufruc. l. ſi fur. Sol. vt ibi notaui.

p *Ex eo.* Sic ergo nihil operatur conuentio, ſed inductio. vt C. loca. l. certi iuris eſt. Sed cauſa tollendæ dubitationis videtur poſitũ: arg. j. de vſur. ſi ſtipulatus. & ſupra man. l. qui mutuam. Vel aliter ſpectatur tempus inductionis: quia conditionis euentus pendebat de poteſtate debitoris: & ideo nõ ſpectatur tempus conuentionis: vt s. eo. qui balneum. j. reſpon. & l. j. & s. tit. j. l. pe. operari autem poteſt conuentio, quia etiã ignorante domino illata ſunt pignori.

q *Hypothecæ ſit.* quod fieri poteſt. s. de pig. l. & quæ nondum ſunt. in prin. Accur.

r *Vtendi fruendi.* nam poteſt vſufructuarius obligare ſuum vſumfructum: vt & s. de pig. l. ſi is qui. §. pen. Sed videtur quòd non ſufficiat fuiſſe in bonis debitoris tunc temporis, vt ſi apud aliũ poſtea ſit conceptus & natus partus, & ſatus fructus & natus: vt & s. de pi. l. Paulus. §. fi. Sed reſpon. quòd tempore obligationis hic erant concepta: & ſata. Sed adhuc fallit in in fructuario de quo hic dicitur. nam non pertinent ad eum fructus, etiam ſi ſint maturi, antequã eos percipiat: vt inſtit. de re. di. §. is verò. Sed dic quòd probatur hoc quòd tempore obligationis fuerit dominus vſusfructus, nõ ſolum nunc. nã alterum non ſufficit ſine altero: vt hic, & ſupra de pi. ſi ſuperatus.

Vſumfructum poteſt vſufructuarius obligare.

ratus. & l. & quæ nondum ſunt. §. quod dicitur. Item cõtra ĵ. de acqu. re. do. l. fi. vbi dicitur non inſpici tempus cõceptionis, ſed partus tantum. Sol. ibi nil de pignore proponitur, ſed de dominio tantum, ſed illud poteſt dici in pręiudiciũ domini primi: non autem hæc conſiderantur in pręiudicium creditoris: vt hic.

A Rem tuã mihi obligaſti, deinde alij. ſi ille ſecũdus mihi ſoluat, quatenus res obligata ſibi teneatur quęritur. Et reſpõ. ꝙ tenebitur nõ ſolum propter ſuum debitũ, ſed etiam propter vſuras vſurarum quas ſoluit: quia nõ debitoris, ſed ſuũ geſsit negotium ſoluẽdo: vt ſ. eſſet potior, & ſolus in pignore. {S I SIMPLICITER.}

Si paratus eſt poſterior creditor priori creditori ſoluere quod ei debetur, videndũ eſt an competat ei hypothecaria actio, nolẽte priore creditore pecuniã accipere. Et dicimus priori creditori inutilem eſſe actionem, cum per eũ fiat ne ei pecunia ſoluatur[a].

Prior in tempore contra ſecũdum creditorem agentem habet exceptionem: & cõtra excipientem replicationem ex prioritate temporis. Bart.

XII. MARCIANVS libro ſingulari ad Formulam Hypothecariam.

CReditor qui prior hypothecam accepit, ſiue poſsideat eam, & alius vindicet hypothecaria actione: exceptio priori vtilis eſt. *Si*[b] *non mihi antè pignoris hypothecæve nomine ſit res obligata*: ſiue alio poſsidente[c] prior creditor vindicet hypothecaria actione, et ille excipiat, *Si nõ conuenit vt ſibi res ſit obligata*: hic in modum ſupra relatũ replicabit[d]. ſed ſi cum alio poſſeſſore creditor ſecũdus agat: rectè aget, & adiudicari ei poterit[e] hypotheca: vt tamen prior cum eo agendo auferat ei rem.

Qui ſoluit litis æſtimationem primo creditori, non liberatur à ſecundo. Bart.

Si quoniã non reſtituebat rem pigneratã poſſeſſor[f], cõdemnatus ex præfatis[g] modis litis æſtimationem exoluerit: an perinde ſecũdo creditori[h] teneatur, ac ſi ſoluta ſit pecunia priori creditori, quæritur. Et rectè puto hoc admittendum eſſe.

Qui prior de hypothecarijs creditoribus conuenerit, potior eſt alio qui prius conuenit de debito. Barto.

Si primus qui ſine hypotheca credidit, poſt ſecundũ qui vtrũque[i] fecit, ipſe hypothecã accepit: ſine dubio poſterior in hypotheca eſt. Vnde ſi[k] in diem de hypotheca cõuenit: dubium non eſt quin potior[l] ſit, licet ante diem cum alio creditore purè de eadem re conuenit. Si idem bis, id eſt ante ſecundum: & poſt eũ crediderit: in priore pecunia potior eſt ſecundo: in poſteriore tertius eſt[m].

Si res obligata alteri obligetur de voluntate creditoris, quo ad illum prior hypotheca inutilis eſt: quo ad alios inſpicitur quod actum eſt. Bartolus.

Si tecũ de hypotheca paciſcatur debitor, deinde idem cũ alio tua voluntate, ſecũdus potior erit. pecunia[n] autem ſoluta ſecũdo, an rurſus teneatur tibi, rectè quæritur. Erit autẽ facti quæſtio agitãda, quid inter eos actũ ſit: vtrũ vt diſcedatur ab hypotheca in totũ, cum prior conceſsit creditor alij obligari hypothecã: an vt ordo B ſeruetur, & prior creditor ſecundo loco[o] conſtituatur.

Poteſt quis in ſummet locum ſuccedere: & ratio prioritatis facit vt poſsit quis inuito alio pignus vendere. Barto.

Papinianus libro vndecimo reſpondit, ſi prior[p] creditor poſtea nouatione facta, eadem[q] pignora cum alijs[r] accepit: in ſuum locum eum ſuccedere.[s] ſed ſi ſecundus non offerat pecuniam, poſſe priorem vendere,[t] vt primam tantùm pecuniam expenſam ferat, non etiam quam poſtea credidit: & quod ſuperfluum ex anteriore credito accepit,[u] hoc ſecundo C reſtituat.[x]

Secundus creditor habet rem obligatam tam pro credito ſuo, quàm pro ſorte et vſuris quas primo creditori ſoluit. Bart.

Sciendũ eſt, ſecũdo creditori rem teneri etiam inuito debitore, tã in ſuũ debitum, quàm in primi creditoris, et in vſuras ſuas, & quas primo creditori ſoluit:[y] ſed tamen vſurarum quas creditori primo ſoluit, vſuras non conſequetur. non enim negotiũ alterius geſsit,[z] ſed magis ſuum.[a] & ita Papinianus libro tertio reſponſorũ ſcripſit: & verum eſt.

D *Secundus creditor contra omnes eſt potior, excepto primo.* Barto.

Si ſimpliciter[b] cõueniſſet ſecũd⁹ creditor de hypotheca, ab omni poſſeſſore eã auferre poterit,[c] pręter priorẽ creditorem, & qui ab eo emit.

Tertius qui ſuccedit in locum primi, potior eſt ſecundo. Bart.

A Titio† mutuatus,[d] pactus eſt cum illo, vt ei prædium ſuum pignori hypothecæue eſſet. deinde mutuatus eſt pecuniã à Mæuio, & pactus eſt cũ eo, vt ſi Titio deſierit prædium teneri, ei teneatur. tertius deinde aliquis dat mutuam pecuniam tibi,[e] vt

a *Soluatur.* vt & C. eo. l. j. Sed an idem ſi prior creditor poſsidens ſecundo creditori offerat. Reſpon. ſic. nam debet licere, quod cuilibet extraneo liceret: vt infra quib. mo. pig. vel hypo. ſol. Paulus reſp. §. fi. Azo.

b *CReditor.* *Si non.* verba exceptionis.

c *Poſsidente.* ſcilicet ſecundo creditore.

d *Replicabit.* ſ. ſi nõ ante eſſet mihi obligata.

e *Poterit.* id eſt debebit. Accur.

f *Poſſeſſor.* ſcilicet primo creditori.

g *Ex præfatis.* vno vel altero, vt rem reſtituat, vel æſtimationẽ. vel dic, in ipſa ſorte tantum, vel intereſſe, vel quantum in litem fuerit iuratũ, & ſecundum hoc præfatis, reſpicit quod plerũque eſt dictum in tractatu de pignoribus, maximẽ de pign. l. ſi fundus. §. in vindicatione. & l. ſi inter. §. fi.

h *Creditori.* à debitore.

i *Vtrumque.* ſ. perſonã & rem obligauit.

k *Vnde ſi.* quia tunc demum potior eſt, cũ in priore contractu de pignore nihil conuenit: vnde &c. & quod dicit, in diem. ſ. incertum, id eſt ſub conditione.

l *Quin potior.* qui conuenit in diem: vt ſ. eo. potior. §. j. Accur.

m *Tertius eſt.* vt & ĵ. e. l. quærebatur.

n *Pecunia autem.* ablatiui abſoluti.

o *Secundo loco.* huic nõ reſpond. ſed dic in dubio videri remittere: vt ĵ. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. l. Paulus.

Si prior. } CASVS. Mutuaui tibi x. & rem tuam mihi obligaſti: deinde Titio eandem obligaſti, & pro alijs x. eandem rem interim mihi obligaſti: & cum alijs pignoribus animo nouandi ſtipulatus ſum vtraque x. quis noſtrum potior ſit, quæritur. Et reſpõ. quòd ego: ideoque rẽ obligatã vendere poſſum, non oblata pecunia à Titio: & hoc verum eſt in primis x. in alijs quicquid. ſ. prima x. cõſecutus fuero, Titio reſtituam, cũ in ſuis potior ſit, & prior me. {SCIENDVM.}

Si rem tuã mihi primo obligaſti, deinde Titio: & conuenit Titius ſimpliciter vt res eſſet ſibi obligata: tunc cũ deſijſſet tenere, eam à quolibet poſsidẽte auocare poterit pręterquam à me, vel ab eo qui à me emit. ſecus ſi eſſet dictũ vt deſineret mihi teneri: quo caſu poſſet auocare ab emptore. {A TITIO.} Tertius qui ſuccedit in locũ primi, potior eſt ſecũdo. Cetera plana ſunt vſque ad l. inſulam. Viuia.

p *Si prior.* aliàs. l. ſi prior. & aliàs incipit. §. Pomponius. vel Papi.

q *Eadem.* quæ primo accepit.

r *Alijs.* ſcilicet pignoribus.

s *Succedere.* videbatur prorſus extincta: vt infra de noua. l. nouatio. quæ eſt contra. Sed contrarium eſt, quia in eodem ſtatu reponitur. vt hic, & ſupra eo. creditor acceptis. in prin.

t *Vendere.* facit pro lege iſta. ĵ. tit. j. l. j. circa prin. Sed in fine huius l. contra. Solu. vt ibi, Accurſius.

u *Accepit.* ex pignore.

x *Reſtituat.* vt infra e. l. quærebatur. ſed qua actione? Reſpon. in factum forte.

y *Soluit.* vt C. de pig. l. ſecundus creditor. & infra tit. j. l. v. & ar. infra ad Treb. l. deducta. §. qui poſt tẽpus. Acc.

z *Geſsit.* in actione enim neg. ge. & vſurarum vſuræ quas gerendo negotium dependit, veniunt. quo ad eum enim etiam totum eſt ſors.

a *Suum.* quia ſuũ, ideo non agit: vt & ſupra man. l. antepe. §. ad eũ. Sed ar. cõtra. ſ. de vſufru. l. & ſi abſentem.

b *Si ſimpliciter.* id eſt ſine tali conuentione. vt tũc demũ eſſet obligata, ſi eſſet pecunia ſoluta priori creditori. Azo. vt ĵ. prox. §. nã tũc à nullo peteret niſi liberata ſit à primo.

c *Poterit.* quantum enim ad omnes alios pertinet, iſte potior eſt: vt & arg. ſ. ſi ſerui. vindi. l. loci. §. competit. Accur.

d *Mutuatus.* ſcilicet Mæuius.

e *Tibi.* mutat perſonas.

† *No. caſum notabilem & menti tenendum, ſecundum Bal. quia communiter contra eum reſpondetur.*

a *Medius*. aliàs Mæuius.
b *Qui*. ſcilicet Mæuius.
c *Negligentia*. quia ante ſecundum pignora non accepit.
d *Præferendus eſt*. hic ſcilicet propter pactum quod fecit: vt arg. C. de his qui in pri. cred. loc. ſuc. l. j.

A q *Quanque penſionem*. omnem, id eſt non pro rata. Azo.
r *Sequeretur*. primo & ſecundo caſu. Accur.
s SI *non dominus. Prior*. facit ad legem iſtam. C. de rei vind. l. quotiens. Accurſius.
t *Poſſeſſor melior*. ſi inter ſe litigãt. ſecus ſi cõtra extraneũ: vt no. in l. ſiue autem. §. ſi duobus. ver. ꝙ ſi à diuerſis. ſ. de Pub. & ſic pone ꝙ teneat obligatio: vt no. ſ. de pi. l. j. in princ. & ſ. eo. qui balneũ. §. Titia. Sed quid ſi ſimul? dic idẽ quod in domino: vt no. ſ. de pig. ſi fundus. §. ſi duo. Accur.

Titio ſolueres, & paciſcitur tecum vt idẽ prædiũ ei pignori hypothecæue ſit, & locũ eius ſubeãt. num huc medius[a] tertio potior eſt, qui[b] pactus eſt, vt Titio ſoluta pecunia, impleatur conditio, & tertius de ſua negligẽtia[c] queri debeat? Sed tamen & hic tertius creditor ſecundo præferendus eſt[d].

Non ſolum qui ſoluit, ſed qui patitur pignus vẽdi vt priori ſeu potiori ſoluatur, poteſt in prioris creditoris locũ ſuccedere. Bar.

B Si tertius creditor pignora ſua[e] diſtrahi permittit ad hoc, vt priori pecunia ſoluta, in aliud pignus pignori ſuccedat: ſucceſſurum[f] eum Papinianus libro vndecimo reſponſorum ſcripſit. & omnino ſecũdus creditor nihil aliud iuris habet, niſi vt ſoluat priori[g], & loco eius ſuccedat.

Poteſt prior impedire ſecundũ volentem vendere, licet ipſe vendere nõ poſſit. Bart.

Si priori hypotheca obligata ſit, nihil verò de vẽditione cõuenerit, poſterior verò de hypotheca vendenda cõuenerit: verius eſt priorem potiorẽ eſſe. Nam & in pignore placet, ſi prior cõuenerit de pignore, licet poſteriori res tradatur, adhuc potiorem eſſe priorem[h].

C *Iſta lex legitur duobus modis. vno modo ſecundum gloſ. ſecundum quam. h. d. Conuentio facta ſuper debito inter plures diuidendo, porrigitur ad pignora ſi vtrique ſufficiunt. aliàs cui primum debet ſolui debitũ, præfertur in pignore: niſi aliud ſit actum. h. d. Et diuiditur in tres partes. Primò ponit thema. Secundò incipit reſpondere diſtinguendo quæſtioni reſultanti ex themate. Tertiò ponitur circa hoc dictum Pauli iuriſconſulti. Secunda ibi, pignorum. Tertia ibi, Paulus. Vel ſic ſummatur ſecundum alium modum legendi: Conuentio quòd pignora pertineant ad vtrumque, intelligitur eo ordine quo ſolui debitum principale debet, niſi aliud actum ſit.* Bartolus.

D XIII. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

INſulam tibi vendidi, & dixi[i] prioris anni penſionem mihi, ſequentium tibi acceſſuram, pignorumque[k] ab inquilino datorum ius vtrunq; conſecuturũ. Nerua. Proculus[l], niſi ad vtranque penſionẽ pignora ſufficerẽt, ius omnium pignorũ primũ ad me pertinere[m]: quia nihil apertè[n] dictũ eſſet, an cõmuniter ex omnibus pignoribus ſumma pro rata ſeruetur: ſi quid ſupereſſet[o], ad te[p]. Paulus. Facti quæſtio eſt: ſed veriſimile eſt id actũ, vt primam quanque penſionem[q] pignorum cauſa ſequeretur[r].

Qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure, quando ab eodem pignora ſunt accepta. ſi verò à diuerſis non dominis, tũc poſſeſſor eſt potior. Bartolus.

XIIII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

SI non dominus duobus eandem rem diuerſis tẽporibus pignerauerit, prior[s] potior eſt: quamuis ſi à diuerſis non dominis pignus accipiamus, poſſeſſor melior[t] ſit.

Inſula ſuperficiaria poteſt dari pignori. Bartolus.

XV. IDEM libro ſexageſimooctauo ad Edictum.

ETiam ſuperficies in alieno ſolo poſita, pignori dari poteſt: ita tamẽ, vt prior cauſa ſit domini ſoli, ſi non ſoluatur[u] ei ſolarium.

Si primus creditor à tertio ſuperatur, non præiudicat ſecundo: quia per hoc non ſuccedit tertius in locum primi: & ſententia inter alios lata, aliis non præiudicat. h. d. Et primo ponitur thema, & quæſtio: ex qua colligitur vna ratio pro creditore. Secundo ponit quorundam reſponſionem, & aliam rationem pro creditore. Tertio hic reprehenditur per iuriſcon. repetendo quæſtionem. Quarto & vltimo circa prædicta concludit. ſecunda ibi, plane. Tertia ibi, mihi nequaquam. Quarta ibi, igitur. Bartolus.

XVI. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

CLaudius Felix eundem fundum tribus obligauerat, Eutychianę primum, deinde Turboni, tertio loco alij creditori. cum Eutychiana de iure ſuo doceret,[x] ſuperata apud iudicem à tertio creditore, non pro-

e *Sua*. ſcilicet quæ ſibi erant obligata.
f *Succeſſurum*. not. ꝙ ſuccedo in ius primi ex pacto debitoris: qđ dic vt no. ſ. quę res pi. ob. poſſ. l. Ariſto.
g *Priori*. id eſt tertio qui loco prioris ſuccedit. Io. vel ſecundum Pileum hic ſecũdus appellatur tertius, qui debet primo ſoluere vt ſibi confirmet pignus.
h *Priorem*. facit ad l. iſtam. C. de rei vind. l. quotiens.
INſulam. } CASVS. Inſulam quam locaui tibi in quinquennium, vendidi, vt mihi penſio primi anni accederet, tibi ſequentium: an vtrique noſtrum inuecta & illata teneantur, diſting. aut ſufficiunt ad penſionem primi & ſequẽtium annorũ, aut non. primo caſu erunt obligata vtrique, ſecundo mihi tantum. quod ſuper exceſſerit, tibi accedit: hoc ideo, quia non fuit actum vt pro rata cuiuſcunque penſionis tenerentur. in dubio veriſimile eſt id actum eſſe vt mihi tantum obligata ſint. Cetera plana ſunt vſque ad l. Claudius.
i *Dixi*. ego venditor.
k *Pignorumq;*. nõ ſolũ penſionum. Accur.
l *Nerua, Proculus*. ſcilicet reſponderunt. & intellige hoc ſi pignora ad vtranq; penſionem ſufficiebant. ſi verò non ſufficiant, ſubijcit quid iuris ſit. dic ergo niſi, id eſt, ſi non ad vtranque, &c. Accur.
m *Pertinere*. ſ. dixerũt prædicti ſapientes.
n *Apertè*. quidam libri habẽt, per te. ſ. emptorem. & alij, apertè, ſcilicet an communiter &c. Sed certè imò videtur quòd contra venditorem fiat interpretatio: vt ſ. de contrahen. empt. Labeo. quæ eſt contra. Solu. non eſt cõtra: quia hic emptor legem dixiſſe videtur, cuius cauſa poſita eſt ratione ſequentium annorum. vnde ſicut ipſe dixiſſet: fieret contra eũ interpretatio: vt ſ. de contrah. empt. ſi in emptione. in princ. ita hic. vel hic in acceſſorijs. ibi in principali. vel hoc non eſt ambiguum, cùm lex determinet.

Emptor legem dicere videtur.

o *Supereſſet*. ſcilicet deducto meo debito pro rata portione.
p *Ad te*. ſ. pertinere dixerũt Proculus & Nerua. Paulus autẽ cõfirmat prædicta in ſecundo caſu: & etiã in primo dicit idẽ ſeruari, vt in prima cauſa pignorũ ſequatur primã penſionẽ, deinde ſecundã: & ſic corrigitur quod dicit principiũ legis.

u ETiam. *Soluatur*. vt ſupra de pig. grege. §. & in ſuperficiarijs. & C. de rei vin. l. quotiens. Accur.
CLaudius. } CASVS. Rem tuam tribus ſucceſsiue obligaſti: & primus cõtra tertium poſsidentẽ egit, & ſuccubuit, nec appellauit. Secũdus contra tertiũ egit, & ſuccubuit: ſed appellauit. an tertius vincere debeat, cũ primũ vicit: an ſecundus vincere debeat, non obſtante ꝙ inter primũ & ſecundũ iudicatum ſit, an econuerſo, quæritur. Et reſpon. in fi. l. ꝙ ſecundus tertiũ vincere debet. ſed an ſecundo obſtet ſententia lata inter primũ & tertiũ, quæritur. Et reſpõ. ꝙ nõ. & hoc dicit in illo ver. pone. ſed an primus agere poſſit cõtra ſecundũ obtinentẽ cõtra tertiũ nõ obſtãte, ꝙ inter ipſum & tertiũ iudicatũ ſit, quæritur. Et reſpõ. ꝙ ſic: qa res inter alios, &c. q. d. ſecũdo creditori obeſſe non debet ſentẽtia lata inter ipſum & tertiũ quo minus cõtra tertiũ poſsidentẽ agere poſsit primꝰ. & hoc in illo ver. aut cõtra. videtur autẽ ꝙ tertius ſecũdũ ſuperare debeat. ſic ſi tertij pecunia dimiſſus eſſet primus, & in locũ primi ſuccederet tertius, ſecundo eſſet potior. ſed nõ eſt ſimile: quia hic tertius primo non ſoluit: ſed primus cõtra ipſum agẽs, cõdemnatus eſt. & hæc in illo verſi. plane. Cetera vſque ad rub. de diſtra. pig. ſatis plana ſunt.
x *Doceret*. cõtra tertiũ agẽdo: quia ab eo fuit abſolutus. ſi verò ponas ꝙ tertius egit hypothecaria contra primũ, & vicit, & ipſe ſimiliter vincetur à ſecũdo: vt j. dicitur: ibi, aut cõtra &c. Itẽ à ſecũdo poterit primus auocare rẽ per hypothe. & iterũ tertiꝰ auocabit à primo ex auctoritate ſentẽtię: & iterũ ſecũdus à tertio: & ſic res erit in circulo & anxietate: & eſt inſolubile. Sed cõſulo vt aliquis offerat litis æſtimationẽ. & adde qđ eſt. j. de excep. rei iu. l. fi. §. Latinꝰ. vnde quæritur, Si vxor alicuiꝰ renũtiat iuri hypothecariarum in perſona ſecũdi creditoris, & nõ primi: & res viri interim detinetur ab aliquo extraneo, & agant hypothecaria iſti tres

uocauerat: Turbo apud aliũ iudicẽ victus[a] appellauerat. Quærebatur[b], vtrum tertius creditor etiam Turbonẽ ſuperare deberet, qui primam creditricẽ, an ea[c] remota Turbo tertiũ excluderet[d]. planè[e] cũ tertius creditor primũ de ſua pecunia dimiſit, in locũ eius ſubſtituitur in ea quãtitate, quã ſuperiori exſoluit[f]. Fuerunt igitur qui dicerẽt.[g] hic quoq; tertiũ creditorem potiorẽ eſſe debere: mihi nequaquã hoc iuſtũ eſſe videbatur. Pone primã creditricẽ iudicio conueniſſe tertiũ creditorem: & exceptione, alióve quo modo à tertio ſuperatam[h]: nunquid aduerſus Turbonẽ, q ſecũdo loco crediderat, tertius creditor, qui primã vicit, exceptiõe rei iudicatę vti poteſt[i]? Aut cõtra, ſi poſt primũ iudiciũ, in quo prima creditrix ſuperata[k] eſt à tertio creditore, ſecundus creditor tertiũ obtinuerit[l], poterit vti exceptiõe rei iudicatę aduerſus primã creditricẽ[m]? nullo modo, vt opinor. Igitur nec terti⁹ creditor ſucceſsit in eius locũ, quẽ excluſit: nec inter alios res iudicata, alij ꝓdeſſe aut nocere[n] ſolet: ſed ſine præiudicio prioris ſentẽtię[o] totũ ius alij creditori integrũ relinquitur.

Emptor pignoris poteſt ex pacto in locũ prioris creditoris ſuccedere, ſi ad eum pretium peruenerit. Bart.

XVII. IDEM libro ſexto Reſponſorum.

EVm qui[p] à debitore ſuo prædiũ obligatũ[q] cõparauit, eatenus tuendũ, quatenus ad priorẽ creditorem ex pretio pecunia peruenit.

D

Qui prior eſt tempore in ſorte, intelligitur etiam eſſe prior in vſuris. Bart.

XVIII. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

LVcius Titius pecuniam mutuã dedit ſub vſuris, acceptis pignoribus: eidẽq; debitori Męui⁹ ſub iiſdẽ pignorib⁹ pecuniã dedit. Quæro, an Titius nõ tantũ ſortis, et earũ vſurarũ nomine, quę acceſſerũt antequã Mæuius crederet, ſed etiam earũ quæ poſtea acceſſerunt, potior eſſet. Reſpondit, Lucium Titium in omne quod ei debetur, potiorem eſſe[r].

Poſſeſſor iuſtus habet ius offerẽdi priori creditori, et cedendã actionẽ impetrãdi. Bart.

XIX. IDEM libro quinto Reſponſorum. B

MVlier in dotem dedit marito prędiũ pignori obligatũ: & teſtamẽto maritũ, & liberos ex eo natos, itẽ ex alio, heredes inſtituit. creditor cùm poſſet heredes conuenire idoneos, ad fundum venit.[s] quæro, an ſi ei iuſtus poſſeſſor,[t] offerat,[u] cõpellendus ſit ius nominis cedere. Reſpondi, poſſe videri non iniuſtum poſtulare.[x]

Secundus creditor confirmat ſibi pignus ſoluendo primo debitum quod præcedit, nec tenetur offerre debitũ ei quod poſtea eſt ſecutum, cùm in eo non ſit potior. Bart.

XX. TRYPHONINVS libro octauo Diſputationum.

C QVærebatur, ſi poſt primũ cõtractum tuum, antequã aliam pecuniã tu crederes, eidẽ debitori Seius crediſſet quinquaginta, et hyperochã* huius rei quæ tibi pignori data eſſet debitor obligaſſet: de hinc tu eidem debitori crederes fortè quadraginta: quod pl⁹ eſt in pretio rei q̃ primo crediſti, vtrum ei ob quinquaginta, an tibi in quadraginta cederet pignoris hyperocha. Finge Seiũ paratum eſſe offerre tibi ſummam primo ordine creditam. Dixi[y], cõſequens D eſſe, vt Seius potior ſit in eo quod amplius eſt in pignore: & oblata ab eo ſumma primo ordine credita, vſurarũq;[z] ei⁹, poſtponatur prim⁹ creditor in ſummã quã poſtea eidẽ debitori credidit.[a]

A iſti tres cõtra extraneum poſſidentẽ, dicens quilibet ſe potiorẽ: quis præfertur? nam vxor pręfertur primo creditori, & non ſecũdo. ſecũdus vero mulieri, & non primo. primus verò ſecundo, & nõ mulieri. qualiter ergo vel cui reſtituat res potius? Reſp. cũ mulier tantũ habeat quantum quilibet eorum, & etiam amplius hoc, quia prior eſt tẽpore, ipſa præfertur: cum in ambiguis pro dotib⁹ reſpõdere meli⁹ eſt: vt j. de iure do. in ambiguis. aliàs erit res, vt dictũ eſt, in circulo, vel ſaltaballa: qa non poteſt dici vt vincens ſuccedat in ius deuicti: vt infra. quib. mo. pign. vel hyp. ſol. Paulus reſpon. Azo. Vel dic ꝙ non eſt in circulo: quia ſi tertius ſuperauit primum agẽdo vel defendendo, & res redeat ad Turbonem, deinde ad primũ, non aget tertius, quia deficit actio. hypothecariã enim non habet, quia iniuſte prius, & nunc iniuſte intenderet. Item actionem in factũ ex ſententia nõ, etiã ſi agẽdo obtinuit, quia ei ſatisfactum eſt ſemel. Itẽ Publicianã nõ: vt & s̃. de Pu. quæcunq;. §. j. Sed huic vię ob. s̃. de iureiu. ſed & ſi poſſeſſori. vt s̃. de pign. ſi ab eo. ſed offerendo æſtimationẽ litis, euincatur quicũq; offerat. in muliere vero quæ ſecundo creditori renuntiauit, videtur idem circulus. nam ipſa cõtra primũ, primus contra ſecundũ, ſecũdus contra mulierem. nec habet hic locum reſponſio præcedẽtis caſus: quia hic iuſtam & efficacẽ, tertius habet hypothecariam cõtra mulierẽ: quod non erat in præcedenti: & ſic dicunt remanere hic rem in circulo. vel dic verius vt ibi modo no. Acc.

a *Victus*. à tertio creditore.

b *Quærebatur*. in cauſa appellationis.

c *Ea*. etiã ſi ſit remota.

d *Excluderet*. quod eſt verum, cùm res inter alios, &c.

e *Planè*. pro certe. & eſt inductiuũ rationis: vt hic terti⁹ etiã ſecũdum vincere debeat.

f *Exoluit*. vt s̃. eod. ſi prior. §. à Titio. vbi tria agi eſt neceſſarium.

g *Dicerent*. arg. dicti reſpon.

h *Superatam*. ſicut in poſito themate continetur.

i *Poteſt*. certe non: vt infra ſubijcit. non enim de iure tertij fuit agitatum, ſed tantum creditoris.

k *Superata*. poteſt intelligi hoc reſponſum, quando ipſa prima fuit conuenta & ſuperata à tertio. Accur.

l *Obtinuerit*. contra tertium.

m *Creditricem*. videtur quòd ſic, quia ſuperauit tertium, & tertius ſuperauerat primum.

n *Nocere ſolet*. vt & s̃. de iureiur. quia non. & j. de excep. rei iudic. l. j. & C. res inter alios actas. l. j.

o *Sed ſine præiudicio prioris ſentẽtiæ*. latæ pro tertio contra primã creditricem: & nunc ſoluit dicens vt ſecũdus obtineat cõtra tertiũ: & ſic fallit hic illa regula qua dicitur: Si vinco vincentẽ, &c. vt j. de diuer. & tẽp pręſ. l. de acceſsionib⁹. & eſt ratio, qa hic ius nõ habuit qui vicit, ibi ſic. & fallit aliàs in trib⁹ caſib⁹. primus in filijs naturalibus, qui agnatos repellũt, & agnati vxorẽ, nõ tamẽ naturales repellũt vxorem: vt in auth. qui. mo. nat. eff. ſui. §. diſcretis. col. vj. Itẽ in ſecundo: vt j. ad Ter. l. ij. §. obijcitur. l. & ęquiſsimũ. §. ſi ex filio. Itẽ fallit in tertio: vt in auth. de ęqua. do. §. his conſequens, &c. col. vij. nã mutuans in refectionẽ. præfertur habẽti expreſsã: & habẽs expreſsã mulieri: nõ tamẽ primus mulieri. Itẽ ſi ſis me⁹ vaſall⁹, & ego illius: nõ ſequitur, ergo tu illi⁹. Itẽ ſi ego diligo te, & tu illũ: non ſequitur, ergo ego diligo illũ. Itẽ in ſocio: non eſt mihi ſocius mei ſocij ſocius.

Regula: ſi vinco vincentẽ, &c. quandoq; fallit.

p EVm qui. ſ. ſecũdus creditor. Accur.

q *Obligatũ*. ſecũdo loco. & dic ꝙ ſecundus emit à debitore. Sed quid ſi prior creditor emit à debitore, an tuebitur à poſteriorib⁹? videtur ꝙ nõ, cũ ſit iã ſublatũ vinculũ pignoris. Sed tu dic ꝙ ſic, qa ſua diligẽtia ei obeſſe nõ debet. & quia videtur velle diſceſsiſſe à vinculo pignoris: ſi irreuocabilis eſſet datio ſibi à debitore facta: vt arg. j. de ſeparat. debitor. & s̃. eo. ſi prior. & eſt expreſſum. C. ſi anti. cre. l. j. in fin.

*Quid hyperocha hoc loco ſignificet, vide Alciat. lib. Parerg. 11. ca. 1.

r LVcius. *Potiorẽ eſſe*. videbatur cõtra: quia in poteſtate erat debitoris nõ incidere in eas ſi ſolueret ſortẽ: vt s̃. e. qui balneũ. in prin. & s̃. tit. j. l. pe. quæ ſunt contra. ſed hoc ideo, quia ſunt acceſſoriæ ex primo. & facit j. de li. le. l. Aurelio. §. legatum. Accur.

s MVlier. *Venit*. qđ hodie nouo iure facere nõ poſſet. nã primo reus & fideiuſſores & mandatores excutiuntur: tunc demũ venitur ad pignorum poſſeſſores: vt in auth. de fideiuſ. §. ſed neque. hic tamen ſecus, quia poſſeſſor de heredibus eſt: vt ſupra commo. l. iij. §. ſi heres.

t *Iuſtus poſſeſſor*. puta maritus. idem tamen in quolibet poſſeſſore: vt j. qui. mo. pi. vel hyp. ſo. l. Paulus. §. fin. & s̃. de pig. l. ſi fundus. §. in vindicatione.

u *Offerat*. ſcilicet pecuniam pro qua fuerit obligatus.

x *Poſtulare*. vt & C. de fideiuſ. l. ij. & arg. infra de euic. l. in creditore. & no. ꝙ vero domino rei fit ceſsio. & facit j. tit. j. l. pe. ſed certe hoc fit in perſonali. Accur.

Ceſsio vero domino rei fieri debet.

y QVærebatur. *Dixi*. nunc reſpondet.

z *Vſurarumq;*. id oblata ſumma.

a *Credidit*. vt s̃. e. l. ſi prior. ſecũdo reſpõſo. l. ſi creditor. §. ſi idẽ.

a T *Itius.* heres tutoris.
b *Vt ſupra.* ſcilicet quæ habet, & quæ habiturus eſt.
c *Præferenda.* ea ſcilicet ratione, quia in locum ſuũ ſucceſsit: vt ſ̃. eo. ſi prior. in prin. ſed videtur quòd tantum in eis ſit potior quę ante obligationem cum fiſco factam habuit: vt j̃. de iure fiſc. ſi is qui mihi. quæ ſunt contra. Solu. hic prima creditrix erat priuilegiata dupli-ci priuilegio, ſcilicet tutelę, & temporis. ibi temporis tantum. Vel dic quòd hæc eſt pręferenda in his rebus quas acquiſiuit Titius poſt priorem obligationem, & ante obligationem ſecundam. ſed in his reb⁹ quas poſtquam contraxit cum fiſco acquiſiuit, pręferendus eſt fiſcus: & de his ibi loquitur quæ poſtea acquiſiuit. vel dic vt ibi notatur.
d *Negotiatori.* eidemq́; emptori marmorum.
e *Acceperant.* in quo non videtur eſſe ius.
f *Extendit.* id eſt extendere volebat.
g *Poſſe.* nam hic vt ſuperiori caſu præceſsit priuilegium fiſci priuato conuento.

DE DISTRActione pignorum, &c.

C Reditor. } C a s v s. Prædium tuũ mihi obligaſti: poſtea Titio omnia bona obligaſti: & tertio obligaſti mihi. ſ. generaliter. quin prædiũ mihi obligatum diſtrahere poſsim pacto vel lege, dubium non eſt. ſed antequã ſatisfaciat ſecũdo creditori: cũ in generali obligatione prior & potior ſit: an aliqua ex his diſtrahere poſsim, quęritur. Et reſpõ. ꝙ non: ſi tamen diſtraham, nõ conueniet me ſecundus: nec actione perſonali directa, neque furti teneor: quia credidi me potiorem: quia primo contraxi: & quia poſſeſsionem quæ apud ſecundum fuiſſet, non tractaui. Item neq; ad exhibendum, ſed contra emptorem ſecundus hypothecaria cõgredietur.
h *Predia.* quædã ſpecialiter.
i *Conuentionẽ.* ſ. generalem, poſt primũ qui ſpecialiter tantum acceperat quædam.
k *Simile.* ſcilicet generale.
l *Contractum.* quem fecit poſteaquã mutuauit adhuc ei pecuniam. & pro hac pecunia quam ei mutuauit, habuit in pignus omnia bona debitoris generaliter. Accurſius.
m *Cetera bona.* ſ. generaliter obligata poſt ſecundi creditoris obligationẽ, præter ea quæ ſpecialiter pignori accepit. Acc.
n *Ob eã rẽ.* ſ. ꝙ vẽdidit ea pignora in quib⁹ eſt ali⁹ potior. Ac.
o *Actio.* perſonalis aliqua directa. Accur.
p *Contra eum.* ſcilicet primum.
q *Creditori.* ſcilicet ſecundo.

In pari cauſa qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, etiam in quæſitis poſt vtriuſque obligationem. Bartolus.

XXI. S c a e v o l a libro viceſimoſeptimo Dgeſtorum.

T Itius[a] Seiæ ob ſummam qua ex tutela ei condẽnatus erat, obligauit pignori omnia bona ſua, quæ habebat, quæque habiturus eſſet. poſtea mutuatus à fiſco pecuniã, pignori ei res ſuas omnes obligauit, et intulit Seię partem debiti, & reliquam ſummã nouatione facta eidem promiſit: in qua obligatione ſimiliter vt ſupra[b] de pignore conuenit. Quæſitũ eſt, an Seia præferenda[c] ſit fiſco & in illis rebus quas Titius tempore prioris obligationis habuit: item in his rebus quas poſt priorem obligationem adquiſiuit, donec vniuerſum debitum ſuũ conſequatur. Reſpondit, nihil proponi cur non ſit præferenda.

Priuatus habens hypothecã expreſſam, præfertur fiſco & Cæſari poſtea contrahenti. Bartolus.

Negotiatori[d] marmorũ creditor ſub pignore lapidum quorũ pretia vẽditores ex pecunia creditoris acceperãt,[e] numerauit. idẽ debitor, conductor horreorum Cæſaris fuit: ob quorum penſiones aliquot annis non ſolutas, procurator exactioni prępoſitus, ad lapidũ veditionem officiũ ſuũ extendit[f]. Quæſitũ eſt, an iure pignoris eos creditor retinere poſsit. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, poſſe[g].

DE DISTRACTIONE pignorum & hypothecarum.

TITVLVS V.

Secundus creditor in hypotheca non poteſt pignus vendere niſi precedẽte dimiſſoris. ſed ſi vendidit, à præcedente creditore conueniri non poteſt, ſed emptor poterit hypothecaria conueniri. Barto.

I. P a p i n i a n v s libro viceſimoſexto Quæſtionum.

C Reditor qui prædia[h] pignori accepit, & poſt alium creditorẽ, qui pignorũ conuentionẽ[i] ad bona debitoris cõtulit, ipſe quoq; ſimile[k] pactũ bonorum ob aliũ aut eundẽ cõtractũ[l] interpoſuit, ante ſecundũ creditorẽ dimiſſum, nullo iure cetera bona[m] titulo pignoris vẽdidit. B ſed ob eã rem[n] in perſonam actio[o] cõtra eum[p] creditori[q] qui pignora ſua requirit, nõ cõpetit, nec vtilis danda eſt: nec furti rerũ mobiliũ gratia rectè conuenietur: quia propriã cauſam ordinis errore ductus perſecutus[r] videtur: præſertim cũ alter creditor furto poſſeſsionem quę non fuit apud eum, nõ amiſerit.[s] ad exhibẽdum quoq; fruſtra litem excipiet[t]: quia neque poſsidet, neq; dolo fecit vt deſineret poſsidere. ſequitur,[u] vt ſecũdus creditor poſſeſſores[x] interpellare debeat.

C *Licet fideiuſſor emat pignus, tamẽ debitori vel ſecũdo ſoluenti reſtituere cogetur: licet extraneus emptor cogi nõ poſſet. Bar.*

II. I d e m libro ſecundo Reſponſorum.

F Ideiuſſor cõuentus,[y] officio iudicis adſecutus eſt vt emptionis titulo prædiũ creditori[z] pignori datũ ſuſciperet, nihilominus alteri creditori,[a] qui poſtea ſub eodẽ pignore contraxit, offerendæ pecunię quam fideiuſſor dependit, cum vſuris medij temporis facultas erit. nam huiuſmodi venditio, transferendi[b] pignoris cauſa, neceſsitate iuris fieri ſolet.

D *Qui emit à creditore primo, irreuocabiliter poßidet. ſed qui emit à debitore, licet pretiũ ſoluatur primo creditori, poterit cõueniri ſi ſolutum pretiũ ei offeratur. Barto.*

III. I d e m libro tertio Reſponſorum.

C Vm prior creditor pignus iure conuentionis

A r *Perſecutus.* ſcilicet primus creditor in prædijs: argu. ſupra pro ſocio. merito. Accur.
s *Non amiſerit.* vnde ceſſat furti: vt ſ̃. de pręſc. ver. ſi rem. §. fi. Sed cõtra j̃. de fur. ſi is qui rem. in prin. vbi fit furtũ per debitorẽ vendentẽ pignus, quod tamen nunquã tradiderat creditori. ſed ibi loquitur de eo pignore quod ſpecialiter erat obligatũ, hic generaliter: vt argu. C. de ſer. pign. da. l. iij. Item ibi debitor fecit furtũ, de quo non erat veriſimile ꝙ ignoraret ſe obligaſſe: hic creditor qui iuſte poterat alterius factum ignorare, ſi præſumitur: vt hic, & infra. pro ſuo. l. fi.
t *Excipiet.* i. ſuſcipiet.
u *Sequitur.* ſ. ex prædictis.
x *Poſſeſſores.* id eſt emptores hypothecaria actione. nam cõtra primũ fruſtra actione inſtituet: vt dictum eſt. Sed videtur ꝙ nec cõtra poſſeſſorem hypothecaria, ſed cõtra primum creditorem qui vendidit, agere ſecundus debeat in id quod primo ſupereſt: vt ſupra titu. j. l. ſi prior. j. & ij. reſpon. quę eſt contra. Solu. ſ̃. primus creditor idemque tertius iure pignora vẽdidit: & ideo ſecũdus ea vindicare non poteſt. vnde in ſubſidium ſolũ ſuperfluũ quod ex anteriori creditore eſt, petit: vel condic. ex lege, arg. C. de iure deli. l. fi. §. licentia. vel iudicis officio, vel actione in factum. hic autem nullo iure vẽdidit primus idemque tertius creditor cetera bona: & ideo ea vindicare ſecũdus poteſt: vt hæc litera innuit expreſſim. & ideo pretium pignorum nullo iure à priore petit, niſi forte in ſubſidium: vt ſi præſcriptæ ſunt res, vt in re aliena à non domino vendita: vt C. de re. ali. non alie. l. j. potuit autem iure vendere in l. contraria, vt quia auctoritate iudicis vendidit: vt j̃. de acqui po. l. iuſtè. vel ex pacto, vel ex lege. Accur.
y F *Ideiuſſor conuẽtus.* à priore creditore. Accur.
z *Creditori.* priori.
a *Alteri creditori.* ſed & debitori: vt j̃. de fideiuſ. Paulus reſpon. fideiuſſorẽ. & ſ̃. mãd. ſi mandato. §. Paulus. Azo. Item not. hic ꝙ non admittitur vt quilibet: arg. C. de dolo. l. j. ſed arg. contrà. ſ̃. de adop. ſi pater. §. qui duos. A d d i t i o. Dic ſecundum Bar. quòd hic fides debita ratione conuentionis, hoc eſt mandati, hoc impedit: quod dic vt plene no. per doc. in l. j. C. de dolo.
b *Transferendi.* id eſt quod debet trãsferri ex neceſsitate iuris. habet enim creditor neceſſe trãsferre pignora in fideiuſſorẽ ſi ab eo pecuniã exigat: vt hic, & C. de fideiuſ. l. ij. Acc.
C *Vm prior.* C a s v s. Si duobus ſucceſsiue rẽ meã obligaui, & primus vẽdidit: an obligatio pignoris ſecundo creditori

vendidit, ſecundo creditori nō ſupereſſe ius offerēdæ pecuniç cōuenit.[a] ſi tamē debitor non interueniēte creditore[b] pignus vēdiderit, eiuſque pretiū priori creditori ſoluerit, emptori poterit offerri[c] quod ad aliū[d] creditorē de nūmis eius peruenit, et vſurę medij temporis. Nihil enim intereſt, debitor pignus[e] datum vendidit,[f] an denuo[g] pignori obliget.

B

Non poteſt pignus vendi antequam debitor ſit in mora ſoluendi. Hoc dicit notanter iſta lex. Bartolus.

IIII. IDEM libro vndecimo Reſponſorum.

CVm † ſoluendę pecunię dies pacto profertur, cōueniſſe videtur, ne prius vēdendi pignoris poteſtas exerceatur.[h]

Creditor poteſt vendere pignus pro eo quod ſibi debetur, et pro eo quod priori obtulit creditori. Barto.

V. MARCIANVS libro ſingulari ad Formulam Hypothecariam.

CVm ſecundus creditor oblata priori pecunia, in locum eius ſucceſſerit, venditionem ob pecuniam ſolutam[i] & creditam rectè facit.[k]

C

Secundus creditor, vel fideiuſſor, nō emit irreuocabiliter. h. d. Idem dicit in l. ſequenti. Bartolus.

Si ſecundus creditor vel fideiuſſor ſoluta[l] pecunia pignora ſuſceperint, rectè eis offertur:[m] quamuis emptionis titulo ea tenuerunt.

VI. MODESTINVS libro octauo Regularum.

CVm poſterior creditor à priore pignus emit: non tam adquirendi dominij, quàm ſeruandi pignoris ſui cauſa intellegitur pecuniam dediſſe: & ideo offerri ei à debitore poteſt.[n]

D

Si creditor iuſtè pignus vendidit extraneo, non poteſt debitor recuperare non niſi ex pacto, vel ratione minoris ætatis. Barto.

VII. MARCIANVS libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

SI creditor pignus vel hypothecā vendiderit hoc pacto, vt liceat ſibi reddere pecuniā, & pignus recuperare: an ſi paratus ſit debitor reddere pecuniā, cōſequi id poſſit? Et Iulianus libro vndecimo Digeſtorū ſcribit, rectè quidem diſtractū eſſe pignus[o]: ceterùm agi poſſe cum creditore, vt ſi quas actiones habeat, eas cedat debitori[p]. Sed quod Iulianus ſcribit in pignore, idem & circa hypothecam[q] eſt. Illud inſpiciendum eſt, an liceat debitori, ſi hypotheca venierit, pecunia ſoluta eā recuperare. Et ſi quidem ita venierit, vt ſi intra certum tempus à debitore pecunia ſoluta fuerit, emptio reſcindatur: intra illud tempus pecunia ſoluta recipit hypothecā. Si verò tempus preterijt, aut ſi non eo pacto res venierit, non poteſt reſcindi venditio: niſi minor ſit annis vigintiquinque[r] debitor, aut pupillus, aut reipublicæ cauſa abſens[s] vel in aliqua earum cauſarum erit, ex quibus edicto[t] ſuccurritur.

Pactum de non vendendo appoſitum ab eo qui habet ius in re, impedit venditionē. h. d. ſecundum veram lecturam. Bart.

Quæritur, ſi pactū ſit à creditore, ne liceat debitori hypothecā vendere vel pignus, quid iuris ſit: & an pactio nulla ſit talis, quaſi cōtra ius ſit poſita, ideoque veniri poſſit. Et certum eſt, nullā eſſe venditionem[u], vt pactioni ſtetur.

Poteſt creditor vnum eligere ex pignoribus quod voluerit vt vendat. h. d. quod nota, quia eſt contra opinionem ruſticorum. Bartolus.

VIII. MODESTINVS libro quarto Regularum.

CReditoris arbitrio permittitur, ex pignoribus ſibi obligatis, quibus velit diſtractis, ad ſuum commodum peruenire.

Venditio non liberat debitorē, niſi pretio creditori ſoluto. Bartolus.

IX. PAVLVS libro tertio Quæſtionum.

A tori locum habeat, quæritur. Et reſpon. quòd non. ſi autem ego debitor diſtraxero, & primo creditori pretium in ſolutum dedero, & ſecundus creditor offerat pretium emptori, quod primo creditori ſoluit cum vſuris: an ſit audiendus ſi velit pignora recuperare, quæritur. Et reſpon. quòd ſic: neq; refert vtrum eam obligauerit vel vendiderit debitor.

a *Conuenit.* inter ſapientes: vt C. ſi antiq. credi. l. j. in prin. & l. ij. Accur.

b *Creditore.* ſcilicet primo.

c *Offerri.* à ſecundo creditore ſcilicet: & debebit ad hoc vt poſſit ſecundus creditor habere pignus: vt C. ſi anti. credi. pig. vendi. l. j. ij. reſpon.

d *Ad alium.* ſcilicet primum.

e *Pignus.* duobus ſucceſsiue obligatum.

f *Vendidit.* & pretium ad primum creditorē peruenit.

g *Denuo.* id eſt tertio loco. & pecunia tertij perueniat ad primum. nā in vnoquoque caſu ſupereſt ſecundo creditori ius offerendi pecuniam: vt hic, & C. de his qui in prio. cre. loc. ſu. l. ſi potiores. & ſupra titu. j. l. qui à debitore. & l. ſi prior. §. à Titio. & §. ſi tertius. Sed quæritur, an cogatur offerre ſecundus creditor tertio, vel emptori quando non fuit pactum vt loco primi tertius creditor vel emptor ſuccedat? Reſpō. non. nam cum tertius creditor nō paciſcatur vt in ius prioris ſuccedat, ſecundus eo potior eſt: vt ſupra quæ res pig. ob. poſ. l. Ariſto. & C. de his qui in prio. cre. lo. ſuc. l. j. non ergo cogitur offerre ſecundus tertio creditori vel emptori: ſed ſine aliqua obligatione habebit pignus. poteſt tamen offerre ſi vult. Vel dic de æquitate dari exceptionem tertio, vel emptori poſsidenti: vt infra titu. j. l. j. j. reſpon. licet non habeat hypothecariam: vt ſupra titu. j. l. iij. §. j. quod non placet.

† Iſta lex ſecundum Bar. ad hoc ſemper allegatur, quod dilatio conceſſa ſuper principali, cenſetur cō ceſſa ſuper acceſſorio.

h CVm *ſoluendæ. Exerceatur.* vt & ſupra de pac. item quia conuentiones. Sed cōtra ſupra de pig. l. quęſitum eſt. j. reſpon. Solu. hic negat vēditionem: ibi permittit vindicationem. Vel ſol. vt ibi. Accurſius.

CVm *ſecundus.*} CASVS. Secundus creditor ſi pecuniam priori ſoluat, & in locum eius ſuccedat: non ſolùm propter pecuniam, quam ſoluerit, ſed quam debitori credidit, rem obligatam diſtrahere poteſt. {SI SECVNDVS.} Re ſucceſsiue tribus obligata, & fideiuſſore apud primum interueniente: ſi fideiuſſor vel creditor ſecundus primo creditori pecuniam ſoluit, tertio dabitur facultas offerendi pecuniam. licet titulo emptionis rem alter aſſecutus fuerit. Viuianus.

i *Solutam.* ſcilicet priori creditori. Accur.

k *Facit.* vt ſupra tit. j. l. ſi prior. §. ſciendum.

l *Soluta.* priori creditori.

m *Offertur.* ab alio creditore: vt ſupra eo. l. ij. & C. de dolo. l. j. & ſupra manda. l. ſi mandauero. §. Paulus. & infra de fideiuſ. l. Paulus.

CVm *poſterior.*} CASVS. Si ſecundus creditor emit pignus à priore, non acquirit ſibi dominiū pignoris: ſed debitor offerēdo pecuniam habebit pignus ſuum.

n *Poteſt.* vt & ar. ſ. cō. diui. l. communi diuidundo. ij. §. inter eos. Accur.

SI *creditor.*} CASVS. Creditor vendidit pignus cū pacto quòd rehaberet ſi pretium redderet. an debitor offerēdo emptori pretium, debeat habere pignus? Dicitur quòd nō poteſt cogere emptorem: tamen poteſt agere contra creditorē, vt ſibi cedat actiones ſuas contra emptorem. Cetera plana ſunt vſque ad l. creditoris. Viuia.

o *Eſſe pignus.* vt & C. ſi anti. cre. pig. ven. l. j. in prin. Accur.

p *Cedat debitori.* ſed & ipſe debitor actionem in factum habeat: vt ſ. de pign. act. ſi cum vēderet.

q *Hypothecam.* differunt autem, cum pignus quod ad creditorem tranſit, hypotheca verò quæ non tranſit, dicatur: vt ſupra de pigne. actio. ſi rem. §. pignus. Accur.

Pignus & hypotheca differunt.

r *Annis. xxv.* iure ætatis reſtituitur, ſi enorme damnum patiatur: vt C. ſi aduer. ven. pign. l. j. & ſupra de minori. l. ſi ex cauſa. in prin.

s *Abſens.* vt C. de reſti. min. l. ſi cum militaribus. Accur.

t *Edicto.* quod eſt ſ. ex qui. cau. maio. l. j.

u *Venditionem.* ſi habes venditionem, valet pactum. Et ſic eſt contra ſupra de pact. l. nemo. Solu. ibi non intereſt paciſcētis, hic ſic. Item eſt contra ſupra de pign. act. l. iiij. Sed ibi de creditore, quòd poſsit cōtra pactionem vendere, dicit: quia aliàs nihil ſibi valeret pignus. hic autem de debitore. Si autem habes pactionem vel conuentionem, vt quidam libri habent, planum eſt. & pro hac infra de preca. l. cum precario.

CReditoris.} CASVS. Habebam plura pignora mihi obligata ſub pacto quòd poſſem vendere in defectum ſolutionis. Dicitur hic quòd poſſum vendere quæ volo, vt meū conſequar. Cetera plana ſunt vſque ad l. & ſi is. Viuianus.

Quæſitum

QVæſitū eſt, ſi creditor ab emptore pignoris pretiū ſeruare nō potuiſſet, an debitor liberatus eſſet. Putaui, ſi nulla culpa imputari creditori poſsit,[a] manere debitorē obligatū: quia ex neceſsitate facta vēditio non liberat debitorē, niſi pecunia percepta.[b]

Pactum de ſuperfluo non ſoluendo creditori, eſt ſuperfluum: quia tacitè ineſſe intelligitur. Bartolus.

Pomponius autē lectionū libro ſecundo ita ſcripſit: B Quod in pignoribus dandis adijci ſolet, vt quo min⁹ pignus veniſſet, reliquū debitor redderet, ſuperuacuū eſt: quia ipſo iure ita ſe res habet etiam non adiecto eo.[c]

Creditor non tenetur de euictione: ipſe tamen non poteſt euincere. Bartolus.

X. IDEM libro ſexto Reſpōſorum.

ET ſi is qui lege pignoris emit, ob euictionem rei redire ad venditorem nō poteſt:[d] tamen non eſſe audiēdum creditorem, qui fundū vēdidit, ſi velit eiuſdem rei ex alia cauſa[e] quæſtionem mouere.

Diuiſio coheredum non impedit ius creditoris pignus vēdere volentis. h.d. Vel ſic, Illi in quem transfertur ius nouum, transfertur ius vendendi pignora. Bart.

XI. SCAEVOLA libro primo Reſponſorum.

ARbiter diuidēdæ hereditatis cum corpora hereditaria diuiſiſſet, nomina quoq; cōmunium debitorū ſeparatim ſingulis in ſolidū adſignauit.[f] Quæſitū eſt, an debitoribus ceſſantibus,[g] ꝓ ſolido pignus vēdere quiſq; poteſt. Reſpondi, poſſe.

Creditor poteſt emere pignus à debitore. hoc dicit Bartol.

XII. TRYPHONINVS libro octauo Diſputationum.

REſcriptum eſt ab imperatore, libellos[h] agente Papiniano, creditorem à debitore pignus emere poſſe,[i] quia in dominio manet debitoris.

Quicquid ex re pignorata vel eius occaſione cōſequitur creditor, pignus extenuat, ſi id irreuocabiliter cōſequitur. aliàs debitoris liberatio ex futuro pēdebit euētu. Bar.

Si aliena[k] res pignori data fuerit, & creditor eā vendiderit: videamus an pretium quod percepit creditor, liberet debitorem perſonali actiōe pecuniȩ creditȩ. Quod vere reſpōderetur, ſi ea lege vendidit, ne euictionis[l] nomine obligaretur: quia ex contractu & qualiquali obligatione[m] à debitore interpoſita, certè ex occaſione eius redactū id pretiū æquius proficeret debitori, quā creditoris lucro cederet.[n] ſed quantum quidem ad creditorem, debitor liberatur:[o] quantū verò ad dominū rei, ſi necdum pignus euictū eſt, vel ad emptorem,[p] poſt euictionem ipſi debitor vtili actione tenetur:[q] ne ex aliena B iactura ſibi lucrū adquirat. Nā & ſi[r] maiores fructus fortè petens à poſſeſſore[s] creditor abſtulit, vniuerſos in quantitatem debitā acceptò ferre debebit.[t] Et cum per iniuriā[u] iudicis domino rem quæ debitoris nō fuiſſet, abſtuliſſet creditor quaſi obligatā[x] ſibi, & quæreretur an ſoluto debito reſtitui eam oporteret debitori, Scæuola noſter reſtituendam probauit.[y] Quòd ſi non ita vendidit, vt certū ſit omnimodo apud eū pretiū remāſurum, verùm obligatus eſt ad id C reſtituendū:[z] arbitror interim quidem nihil à debitore peti poſſe, ſed in ſuſpēſo haberi liberationem. Verum ſi actione ex empto cōuentus præſtitiſſet creditor emptori, debitum perſequi eum à debitore poſſe: quia apparuit non eſſe liberatum.[a]

Creditor tenetur iura cedere. & poſſeſſionem tradere. h.d. & eſt fortis lex. Barto.

XIII. PAVLVS libro primo Decretorum.

o *Ignorauit*. quoquo modo ignorauit: vt nota. s. de cõtrahẽ. empt. cũ vẽderes. Alij dicũt ſi probabiliter ignorauit, non tenetur, niſi affirmauerit abeſſe.
p *Teneri*. ſ. ex empto quãto minoris empturus erat ſi ſciſſet: vt s. de ac. empt. Iulianus. cir. princ. vel redhibitoria, ſi corporis eſt vitium.
q *Neque enim intereſt*. quo ad hoc edictũ: ſed quo ad actionem ex empto intereſt: vt ſupra de acti. empt. l. Iulianus. in princ.
r *Ad venditiones*. vt C. de reſcin. ven. l. quiſquis.
s *Reſpublica*. alicuius ciuitatis. cũ loco priuati ſit: vt j. de verb. ſig. eũ qui vectigal. Acc.

† *Facit ad hunc text. c. cũ ſit ars. cũ glo. ſuper ver. deprehẽdi. extra de æta. & qualit.*

† *Vide quæ in hanc rem ſcribit Cic. Tuſc. lib. 4.*

t *Si intelligatur vitium*. ab emptore per ſeipſum: vt s. de contrahen. empt. l. ea quæ. & infra eo. l. ſi tamen. §. ei. & §. in ædilicijs. & j. eo. l. quæritur. § fin.
u *Corporis*. ſcilicet mancipij, vel etiam liberi hominis. nam generalis eſt definitio.
x *Dedit*. vt infra de re iudi. l. quæſitum. §. ſonticus.
y *Balbus ſit*. hoc eſt contra. j. eo. l. idẽ Ofilius. §. fi. Sol. vt ibi.
z *Dixiſſe*. id eſt eandẽ ſententiã diuerſis verbis. nam quicquid eſt morbi eſt vitium, & econtra in edicto. ſed ſecundũ Sabi. nomine morbi debilitas corporis, nomine vitij debilitas animi ſignificatur. Eſt & alia differentia, quia morbus eſt imbecillitas corporis temporalis: ſed vitium eſt perpetuum corporis impedimentum: vt j. de ver. ſig. l. inter ſtuprum. §. verum.
a *Morbi*. pro corporali tantum ponitur.
b *Iam ſperni*. vt j. eod. ob quæ. §. fi. & j. de re iudi. quæſitũ. §. poteſt. Et arg. j. de iniur. l. itẽ apud. §. quæſtionem.
c *Inter fanaticos*. id eſt inter eos qui malis ſpiritibus capti ſunt. & plerũque in fano Miſeriæ morantur. hic autem non erat captus, ſed ita ſimulabat. Vel vocat fanaticos eos q in fana, id eſt templa (vt in legenda beati Bartholomæi) dãt reſponſa, vt aliquos decipiãt, & inducãt eos ad aliquid credendum.ª
d *Hunc ſanũ eſſe*. corpore, ſed non animo. & ſic ceſſat redhibitoria.
e *Alioquin*. i. ſi omne vitium animi induceret redhibitionem.
f *Promitti*. cũ de morbo & vitio repromittimus: vt j. eo. ob quæ. §. & videtur.
g *Vitiare*. & hoc caſu habet locum redhibitio: vt j. e. tit. l. ob quę. §. j.
h *Oporteret*. quod eſt in duob⁹ caſibus tãtũ, aliàs regulariter non.
i *Ex empto*. redhibitoria: vt s. ea. l. §. aiunt. & §. quod ſi. & j. eo. l. ob quæ. in princip. & §. in ſumma. Vel dic ex empto ciuili ad intereſſe. & ex hoc. & j. proxi. §. idẽ Viuian⁹. & ex hoc edicto nõ agitur, quia ciuili quãdoq; fit redhibitio: vt no. s. de act. emp. & vend. l. ex empto. §. redhibitionem. Item dic differentiam inter quanto minoris ciuilem, & prætoriam: vt not. ſupra de act. empt. & vend. Iulianus.

† *Vide Gelliũ li. 4. c. 2.*
* *i. tabes.*
* *Flo. itaq.*
Morbi & vitiũ nomine quid cõtineatur.
* *id eſt de eadem re.*
ª *Fanatici qui dicãtur pulchrè Beda. lue.*

Bacchatus.

A teneri. Idē Viuianus ait: quāuis aliquando quis circa fana bacchatus [a] ſit, & reſponſa reddiderit: [b] tamen ſi nunc hoc non faciat, nullū vitium eſſe, neq; eo nomine, quòd aliquando id fecit, actio eſt: ſicuti ſi aliquando febrem habuit. Ceterum ſi nihilo minus permaneret [c] in eo vitio, vt circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret: etiam ſi per luxuriā [d] † id factum eſt, vitium tamē eſſe, ſed vitium animi, non corporis: ideoq; redhiberi non poſſe: [e] quoniam ædiles de corporalibus vitiis loquuntur: attamen ex empto actionem admittit. Idem dicit etiam in his qui præter modum timidi, cupidi, [f] auarique [g] ſunt, aut iracundi.

II. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

VEl melancholici.

III. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

VEl proterui, vel gibberoſi, vel curui, [h] vel pruriginoſi, [i] vel ſcabioſi, [k] item muti, [l] & ſurdi.

IIII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

OB quę vitia negat redhibitionem eſſe: ex empto [m] dat actionē. Sed ſi vitiū corporis vſq; ad animū penetrat, fortè ſi propter febrē loquātur aliena, vel qui per vicos more inſanorū † deridenda loquātur: in quo ſi animi vitiū ex corporis vitio accidit, redhiberi poſſe. [n] Item aleatores & vinarios non cōtineri edicto, quoſdā reſpōdiſſe Pomponius ait: quemadmodum nec guloſos, nec impoſtores, [o] aut mendaces, aut litigioſos. Idem Pomponius ait, quamuis non valide ſapientem ſeruum venditor pręſtare debeat: tamē ſi ita fatuum vel morionem vendiderit, vt in eo vſus nullus ſit, [p] videri vitium. Et videmur hoc iure vti, vt vitij morbique [q] appellatio non videatur pertinere niſi ad corpora. Animi autem vitium ita demū [r] præſtabit venditor, [s] ſi promiſit: [t] ſi minus, non: [u] & ideo nominatim de errone & fugitiuo excipitur. [x] hoc enim animi vitium eſt, nō corporis. vnde quidam iumenta pauida & calcitroſa morboſis non eſſe adnumeranda dixerūt [y]. animi enim, non corporis hoc vitium eſſe. In ſumma ſi quidem animi tantū vitium eſt, redhiberi non poteſt: niſi ſi dictum eſt hoc abeſſe, & nō abeſt. ex empto tamē agi poteſt, ſi ſciens [z] id vitium animi reticuit. Si autē corporis ſolius vitium eſt, aut & corporis & animi mixtū vitiū, redhibitio locū habebit. Illud erit adnotādum, quòd de morbo generaliter ſcriptum eſt, non de ſontico [a] morbo. nec mirū hoc videri Pomponius ait. [b] nihil enim ibi [c] agitur de ea re cui hic ipſe morbus obſtet [d]. Idem ait, nō omnē [e]

B morbum dare locū redhibitioni: vt puta leuis lippitudo, aut leuis dentis auriculæve dolor, aut mediocre vlcus. [f] non deniq; febriculam quantulam libet ad cauſam huius edicti pertinere.

V. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

ET quātum intereſt inter hæc vitia quæ Græci κακοήθειαν* dicunt interque πάθος, aut νόσον, aut ἀῤῥωστίαν: tantum inter talia vitia, & eum morbum ex quo quis minus aptus vſui ſit, differt.

VI. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

C POmponius rectè ait, non tātùm ad perpetuos morbos, verū ad tēporarios quoque hoc edictum pertinere.

Trebatius ait impetiginoſum [g] morboſum non eſſe, ſi eo membro vbi impetigo eſſet, æquè rectè vtatur. Et mihi videtur vera Trebatij ſententia. Spadonem [h] † morboſum non eſſe, neq; vitioſum, verius mihi videtur: ſed ſanum eſſe, ſicuti [i] illum qui vnum teſticulum habet, qui etiam generare poteſt.

VII. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

D SIn autem quis ita ſpado eſt, vt tam neceſſaria pars corporis ei penitus [k] abſit, [l] morboſus [m] eſt.

VIII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

SI cui lingua abſciſa ſit, an ſanus eſſe videatur, quæritur. Et extat hæc quæſtio apud Ofiliū, relata apud eum in equo. [n] ait enim hunc videri non eſſe ſanum.

IX. IDEM libro quadrageſimoquarto ad Sabinum.

MVtum morboſum eſſe Sabinus ait. [o] Morbum enim eſſe, ſine voce eſſe, apparet. Sed qui grauiter † loquitur, morboſus non eſt, [p] nec qui ἀσαφῶς.* Plane qui ἄσημος* loquitur, hic vtique morboſus eſt.

X. IDEM libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

IDem Ofilius ait, ſi homini digitus ſit abſciſus, membríve quid laceratū: quāuis conſanauerit,

a *Bacchatus.* [a] id eſt occupat⁹, vel Baccho inebriatus. Accur.
b *Reſponſa reddiderit.* talia vt faciunt ebrij.
c *Permaneret.* licet nō cōtinue faceret. idē ſi continue quo ad hoc edictum, cum fuit animi vitium.
d *Per luxuriam.* proprie. Vel dic propter abuſum vini nimium. cuiuſq; enim rei abuſio dicitur luxuria: vt j. de dam. infec. l. ex damno. Accur.
e *Non poſſe.* Sic ergo no. quòd propter vitia animorum non agitur redhibitoria.
f *Cupidi.* in acquirendo.
g *Auari.* in retinēdo.
h VEl *proterui. Curui.* quia curuum habent corpus retro, nó rectum, & directo diſpoſitum.
i *Pruriginoſi.* id eſt ſcabioſi, qui ardorē carnis patiuntur.
k *Scabioſi.* dum tamen perdāt vires corporis.
l *Muti.* hoc contra eſt infra eo. l. mutum. Sol. hic de muto ex natura, ibi de muto ex morbo. Vel hic de tarde loquente, ibi de nullo modo loquente.
m OB *quæ vitia. Ex empto.* i. quanto minoris res eſt: quę eſt prætoria, non ciuilis.
n *Poſſe.* propter vitiū corporis, non dico animi.
o *Impoſtores.* qui imponunt aliquid alicui.
p *Nullus ſit.* & ſic non eſſet empturus: vt infra de exec. rei iudi. ſi is qui. §. j.
q *Morbiq́ue.* ſimul accepti. Accurſius.
r *Demum.* forte aliud eſt in iumentis: vt j. e. l. ædiles aiunt. in prin. & l. bouem.
s *Venditor.* ex hoc edicto. aliud in actione ex empto: vt s. eod. l. j. in fin. & §. proxi.
t *Si promiſit.* ſcilicet expreſſe, non in genere vitij morbique.
u *Si minus, non* prǽſtatur. ſ. vt propter id fiat redhibitio: præſtatur tamen per actionem ex empto, quanto minoris res eſt: vt in principio huius l.
x *Excipitur.* id eſt ſeparatim in edicto ponitur. Item de quibuſdā aliis animi vitiis: vt s. eod. l. j. §. item ſi quod mancipium.
y *Dixerunt.* ſed male forte, vt modo dixi, per l. j. eo. l. bouem. in princ.
z *Si ſciens.* ſed ignorans tenetur ob vitia quæ non oportuit ignorare: vt s. de ac. em. l. tenetur. & s. e. l. j. §. itē ſi quod mancipium. & §. cauſam huius edicti. Azo. ſubaudi ergo hic maxime.
a *Non de ſontico.* ſcilicet tantum.
b *Pomponius ait.* quod ſcilicet nō eſt dictum de ſontico tantum.
c *Ibi.* id eſt in edicto.
d *Obſtet.* qui talis dicitur ſonticus: vt j. de verb. ſignif. l. morbus. & j. e. l. ſi. §. quotiens.
e *Non omnem.* vt ſupra eo. l. j. §. proinde.
f *Vlcus.* innatum, ſed vulnus dicitur illatū.
g POmponius. *Impetiginoſum.* i. lēticulis, vt ita dicam, plenum.
h *Spadonem.* de vno teſticulo. Accurſius.
i *Sicuti.* exemplificatiue, non ſimilitudinariè.
k SIn autē. *Penitus.* de vtroq; teſticulo.
l *Abſit.* quia ambo ſunt vitioſi. Accur.
m *Morboſus.* in iumentis enim aliud dicitur: vt j. e. l. ædiles aiunt. §. ſed enim. Sed in ſeruo videtur. contra: vt s. ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. & ſi puerū. vbi dicitur quòd pretioſior eſt. Sol. illud in quibuſdā partibus. & licet pretioſior ſit alicui ſpadatus, non tamen ſequitur, ergo nō eſt vitioſus. nam forte expedit vitioſum habere propter dominas forte: vt argu. inſti. de act. §. præterea.
n SI cui. *In equo.* i. de equo quæ habebat linguam abſciſam.
o MVtum. *Sabinus ait.* hoc eſt cōtra. s. eod. l. vel proterui. Sol. vt ibi.
p *Non eſt.* vt inſtitut. qui teſta. facere poſſunt §. penult.

Bacchatus, id eſt Baccharum more lymphatice vaticinatus. Bu. hic.

† Vide in hunc locum Ant. Aug. li. 4. ca. 11.

† Illuſtris doct. Fran. de Are. in l. 1. in §. fi. pe. col. j. de ver. ob. iſtū tex. reputauit ſin. ad hoc, q̀ ille qui in publico loco loquitur verba deriſoria & contemnēda, praſumitur fatuus. Bo.

** Cicero in Tuſculanis quæſti. nomina iſta græca reddidit. vitioſitatē, perturbationem, morbum, ægrotationem. Vide Alci. lib. Diſpūc. 2. cap. 15.*

† In hunc locum vide Cælium Rhodiginum li. 7. cap. 49. & Ant. Augu. Emen. li. 3. cap. 5. & li. 4. ca. 17.

† Vide Alcia. lib. Diſpunc. 2. cap. 15.

** Id eſt obſcura voce & obtuſa.*

** i. ſine vlla ſignificatione vocis.*

A ſi tamen ob eam rem eo minus vti poſsit, non videri ſanum eſſe. Catonem quoque ſcribere lego, cui digitus de manu aut de pede præciſus ſit, eũ morboſum eſſe: quod verum eſt ſecundum ſupra ſcriptã diſtinctionem. Sed ſi quis plures digitos habeat, ſiue in manibus, ſiue in pedibus: ſi nihil impeditur numero eorũ, nõ eſt in cauſa redhibitionis: propter quod nõ illud ſpectãdum eſt, quis numerus ſit digitorũ, ſed an ſine impedimẽto vel pluribus vel paucioribus vti poſsit. B De myope[a] * quæſitũ eſt, an ſanus eſſet. Et puto eũ redhiberi poſſe. Sed & νυκτάλωπα morboſum eſſe cõſtat, id eſt vbi homo neq; matutino tẽpore videt, neq; veſpertino: quod gen⁹ morbi Greci vocãt νυκτάλωπα. Luſcitionem[b] eã eſſe quidã putant, vbi homo lumine adhibito[c] nihil videt. Quæſitum eſt, an balbus, & bleſus, & atypus,[d] iſque qui tardius loquitur, & varus,[e] & vatius[f] ſanus ſit. Et opinor eos ſanos eſſe.[g]

XI. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

C Vi dens abeſt, non eſt C morboſus. † Magna[h] enim pars hominum aliquo dente caret, neq; ideo morboſi ſunt, præſertim cũ ſine dentibus naſcimur: nec ideo minus ſani ſumus donec dentes habeamus: alioquin nullus ſenex ſanus eſſet.

XII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

Q Vi clauum[i] habet, morboſus eſt: ſed & polypoſus.[k] Eum qui alterum oculũ, aut alterã maxillã maiorẽ habet: ſi rectè iis vtatur, ſanũ videri Pedius ſcribit. Ait D enim inæqualitatẽ maxillarũ, oculorum, brachiorum, ſi nihil ex miniſterio præſtãdo ſubtrahit, extra redhibitionẽ eſſe. Sed & latus vel crus breuius poteſt adferre impedimẽtum. ergo & hic erit redhibendus. Si quis natura gutturoſus[l] ſit, aut oculos eminentes habeat, ſanus videtur. Item ſciendum eſt, ſcæuam† non eſſe morboſum vel vitioſum, præter quam ſi imbecillitate dexteræ[m] validius ſiniſtra vtitur. ſed hunc non ſcæuam, ſed mancum eſſe. Is cui os oleat, an ſanus ſit, quęſitum eſt. Trebatius ait, non A eſſe morboſum, os alicui olere, veluti[n] hircoſum[o], ſtrabonem[p]. hoc enim ex illuuie oris accidere ſolere. ſi tamen ex corporis vitio id accidit, veluti quòd iecur, quòd pulmo aut aliud quid ſimiliter dolet*, morboſus eſt.

XIII. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

ITem clodus* morboſus eſt.

XIIII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

Q Væritur de ea muliere* quæ ſemper mortuos parit, an morboſa ſit. Et ait Sabinus, ſi vuluæ vitio hoc B contingit, morboſam eſſe. Si mulier prægnãs venierit, inter omnes conuenit ſanam eam eſſe[q]. Maximum enim ac præcipuum munus fœminarũ eſt, concipere, ac tueri cõceptum[r]. Puerperã[s] quoq; ſanam eſſe, ſi modò nihil extrinſecus accidit quod corpus eius in aliquã valetudinẽ immitteret. De ſterili Cęlius diſtinguere Trebatium dicit, vt ſi natura ſterilis ſit, ſana ſit: ſi vitio corporis, cõtra. Item de eo qui vrinã facit[t], quæritur. Et Pedius ait, non ob eam rem ſanum non eſſe, C quòd in lecto ſomno vinoq; preſſus, aut etiam pigritia ſurgendi, vrinam faciat. ſin autẽ vitio veſicæ collectum humorem continere nõ poteſt: non quia vrinã in lecto facit, ſed quia vitioſam veſicã habet, redhiberi poſſe, & veri⁹ eſt. Quod Pedius idem ait. Si vua[u] alicuius præciſa ſit: tollere magis, quam præſtare redhibitionem, quòd morbus[x] minuitur. Ego puto, ſi morbus deſinit[y], non eſſe redhibitioni locum. ſin autem vitium perſeueret, redhibitionem locum habere. Si quis digitis coniunctis naſcatur, non videtur ſanus eſſe: ſed ita demum, ſi incommodatur ad D vſum manus[z]. Mulierem[a] ita artam, vt mulier fieri non poſsit[b], ſanam non videri conſtat. Si quis ἀντιάδας[c] * habeat, an redhiberi quaſi vitioſus poſsit, quæritur. Et ſi ἀντιάδες hæ ſunt quas exiſtimo, id eſt inueteratas, & qui iam[d] diſcuti[e] non poſsint faucium tumores: qui ἀντιάδας habet, vitioſus eſt[f]. Si venditor nominatim exceperit[g] de aliquo morbo, & de cetero ſanum eſſe dixerit, aut promiſerit: ſtandum eſt eo quod conuenit. Remittentibus[h] † enim actiones ſuas, non eſt regreſſus dandus, niſi ſciens[i] venditor morbum conſultò reticuit, tũc enim dandam eſſe de dolo malo replicationẽ. Si nominatim morbus exceptus non ſit, talis tamen morbus ſit qui omnibus potuit apparere, vtputa cæcus homo venibat, aut qui cicatricem euidentem & periculoſam habebat vel in capite, vel in alia parte[k] corporis, eius nomine non teneri Cæcilius ait, perinde ac ſi nomi-

a ITem Ofilius. De myope. id eſt caudato ad modum muris: vt dicunt quidam. ſed magis eſt vt de hydropico dicat. ab hydor, quod eſt aqua: quia inflatus eſt, ac ſi eſſet plenus aqua.
b Luſcitionem. & hoc vitiũ eſt: arg. j. de verbo. ſign. l. inter ſtuprum. §. verum eſt.
c Adhibito. ante oculos. Accurſius.
d Atypus. qui præpoſtere loquitur.
e Varus. à varietate ſermonis: quia infinita effundunt verba.
f Vatius. nomina eorum qui nequeunt recte pronuntiare. & poteſt dici vatius, qui nimis citò loquitur: ita quòd vix intelligatur, & ita nimis cito vadit ei lingua. Vel dicitur à vaticinando: quia ſimplicia verba quaſi ſomnia referunt. Alij dicunt vatium, qui infirmus eſt pedibus. Accurſius.
g Sanos eſſe. balbus ſanus eſt corpore: vt hic dicitur: vitioſus tamẽ eſt in animo: vt ſ. eo. l. j. §. ſed ſciendum.
h CVi dens. Magna. non maior, & eſt mala ratio, quia & fugitiui multi ſunt: agitur tamen pro eis.
i QVi clauum. id eſt apoſtema.
k Et polypoſus. id eſt qui carnem ſuperfluã habet in naribus, ſic dictus à quodam piſce qui dicitur polypus à pluralitate pedum: à polys quod eſt multus, & pedibus: & profertur penultima correpta. vnde verſus: Polypus eſt piſcis, polypus fœdatio naris.
l Si quis natura gutturoſus. à gutture quod inflatam gulam habet.
m Dextræ. id eſt qui vtitur dextra vt ſiniſtra.
n Veluti. ſimilitudinariè. Accurſius.
o Hircoſum. fœtet enim vt hircus.
p Strabonem. qui toruo lumine videt.[a]
q QVæritur. Sanam eſſe. No. nõ ideo quòd mulier prægnãs eſt, morboſa eſt. Ioan. vt & ſ. ſi quis cau. l. ij. §. ſi vero propter. & hoc eſt verum ſecundum Azo. etiam ſi vitium in corpore haberet aliàs.
r Conceptum. vt C. de indic. viduit. l. ij.
s Puerperam. quæ recens eſt à partu: vt infra de verb. ſigni. l. illa verba. §. optimus.

t Vrinam facit. ſcilicet in lecto.
u Si vua. i. ligula, vt ſic loquar, quæ vulgo vuola dicitur.
x Morbus. prior.
y Deſinit. propter inciſionem.
z Manus. non aliàs: vt ſ. de ſta. ho. l. non ſunt liberi. & ſ. eo. l. idem Ofilius. & l. qui clauũ. §. j. Accurſius.
a Mulierem. Not. hic ponitur mulier ꝓ corrupta: vt j. de verb. ſignifi. l. mulieris. aliàs pro incorrupta: vt j. de aur. & argen. leg. argu. §. muliebri.
b Non poſsit. per viri vel per naturæ potentiam.
c Antiades. i. fauciũ tumores: vt ſcrophulæ.
d Et qui iam. repete, & ſi ſunt faucium &c. Azo.
e Diſcuti. i. auelli.
f Vitioſus eſt. ideo ſcilicet Azo.
g Exceperit. ſentiens ſe nolle de eo teneri.
h Remittentibus. ſcilicet emptoribus.
i Niſi ſciens. hoc intelligo eo caſu, quando diſsimulabat venditor morboſum eſſe, vel negabat. dicebat tamẽ in vtroq; caſu ſe nolle teneri huius morbi nomine, ſi apparuerit eum adeſſe: vt ſ. de ac. em. l. j. §. fi. & ſ. de here. ven. l. quòd ſi in vẽditione. & l. hoc autẽ. Et argu. ſ. de act. emp. l. Iulianus. §. j. ſi autem morbum talem dicat ineſſe, repellitur emptor: vt hic, & ſ. de pac. l. paciſci.
k Parte. euidẽti. aliàs ſecus: vt inſtit. quibus mo. tute. fin. in prin.

Vatius quid ſit.

* μύωψ. id eſt luſcioſus, qui plus veſperi quã meridie videt.

† Hũc locũ bonamq; huius edicti partẽ explicat Gel. lib. 4. Noct. Attic. cap. 2.

a Vide Budæũ in prioribus annotat. hoc ipſo titu.

† In hunc locũ Plato dialo. 7. de legi. vbi vtrãque manum natura æquè validam eſſe oſtendit.

* vulg. olet.

* claudus.

* Vide Gel. lib. 4. ca. 2.

* id eſt tonſillas. Celſus lib. 7.

† Qui iuri ſuo renunciat, illud repetere nõ poteſt. concor. text. in cano. cos. 7. queſ. 1. text. in cano. ſi illic. 23. queſt. 4. tex. & ibi gl. in cano. periculoſus 7. queſt. 1.

nominatim morbus exceptus fuiſſet.[a] Ad eos enim morbos vitiaque pertinere edictum ædilium probandum eſt, quæ quis ignorauit, vel ignorare [b] potuit.

XV. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

Quæ bis [c] in menſe purgatur, ſana nõ eſt. Item quæ non purgatur: niſi per ætatem accidit.

XVI. POMPONIVS libro trigeſimotertio ad Sabinum.

Quod ita ſanatum eſt, vt in priſtinum [d] ſtatum reſtitueretur, perinde habendum eſt, quaſi nunquam morboſum eſſet.

XVII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

Quis* ſit fugitiuus, definit Ofilius. fugitiuus eſt, qui extra domini domũ[e] fugę cauſa, quò ſe à domino celaret, mãſit. Cælius autem fugitiuũ eſſe ait eũ, qui ea mente[f] diſcedat, ne ad domi nũ redeat, tametſi mutato cõſilio ad eũ reuertatur. nemo enim tali peccato, inquit, pœnitentia[g] ſua nocens eſſe deſinit. Caſſius quoque ſcribit fugitiuũ eſſe qui certo propoſito[h] dominum relinquit.

Item apud Viuianũ relatũ eſt, fugitiuũ ferè ab effectu animi intelligẽdum eſſe,[i] non vtiq; à fuga. nã eum qui hoſtẽ aut latronẽ, incẽdium ruinãmve fugeret, quãuis fugiſſe verum eſt, nõ tamẽ fugitiuum eſſe. Itẽ ne eum quidẽ qui à pręceptore cui in diſciplinã traditus erat, aufugit, eſſe fugitiuũ: ſi fortè ideo fugit, qui immoderatè eo vtebatur. Idemq; probat & ſi ab eo fugerit cui erat cõmodatus, ſi propter eandẽ cauſam[k] fugerit. Itẽ probat Viuianus & ſi ſæuius[l] cum eo agebat. hæc ita, ſi eos fugiſſet, & ad dominũ veniſſet. Ceterum ſi ad dominũ nõ veniſſet, ſine vlla dubitatione fugitiuũ[m] videri ait. Idẽ ait interrogatus Proculus de eo qui domi latuiſſet, in hoc ſcilicet vt fugæ nactus occaſionẽ, ſe ſubtraheret, ait, tametſi fugere non poſſet videri qui domi mãſiſſet, tamẽ eum fugitiuũ fuiſſe. ſi autẽ in hoc tãtũm latuiſſet, quoad iracundia domini efferueſceret,*[n] fugitiuum nõ eſſe: ſicut ne eũ quidẽ qui cum dominũ animaduerteret verberibus ſe adficere velle, præripuiſſet* ſe ad amicum, quem ad precãdum perduceret.[o] Nec eum quidẽ fugitiuũ eſſe, qui in hoc progreſſus eſt, vt ſe pręcipitaret. Ceterum[p] etiã eum quis fugitiuũ diceret, qui domi in altum locũ ad præcipitãdum ſe, aſcendiſſet: magisq; hunc mortẽ ſibi cõſciſſere voluiſſe.[q] Illud enim, quod plerũq; ab imprudẽtibus, inquit, dici ſolet, eũ eſſe fugitiuũ, qui nocte aliqua ſine voluntate domini emãſiſſet,[r] non eſſe verum. ſed ab effectu animi cuiuſq; æſtimãdum. Idem Viuianus ait, ſi à magiſtro puer receſsit, & rurſus ad matrem peruenit: cũ quęreretur, num fugitiuus eſſet, ſi celandi cauſa quò, ne ad dominũ reuerteretur fugiſſet, fugitiuũ eſſe. Sin verò vt per matrẽ faciliorẽ deprecationẽ haberet delicti alicuius: nõ eſſe fugitiuũ. Cælius quoq; ſcribit, ſi ſeruũ emeris, qui ſe in Tiberim deiecit:[s] ſi moriẽdi duntaxat cõſilio ſuſcepto à domino deceſſiſſet, nõ eſſe fugitiuum. ſed ſi fugæ prius conſiliũ habuit, deinde mutata volũtate in Tiberim ſe deiecit,[t] manere fugitiuum. Eadem probat & de eo qui de ponte ſe præcipitauit. Hæc omnia vera ſunt, quæ Cælius ſcribit. Idem ait: ſi ſeruus tuus fugiẽs vicariũ ſuum ſecũ abduxit: ſi vicarius inuitus aut imprudẽs ſecutus eſt, neq; occaſionẽ ad te redeũdi nactus,[u] prætermiſit: nõ videri fugitiuum fuiſſe. ſed ſi aut olim cũ fugeret, intellexit quid ageretur: aut poſtea cognouit quid acti eſſet, & redire ad te cũ poſſet noluit:[x] cõtra eſſe. Idem putat dicendum de eo quem plagiarius abduxit.

Idem Cælius ait, ſi ſeruus cum in fundo eſſet, exiſſet de villa ea mente[y] vt profugeret, & quis eum[z] prius quàm ex fundo tuo exiſſet,[a] comprehendiſſet: fugitiuum videri. animum enim fugitiuũ facere. Idem ait, nec eum qui ad fugam gradum vnum alterũve promouit, vel etiam currere cœpit: ſi dominum ſequentem non poteſt euadere, non eſſe fugitiuum. Idem rectè ait libertatis cuiuſdam ſpeciem eſſe, fugiſſe: hoc eſt poteſtate dominica in præſenti liberatum eſſe.

Pignori datus ſeruus debitorem[b] quidem dominum[c] habet: ſed ſi poſtea quàm ius ſuum exercuit[d] creditor, ei[e] ſe ſubtraxit: poteſt fugitiuus videri.

Apud Labeonẽ & Cæliũ quæritur, ſi quis in aſylum[f] cõfugerit, aut eò ſe cõferat, quò ſolet ve-

a *Fuiſſet.* ſupple; & emptor & venditor ignorauit. vtrobique enim repellitur emptor. ſed ſi venditor ſciuit, emptor autem licet ſupinè ignorauit, puto vẽditorem teneri, quia pręponderat ei dolus: vt arg. ſ. ad leg. Aquil. item ſi obſtetrix. §. fi. & l. ſi putator. licet & in hoc caſu dicat lex currere tempus ſupinè ignoranti vitium: vt j. eo. l. cum ſex. ſi enim poneres ibi vtrũque ſciuiſſe, non agitur poſt. ſi vterq; ignoraſſet, non curreret: vt ibi dicitur.

b *Ignorare.* vt ſupra de contrahen. empt. l. ea quæ. §. pe. & ſ. e. l. j. §. ſi intelligatur.

c *Quæ bis.* Vide Plinium libro vj. cap. xv. (*Flo. quid.)

d *Quod ita. In priſtinum.* ſed in nouam poſtea incidat ægritudinem: vt j. eo. l. ſi. §. j. in fin. ſi autem in primam recidat, non eſt vitioſus.

e *Quis ſit fugitiuus, definit. Extra domini domum.* immo & ſi intra domum latitat: vt j. e. l. §. idem ait interrogatus Proculus. quę eſt contra. Az.

f *Ea mente.* vt infra de ver. ſigni. l. fugitiuus.

g *Pœnitentia.* Not. vitium animi pœnitẽtia non purgari: vt hic. Et idem in alio, vt in furto: vt j. de furt. qui ea mẽte. Idem in rapina: vt j. vi bono. rap. l. pe. Idem in apoſtata: vt C. de apoſt. l. hi qui ſanctã. in med. & in fin. l. Idem in diuortio: vt j. de diuor. l. ſi pęnituit. in fin. l. Idem in domino, qui primo colonũ expulit, & tardè pęnitet: vt ſ. loca. l. ſi in lege. §. colonus. ſed aliud in vitio corporis, ſi fuerit bene ſanatum: vt ſ. e. l. proxi. & ſ. e. l. j. §. ſi. Idem in falſa moneta: vt j. ad leg. Cor. de fal. l. qui falſam. Idem in appellatione: vt C. de ap. l. ſi quis libellos. (Vitiũ animi pœnitentia non purgatur.)

h *Propoſito.* nunquam redeundi. Accur.

i *Intelligẽdum eſſe.* hoc ideo, quia factum ſpectatur: vt j. e. l. bouem. §. j. & j. de verb. ſig. fugitiuus. & ſic animus & factum.

k *Cauſam.* quia abutebatur.

l *Sæuius.* verberando.

m *Fugitiuum fuiſſe.* ita tamen, ſi vel vnum pedem mouerit. ſecus ſi ſe non mouerit: vt j. e. l. §. apud Cæliũ. in illo verſ. plane &c. quæ eſt contra. & eſt pro hac ſol. j. eod. §. idem Cælius. Vel ibi nõ animo fugiendi ſe abſcondit: hic ſic. Vel hic Proculi, ibi alterius recitat opinionem. (*deferueſceret. Bud.)

n *Efferueſceret.* id eſt humiliaret. Accur. (*proripuiſſet.)

o *Perduceret.* vt & j. eo. l. bouem. § .j.

p *Ceterũ.* i. alioquin.

q *Voluiſſe.* ſcilicet dicendum eſt.

r *Emanſiſſet.* extra domum. Accurſius.

s *Deiecit.* non tamen fuit ſtrangulatus.

t *Deiecit.* i. euaſit.

u *Nactus.* ſi tamẽ nan ciſceretur.

x *Noluit: contra eſſe.* qa eſt fugitiuus. & eſt ſimile. C. de inceſt. nup. l. qui contra. in fi. l. Itẽ not. hic quòd qui poteſt facere & nõ facit, videtur nolle facere: vt hic & j. de rit. nup. l. qui liberos. & j. quæ in frau. cred. l. in fraudem. (Nolle facere videtur, qui quod poteſt, facere, nõ facit.)

y *Mente.* quæ attẽditur: vt j. de verb. ſign. fugitiuus. & ſ. ea. l. in princip.

z *Et quis eum.* ſ. extraneus: dominus vero non poterat eum comprehendere: ſic cito currebat ſeruus. aliàs contra j. proximo. §. Azo.

a *Exiſſet.* cum euadere à domino poſſet.

b *Debitorem.* id eſt in dominio debitoris eſt habendus.

c *Dominum.* vt C. de pign. act. l. pignus.

d *Exercuit.* ſ. agẽdo hypothecaria, & ſic poſſeſſione apprehenſa.

e *Creditor ei.* cui creditor vẽdidit. Vel dic creditori poſteaquam vendidit, ſed antequã traderet.

f *In aſylum.* locus erat vbi recipiebãtur homines cauſa miſericordię vel auxilij. puta hoſpitale,[b] & conſimilia: ab a quod eſt ſine: & ſylos, quod eſt tract⁹: (Aſylum quid ſit.) (b Not. arg. ex hac glo. quod malefactor non poſſit extrahi de hoſpitali, ſicut nec de eccleſia: ſecundũ Bal. hic.)

nire q. ſe venales poſtulāt,[a] * an fugitiuus ſit. Ego puto nō eſſe eum fugitiuum,qui id facit quod publicè facere licere arbitratur. Ne eum quidē qui ad ſtatuā Cæſaris confugit,fugitiuum arbitror. non enim fugiendi animo hoc facit. Idem puto & in eum qui in aſylum vel quod aliud cō fugit, quia non fugiendi animo hoc facit. ſi tamen antè fugit, & poſtea ſe contulit, nō ideo magis fugitiuus eſſe deſinit. Item Cælius ſcribit, placere,eum quoq; fugitiuū eſſe,qui eò ſe conſerat, vnde eum dominus recuperare nō poſsit: [b] multoque magis illum fugitiuum eſſe , qui eò ſe conſerat,vnde abduci[c] nō poſsit. Erronem ita definit Labeo, puſillum fugitiuum eſſe: & ex diuerſo fugitiuum magnum erronem eſſe. Sed propriè [d] erronem ſic definimus, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur: & temporibus in res nugatorias conſumptis , ſerius domum redit.

Apud Cælium ſcriptum eſt: Liberti [e] apud patronum habitantis ſic,vt ſub vna claue tota eius habitatio eſſet, ſeruus ea mēte, ne rediret ad eum, extra habitationem liberti fuit: ſed intra ædes patroni,&tota nocte oblituit, videri eſſe fugitiuum Cælius ait. Planè ſi talem [f] cuſtodiā[g] ea habitatio non habuit, & in ea cella [h] libertus habitauit,'cui commune & promiſcuum plurium cellarum iter eſt:cōtra placere debere Cælius ait: & Labeo probat. Idem Cælius ait ſeruum in prouinciā miſſum à domino, cum eū mortuum eſſe,& teſtamēto ſe liberum relictum audiſſet, [i] & in eodē officio permanſiſſet,tātumq; pro libero ſe gerere cœpiſſet: hunc nō eſſe fugitiuum. Nec enim mentiendo ſe liberū, inquit, fugitiuus eſſe cępit:quia ſine fugæ conſilio id fecit. Quod aiunt ædiles, *noxáve ſolutus nō ſit*: ſic intelligendum eſt, vt non hoc debeat pronūtiari, nullam eum noxam commiſiſſe:ſed illud, noxa ſolutum eſſe: hoc eſt, noxali iudicio ſubiectum non eſſe. Ergo ſi noxam commiſit, nec permanet , noxa ſolutus videtur. Noxas accipere debemus pri-

A uatas: hoc eſt eas,quæcunq; committuntur ex delictis , [k] non publicis criminibus , ex quibus[l] agitur iudiciis noxalibus. Deniq; ſpecialiter cauetur [m] infra de capitalibus fraudibus. Ex priuatis autem noxis oritur damnum pecuniariū,ſi quis fortè noxæ dedere noluerit, ſed litis ęſtimationē ſufferre. Si quis talis ſit ſeruus,qui omnino manumitti nō poſsit ex conſtitutionibus,[n] vel ſi ſub pœna vinculorū diſtractus ſit à domino, vel ab aliqua poteſtate dānatus,[o] vel ſi exportandus:[p] æ-

B quiſsimū erit etiam hoc prædici. Si quis adfirmauerit aliquid adeſſe ſeruo,'nec adſit: vel abeſſe,& adſit , vtputa ſi dixerit furem nō eſſe, & fur ſit:ſi dixerit artificem eſſe,& nō ſit:hi enim quia quod adſeuerauerunt, non præſtant, aduerſus dictū promiſſúmve facere videntur.[q]

XVIII. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

SI quid venditor de mancipio adfirmauerit, idq; nō ita eſſe emptor queratur:aut redhibitorio, aut æſtimatorio,id eſt,quanto minoris iu-

C dicio agere poteſt. verbi gratia ſi conſtantē,aut laborioſum, aut curacem,vigilacem eſſe,aut ex frugalitate ſua peculium adquirentē adfirmauerit : & is ex diuerſo leuis, proteruus,deſidioſus, ſomniculoſus,piger, [r] tardus, [s] comeſor * inueniatur:hæc omnia videntur eò pertinere,ne id quod adfirmauit vēditor, amarè ab eo exigatur, ſed cū quodam temperamento : vt ſi fortè conſtantem eſſe adfirmauerit , non exacta grauitas & conſtantia , quaſi à philoſopho, deſideretur. Et ſi laborioſum & vigilacem adfirmauerit eſſe,non continuus labor per dies no-

D ctesque ab eo exigatur : ſed hæc omnia ex bono[t] & æquo modicè deſiderentur . Idem & in ceteris quæ venditor adfirmauerit , intellegemus. Venditor qui optimum [u] cocum eſſe dixerit : optimum in eo artificium præſtare debet. qui verò ſimpliciter cocum eſſe dixerit, ſatiſfacere videtur etiam ſi mediocrem[x] cocum preſtet . Idem & in ceteris generibus artificiorum. Aequè ſi quis ſimpliciter dixerit peculiatum eſſe ſeruum,ſufficit ſi is vel minimum [y] habeat peculium.

XIX. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

SCiendum tamē eſt,quædā & ſi dixerit,præſtare eū non debere,[z] ſcilicet ea quæ ad nudā laudē ſerui pertinent:veluti ſi dixerit frugi,probū,dicto audientē. Vt enim Pedius ſcribit,multum

forte,proſtituunt.

quia non extrahebantur inde qui eo confugerant. Accurſius.

a *Poſtulant.* id eſt petunt,vt dominus eorū compellatur eos vendere,quod faciunt fugiendo ad ſtatuam: vt hic ſubijcit, & inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.§.fi.& ſic datur ei ſecuritas, & ſine domini iniuria , cum habeat pretium : vt & argu.j. ne quid in flu. publ.l.j.§.ſunt qui putent. Accurſius.

b *Non poſsit.* de facto:vt ad inimicos domini.

c *Abduci.* de iure alicuius loci,vt Ferrarię: vel ad hoſtes.

d *Propriè.* exponit qđ obſcurè dixit Labeo, non corrigit.

e *Liberti.* ſcilicet ſeruus:quòd eſt infra.

f *Si talem.* ſi pro quãuis,vel in vi conditionis legi poteſt.

g *Cuſtodiam.* ſ.diſcretam vel diſtinctam.

h *Et in ea cella.* in qua ſe recipit ſeruus : non tamen vt latitet. alioquin contra : vt ſupra ea.l.§.idem ait interrogatus. quæ eſt contra. Vel verius immo non eſt hic fugitiuus: quia extra habitationē liberti ſeruus non fuit: cum cella liberti,& locus vbi ſeruus eſt receptus , fuerit liberto in promiſcuo vſu cum patrono : ſed ibi promouit aliquo gradu ad fugam. vel ſolue vt ibi. Accurſius.

i *Audiſſet.* ſ.falſo.

k *Ex delictis.* ſcilicet priuatis. Accurſius.

l *Ex quibus.* ſcilicet priuatis delictis agitur:vt hic, & inſtit.de noxa.in princ.& C.de noxa.l.ij.

m *Cauetur.* ſ. eiſdem verbis edicti:vt ſ.ea.l. in.§.item ſi quod mancipium .'& ad hoc infra eo.l.cum autem.in §.excipitur.'& infra ti. j.l.Lucius.§.fi. & j. de verb. ſignific. hæc ſtipulatio. Et not.hic ꝙ vbi eſt clauſula ſpecialis, non indigemus generali: vt infra de ver. ob.l.doli.

Generali clauſula nō indigemus vbi ſpecialis eſt.

n *Ex cōſtitutionibus.* pone exemplum de conſtitutione Seue.& Anto. qua prohibetur ad libertatem peruenire ſeruus de adulterio cum domina cōmiſſo accuſatus, vt hic, & j. de hered. inſtitut. his verbis. §. ſeruum. & inſti. de here. inſtit.§. eſt autem.

o *Dānatus.* ad vincula propter facinus: vt C. de pœ. l.incredibile.

p *Exportandus.* venditus eſt, vel à poteſtate damnatus. huiuſmodi enim pœnæ vel cōditiones apponi poſſunt à dominis & poteſtatibus: vt C.de his qui ad lib.pro.non poſ.l.j. & ij. Accurſius.

q *Videntur.* & ſic agitur redhibitoria: vt ſ. eo.l.j.§.quod ſi mancipium.& j.l.proxi.

r *SI quid venditor. Piger.* in incipiendo.

s *Tardus.* in perficiendo. Accurſius.

t *Ex bono.* No.qui in genere tenetur vel incerto, non tenetur ad id quod melius eſt:ſed ex bono & æquo : vt hic,& j.de ver.obli.l. continuus.§. cum ita. & §.illud.& ſ.de condict.inde.l.cum is.§.fi. & j.de tri.vi.& ole.le. l.cum certum pondus. & j.l.proxi.§. illud.& infra eo. l. proinde.ij. reſpon.& j.l. proxi.& ſ.de here.vel ac.ven.l. qui filij.§.fin.& l.ſi nomen. & infra proxi.§. & de hoc plene dixi. ſ.man.l.fideiuſſorem.

Ad melius nō tenetur qui in genere vel incerto tenetur.

u *Optimum.*[a] qui enim optimum dicit, certū dicit:vt infra de verb. obliga.l.vbi autem nō apparet.§.j.

a Vide Budæū hic in prior. an no. ad pādectas. quædā enim hic annotat de culinari miniſterio nō cōtemnenda.

x *Mediocrem.* vt dixi regulariter.ſ. proxim. Accurſius.

y *Minimum.* id eſt nō maximum: argu. j. de auro & argen.leg.l.qui lancem. Vel verius in ſummis quod minimum eſt ſequimur: vt infra de verb. obl.inter ſtipulantem.§.ij.

z *SCiendum. Debere.* ſ. ſemper : ſed cum diſtinctione quæ ſequitur.

** comeſſator,vulg.*

tum intereſt, commendandi ſerui cauſa quid dixerit :[a] an verò præſtaturũ ſe promiſerit quod dixit. Planè ſi[b] dixerit aleatorem[c] nõ eſſe, furem non eſſe, ad ſtatuam nunquã confugiſſe : oportet eum id præſtare.

Dictum à promiſſo[d] ſic diſcernitur. Dictũ accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum eſt, nudóq; ſermone finitur.[e] Promiſſum autem B poteſt referri & ad nudam promiſsionem,[f] ſiue pollicitationem,[g] vel ad ſponſum[h]. Secundum quod incipiet is qui de huiuſmodi cauſa ſtipulanti ſpopondit, & ex ſtipulatu poſſe cõueniri, & redhibitoriis actionibus. nõ nouum. nam & qui ex empto poteſt conueniri, idem etiam redhibitoriis actionibus[i] conueniri[k] poteſt.[l] Ea autem ſola dicta ſiue promiſſa admittenda ſunt, quæcunq; ſic dicuntur, vt præſtentur, non vt iactentur.[m] Illud ſciendum eſt: Si quis artificem promiſerit, vel dixerit: non vtique perfectum eum præſtare debet, ſed ad aliquem modum peritum: vt neq; conſummatæ † ſcientiæ accipias, neque rurſum indoctum eſſe in artificium.[n] Sufficiet igitur talem eſſe, quales volgo artifices dicũtur. Deinde aiunt[o] ædiles: *Emptori omnibúſque ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus.* Pollicentur emptori actionem, & ſucceſſoribus[p] eius, qui in vniuerſum ius ſuccedunt. Emptorem accipere debemus eum, qui pretio emit. Sed ſi quis permutauerit, dicẽdum eſt vtrunq; emptoris & venditoris loco haberi,[q] & vtrunq; poſſe ex hoc edicto experiri. Tempus autem redhibitionis ſex mẽſes vtiles[r] habet. Si autem mancipium nõ redhibeatur, ſed quanto minoris agatur, B annus vtilis eſt: ſed tempus redhibitionis ex die venditionis currit:[s] aut ſi dictum promiſſúmve quid eſt, ex eo ex quo dictum promiſſúmve[t] quid eſt.

xx. Gaivs libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

SI verò ante venditionis tempus dictum interceſſerit, deinde poſt aliquot dies interpoſita fuerit[u] ſtipulatio : Cælius Sabinus ſcribit, ex priore cauſa,[x] quæ[y] ſtatim (inquit) vt veniit id mancipium, eo nomine poſſe agere cœpit.

C xxi. Vlpianvs libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

REdhibere, eſt facere vt rurſus habeat venditor quod habuerit. & quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio.[z] Cum redditur ab emptore mancipiũ vẽditori, de dolo malo promitti oportere ei Pomponius ait :[a] & ideo cautiones neceſſarias eſſe, ne fortè aut pignori datus ſit ſeruus ab emptore, aut

a *Quid dixerit.* quo caſu non teneatur: vt hic, & ſ. de contrahen. emp. l. ea quæ. in prin. & ſ. de dolo. quod vẽditor. in prin.
b *Si.* prolatio ſine interrogatione.
c *Aleatorem.* vt enim ſi certam probitatẽ dixit, debet ei præſtare: vt ſ. l. proxi. ita ſi certum quid dixit abeſſe, hoc pręſtare debet: vt hic.
d *Dictum à promiſſo.* quæ verba ſunt ſupra l. proxi. §. j.
e *Finitur.* ſ. ſine interrogatione. Accur.
f *Promiſsionem.* id eſt pactum quod vtroque conſentiente fit: vt ſ. de pact. l. j. §. pactum. Accurſius.
g *Pollicitationem.* vbi & vnius tantum eſt conſenſus: vt j. de pol li. l. pactum. Et ſic not. quòd aliud eſt dictũ, aliud pollicitatio: aliud pactum, & aliud ſtipulatio: vt hic colligitur.
h *Ad ſponſum.* id eſt ad ſtipulationem.
i *Actionibus.* redhibitoria, & quãto minoris.
k *Conueniri.* puta ſi vendidiſti ſeruum fugitiuũ: vel pecus morboſum: cuius nomine agi poteſt etiam de iure ciuili vel ad intereſſe, cum venditor ſciuit: vel quanto minoris empturus erat cum ignorauit: vt ſ. de act. empt. l. Iulianus. in princip. nihilo minus redhibitoria agi poteſt de iure prætorio, vel quanto minoris res eſt. & caue tibi: quia propter corporis morbum non agebatur de iure ciuili ad redhibitionem: ſed ad intereſſe: vel quanto minoris: vel ex contractu: vel ex cautione: vt in pecore morboſo: vel propter vitiũ animi in ſeruo fugitiuo agebatur de iure ciuili: vt dictũ eſt: non in ſeruo fure, nec etiam in prędio tributario: vt not. ſ. de act. empt. l. Iulianus. vnde quia agebatur pro fugitiuo, exponebatur cautio ſuper fugitiuo ſeruo, & ſuper quibuſdam aliis, ſuper quibus aduocari poteſt res. Item de ſanitate de iure ciuili: vt ſ. de act. empt. l. ex empto. §. etiam. & C. de act. empt. emptor. ſed & ſine cautione agebatur, vt dixi in fugitiuo: argu. ſ. eod. l. quis ſit fugitiuus. §. idem recte. nec ob. quod dicitur. ſ. de act. empt. l. ex empto. §. redhibitionem: vt ibi not. Fuit ergo neceſſarium has ædilicias actiones proponi: vt pote cum ad aliud dentur quàm ſuperiores de iure ciuili. Quid enim ſi emptor quid empturus erat, ſed minori pretio? ſubuenitur ei per hoc edictum vel ad redhibendum, vel quanto minoris erat res. Item quandoque datur iſta, & non illa: vt ſ. dixi. ſed ſi agitur redhibitoria, & quanto minoris in prædictis caſibus, eſt contra. ſ. de dolo. l. quod venditor. in fin. vbi dicit dari de dolo. Solu. hic animo obligandi promiſit: ibi iactandi ad decipiendum, & non promiſit. Accurſius.
l *Poteſt.* ad aliud ex empto ciuili, & ad aliud prætoria quanto minoris datur: vt no. ſ. de act. empt. & ven. l. Iulianus. in princ. & ideo neutra eſt ſuperflua. Quid enim ſi emptor empturus erat: ſed minori pretio? ſubuenitur enim ei per hoc edictum vel ad redhibendum, vel quanto minoris res eſt. Item poteſt eſſe quòd datur iſta, non illa: quia illa in contractibus tantum competit: vt d. l. Iulianus. Accur.
m *Non vt iactentur.* vt ſ. de pactis inter empt. & ven. ea qu. & ſ. l. proxim. §. fin. & ſ. ead. l. & j. de fun. inſtru. cum de lanionis.

A §. aſinam. in fi. §. Accurſius.
n *Artificium.* qui enim nimis emungit, elicit ſanguinem: vt in decre. diſtinct. iiij. denique. & Prou. c. xxx.
o *Aiunt.* vt ſupra eod. l. j. §. j.
p *Succeſſoribus.* vt & infra eod. l. ſi tamen. §. æd iliciæ. nam cum dico eum ad quem ea res pertinet, de herede intelligas: vt j. de ver. ſigni. l. ſciendum. §. fi. ſed quandoq; aliter ponitur: vt ſupra de adopt. l. his verbis. & ſ. de iureiur. l. ait prætor. in §. eius rei. & l. etiam ſi in rem. Accurſius.
q *Loco haberi.* vt C. de rerum permu. l. ij.
r *Vtiles.* quando vitium ſupine ignorauit aliàs ſi ſciuit, non agitur: vt ſ. eod. l. j. Item ſi ignorauit non ſupinè, tunc ex die quo ſciuit: vt infra eodẽ. cum ſex.
s *Currit.* ſed probo cõtrarium quòd nõ, ſcilicet ex die venditionis. aut enim vterq; ſ. venditor & emptor ſciebat vitium: & tunc non currit à tempore venditionis præſcriptio. vi. menſium: vt pote cum agi non poſsit: vt ſ. eo. l. j. §. ſi intelligatur. aut vterque ignorabat: & tunc non currit à venditione: vt j. e. l. cum ſex. Reſpõ. quando vterque ſciebat, poteſt hoc intelligi, ſi tamen ſtipulatus fuit de vitio: vt C. de euict. ſi fundum. vel intellige quando vẽditor ſciebat vitiũ: ſed emptor ſupine ignorauit: & ideo currit ei: vt prædicta. l. cum ſex. in fi. & j. eo. l. ædiles aiũt. §. idem refert Ofilius. vel dic, ex die venditionis: ſubaudi, & ſcientiæ: vt j. eod. cum ſex. §. j. & C. de excu. tuto. l. quinquaginta.
t *Promiſſumve.* ſcilicet poſt vẽditionis diem, ſcilicet currit ex tunc tẽpus. Et ita contingit mirabile quoddam, quòd agetur ex nudo pacto ex interuallo appoſito. vel dic quòd non agitur ex pacto, ſed propter pactum ex edicto D prætoris vel ad redhibendum, vel quanto minoris. vel dic hic intelligi quando ſtipulatio interuenit, vt dictum promiſſúmve pro eodem ponatur, & ad ſtipulationem refertur. Accurſius.
u *SI vero. Poſt aliquot dies interpoſita fuerit.* ſcilicet in venditione non contracta interceſsit ſtipulatio, ſcilicet vt præſtetur ita eſſe ſicut fuit dictum, ſi ſequatur venditio. Accur.
x *Ex priore cauſa.* ſcilicet ex ſtipulatione.
y *Quæ.* ſcilicet cauſa, ſiue ſtipulatio, vel dictũ, quæ eſt prior habito reſpectu ad venditionem quæ fuit ſubſecuta. hoc dico cum cœperit agere poſſe, id eſt cœpit[a] ex ea agi poſſe (inquit Labéo) ſtatim vt venit, id eſt poſt venditionem, ſcilicet cum effectu. nam ſic conditionaliter fuit facta, ſi venditio ſubſequatur, eo nomine, id eſt propter ſerui vitium. Item per id quod dicit, ex tempore venditionis agi, not. quòd dictum præcedẽns trahitur ad tempus venditionis. quæ enim in præfationibus &c. vt infra de verb. oblig. l. Titia. §. idem reſpondit. Accurſius.
z *REdhibere. Quaſi redditio.* vt & ſupra de ali. iudic. mut. cau. fac. l. quia redhibitio. & ſupra quib. mod. pig. vel hypo. ſol. l. voluntate. §. fin.
a *Pomponius ait.* ſic & creditor, vt ſ. de pign. act. l. creditor. & maritus

† No. quòd ſufficit mediocris ſciẽtia. concor. tex. c. illiteratos. 36. dist. & ibi gl. tex. etiã nc. cum no bis olim. extra de elect. concor. tex. in l. ſi quid venditor. §. vẽdi te. ſ. eo. ibi mediocrem.

Pactum nudũ quandoque actionem parit.

a Vide Budæũ in priori. annota. hoc ipſo tit.

Dictũ præcedens ad tẽpus retro actũ quandoque trahitur.

maritus in dote quam reddit:vt j.ſoluto ma.l.ſi filio.§.j.

a *Damnum.* in his quæ habebant atrocitatem facinoris. aliàs non tenetur niſi dominus qui iuſsit.vt ſupra de noxa. l. ij. Accurſius.

iuſſu eius furtũ ſiue dãnum[a]* cui datum ſit. Idẽ Põponius ait interdum etiã dupliciter cautiones interponi debere: aliàs in præteritum:[b] aliàs in futurum:[c] vtputa ſi eius[d] ſerui nomine qui redhibetur, emptor procuratórve eius iudiciũ accepit:[e] vel quod cũ eo ageretur,[f] vel quod ipſe eius nomine ageret.[g] Cauendum autẽ eſſe ait, ſi quid ſine dolo malo emptor condemnatus[h] fuerit aut dederit, his rebus[i] rectè præſtari:[k] vel ſi quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit: dolóve malo vel culpa eius factum ſit quò minus perueniret, * iiſdẽ de de reb[9] reddi. Idẽ ait, futuri tẽporis nomine cautionẽ, ei q ſciẽs[l] vendidit, fieri ſolere. Si in fuga eſt homo ſine culpa emptoris, & nihilominus condẽnatur venditor:[m] tum enim cauere oportere,[n] vt emptor hominem perſequatur, & in ſuam poteſtatem redactum venditori reddat.[o]

XXII. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

ET neque per ſe, neq; per heredem ſuum futurum quo minus eum hominẽ venditor habeat.

XXIII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

CVm autẽ redhibitio fit, ſi deterius mancipiũ ſiue animo ſiue corpore ab emptore factum eſt, præſtabit emptor venditori: vtputa ſi ſtupratum ſit, aut ſæuitia emptoris fugitiuum eſſe cęperit. Et ideo inquit Pomponius, vt ex quacunq; cauſa deterius factum ſit, id arbitrio iudicis æſtimetur, & venditori pręſtetur. D Quod ſi ſine iudice homo redhibitus ſit: reliqua[p] autẽ quæ diximus, nolit emptor reddere: ſufficiat venditori ex vendito[q] actio.

Iubent ædiles[r] reſtitui[s] & quod venditioni acceſſit,[t] & ſi quas[u] acceſſiones ipſe[x] pręſtiterit: vt vterq; reſoluta emptione nihil amplius conſequatur,[y] quàm haberet ſi venditio facta non eſſet. Excipitur[z] etiam ille qui capitalem fraudem admiſit. Capitalem fraudem admittere, eſt tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus[a] ſit.

Veteres[b] enim fraudẽm pro pœna ponere ſolebant. Capitalem fraudẽ admiſiſſe accipiemus, dolo malo, & per nequitiam. ceterùm ſi quis errore, ſi quis caſu fecerit, ceſſabit edictum. Vnde Pomponius ait neque impuberem,[c] neq; furioſum capitalẽ fraudem videri admiſiſſe. Excipitur & ille, qui mortis [ſibi] conſciſcendæ cauſa quid fecerit. Malus [enim] ſeruus creditus eſt, qui aliquid facit B quo magis ſe rebus humanis extrahat: vt puta laqueum torſit, ſiue medicamentum pro veneno bibit, præcipitémve ſe ex alto miſerit,[d] aliúdve quid fecerit quo facto ſperauit mortem peruenturam: tanquam * nonnihil in alium auſurus, qui hoc aduerſus ſe auſus eſt.[e] Si ſeruus ſit qui vendidit, vel filiusfamilias, in dominum vel patrẽ de peculio ædilicia actio cõpetit.[f] quanuis enim pœnales videantur[g] actiones, tamen quoniam ex contractu veniunt, dicendum eſt eorum C quoque nomine qui in aliena poteſtate ſunt, cõpetere. Proinde & ſi filiafamilias vel ancilla diſtraxit, æquè dicendum eſt actiones ædilicias locum habere. Hæ actiones quæ ex hoc edicto oriuntur, etiam aduerſus heredes[h] omnes competunt. Et ſi bona fide nobis ſeruient liberi fortè homines, vel ſerui alieni, qui vendiderunt, poteſt dici etiam hos hoc edicto contineri.[i] Iulianus ait, iudicium redhibitoriæ actionis vtrumque, id eſt venditorem & emptorem quodã-D modo in integrum reſtituere debere.[k] Quare ſiue emptori ſeruus furtum fecerit, ſiue alij cuilibet, ob quod furtum emptor aliquid præſtiterit,[l] non aliter hominem venditori reſtituere iubetur, quàm ſi indemnem eũ præſtiterit. Quid ergo (inquit Iulianus) ſi noluerit venditor hominem recipere? Non eſſe cogendum ait quicquam præſtare, nec amplius, quàm pretio cõdemnabitur: & hoc detrimentum ſua culpa emptorem paſſurum: qui cùm poſſet hominem noxæ dedere, maluerit litis æſti-

*Vulg. dãnum cui datum ſiue furtum factum ſit.

b *In præteritum.* vt ſupra proxi. Accur.

c *In futurum.* vt ſubiicit per exempla.

d *Eius.* ſ.emptoris.

e *Accepit.* i. lis eſt cõteſtata. Accurſius.

f *Ageretur.* ſ.ſtatim.

g *Ageret.* ex contractu ſerui forte.

h *Condemnatus fuerit.* nomine maleficij forte a ſeruo commiſsi.

i *His rebus.* venditori ab emptore, quibus ſcilicet rebus peruenit.

k *Rectè præſtari.* emptori à venditore: id eſt vt ſeruetur indemnis emptor à venditore. ſic enim hæc verba exponuntur: vt j. de verbo.ſign.l. aliud eſt capere.§.fi. & facit ad hunc.§.optime.j.e.itẽ ſi ſerui.

*Flor. iiſdẽ diebus reddi.

l *Qui ſciens.* etiam fugitiuum. Accur.

m *Venditor.* ad pretiũ reddendum: vt & infra eo.l.ædiles.§. loquuntur. & j.eod.l. quod ſi nolit.§. idem ait hominem. & ſ. ſi mancipiũ. Sed contra. C.eo.l.fin. vbi dicitur quod ad hoc vt pretium rei habeat, debet exhibere. Solut. condemnatur, non tamen datur exactio, niſi fiat ſerui redhibitio, ſecundum Ir. Vel dic, ibi dicitur exhibere, id eſt probare. vel diſtingue an ſit culpa emptoris in fuga, vt ibi: an non, vt hic.

n *Oportere.* vt & ar. j. ſoluto matri. l. ſi filio. §.ſi qui dotalium. & ſ. quod metus cauſa.l.ſi cum ex.§. quod ſi homo. Sed contra. ſ. de rei vind.l. ſi bonæ fid. Sol. durius aſtringitur perſonalis quàm realis debitor.

o *Reddat.* ſi habere poteſt, aliàs non.

p *CVm autem. Reliqua.* ſcilicet rei venditę: vt fructus. immo deteriorationem: vt proxi. dixi.

q *Ex vendito.* & in factum datur nihilominus: vt j. eodẽ.l. quod ſi nolit.§. reſtitui. Accurſius.

r *Iubẽt ædiles.* ſcilicet ſ.eod.l.j.§.j. & facit ad hoc infra de furt. l. ſi ſeruus communis. §. idem dicendum.

s *Reſtituit.* ſcilicet vẽditori.

t *Acceſſit.* ſ.emptori à venditore. Accur.

u *Et ſi quas.* repete, & iubent reſtitui acceſsiones, ſi quas &c. & dic econtra ipſe, ſcilicet emptor, vt vſuras.

x *Ipſe.* ſ.emptor.

y *Conſequatur.* nomine acceſsionum quas venditor dedit. ſecus in aliis: vt infra eodẽ. §. finali, in fine. quę eſt contra.

z *Excipitur.* in edicto ſcilicet, ne vendatur quin talia dicantur: vt ſupra eo.l.j.§. item ſi quod mancipium. & facit. ſupra e.l. quis ſit. §. quod aiunt ædiles. Accurſius.

a *Puniendus ſit.* ſcilicet aliquis homo liber. Vel dic ſeruus inſpecto iure naturali: quia homo eſt, & liber. nam inſpecto iure ciuili, non propriè dicitur capite puniri, cùm caput non habeat: vt infra de accuſa. hos accuſare. §. omnibus.

b *Veteres.* vt j. de ver. ſign. l. aliud eſt fraus. in princip.

*tanquam nihil non.

c *Impuberem.* ſ.ſeruũ, doli nõ capacem. aliàs contra: vt C. de pœnis. l. impunitas.

d *Ex alto miſerit.* nota quis ſit malus ſeruus. Sed quomodo eſt malus propter hoc, cum ſibi liceat: vt ſ. de pecu. ſed ſi damnum. §. ſed ſi ipſe. quæ eſt cõtra? Reſpon. vt ibi diximus.

Seruus malus quis ſit.

e *Auſus eſt.* non eſt credendum eum alij parcere, qui ſibi non parcit: vt infra de bo. eo.l.fin.

f *Actio competit.* vt & j.e.l. ſi ſeruus mancipium. j. reſpon.

g *Videantur.* & ſunt quandoque: vt j.eo.l. redhibitoria.

h *Aduerſus heredes.* vt & j.eod.l. ſi tamen.§. ædiliciæ. Accur.

i *Contineri.* vt eorum nomine teneãtur poſſeſſores: vt & ſupra de pecul.l.j. in fin. & l. ij. Azo.

k *Reſtituere debere.* vt & infra. eo.l. facta. Et not. quòd dicit quodammodo. nec enim eſt vera reſtitutio: quia ibi in reſtitutiõe minorum minor non tenetur niſi in quantum eſt locupletior: vt ſ. de mino. l. patri. hic autem in ſolidum tenetur: vt j.e. quod ſi nolit. §. quod in procuratore.

l *Præſtiterit.* vt j.eod. l. quæro. & l. ædiles. §. fina. & l. videamus. & l. illud. in fine. & ſ. de negot. geſtis. l. diuortio. §. ſed nec redhibitoria. & infra eod. l. litem.

Suffert.

mationem ſufferre.[a] & videtur mihi Iuliani ſententia humanior[b] eſſe. Cum redhibetur mancipium, ſi quid ad emptorem peruenit, vel culpa[c] eius non peruenit, reſtitui oportet: non ſolum ſi ipſe fructus percepit, mercedeſve à ſeruo vel conductore ſerui accepit, ſed etiam ſi à venditore fuerit idcirco conſecutus,[d] quòd tardius ei hominem reſtituit. Sed & ſi à quouis alio poſſeſſore fructus accepit emptor, reſtituere eos debebit. Sed & ſi quid fructuum nomine conſecutus eſt, id præſtet:[e] item ſi legatum vel hereditas ſeruo obuenerit. Neque refert, potuerit hæc conſequi venditor, an non potuerit, ſi ſeruum, non vendidiſſet.[f] Ponamus enim talem eſſe,[g] qui capere aliquid ex teſtamento nõ potuerat. nihil hæc res nocebit.[h] Pedius quidem etiam illud non putat eſſe ſpectandum, cuius contemplatione[i] teſtator ſeruum heredem ſcripſerit, vel ei legauerit: quia & ſi venditio remãſiſſet,[k] † nihil hæc res emptori proderat. Et per contrarium (inquit) ſi contemplatione venditoris inſtitutus proponeretur; tamen diceremus reſtituere emptorem nõ debere venditori, ſi nollet eum redhibere.

XXIIII. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

ET generaliter dicendum eſt, quicquid extra rem[l] emptoris per eum ſeruũ adquiſitum eſt, id iuſtum videri reddi oportere.

XXV. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

AEdiles etiam hoc præſtare emptorẽ volũt, ſi in aliquo deterior factus ſit ſeruus: ſed ita demum, ſi poſt venditionem traditionemq; factus ſit. Ceterũ ſi ante fuit, non pertinet ad hoc iudiciũ, quod ante factum eſt. Siue ergo ipſe deteriorem eum fecit, ſiue familia eius, ſiue procurator, tenebit actio.[m] Familiæ † appellatione omnes qui in ſeruitio ſunt, continẽtur, etiam liberi homines, qui bona ei fide ſeruiunt, vel alieni. Accipe eos quoq;, qui in poteſtate eius ſunt.[n] Procuratoris fit mentio in hac actione. Sed Neratius procuratorem hic eum accipiendum ait, non quemlibet, ſed cui vniuerſa negotia, aut id ipſum propter quod deterius factum ſit, mandatum eſt. Pedius ait, æquũ fuiſſe id dumtaxat imputari emptori ex

B facto procuratoris & familiæ, quod nõ fuit paſſurus ſeruus, niſi ei veniſſet. Quod autem paſſurus erat etiam ſi non veniſſet, in eo concedi emptori ſerui[o] ſui noxæ deditionẽ: & ex eo inquit quod procurator cõmiſit, ſolùm actionũ præſtandarum neceſſitatẽ ei iniungi.[p] Quid ergo ſi culpa non etiam dolo emptoris ſeruus deterior factus ſit? æquè[q] condemnabitur. Hoc autẽ quòd deterior factus eſt ſeruus, non ſolum ad corpus ſed etiam ad animi vitia referendum eſt: vt puta ſi imi-

C tatione conſeruorum[r] apud emptorem talis[s] factus eſt, aleator forte, vel vinarius, vel erro * euaſit. Sed notandum eſt, quòd nõ permittitur emptori ex huiuſmodi cauſis[t] noxæ dedere ſeruum ſuum.[u] nec enim factum ſeruorum ſuorum itemq; procuratoris præſtat.[x]

Item ſciendum eſt, hæc omnia quæ exprimuntur edicto[y] ædilium, præſtare[z] eum[a] debere,[b] ſi ante iudicium acceptum facta ſint. Idcirco[c] enim neceſſe habuiſſe[d] ea enumerari, vt ſi quid eorum

D ante litem conteſtatem contigiſſet, præſtaretur. Ceterũ poſt iudicium acceptum tota cauſa[e] ad hominẽ reſtituendum in iudicio verſatur: & tam fructus veniunt, quàm id quo deterior factus eſt,[f] ceteraq; veniunt. Iudici enim ſtatim atque iudex factus eſt: omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio verſantur. Ea autem quæ ante iudicium contingunt, non valde[g] ad eum pertinent, niſi fuerint ei nominatim iniuncta[h].

a *Sufferre.* quid autem ſi magis expediebat litis æſtimationem offerre.
b *Humanior.* vt & ĵ.l. quæro.ij. reſpon. Accur.
c *Vel culpa.* Not. emptorem teneri ad culpam: vt hic, & ĵ.e. ædiles.§. Pedius. licet res ſit ſua interim. & ſic eſt argu. contra. ĵ. ſoluto matrimonio.l. licet.§.j. Accurſius.
d *Cõſecutus.* dictos fructus, vel etiã pœnam.
e *Præſtet.* vt fructuũ fructus.
f *Non vendidiſſet.* vt & arg. ſupra de peti. her. l. cum hereditas. Sed contra.ſ. ea.l.§. iubẽt. Sol. vt ibi. Accur.
g *Talem eſſe.* ſ. venditorem. Accur.
h *Nocebit.* conſequitur ergo per alium, quod per ſe non poteſt: vt & dixi ſ. quæ res pign. ob. poſ. l. Ariſto. Sed argu. contra. ĵ. de vul. ſub. l. ſi is qui. Accurſius.
i *Contemplatione.* ſcilicet ipſius ſerui, an vẽditoris. ſecus ſi emptoris: quia hic habiturus erat etiam non contracta emptione: & quia ex re ſua videtur: vt ĵ. de vulg. ſubſtitu. l. ſed ſi plures.§. in arrogato. & ſic intelligitur ſupra de act. empt. l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo. vt & ibi dixi. Accurſius.
k *Remanſiſſet.* id eſt facta non eſſet. Accur.
l *ET generaliter. Extra rem.* vt ĵ. eodem. quod ſi nolit. §. ſi peculium.

† Venditore mãſiſſet, ſeruus ſcilicet legatarius. Bolog.

m *AEdiles. Tenebit actio ex vendito.* ſic etiã fructuarius de ſuo ſuorumque facto tenetur: vt ſupra de vſufruc. ſed cum vſufructuarius.
n *Eius ſunt.* vt infra de verb. ſignific. pronuntiatio. & l. deteſtatio. §. familiæ. & infra vi bonor. raptor. l. j. §. familiæ. & infra de vi & vi arma. l. j. §. familiæ.
o *Serui.* qui dedit dãnum in ſeruo empto.
p *Iniungi.* ſi alias dediſſet damnum procurator, etiam ſi ſeruus venditus non fuiſſet.
q *Aequè.* vt & de dolo: vt & ſupra eo. cum autem. §. fina. & infra eo. l. quòd ſi nolit. §. quod in procuratore.
r *Conſeruorum.* aliorum, ſcilicet emptoris. vnde Cato. Ambula cum bonis. mores enim à coniuncto formantur.
s *Talis.* ſcilicet vitioſus.
t *Ex huiuſmodi cauſis.* proxime dictis.
u *Seruum ſuum.* niſi dãnum erat inferẽdum:

† Habes hic text. de iure melio-

x *Procuratoris præſtat.* ſubaudi, ſed ſuum.
y *Edicto.* ſcilicet præſtanda ab emptore venditori. vt ſ. eo. l. j. §. j. ibi, ſi quid autem &c.
z *Præſtare.* per actionem ex vendito, quam venditor contra emptorem proponit, conuentus ab eo prius redhibit. actione: vt ſupra eod. l. cum autem. §. j. emptor autem pro quibuſdam ſolam exceptionem habet, id eſt corporis retentionem, vt pro damnis: vt ſ. eo. l. cum autem. §. quid ergo. illam ergo non eſt neceſſe complecti in libello: ſed pretium & acceſſiones videtur quòd habeat neceſſe complecti.

rẽ, & melius enumerantẽ quàm alibi, quod veniat appellatione familiæ. iiige quæ hic dicuntur in ſecundis interpretat. Bolog. Addo vltra eũ gl. in ca. 1.3.9.5.

a *Eum.* emptorẽ venditori per libellũ petenti.
b *Debere.* iure actionis.
c *Idcirco.* quia æquũ eſt ea præſtari.
d *Habuiſſe.* ſcilicet dico ab ædilibus. Accurſius.
e *Cauſa.* tam in onere, quàm in acceſſionibus quæ edicto cõtinentur, ſi quòd &c.
f *Factus eſt.* per conteſtationem litis factam coram ſe: vt ſupra de procur. l. ſi reus.
g *Valde.* nã quandoque pertinet: vt C. de iudi. l. ſancimus. Accurſius.
h *Iniuncta.* à lege, vt de eis fiat ius. non ergo de quæſitis ex re emptoris: vt ſupra eodem. l. & generaliter. & petita per libellũ: vt hic, & infra de vſu. l. partum. & ſupra de procu. l. ſi reus. & ſupra communi diui. ſi quis putans. §. ſi quid poſt. & ĵ. eo. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. & l. item. §. j. Sed videtur quod prima veniant, etſi non ſint iniuncta: vt ſupra de iudi. l. ſolemus. quæ eſt contra. Solut. ibi dicit ea venire quæ ſub petitione facta ab actore poſſunt claudi. quod hic non negatur. Sed dicitur quòd alia quæ non poſſunt claudi, non veniunt, vt & ibi diximus. Item de eis quæ poſt accidunt, veniunt per officium iudicis: vt hic. Sed contra ſupra de iudi. l. non poteſt. quæ eſt contra. Solut. non veniunt in iudicium futura principaliter, ſed acceſſoria ſic: vt hic. vel non veniunt in iudicium, id eſt in actione, ſed in cauſa ſic: vt hic.

** Vide Anto. Aug. lib. 3. cap. 7.*

A Præterea in edicto[a] adiicitur ſic, *Et quanta pecunia pro eo homine ſoluta,*[b] *acceßioniſve nomine data erit, non reddetur: cuiúsve pecuniæ quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur.*[c] Ordine fecerunt ædiles, vt antè venditori emptor ea omnia que ſupra ſcripta ſunt præſtet:[d] ſic deinde pretium conſequatur.

XXVI. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

VIdeamus tamen, ne iniquum ſit emptorem cōpelli dimittere corpus, & ad actionem iudicati mitti, ſi interdū nihil præſtatur propter inopiam venditoris. potiusque res ita ordinanda ſit, vt emptor caueat, ſi intra certum tempus pecunia ſibi ſoluta ſit, ſe mancipium reſtituturum.[e]

XXVII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

DEbet autem recipere[f] pecuniam quam dedit pro eo homine, vel ſi quid acceſsionis nomine. Dari autē non id ſolum accipiemus, quod numeratur venditori, vtputa pretium, & vſuras eius: ſed & ſi quid emptionis cauſa erogatum[g] eſt. Hoc autem ita demum deducitur, ſi ex voluntate venditoris datur. ceterùm ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabitur. Neque enim debet, quod quis ſuo arbitrio dedit, à venditore exigere. Quid ergo ſi fortè vectigalis nomine datum eſt, quod emptorem fortè ſequeretur?[h] Dicemus hoc quoq; reſtituēdum. Indemnis enim emptor debet diſcedere.

XXVIII. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

SI venditor de his quæ edicto[i] ædilium continentur, non caueat:[k] pollicentur aduerſus eum ad redhibendū iudicium[l] intra duos menſes, vel quanti emptoris interſit, intra ſex menſes.

XXIX. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

ILlud ſciendum eſt, ſi emptor* venditori hæc non præſtat,[m] quæ deſiderantur in hac actione, non poſſe ei venditorem condemnari. ſi autem emptori vēditor iſta[n] non præſtat, condemnabitur[o] ei.

Item emptori præſtandum eſt, vt pecuniæ* cuius nomine obligatus erit, liberetur[p]: ſiue ipſi venditori obligatus ſit, ſiue etiam alij. Condemnatio autem fit[q], quanti ea res[r] erit. Ergo excedet pretium, an non, videamus. Et quidem continet cōdemnatio pretium, acceſsioneſq;[s]. An & vſuras pretij conſequatur: quaſi quod ſua interſit, debeat accipere: maxime cum fructus quoque ipſe reſtituat? Et placet conſecuturum. B Si quid tamen damni ſenſit, vel ſi quid pro ſeruo impendit[t]: conſequetur arbitrio iudicis: ſic tamen, non vt ei horum[u] nomine venditor condemnetur, vt ait Iulianus[x], ſed ne aliàs compellatur hominem venditori reſtituere[y], quàm ſi eum indemnem præſtet.

XXX. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

ITem ſi ſerui redhibendi[z] nomine emptor iudicium[a] accepit, vel ipſe eius nomine dictauit, cauendum ex vtraque[b] parte erit, C vt ſi quid ſine dolo malo cōdemnatus ſit, vel ſi quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit, dolóve malo eius factum ſit quò minus perueniret, id reddat. Quas impenſas neceſſariò in curādum ſeruum poſt litem conteſtatam emptor fecerit, imputabit[c]: præcedentes impenſas nominatim comprehendendas[d], Pedius: ſed cibaria ſeruo data non eſſe imputanda[e] Ariſto ait: nam nec ab ipſo[f] exigi[g], quòd in miniſterio[h] eius[i] fuit.

D XXXI. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

QVod ſi nolit[k] venditor hominem recipere, non in maiorem ſummam inquit quàm in pretium ei[l] condemnandum. Ob hæc ergo quæ propter ſeruum damna ſenſit, ſolam dabimus ei corporis retentionem. Ceterùm poterit euitare præſtationem venditor, ſi nolit hominem recipere. quo facto pretij præſtationem, eorumque quæ pretium ſequuntur, ſolam non euitabit.[m]

a *Preterea in edicto.* nō in verbis poſitis. ſ̄. eo. l. j. ſed hæc verba iungebāntur cum illis.
b *Soluta.* ſ. venditori.
c *Non liberabitur.* ſubaudi, iudicium dabimus: vt ȷ̄. e. l. illud. §. j. & l. redhibitoria.
d *Præſtet.* ſic ergo no. hic quòd ſi quis habeat dare & recipere, ſemper prius debet offerre: vt hic, & ſ̄. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. & ſ̄. communia prædio. l. venditor. §. fin. in fi. & facit ſ̄. eod. cū autem. §. Iulianus. Azo. Sed ar. contra infra. l. proxi.
e VIdeamus. *Reſtiturum.* quod verum eſt: vt infra e. l. illud. in fine.
DEbet. } CASVS. Ago redhibitoria pro ſeruo: debeo re habere pretium & vſuras quas dedi: & quod dedi mediatoribus ex voluntate venditoris, non aliàs. item quod ſolui nomine vectigalis ſeu tributi pro ſeruo. Viuia.
f *Recipere.* ſcilicet emptor à venditore.
g *Erogatum eſt.* mediatoribus ſcilicet, forte quia dixit ita venditor, non vendam tibi niſi per talē hominem: tu ei da de tuo, & ipſe nos conueniat.
h *Sequeretur.* ratione rei.
SI venditor. } CASVS. Titius vendidit mihi Stichum: debet mihi promittere non fugitiuum: & alia vitia abeſſe: & niſi promittat, ago redhibitoria, & intra duos menſes: vel quanti intereſt, vſque ad ſex menſes. Viuianus.
i *Edicto.* poſito ſupra eod. l. j. §. j. ſcilicet de vitiis & aliis quæ ibi dicuntur.
k *Non caueat.* intra duos menſes. Vel dic, facta interpellatione congruo loco & tempore.
l *Ad redhibendum iudicium.* id eſt actionē redhibitoriam: licet aliàs non ſit in cauſa redhibitionis. & non mireris ſi hęc alia tempora quàm ſuperiora ſint, quæ habes ſ̄. eodē. l. ſciendum. §. fina. nam hic agitur etiam ſi vitia non ſunt, ſcilicet eo ipſo quòd non cauet. & facit ȷ̄. e. l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. Accurſius.
m ILlud. *Non præſtat.* i. nō cauet intra certum tempus: vt ſi pecunia ſibi ſoluatur, ſe mancipium reſtituturum: vt ſupra eodem. l. videamus.
n *Iſta.* non quæ diximus ſupra eo. l. debet. Accurſius.
o *Condemnabitur.* cū venditori ſatisfactum fuerit prius ab emptore, ſcilicet in cauendo.
p *Liberetur.* vt & ſ̄. e. l. ædiles. §. præterea. Accurſius.
q *Condemnatio autem fit.* ſ. emptori.
r *Ea res.* i. pretium.
s *Acceßioneſque.* vt ea quæ acceſſoriè dedit mediatoribus: vt ſupra e. l. debet.
t *Impendit.* pro delictis eius.
u *Horum nomine.* ſcilicet damnorum.
x *Ait Iulianus.* vt ſ̄. e. l. cum autem. §. Iulianus. & ȷ̄. eo. l. quæro. & facit. ſ̄. de in diem addic. l. item quod dictum.
y *Reſtituere.* ſic ſ̄. eo. l. videamus. ſcilicet pro delictis eius. Quid ſi emptor qui obtinuit, non vult vti victoria, an venditor poterit agere? Videtur quòd nō: vt ſ̄. de min. l. ſi iudex.
z ITem. *Si redhibendi.* id eſt nomine huius ſerui qui modo redhibetur. nam acceperat iudicium de eo quod cum alio contraxerat, vel alij debitum fuerat ex delicto. Accurſius.
a *Iudicium.* cum conueniretur noxaliter. Accurſius.
b *Ex vtraque.* vt ſupra eo. l. redhibere. §. idē Pomponius.
c *Imputabit.* officio iudicis. Accur.
d *Comprehendendas.* ſ. in libello iure actionis, non officio iudicis: vt ſupra eo. ędiles. §. item ſciendum.
e *Imputanda.* ſcilicet venditori. vt arg. ſupra commo. l. in rebus. §. poſſunt. & ȷ̄. de donat. inter virum & vxo. l. ſi id quod. §. j.
f *Ab ipſo.* venditore.
g *Exigi.* ſcilicet poſſunt. ideoque &c. & ſic qui non excipit, non agit. vel dic ipſum ſeruitium quod non poteſt repeti.
h *In miniſterio.* id eſt ſeruitio. Accur.
i *Eius.* emptoris.
k QVod ſi nolit. hæc lex melius continuatur cum illa. l. illud. in fine. quæ eſt ſupra proxi. §.
l *Ei.* ſ. emptori.
m *Non euitabit.* id eſt agnoſcat.

* *Budæ[us] hic legit, [...]ius pecu[niæ] nomine &c.*

Non agit qui non excipit.

agnoſcat. alia ergo euitat.
a *Tenetur.* etiam ſi ignorauit furem eſſe: quia temere aſſeuerare non debuit: vt ſupra de act. emp. l. j. & l. Iulianus. §. j. Accurſius.
b *Hoc caſu.* quando ſcilicet dixi non eſſe furem. alias ſi nihil dixiſſet, non teneretur, ideo quod domino quandoq; furtum feciſſet: vt & infra eo. l. ſi furtum.
c *Venditori.* vt ſupra e. l. & generaliter. & arg. ſupra de pet. here. l. niſi ex.
d *Dareque.* que, pro vel. & facit ſupra de procur. licet. §. penult. & ſupra fa. erciſc. l. ſi familiæ. Vel proprie. & ſic dices compelli omnes conſentire: vt & infra iudic. ſolu. l. iam tamen. §. ſi tamen plures. & infra de leg. j. l. huiuſmodi. §. cum pater. & infra eadem. l. §. proxi.
e *Partem recipit hominis.* & ſic incidit in communionem inuitus, quod non debet eſſe: vt s. de condic. indé. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. Accurſius.
f *Homo ſit.* Nota quòd hæc prætoria eſt, quãto minoris res eſt: vt hic, & infra eodem. ædiles. circa princip. ſed ciuilis, quanto minoris eſſet empturus: vt ſupra de act. empto. l. Iulianus. in princip.
Quæ ſit prætoria actio.
g *Singulos.* heredes emptoris. Accurſius.
h *Agere.* ad pretium.
i *Acceſſiones.* vt vſuras. Accurſius.
k *Recipient.* ſ. heredes emptoris.
l *Tale ſit.* id eſt, tale remãſerit aliquid reddendum.
m *Negauimus.* vt s. ea. l. §. ſi plures.
**F or. fructus, acceſſiones.*
n *Conſentiunt.* vt s. ea. l. §. ſi plures.
o *Ex dominis.* qui ſeruum emit.
p *Emptoribus.* vt nullus partem pretij ſoluendo, partem rei conſequatur. Accurſius.
q *Retinet.* vt ſupra de act. empt. Iulianus. §. offerri. & ſupra eod. l. illud. in fin.
r *Eius.* ſcilicet emptoris, vel vnius ex heredibus.
s *Procurator.* vnius ex heredibus.
t *Teneri.* hoc poteſt intelligi re non integra: quia ſeruus reſti-

Pro ſeruo fure agitur redhibitoria, ſi dictum fuit non eſſe furem. hoc dicit. alias ſecus.

Si venditor pronuntiauerit vel promiſerit furem non eſſe: tenetur[a] ex ſua promiſſione, ſi furtum ſeruus fecit. Eſſe enim hoc caſu[b] furem non tantùm eum qui extraneo, ſed & eum qui domino ſuo res ſubtraxerit, intellegendum eſt. Si ancilla redhibeatur: & quod ex ea poſt venditionem natum erit, reddetur: ſiue vnus partus ſit, ſiue plures. Sed & ſi fortè vſusfructus proprietati adcreuerit, indubitatè hic quoque reſtituetur. B Si peculium quæſiit apud emptorẽ, quid de hoc dicemus? Et ſi quidẽ ex re emptoris acceſſit: dicendum eſt, apud ipſum relinquendum. ſi aliunde creuit, venditori[c] reſtituendum eſt.

Plures heredes emptoris concordare debent in agendo, vel omnes redhibitoria, vel omnes quanto minoris. hoc primo. Sed ad pretium conſequendum quilibet agit pro parte, & in acceſſionibus diuiſibilibus quilibet pro parte tenetur. hoc ſecundo. Item quod dictum eſt in pluribus heredibus, idem in pluribus dominis vnius ſerui item ementis. hoc dicit vſque ad §. Pomponius ait.

C Si plures heredes ſint emptoris, an omnes ad redhibendum conſentire debeãt, videamus. Et ait Pomponius omnes conſentire debere ad redhibendum, dareque[d] vnum procuratorem: ne fortè venditor iniuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis[e], alij in partem pretij condemnantur quanti minoris is homo ſit[f]. Idem ait, homine mortuo, vel etiã redhibito, ſingulos[g] pro ſuis portionibus rectè agere[h]. pretium autem & acceſſiones[i] pro parte recipient[k]. D Sed & fructus,* & acceſſiones, & ſi quo deterior homo factus eſt, pro parte præſtabitur ab ipſis: niſi fortè tale ſit[l], quod diuiſionem non recipiat, vt puta ancillæ partus. in hoc enim idẽ ſeruãdum eſt, quod in ipſa matre vendita, quam pro parte redhiberi poſſe negauimus.[m] Marcellus quoquẽ ſcribit, ſi ſeruus communis ſeruum emerit, & ſit in cauſa redhibitionis, vnum ex dominis pro parte ſua redhibere ſeruum non poſſe: non magis

A (inquit) quàm cum emptori plures heredes extiterunt, nec omnes ad redhibendum conſentiunt[n]. Idem Marcellus ait, non poſſe alterum ex dominis[o] conſequi actione ex empto, vt ſibi pro parte venditor tradat, ſi proportione pretium dabit. & hoc in emptoribus[p] ſeruari oportere ait. nam venditor pignoris loco quod vẽdidit, retinet[q], quod ad emptor ſatisfaciat. Pomponius ait, ſi vnus ex heredibus, vel familia eius[r], vel procurator[s], culpa vel dolo fecerit rem deteriorem: æquum eſſe, in ſolidum cum teneri[t] arbitrio iudicis. Hoc autem expeditius eſſe, ſi omnes heredes vnum procuratorem ad agendum dederunt. tunc &* ſi quo deterior ſeruus culpa vnius heredum factus eſt, & hoc ſolutum eſt: ceteri familiæ erciſcundæ iudicium aduerſus eum habent: quia propter ipſum damnum ſentiunt, impediunturque redhibere.[u] Si venditori plures heredes extiterint, ſingulis pro portione hereditaria poterit ſeruus redhiberi.[x] Et ſi ſeruus plurium venierit,[y] idem erit dicendum. Nam ſi vnus à pluribus,[z] vel plures ab vno, vel plura mancipia ab vno emantur, verius eſt dicere,[a] ſi quaſi plures[b] rei fuerunt venditores, ſingulis in ſolidum redhibendum. Si tamen partes emptæ[c] ſint à ſingulis,[d] rectè dicetur, alteri quidem poſſe redhiberi: cum altero autem agi quanto minoris. Item ſi plures[e] ſinguli partes ab vno emant, tunc pro parte quiſque eorum experietur. ſed ſi in ſolidum emant, vnuſquiſque in ſolidum redhibebit.[f] Si mancipium quod redhiberi[g] oportet, mortuum erit: hoc quæretur, nũquid culpa emptoris, vel familiæ eius, vel procuratoris, homo demortuus ſit. nam ſi culpa eius deceſsit, pro viuo habendus eſt: &* præſtentur ea omnia quæ præſtarentur[h] ſi viueret. Culpam[i] omnem accipiemus, non vtique latam,[k] propter quod dicendum eſt, quamcunque occaſionem morti emptor præſtitit, debere eum, etiam ſi non adhibue-

turus ſine damno, & pretium redditum eſt: in inferiori caſu res eſt integra.
u *Redhibere.* niſi ſoluat. Accurſius.
x *Redhiberi.* cur ſecus in heredibus emptoris: vt ſupra ead. l. §. ſi plures? Reſpon. quia venditor qui integrũ ius habuit, ſi conueniatur ab vno, & integrum ius debet recuperare. ceterum vnus ex heredibus venditoris pro parte tantum conuenitur quam habuit.
y *Venierit.* ab eis.
z *A pluribus.* ſcilicet emit.
a *Dicere.* reſponſio primi caſus, ſcilicet cum vnus emit à pluribus.
b *Plures rei.* in ſolidum venditores.
c *Emptæ ſint.* ab vno emptore. Accurſius.
**tunc etenim.*
d *A ſingulis.* ſcilicet venditoribus ſeorſum.
e *Item ſi plures.* ſcilicet ſingulariter. & hęc eſt reſponſio ſecundi caſus.
f *Redhibebit.* ad tertium autem, ſcilicet quando vnus ab vno plura mancipia emit, non reſpondet hic, ſed infra eodem. l. cũ eiuſdem. & l. ſequen. & l. ſi plura. & l. penulti.
g *Redhiberi.* contra C. eo. l. fin. Solu. vt dixi ſupra eo. redhibere. §. fi.
h *Præſtarentur.* ſi viueret. hoc poteſt intelligi cum venditor admittit emptorem agentem redhibitoria, licet eius culpa perierit ſeruus. præſtabitur enim venditori æſtimatio ſerui: & reſtituentur acceſsiones & damna in ſeruum ab emptore & eius familia data: vt ſupra eodem. l. cum autem. §. Iulianus. & §. penulti. & l. ædiles etiam. ſed ſi malit venditor repellere emptorem, quia ſeruum non reſtituit, eſt enim ſua culpa mortuus, poteſt: vt ſupra eodem. l. ædiles etiam. §. ordine. & l. illud. j. reſpon. & infra eodem. l. ſi hominem emptũ. in fin. & l. ſi tamen. j. reſpon.
**Vulg. vt præſt.*
i *Culpam.* ideo generaliter dixi de culpa emptoris, quia non tantum latam, ſed etiam leuem præſtat, non leuiſſimam: vt j. de lega. j. ſi ſeruus legatus. §. cum quid.
k *Latam.* ſ. tantum.

Adhibuerit.

rit† medicum[a], vt ſanari poſſit: vel malum adhibuit, ſed culpa ſua. Sed hoc dicemus[b], ſi ante iudicium acceptū deceſſit. Ceterùm ſi poſt iudicium acceptū deceſsiſſe proponatur: tunc in arbitrium iudicis veniet, qualiter mortuus ſit. Vt enim & Pedio videtur, ea quæcunq; poſt litis conteſtationem contingunt, arbitrium iudicis deſiderant. B Quod in procuratore diximus, idem & in tutore & curatore dicendum erit, ceteriſque qui ex officio pro aliis interueniunt. & ita Pedius ait: & adiicit, quibus adminiſtratio rerum*, culpam abeſſe præſtare non iniquè[c] dominum cogi. Idem Pedius ait, familiæ appellatione & filiosfamilias demonſtrari.[d] Facta enim domeſticorum, redhibitoria agentem præſtare voluit[e]. Si quis egerit quanto minoris propter ſerui fugam, deinde agat propter morbū: quanti fieri condemnatio debeat? Et quidā ſæpius agi poſſe quanto minoris[f], dubium non eſt. C Sed ait Iulianus id agendum eſſe, ne lucrum emptor faciat, & bis eiuſdem rei æſtimationem cōſequatur[g]. In factum actio competit ad pretiū recuperandum, ſi mancipium redhibitum fuerit[h]: in qua non hoc quæritur, an mancipium in cauſa redhibitionis fuerit: ſed hoc tantum, an ſit redhibitum. nec immerito. Iniquū eſt enim, poſtea quā venditor agnouit[i] recipiendo mancipiū, eſſe id in cauſa redhibitionis, tunc quæri vtrum debuerit redhiberi, an nō debuerit: nec de tempore quæritur, an intra tempora redhibitus* eſſe videatur. D Illud planè hæc actio exigit, vt ſit redhibitus. ceterùm niſi fuerit redhibitus, deficit iſta actio, etiam ſi nudo conſenſu placuerit vt redhibeatur. Conuentio[k] ergo de redhibendo non facit locum huic actioni, ſed ipſa redhibitio.

Reſtitui[l] autem debet per hāc actionē[m] etiam quod ei[n] ſeruo in venditione acceſſit. Quia adſiduat† eſt duplæ ſtipulatio, idcirco placuit etiā ex empto[o] agi poſſe, ſi duplā vēditor mancipij[p] nō caueat. Ea enim, quæ ſunt moris & conſuetudinis, in bonæ fidei iudiciis debent venire[q]. Qui mancipia vēdunt, nationem[r] cuiuſque in venditione pronuntiare debent. Plerumque enim natio ſerui aut prouocat aut deterret emptorem. idcirco intereſt noſtra ſcire nationem. Præſumptum etenim eſt, †quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia nationis ſunt non infamatæ:[s]* quoſdā malos videri, quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt. Quòd ſi de natione ita pronūtiatum non erit, iudicium emptori, omnibusq; ad quos ea res pertinebit, dabitur, per quod emptor redhibet mancipium.[t] Si quid ita venierit, vt niſi placuerit, intra præfinitum tēpus redhibeatur: ea conuentio rata habetur. ſi autem de tempore nihil cōuenerit, in factū actio intra ſexaginta dies vtiles adcōmodatur emptori ad redhibendum: vltrà non. Si verò conuenerit vt in perpetuū redhibitio fiat: puto hanc conuentionē valere. Item ſi tēpus ſexaginta dierum præfinitum redhibitioni præterierit, cauſa cognita iudicium dabitur. In cauſæ autem cognitione hoc verſabitur, ſi aut mora fuit per venditorem: aut nō fuit præſens, cui redderetur: aut aliqua iuſta cauſa interceſſit cur intra diē redhibitum mancipiū non eſt, quod[u] ei[x] magis[y] diſplicuerat. In his[z] autē actionibus eadē erunt obſeruanda, quæ de partu, fructibus, acceſsionibus, quæq; de mortuo redhibēdo dicta ſunt.[a] Quod emptioni accedit, partem eſſe venditionis, prudentibus viſum eſt.

A a *Adhibuerit medicum.* hoc eſt optimum arg. contra illos emptores qui de euictione agunt, vt repellantur ſi malos habuerunt aduocatos, maxime cum medicus mortale vulnus ſanare non poſſit: patronus vero peſſimam cauſam poteſt facere videri bonam. Item arg. ſimiliter contra heredem, qui teſtatori non adhibuit medicum, vel malum adhibuit, vt priuetur hereditate: vt j. de verbo. oblig. l. ſi ſeruum ſtipulatus fuero. & infra de his qui. vt indig. l. indignum.

b *Sed hoc dicemus.* vt neceſſarium ſit propoſitū in actionem: ſed poſt lit. conteſt. iudicis officio expeditur: vt ſupra eo. l. ædiles. §. item ſciendum.

c *Non iniquè.* vt non liberetur etiam cedendo actionem: licet alias ſit contra: vt ſ. de tribu. act. l. iij. & ſupra de act. emp. l. Iulianus. §. idem Iulianus. & ſ. de pecu. l. in ſumma. §. ſi dolo. vbi ſeruus erat deterior futurus etiam non contracta venditione: vt ſ. eo. l. ædiles etiam. §. ſed notandum. & §. Pedius. ſed aliàs ex delicto procuratoris generalis nō tenetur dominus. hic tamen contra eſt: quia agit, & reſcindit contractum. nam ſæpe conuenti conſequimur, quod non conſequimur agendo: vt ſupra de compen. l. ſi cum filio. Azo.

d *Demonſtrari.* vt & ſupra eodem. l. ædiles. §. j. Accurſius.

e *Voluit.* ſcilicet Pedius: vt ſ. eo. l. j.

f *Minoris.* ſcilicet pretij: vt ſupra e. l. j.

g *Conſequatur.* vt & infra titul. j. l. quia dicitur. [& argumentum infra eodem. titulo. l. cum fundus. & ſ. de actio. emp. l. exempto. §. idem ait. & j. de reg. iur. l. bona fides. & argu. C. de epiſcopis & cleric. l. omnes qui. §. præterea cum in prouinciis. vbi dicitur quòd duabus afflictionibus non debent clerici affligi. ſic & ſupra ad legē Rhodiam de iactu. l. nauis. §. cum autem. & §. quid ergo.

h *Redhibitum fuerit.* extra ius: & idem ſi in iure: ſed non retinuit rem donec rehaberet pretium: quod facere poteſt: vt ſ. e. l. videamus.

i *Agnouit recipiendo.* Quod quis recipiendo agnouit, poſtea reprobare nō poteſt: vt hic, & j. de vacatione & excuſatione munerum. l. penultima. §. fina. & ſupra depoſiti. l. ſi hominem. §. quotiens. & C. ad legem Corneliā. de falſis. l. ipſe ſignificas. & j. ad legem Iuliam de adulteriis. l. ſi vxor. §. fin. & ſ. de iureiurando. l. nam & poſtea. §. j. Accurſius.

k *Conuentio.* Quid ſi ex ea conuentione detur actio? Videtur quòd debeat haberi pro eodem, ac ſi redhibitum fuiſſet: vt in argumen. contra. C. ad legem Falcidiam. l. ſin. Accurſius.

l *Reſtitui.* venditori. & ſic conuertit caſum.

m *Per hanc actionem.* ſcilicet in factum: & nihilominus per actionem ex vendito. vt ſupra eodem. l. cum autem. in principio. in fine j. reſpon. ergo emptori dabitur ex empto ad pretium: & in factum nihilominus: vt in ſuperiori caſu. Accurſius.

n *Quod ei.* redhibito etiam ſine iudice.

o *Ex empto.* vel ſi vult poteſt redhibere: vt ſupra eod. l. ſi venditor. Accurſius.

p *Mancipij.* alterius enim rei venditor duplam promittere ex hoc edicto non compellitur, ſecundum R. & dic caueri, ſcilicet ſeruum non eſſe in aliqua earum cauſarum quæ inducunt redhibitionem. cauet enim de dupla, quaſi videatur euinci per vitium: vt infra e. l. quæro. §. j. & ij. vnde ad ſimilitudinem veræ euictionis præſtatur euictio. nec dic ſpeciale in ſeruo, licet Rog. dixerit.

q *Venire.* moris autē eſt & conſuetudinis in his contractibus de dupla caueri: præſertim ſi res pretioſa ſit: vt infra eod. ſi tamen. §. fin. quæ ſeruāda eſt: vt hic, & ſupra famil. erciſc. l. qui erat. & ſ. de pign. act. ſi pignore. §. fina. & infra de aqua plu. arcē. l. ſi pri*. §. placuit. & j. titu. j. l. ij. & l. ſi fundus. & C. loca. l. circa.

r *Nationem.* ſcilicet ex quo patre & matre natus ſit: ſiue de qua progenie ſeruorum eſt.

s *Non infamatæ.* ſæpe ſolet[a] ſimilis filius eſſe patri. & illud. Non poteſt arbor mala bonum fructum facere.

t *Mācipium.* licet aliàs non ſit in cauſa redhibitionis: vt ſupra eo. l. ſi venditor de his.

u *Non eſt, quod.* ſcilicet mancipium.

x *Ei.* ſ. emptori.

y *Magis.* id eſt valde, & facit ad hunc. §. ſupra de reſcind. vend. ſi conuenerit.

z *In his.* id eſt in hac actione in factum.

a *Dicta ſunt.* de partu habuimus. ſ. e. §. ij. de fructibus & acceſsionibus habuimus. ſ. e. cum autem. §. penult. & fin. & l. illud. §. condemnatio. & l. debet. de homine vero mortuo habes. ſ. ea. l. §. idem ait homine. & §. ſi mancipium. & facit. j. eo. l. ædiles. §. loquuntur. quæ ergo in prædictis legibus de prædictis dicuntur circa redhibitoriam: & circa hanc in factum dicenda ſunt, vt hic dicitur.

† Arg. hic & Ale. in l. ſi ab hoſtibus. j. ſo. ma. iſtum tex. reputāt meliorē de corpore iuris, ad hoc propoſitū, ꝙ quemadmodū maritus priuatur lucro propter remediū non adhibitum vxori ægrotæ, ita etiā priuatur ſi malū medicum adhibet. Bolog.

** rerū permiſſa eſt, eorū culpā.*

** redhibitū. & ita mox. j. bis.*

† Eſt hic glo. quæ eſt no. iuncto ſuo tex. hoc quòd contractus dubij recipiunt modū & formam à cōſuetudine. Bolo.

† Hoc pertinet quod Ariſtoteles li. 3. Polit. c. 10. ait, nationes alias aliis ſeruituti aptiores eſſe, & moribus. de prouinc. Conſul. Cic. phil.

** Fl. nationes ſunt nō infamatæ.*

a Hæc glo. iūcto text. ſuo ibi præſumptum. no. quod arg. ſumptū per locū à præſumptione, valet. Itē no. ꝙ qui naſcuntur ex bonis parentibus, præſumitur bonus: ex malis malus. vide per Odof. in l. 1. ſ. de inſti. & iure. & Io. de Pla. in pro. inſti. in §. quarum.

Itaque

XXXII. GAIVS libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

ITaque ſicut ſuperius[a] venditor de morbo[b] vitióve, & ceteris quæ ibi cõprehenſa ſunt, prædicere iubetur, & præterea in his cauſis non eſſe mancipium vt promittat præcipitur: ita & cũ accedat alij rei homo, eadem & prędicere & promittere compellitur. Quod non ſolum hoc caſu intelligendum eſt, quo nominatim adiicitur acceſſurum fundo hominem Stichũ: ſed etiam ſi generaliter[c] omnia mancipia quæ in fundo ſunt, accedant venditioni.

XXXIII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

PRoinde Pomponius ait, iuſtam cauſam eſſe, vt quod in venditione acceſſurum eſſe dictũ eſt, tam integrum præſtetur, quàm illud præſtari debuit, quod principaliter veniit. Nam iure ciuili, vt integra ſint quæ accuſſura dictum fuerit, ex empto actio eſt[d]: C veluti ſi dolia acceſſura fundo dicta fuerint. Sed hoc ita, ſi certũ corpus acceſſurũ fuerit dictũ. Nam ſi ſeruus cum peculio venierit, ea mãcipia quæ in peculio fuerint, ſana eſſe præſtare vẽditor non debet: quia nõ dixit certũ corpus acceſſurum, ſed peculiũ tale prȩſtare oportere. Et quẽadmodum certam quantitatem peculij prȩſtare nõ debet: ita nec hoc. Eandẽ rationem facere Pomponius ait, vt etiã ſi hereditas aut peculiũ ſerui venierit, locus edicto ædilium non ſit circa ea D corpora quæ ſunt in hereditate, aut in peculio. Idẽ probat & ſi fundus cũ inſtrumẽto venierit, & in inſtrmento mancipia ſint. Puto hanc ſententiam veram, niſi ſi aliud ſpecialiter actũ eſſe proponatur. Si vendita res redhibeatur: ſeruus quoque qui ei rei acceſsit[e], licet nullum in eo vitium ſit, redhibetur.

XXXIIII. AFRICANVS libro ſexto Quæſtionum.

CVm eiuſdẽ generis plures res[f] ſimul veneãt, veluti comœdi[g], vel chorus[h]: B referre ait, in vniuerſos, an in ſingulos pretiũ conſtituatur: vt ſcilicet interdũ vna, interdũ plures venditiones cõtractæ intellegãtur. Quod vel[i] eo quæri pertinere, vt ſi quis eorũ fortè morboſus aut vitioſus ſit: vel omnes[k] ſimul redhibeantur.[l] Interdum etſi in ſingula capita pretiũ conſtitutum ſit, tamen vna emptio eſt:[m] vt propter vnius vitiũ omnes redhiberi poſsint[n] vel debeant:[o] ſcilicet cũ manifeſtum erit, non niſi omnes quem empturum vel venditurum fuiſſe: vt plerunque C circa comœdos, vel quadrigas, vel mulas pares accidere ſolet, vt neutri non niſi omnes habere expediat.

De connexis idem eſt iudicium: & quod in vno diſponitur, & in alio. hoc dicit. & adde quod not. infra de dona. inter virum & vxo. ſi ſponſus. §. ſi maritus.

XXXV. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

PLerunq;[p] ꝓpter morboſa mãcipia etiã non morboſa redhibentur,[q] ſi ſeparari nõ poſsint ſine magno incommodo, vel ad pietatis rationẽ offenſam.[r] *Quid enim ſi filio retento parẽtes redhibere maluerint[s], vel contra? D Quod & in fratribus & perſonas * contubernio, ſibi cõiunctas[t] obſeruari oportet[u].

XXXVI. POMPONIVS libro viceſimotertio ad Sabinum.

*Vulg. vel pietatis ratione offenſa. al. ob pietatis.

*vulg. perſonis cont. ſibi coniunctis.

a ITaque. Superius. vt ſupra eod. l. j. §. aiunt. Accurſius.

b Morbo. ſ. rei principalis. Et ſic not. hic quòd ea præſtantur in acceſſorio quæ in principali: vt ſ. de act. empt. l. fundi. & l. ex empto. §. ſi quis rem. & j. l. proxi. in fi. Accurſius.

c Generaliter. dictum ſit accedere. Sed contra j. l. proxi. Solu. illa corrigitur: vel hic ſeruorum facta eſt mentio: licet propriũ nomen cuiuſque non ſit propoſitum: ibi nec appellatiuum nec proprium fuit propoſitum, ſecundum Azo.

PRoinde.) CASVS. Vendo fundum: & dico accedere mancipia quæ in eo ſunt. teneor prædicere vitia pro his acceſſoriis ac ſi nominatim hæc mãcipia venderem. & hoc probat ad inſtar actionis ex empto ciuilis, quæ datur vt integra ſint quæ accedere fundo dicta ſunt. Secundo dicit hæc ſunt vera, ſi hæc acceſsio fuit in ſeruis emptis. Si autem vendo ſeruum Stichum cum peculio, & in peculio ſunt vicarij vitioſi, nõ teneor. Idem ſi vendo hereditatem in qua ſunt ſerui vitioſi: & fundum cum inſtrumẽto, in quo ſunt mancipia vitioſa. non enim teneor de his vitiis. Viuia.

d Ex empto actio eſt. vt ſupra de actio. empt. l. quicquid. & l. pen. §. fi. j. reſpon. Sed in ſeruo de quo ſubiicit, eſt cõtra. ſ. l. proxi. ſolu. vt ibi. Et not. hic quòd refert expreſſerit vel non: vt ſ. eod. ſi quid venditor. in fine. & j. titu. j. ſerui venditor. Accurſius.

e Acceſsit. propter rẽ principalẽ venditam, & acceſſoria ſemper redhibetur: vt hic. ſi autẽ neutra fuerit acceſſoria, diſtinguitur: vt infra eo. l. ſeq.

CVm eiuſdem.) CASVS. Vendidiſti mihi quatuor ſeruos, quoniam ſimul ludebant vel cantabant. quæritur, an propter vnius vitiũ alij redhibeãtur? Diſtinguitur: aut vnum pretium eſt ſimul pro omnibus conſtitutum: & tunc vna eſt venditio, & pro vnius vitio alij redhibentur. aut in quolibet fuit ſtatutum ſuum pretium, & tũc plures ſunt vẽditiones, & propter vnius vitium alij non redhibentur: niſi ſit certum emptorem alios ſine iſto non emiſſe, vel venditorem hunc ſine aliis non vendidiſſe. nam tunc ſi in ſingulis ſuum pretium ſit conſtitutum, propter vnum alij redhibentur. Viuianus.

f Plures res. principaliter. Accur.

g Comœdi. qui pariter recitant comœdias: vnus cantando, alter ſuccinendo vel reſpondendo.

h Chorus. Chorus hic ponitur pro numero perſonarũ ad pſallendũ deſtinatarum cum inſtrumento quodam, quod dicitur chorus. & ſic accipitur j. de leg. iij. ſi chorus. quãdoq; ponitur pro menſura: quandoq; ponitur pro loco & ordine: quandoq; pro vento: vnde dicitur, Cantat dulce chorus, bacchatur flamine chorus. Eſt menſura chorus: locus & ordo chorus.

A i Quod vel. id eſt quæ quæſtio pertinet etiam ad id quod nũc ſequitur.

k Omnes. cum confuſe eſt pretiũ conſtitutũ. tunc enim redhibentur omnes ſi velit emptor vel venditor etiã: quia alter nõ vult reſpondere, niſi redhiberẽtur omnes: vel ſi vterq; admittat, in ſolo morboſo procedat: vt j. eo. ſi plura. & l. pen. Videtur tamen contra j. e. ędiles aiunt. §. fi. vnde in his diſtingue, vtrum vendantur res eiuſdẽ generis, id eſt officij, an non. ſi eiuſdem generis, diuide vtrum in ſingulis pretiũ conſtituatur: an confuſe in omnibus. in primo caſu non redhibetur vnũ propter aliud, niſi emptor vnum ſine altero non erat empturus: quod ex affinitate rerũ vel perſonarũ probari poteſt: vt j. ea. l. in fin. & j. l. proxi. in ſecundo ſit omnium redhibitio: vt hic. vtriuſq; tamen voluntate agi poteſt ad vnũ: vt j. eo. ſi plura. vbi autem plures res venduntur: quia non ſunt eiuſdẽ officij, propter vnam non redhibentur ceteræ: vt infra e. ædiles aiũt. §. fi. & hoc cum neutra eſt alteri acceſſoria. ſi autẽ vna alij accedat, propter principalem redhibetur acceſſoria: vt ſ. l. prox. in fi. ſed propter acceſſoriam non redhibetur principaliter vendita, niſi in caſu, vt propter ornamenta: vt infra e. ædiles. j. reſpon. redhibentur autem acceſſoria, ſi acceſſerint expreſsim, non ſub vniuerſitatis appellatione, vel velamento: vt ſupra eod. quòd ſi nolit. §. vlti. & l. itaque. & l. proinde.

l Redhibeantur. ſi autem in ſingulis, vnus redhiberi poſſet etiã ſine ceteris: niſi, vt ſequitur.

m Vna emptio eſt. quo ad hoc. ſic & infra de dona. inter vir. & vxo. ſi id quod. §. ſi ex. x. & ſ. de contrahen. empt. l. ſi duos. & j. e. ædiles. §. ſi iumenta. & §. cum autem. & §. ſi forte. ſic ergo in hoc caſu vbi ſunt plures emptores, & vnus poterit redhibere, alter abſtinere: vt hic innuit, & argu. ſupra de mino. l. tutor. & infra de ſolu. ſi quis alienam. Accurſius.

n Redhiberi. licet in ſingulis pretiũ ſingulariter ſit cõſtitutũ.

o Vel debeant. vel pro &.

p PLerunque. Hæc lex dicit idem quod ſuperior adiiciendo exempla.

q Redhibentur. etiam ſi pro ſingulis ſit pretium conſtitutum.

r Rationem offenſam. id eſt quæ de pietatis ratione eſt, vel rationabile eſt.

s Maluerint. ſcilicet emptores.

t Coniunctas. maritum & vxorem.

u Oportet. ſcilicet vt non ſeparentur huiuſmodi perſonȩ: ſed propter vnam aliæ redhibentur: vt hic, & C. communia vtriuſque iudi. l. poſſeſsionem. & j. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. iij. & j. eo. ædiles. in fin. & j. eo. l. hi enim. Accur.

Si plura,

SI plura mācipia vno pretio venierint, & de vno corū ædilicia[a] actione vtamur: ita demū pro bonitate[b] eius æſtimatio[c] fiet, ſi cōfuſe vniuerſis mācipiis cōſtitutum pretium fuerit. quòd ſi ſingulorū mācipiorum cōſtituto pretio, vniuerſa tāti venierunt, quantū ex cōſummatione ſingulorū fiebat: tunc cuiuſq; mācipij pretiū, ſeu pluris, ſeu minoris id eſſet, ſequi debemus. B

XXXVII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

PRæcipiunt ædiles ne[d] veterator[e] pro nouitio veneat. & hoc edictū[f] fallaciis venditorū occurrit. Vbiq; enim curant ædiles, ne emptores à vēditoribus circūueniantur. vt ecce pleriq; ſolēt mācipia quæ nouitia non ſunt, quaſi nouitia diſtrahere, ad hoc ſcilicet, vt pluris vendant. Præſumptū eſt enim ea mancipia quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora, & dociliora, & ad omne miniſteriū habilia: trita verò mācipia & veterana difficile eſſe reformare[g], & ad ſuos mores formare. q̄a igit̄ venalitiarij[h] ſciūt facilè decurri ad nouitiorū emptionē: idcirco interpolāt[i] veteratores, & ꝓ nouitiis vēdunt: qđ ne fiat hoc edicto ædiles denuntiant: & ideo ſi quid ignorāte emptore ita venierit, redhibebitur[k]. C

XXXVIII. IDEM libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

AEdiles† aiunt: *Qui iumēta vendunt, palam rectè dicunto quid in quoq; eorū morbi vitiiq; ſit: vtiq;[l] optimè ornata[m] vendēdi cauſa fuerint, ita emptoribus tradantur[n]*. Si quid ita factum[o] non erit, de ornamentis reſtituendis, iumentíſve ornamētorum nomine redhibēdis, in diebus ſexaginta: morbi autē vitiive cauſa inemptis faciēdis, in ſex menſibus: vel quo minoris cū venirent* D *fuerint, in anno iudicium*[p] *dabimus. Si iumēta paria ſimul venierint, & alterū in ea cauſa fuerit vt redhiberi debeat: iudiciū dabimus quo vtrunque redhibeatur.*[q] Loquuntur ędiles in hoc edicto de iumentis redhibēdis. Cauſa autē huius edicti eadē eſt, quæ mācipiorum redhibēdorum: & ferè[r] eadē ſunt in his, quæ in mācipiis, quod ad morbū vitiúmve attinet. B Quidquid igitur illic* diximus, huc erit trāsferendum: & ſi mortuum fuerit iumentum, pari modo redhiberi poterit, queādmodum mancipium poteſt.[s] Iumentorum autē appellatione an omne pecus cōtineatur, videamus. Et difficile eſt vt cōtineatur. nā aliud ſignificāt iumenta,[t] aliud ſignificatur pecoris appellatione.[u] idcirco[x] elogiū[y] huic edicto ſubiectum eſt, cuius verba hæc ſunt: *Quæ de iumentorum ſanitate diximus, de cetero quoq; pecore omni venditores faciunto*. Vnde dubitari C deſiit, an hoc edicto boues quoq; contineantur. etenim iumētorum appellatione nō cōtineri eos verius eſt: ſed pecoris appellatione cōtinebuntur. Sed enim ſunt quædam, quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in iumētis nō adeo. vtputa ſi mulus caſtratus eſt, neq; morbi[z] neq; vitij[a] quid habere videtur: quia neq; de fortitudine quid eius detrahitur, neq; de vtilitate[b], cū ad generādum nunquā ſit habilis: Cælius quoq; ſcribit nō omnia animalia caſtrata ob idipſum vitioſa eſſe, niſi ꝓpter ipſam caſtrationē facta ſint imbecilliora: & ideo mulū nō eſſe vitioſum. D Idē refert Ofiliū exiſtimaſſe, equū caſtratū[c] ſanum eſſe, ſicuti ſpado[d] quoq; ſanus eſt. Sed ſi emptor ignorauit, vēditor ſcit, ex ēpto[e] eſſe actionē. & verū eſt quod Ofilius.

** Flor. hic.*

SI *plura.*} CASVS. Vendidiſti mihi quatuor ſeruos comœdos. propter vitiū vnius ago redhibitoria de cōſenſu venditoris pro eo ſolo. quæritur, an in repetitione pretij debeat ei plus æſtimari, quia ceteri qui apud me remanēt, ſint depretiati? Reſpon. ſic, ſi vno pretio pro omnibus ſimul conſtituto emit. alioquin non. Viuianus.

a *Aedilicia.* i. redhibitoria. nec ob. quod s̄. dicitur, omnes redhibendos propter vnius vitium: quia hic emptor & venditor conſentiebant, ne ceteri redhiberentur. vel dic quanto minoris æſtimatoria agi prima verior eſt. Viuia.

b *Pro bonitate.* ceterorum collatione facta: vt j̄. eo. l. pen. & l. cum in ea. §. fin. & l. ædiles. §. ſi forte. Accur.

c *Aeſtimatio.* vt ſic colligatur pretiū vitioſi: vt j̄. eo. l. Labeo. Acc.

PRæcipiunt.} CASVS. Venditores ſeruorum conſueuerunt dicere nouitium ſeruū quem vendunt, vt facilius inueniant emptorem. nam meliores ſunt nouitij, quia magis conformant ſe ad mores emptoris quàm veterani. & ſic decipiunt emptores: quod vt non fiat, præcipiūt ædiles. Viuia.

d *Præcipiunt ædiles ne.* in quibuſdam verbis edicto ſuperiori adiunctis, quæ non habemus hic.

Veterator quis ſit.

e *Veterator.* qui inueteratus eſt in aliquo miniſterio vili & malitioſo: vt s̄. eo. l. fi. §. fi.

f *Et hoc edictum.* verba Vlpiani.

g *Reformare.* ad frugem melioris vitæ.

h *Venalitiarij.* i. venditores ſeruorum: vt & accipitur s̄. manda. l. mandatum.

i *Interpolant.* aliàs interpellant, aliàs interpolāt, id eſt obſcurāt: puta tondendo eos, & balneando, & impinguando, vt iuuenes videantur. ſic & ponitur s̄. de contrahē. emp. l. Labeo ſi veſtimenta.

† Hanc & alias huius edicti partes explicat Alexan. ab Alex. li. 4. Gen. dier. c. 4.

** tradētur.*

k *Redhibebitur.* forte intra lx. dies: arg. s̄. eo. l. ſi vēditor de his. & l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. ſecundū Al.

l AEdiles. *Vtiq;.* quæ ꝓ &: vti, ꝓ ſicut.

m *Ornata.* vt ſella & fræno, & ſimilibus ornamentis.

n *Tradantur.* niſi fuerint excepta.

o *Factum non erit.* i. ſi aliquod fuerit ornamentū cauſa vēdendi appoſitū, & illud non ſit emptori traditū. & ſecundum hoc dic, reſtituendis. i. emptori dandis. & quod ſubiicit, iumētíſve &c. eſt aliud dictum, quando. ſ. eſſent data ornamenta cum iumentis, & vitioſa: quo caſu propter vitium acceſſorij etiam principale redhiberetur: vt dicit hic. quod eſt mirabile. & his duobus caſibus. ſ. vt ornamenta dentur. vel iumēta redhibeantur occaſione ornamentorum, agitur intra lx. dies tantum: vt hic dicitur. ſic & aliàs. ſ. ſi redhibitio ſit facta ſine iudice, agi- A tur ad pretiū redhibendum intra lx. dies: vt s̄. e. quòd ſi nolit. §. in factū. & §. illud. & §. reſtitui. Item, ſi non pronūtiauit venditor de natione: vt s̄. e. l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. Item ſi non cauet de his quæ iubent ædiles: vt s̄. e. ſi venditor. Item ſi res fuerit vēdita eo pacto ꝙ niſi placuerit, reddatur: & nō fuerit appoſitum tempus intra quod placeat vel nō: vt s̄. e. ꝙ ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. & §. item ſi tēpus. Item ſi nō pronuntiauit de vitiis. nā licet nō ſit vitioſum, redhibeatur tamē vt vitioſum ſi nō pronuntiauerit vitia, ſecundum quoſdā: vt s̄. e. l. j. §. j. in prin. & §. itē ſi quod mancipiū. & l. itaq;. Sed cōtra eſt ad hunc vltimum caſum. j̄. e. ſi tamen. §. ei. vbi nō pronuntiat: & tamen nō agitur. Dic ergo tu ſatis eſſe ſi caueatur in his vitiis nō eſſe mancipiū: vt in l. illa. s̄. eo. itaque. & ita pronuntiet abeſſe vitia, & non adeſſe. nam quare pronūtiaret vitia adeſſe, quę abſunt? ſed aliud eſt in natione, quā dicere debet: ſed in dicto contrario l. ſi tamen. §. ei. licet nō pronunciauerit, fecit tamen quod tantundem valuit. Acc.

p *Iudicium.* in factū.

q *Redhibeatur.* etiam non morboſum propter morboſum: vt s̄. e. cū eiuſdem. & l. plerunq;. & l. ſi plures.

r *Fere.* fere dicit propter ſeruos qui nō redhibētur propter vitiū animi, vt in fugitiuo, & errone. ſecus in iumentis: vt s̄. e. l. j. §. fi. & l. ij. iij. & iiij. j. reſp. & j̄. eod. bouem. j. reſpon. vel fere dicit ꝓpter id quod eſt. j̄. e. l. §. ſed enim. & facit qđ no. j̄. ead. l. §. non tantum. Accur.

s *Mancipium poteſt.* vt & s̄. e. quòd ſi nolit. §. idem ait homine. & §. ſi mancipium. & §. penulti. & j̄. eo. ſi hominem. in fin.

t *Significant iumenta.* i. hoc nomē iumentum.

v *Appellatione.* vere aliud eſt: quia hoc nomen pecus, eſt genus vel totū. aliud eſt pars, ſiue ſpecies. nam omne iumentum eſt pecus. & hoc innuit ibi, de cetero pecore &c. ſed non omnia pecora ſunt iumenta.

x *Idcirco.* quia nō omnia animalia iumentorum appellatione continentur.

y *Elogium.* i. ſermo generalis omnia animalia cōprehendens.

z *Neque morbi.* in corpore. Accur.

a *Neque vitij.* in animo.

b *De vtilitate.* ſed aliud in homine: vt s̄. e. l. ſin autem quis.

c *Caſtratum.* i. caſte natum, vt differat à ſequenti.

d *Spado.* ſcilicet equus.

e *Ex empto.* ſcilicet ciuilem: vt s̄. de act. emp. l. ex empto. §. ſi quis virginem. cum aliàs non erat empturus. nec enim ob id vitioſum vel morboſum eſt, vt agatur ex hoc edicto.

Tranſiungi.

Quæſitũ eſt, ſi mula talis ſit, vt trãſiungi[a] nõ poſsit: an ſana ſit. Et ait Põponius ſanã eſſe: pleraſq; deniq; carrucarias tales eſſe, vt non poſsint trãſiungi. Idem ait, ſi nata ſit eo ingenio aut corpore, vt alterũ[b] iugum nõ patiatur, ſanã nõ eſſe. Non tantũ autem ob morbũ[c] vitiúmve[d] redhibitio locũ habebit in iumẽtis: verũ etiam ſi cõtra dictũ promiſſúmve, erit locus redhibitioni, exẽplo mancipiorũ[e]. Vẽdẽdi autẽ cauſa ornatũ iumẽtum videri Cælius ait, non ſi ſub tẽpus[f] vẽditionis, hoc eſt biduo[g] ante vẽditionem, ornatũ ſit: ſed ſi in ipſa vẽditiõe ornatũ ſit: aut ideo (inquit[h]) venale cũ eſſet, ſic ornatũ inſpiceretur. Sẽperq; cũ de ornamentis[i] agitur[k], & in actione[l] & in edicto adiectum eſt, *vẽdendi cauſa ornata ducta eſſe.* poterit enim iumentũ ornatum itineris cauſa duci, deinde venire[m]. Si plura iumenta venierint[n]: non omnia erunt redhibenda propter vnius ornamentũ[o]. Nã etſi vitioſum ſit vnũ iugum, nõ tamẽ propter hoc cetera iuga redhibebuntur. Si fortè iugũ mularũ ſit, quarum altera vitioſa eſt: nõ ex pretio tantum vitioſæ, ſed ex vtriuſq; erit cõponendum† quãti minoris ſit. Cum enim vno pretio[p] vtræq; venierint, non eſt ſeparandum[q] pretium: ſed quãto minoris, cũ veniret, vtrunq; fuit, non alterum[r] quod erat vitioſum.

Cum autẽ iumenta paria venierũt, edicto expreſſum eſt, vt cũ alterum in ea cauſa ſit, vt redhiberi debeat, vtrũq; redhibeatur. in qua re tã emptori quã vẽditori cõſulitur, dũ iumenta nõ ſeparẽtur. Simili modo & ſi triga venierit[s], redhibẽda erit tota: & ſi quadriga, redhibeatur. Sed ſi duo paria mularũ ſint, & vna mula vitioſa ſit, vel par: ſolũ par redhibebitur,[t] alterũ nõ. Si tamẽ nõdum ſint paria cõſtituta, ſed ſimpliciter quatuor mulæ vno pretio[u] venierint: vnius erit mulæ redhibitio, nõ omnium. Nã & ſi polia[x] venierit, dicemus vnũ equũ qui vitioſus eſt, nõ omnẽ poliã redhiberi oportere. Hæc & in hominibꝰ, dicemus, pluribus vno[y] pretio diſtractis, niſi ſi ſeparari nõ poſsint, vtputa ſi tragœdi, vel mimi.

XXXIX. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

Vel fratres[z].

XL. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

Hi enim nõ erũt ſeparãdi. Deinde aiunt ædiles: *Ne quis canẽ, verrẽ, vel minorẽ aprũ, lupum, vrſum, pantheram, leonẽ.*

B XLI. PAVLVS libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

Et generaliter, aliúdve quod noceret[a] animal, ſiue ſoluta ſint, ſiue alligata, vt contineri vinculis quo minus damnum inferant, non poßint.

XLII. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

Qua volgo iter fiet, ita habuiſſe velit, vt cuiquã nocere, damnúmve dare poßit. Si aduerſus ea factum erit, & homo liber ex ea reperierit, ſolidi ducenti [præſtabuntur.] ſi nocitum homini libero eſſe dicetur, quanti bonum æquum iudici videbitur, condemnetur: ceterarum rerum,*
C *quantum * dãnum datum factúmve ſit, dupli.*[b]

XLIII. PAVLVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

Bouẽ qui cornu petit, vitioſum[c] eſſe pleriq; dicunt. item mulas quæ ceſſum dant[d]*. Ea quoq; iumenta quæ ſine cauſa turbantur, & ſemetipſa eripiũt: vitioſa eſſe dicuntur. Qui ad amicũ domini deprecaturus confugit, nõ eſt fugitiuus[e]: immò etiã ſi ea mẽte ſit, vt nõ impetrato auxilio, domũ nõ reuertatur, nondũ fugitiuꝰ eſt: quia nõ ſolũ conſilij, ſed & facti, fugę nomẽ[f] eſt. Qui perſuaſu
D alterius à domino receſsit, fugitiuus eſt: licet id non fuerit facturus citra cõſilium eius q̃ perſuaſit[g]. Si ſeruus meus bona fide tibi ſeruiẽs fugerit,[h] vel ſciens ſe meũ eſſe, vel ignorãs: fugitiuus eſt, niſi animo ad me reuertẽdi id fecit. Mortis cõſciſcendæ cauſa ſibi facit[i], qui propter nequitiã, maloſq; mores, flagitiũve aliquod admiſſum, mortẽ ſibi conſciſcere voluit: nõ ſi* dolorem corporis non ſuſtinendo id fecerit. Si quis ſeruum emerit: & rapto eo,

a *Tranſiungi.* puta à dextra tantum, vel à ſiniſtra tantum ſuſtinet: & quodlibet iugum ducit, & quodlibet plauſtrum: ſed tranſiungi, id eſt ex vtraque parte iungi diuerſis temporibus non poteſt.

b *Vt alterum.* niſi vnum. Azo. Vel dic quòd vult facere differentiam, an ex accidẽti habeat hoc vitium: vt ſ. prox. an ex natura: vt hic. & ſecũdum hoc dic, iugum alterũ i. tranſiungi non patitur: quod facit vel ꝑpter vitium corporis quod patitur ab vna parte: vel quia naturale fuit in ea à principio vitium quòd non potuit ſuſtinere niſi ex vna parte. ſecus ſi accidentale fuit vitiũ animi: vt ſ. dixi. corporale autem vitium, ſiue naturale, ſiue accidentale, inducit redhibitionem. vel dic alterum, id eſt neutrum.

c *Ob morbum.* ſ. corporis. Accurſius.

d *Vitiúmve.* ſ. animi: vt & j. eod. l. bouem. in princ. aliter accipitur ſupra. eo. l. j. §. j.

e *Mancipiorum.* quæ redhibentur etiã propter animi vitia, ſi fuerint dicta abeſſe: vt ſ. eo. l. ob quæ. §. animi autem vitium.

f *Sub tempus.* ſubaudi tunc ſemper.

g *Biduo.* repete, ſi.

h *Inquit.* Cælius.

i *Cum de ornamentis.* id eſt cum de ornamẽtis agitur, ſemper adiicitur hoc verbum, ſcilicet vendendi cauſa.

k *Agitur.* i. tractatur.

l *In actione.* ſ. ex empto, vel in factum: vel ponitur pro eodẽ, id eſt in actione quæ eſt edictum. Accurſius.

m *Deinde venire.* & ita non habebit locum edictum.

n *Venierint.* pretio in ſingulis conſtituto. Alioquin contra ſ. e. l. cum eiuſdem. quæ eſt contra. Vel hic non agebatur redhibitoria, ſed quanto minoris, vt hic dicitur: q̃d non placet. vel aliud in actione redhibitoria, quæ datur propter morbum: vt ibi. aliud in actione in factum, quę datur propter ornamenta: vt hic. vel hic non erat eiuſdem officij. Accurſius.

o *Ornamentum.* quod nõ vult dare vẽditor.

p *Vno pretio.* id eſt vna ſumma ex pretio ſingulorũ collecta: vt ſ. eo. l. ſi plura. in prin. Accurſius.

q *Separandum.* & ideo nec ſeparatim colligenda ſumma: vt hic, & ſupra ad leg. Aquil. proinde. §. j.

A r *Non alterum.* quanto minoris fuit alterum tantum.

s *Venierit.* in hoc differt à ciuili. Accurſius.

t *Par redhibebitur.* ſcilicet par vitioſum.

u *Vno pretio.* ſcilicet vnico, id eſt ſumma vna erat ex ſingulorum pretio collecta. alioquin eſt cõtra: vt ſ. eo. cum eiuſdẽ. Vel aliter vt ibidem dixi: quia hic nõ ſunt eiuſdem officij.

x *Polia.* id eſt[a] vniuerſitas equorũ. à polys quod eſt pluralitas. Accurſius.

y *Pluribus vno.* id eſt vnico facto ex pretio ſingulorũ cuiuſlibet. nam quilibet ſuo pretio fuit æſtimatus: ne ſit contra ſupra eodẽ. l. cum eiuſdem. Accurſius.

z *Vel fratres.* vt ſ. e. l. plerũque. Ac.

a *Et generaliter. Noceret.* id eſt nocere poſſet: vt innuit. j. eo. l. prox. ar. j. de ſtatulib. l. Labeo. non tamen hic agitur niſi damno dato. j. l. proxi. §. ſi aduerſus ea. Accurſius.

b *Qua. Dupli.* & nihilominus agi poteſt actione in factum de pauperie: vt inſtit. ſi qua. pau. fe. di. §. fin. Accurſius.

c *Bouem. Vitioſum.* in animo, vnde non redhibetur: ſed quanto minoris agitur: vt ſ. e. l. j. in fi. & l. ij. iij. & iiij. j. reſpon. & §. animi autem. Vel forte aliud eſt in iumentis: vt dixi. ſ. e. l. ædiles aiunt §. loquuntur. in prin. in mancipiis in tribus caſibus tantum, propter vitium animi redhibentur: vt in fugitiuo, fure, & eo qui ſibi mortem conſciuit. Accurſius.

d *Peſſundant.* id eſt pede percutiunt. Acc.

e *Fugitiuus.* vt & ſ. e. quis ſit fugitiuus. §. ſi autem in hoc. Accurſius.

f *Nomen eſt.* conuerte literam. ſic & ſ. de pac. l. iuriſgentium. §. pactorum. ſic & aliàs exigitur factum, non conſilium tantum, vel propoſitum: vt ſ. eo. l. quod ſi nolit. §. illud plane. & ſ. de vſufruc. l. quid ergo. §. fin. Accurſius.

g *Qui perſuaſit.* perſuadens etiam tenetur actiõe ſerui corrupti, vt ſupra de ſeruo corrupt. l. j. §. j. Accur.

h *Fugerit.* à te bona fide poſſidente. Acc.

i *Sibi facit.* ſic & diſtinguitur cum de bonis eorum liberorum, qui ſibi mortem conſciuerunt, quæritur, vt hic, & j. de bo. eorum qui ante ſenten. mor. ſibi conſci. l. fi.

† *No. ſecundum Bald. q̃ verbum componere, ponitur pro ſoluere, & addo alium tex. hoc termino vtentem c. 1. §. ſi quis aliquẽ. de pace tenen. in vſiſeu.*

a *Polia, teſte Catelliano Cotta, equitiũ ſignificat, id eſt equorũ armentum: à Græca voce πῶλος, quod pullũ, & præſertim equinum ſignificat. Bettbra.*

* *Solidi, id eſt, aurei, Budæus hic.*

* *quanti.*

* *Vulg. peſſundant. Hal. ceßim eunt.*

* *Vulg. niſi dolorẽ corporis ſuſtinendo, &c.*

Non

vi bonorum raptorũ actione quadruplum conſecutus eſt, deinde ſeruũ redhibeat: reddere debebit quod accepit. Sed ſi per eum ſeruum iniuriam paſſus, iniuriæ nomine egerit, non reddet[a] venditori: aliter forſitan atq; ſi loris ab aliquo cæſo[b], aut quæſtione de eo[c] habita[d] emptor egerit[e].

Per actionem quanto minoris ſit redhibitio, & totalis pretij reſtitutio, quando res empta apparet nullius eſſe valoris. h.d. facit l. illud. §. minus. de tributoria act.

Aliquando† etiã redhiberi mancipiũ debebit, licet æſtimatoria, id eſt quanto minoris, agamus. Nam ſi adeò nullius ſit pretij, vt ne expediat quidẽ tale mancipiũ domino habere, veluti ſi furioſum aut lunaticũ ſit: licet æſtimatoria actum fuerit, officio[f] tamen iudicis continebitur, vt reddito mancipio pretiũ recipiatur. Si quis cum cõſilium iniſſet fraudandorũ creditorum, redhibuerit, non redhibiturus aliàs, niſi vellet eos fraudare: tenetur creditoribus ꝓpter mancipium venditor[g].

C Pignus manebit[h] obligatũ etiam ſi redhibitus fuerit ſeruus[i]: quemadmodum ſi eum alienaſſet[k], aut vſumfructum eius non rectè redhibetur, niſi redemptum ſit, & pignore liberatum redhibeatur[l]. Si ſub cõditione homo emptus ſit, redhibitoria actio* ante conditionem exiſtentẽ inutiliter agitur: quia nondum perfecta emptio, arbitrio iudicis imperfecta fieri non poteſt[m]: & ideo ſi ex empto, vel vendito, vel redhibitoria antè actum fuerit[n], expleta cõditione iterum agi[o] poterit. Interdum etiam ſi pura ſit venditio, propter iuris conditionẽ in ſuſpẽſo eſt: veluti ſi ſeruus in quo alterius vſuſfructus, alteri⁹ proprietas eſt, aliquid emerit. nam dum incertũ eſt, ex cuius re pretium ſoluat, pendet cui ſit adquiſitum[p]: & ideo neutri eorum redhibitoria competit.

XLIIII. IDEM libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

B IVſtiſsimè ædiles noluerũt hominem ei rei quæ minoris[q] eſſet, accedere: ne qua fraus aut edicto[r] aut iuri ciuili fieret (vt ait Pedi⁹) propter dignitatem[s] hominum: alioquin eandẽ rationẽ fuiſſe & in ceteris rebus. Ridiculum[t] namq; eſſe, tunicæ fundum accedere. Ceterùm hominis vẽditioni quiduis adijcere licet. nã & plerunq; plus in peculio eſt, quam in ſeruo:[u] & nõnunquam vicarius qui accedit, pluris eſt quam is ſeruus qui venit. Proponitur actio ex hoc edicto in eũ cuius maxima pars in venditio-

C ne fuerit, quia plerunq; venaliciarij ita ſocietatẽ coëũt, vt quicquid agunt, in commune videâtur agere. Aequũ enim ædilibus viſum eſt, vel in vnum ex his, cuius maior pars, aut nulla parte minor eſſet, ædilicias[x] actiones competere: ne cogeretur emptor cum multis litigare:[y] quamuis actio ex empto[z] cum ſingulis[a] ſit pro portione qua ſocij fuerunt. nã id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius eſt. In redhibitoria vel æſtimatoria poteſt dubitari, an

D quia alienũ ſeruum vẽdidit, & ob euictionem, & propter morbum fortè vel fugam ſimul teneri poteſt. Nam poteſt[b] dici, nihil intereſſe em-

A a *Non reddet.* quod eſt conſecutus: vt & ſ. de peti. her. l. at vbi. ad emptorem enim eundemq; poſſeſſorem reſpexit: quia grauius, vel quia in dedecus domini: vt dicitur. ſ. ſed ſi per eum ſeruum &c. ſecus ſi non reſpexit: vt hic ſubiicit, & j. de iniur. l. item apud. §. ſi quis ſic fecit iniuriam.

b *Cæſo.* ſ. per iniuriã ſeruo. aliàs cæſus.

c *De eo.* ſcilicet accuſato. Accurſius.

d *Habita.* quo abſoluto agitur in duplum: vt ſ. de calum. l. fin.

e *Egerit.* quaſi pro vitio ſerui, non domini. nam hic venditori reſtituit: vt d. §. ſi quis ſic.

f *Officio.* Hic not. ꝙ aliud petitur: & aliud in cõdemnatione deducitur: ſic j. de exce. rei iudi. ſi is qui heres non erat. §. j. & de leg. j. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. in fi. minus enim valet, quod nihil valet: vt ſ. de trib. ac. l. illud quoque. §. minus autem.

†Hũc tex. alle. pro ſin. Ludoui. Ro. fol. 23. ſingu. 648. de quo ibi per eum, & hic in nouis interpreta. Bolog.

g *Venditor.* reuocatoria: ſed ille qui redhibuit, tenetur ex illo edicto. ſ. de alie. iud. l. quia redhibito. in fin.

h *Pignus manebit.* vt ſ. quib. mo. pig. vel hypo. ſol. ſi debito. Sed certe immo videtur quòd nõ: vt ſ. de in di. addic. vbi. §. ſed Marcellus. quæ eſt contra. Sol. ibi ex neceſsitate reſoluitur venditio: hic ex voluntate. Accurſius.

i *Seruus.* & ideo non liberatur à vẽditione.

k *Alienaſſet.* ſcilicet eius proprietatem.

l *Redhibeatur.* in præiudiciũ emptoris &c. vt ſubijcit. Vel etiam non liberatur à venditore talem reſtituendo. Accurſius.

m *Non poteſt.* vt & j. de iniuſt. teſtam. l. nã & ſi ſub conditione.

*Vulg. actione.

n *Ante actum fuerit.* & abſolutio ſecuta, ſicut debuit fieri: vt & ſ. de iud. non quemadmodum. Sed contra. ſ. ad Velleia. l. aliquando. §. fin. Solu. ibi pure contra eum qui pure tenebatur agebat, licet alius conditionaliter tenetur. Itẽ argu. contra infra de do. cau. mor. l. mortis cauſa. Sed ibi nihil fuit in iudicio actum.

o *Iterum agi.* Not. iterum agi, ſi primo fuit incõpetens actio propoſita: ſic & ſ. de pig. l. grege. §. ſi ſub conditione. & infra de excep. rei iud. ſi mater. §. eandem.

p *Adquiſitum.* dominiũ: vt ſ. de vſufr. ſed & ſi quis. §. interdũ.

I *Vſtiſsimè.* } C A S V S. Vendidiſti mihi fundum: poſtea apparet fundus vitioſus, quia produxit peſtiferam herbam. quæritur, an ſeruus non redhibendus redhibeatur propter fundum redhibendum? quod habes neceſſe dicere, ſi dicis hominem accedere fundo: vt ſ. proinde. §. ſi. Sed certe hoc eſt abſurdũ. vt homo qui eſt pretioſiſsima creatura, non redhibendus redhibeatur occaſione vilis rei cui accedit. Ideoque dicamus nõ poſſe eum eſſe acceſſorem rei minoris propter ſui dignitatẽ. Vide cetera in glo. j. {P R O P O N I T V R.} Si plures vendunt ſeruum vitioſum, datur redhibitoria in ſolidum contra illum cuius fuit maior pars, vel non minor. ſecus in actione ex empto: vbi etiam pro partibus datur. Viuia.

q *Minoris.* pretij: & hæc eſt ratio, quia homo eſt maioris pretij vel paris. hæc enim ratio eſſet nulla: quia ſecũdum hoc res maioris pretij non accederet ei quæ ſit minoris. quod eſt falſum: vt inſtit. de re. diui. §. ſi tamen alienam. ſed id eſt propter dignitatem hominis. homo enim rei maioris pretij, licet minoris dignitatis, accedere poteſt: quia hoc non prohibetur hic. Item rei paris dignitatis, licet minoris ſit pretij: vt homo homini in cui⁹ eſt peculio. Si aliud diceretur, quàm ſ. dixi, ſcilicet quòd homo cuilibet rei accederet: redhiberetur ſæpe homo non redhibẽdus, propter rem principalem cui accederet: vt ſ. e. proinde. §. ſi. quod quamuis prętor. & ius ciuile in aliis admiſerint, in homine tamen reprobauit. Nec obſtat quod dicitur. ſ. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. ibi, nec refert, &c. referẽdus eſt enim ad res alias acceſſorias non ad hominem. Azo. Vel de homine aſſcripticio ibi dicit. aliàs obtinet qđ hic dicitur. Vel dic, in duobus caſib⁹ ſpeciale. ſ. cum fundo accedit: & cum alij homini: vt ibi, & hic. Acc.

Verſui.

r *Aut edicto.* veteri, quod ad plenũ nõ habemus. edictum ergo prætoris voluit, item ius ciuile voluit, ne homo rei minoris pretij accederet. Acc.

s *Dignitatem.* eſt enim homo digniſsima creaturarũ. vnde Ouidius: Pronaq; cum ſpectent animantia cetera terrã: Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre &c. Et Virgilius: Igneus eſt illis vigor, & cœleſtis origo.

t *Ridiculum.* ſ. eadem ratione allegata quæ allegatur in homine ſ. vt non accedat alij: quia minoris pretij eſt. Azo.

u *In ſeruo.* Nec ob. inſtitu. de fideiuſ. §. fideiuſſores. quia ibi dicitur de acceſſoria fideiuſſoris obligatione: hic autem eſt vtraque obligatio principalis: licet vna ſuper principaliter vendito ſit, altera ſuper vendito acceſſoriè.

x *Aedilicias.* vt j. de euict. ſi rem. §. j.

y *Cum multis litigare.* quod eſſet durum: vt ſ. de exerci. actio. l. ne in plures. in ſolidum ergo teneãtur, niſi quilibet ſeparatim ſuam partem vẽdidit: vt ſ. e. quod ſi nolit. §. quod ſi venditori. ibi, verius eſt enim dicere &c. Licet hic nõ vendiderit, vt eſſent vendendi plures rei in ſolidum. quod eſt ſpeciale. Acc.

z *Ex empto.* ſcilicet ciuilis.

a *Cum ſingulis.* hic ergo loquitur cum omnes vẽdiderunt, vel maior pars vendidit: alioquin ſinguli conueniri non poſſunt, niſi cum magiſtro omnium contraheretur: vt ſupra de pact. item magiſtri. Vel dic, ſinguli qui vendiderunt.

b *Nam poteſt.* ratio ad primum dictum legis.

Euictus ſit.

ptoris ſanum eſſe, fugitiuum nõ eſſe eum qui euictus ſit[a]: ſed interfuit emptoris, ſanũ poſſediſſe propter operas. neq; ex poſtfacto[b] decreſcat[c] obligatio. Statim enim vt ſeruus traditus eſt, committitur[d] ſtipulatio quanti intereſt emptoris.

XLV. GAIVS libro primo ad Edictum Aedilium Curulium.

REdhibitoria actio duplicem habet condemnationẽ. modò enim in duplũ, modò in ſimplum condemnatur venditor. nam ſi neque pretium, neq; acceſsionẽ ſoluat[e], neq; eum qui eo nomine obligatus erit, liberet: dupli pretij & acceſsionis condemnari iubetur[f]. ſi verò reddat[g] pretium & acceſsionẽ, vel eum qui eo nomine obligatus eſt, liberet, ſimpli iubetur condemnari.

XLVI. POMPONIVS libro octauo decimo ad Sabinum.

CVm mihi redhibeas: furtis noxiſq; ſolutum eſſe promittere nõ debes, præterquã quod iuſſu tuo fecerat, aut ei' cui tu cũ alienaueris[h].

XLVII. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

SI hominem emptum manumiſiſti, & redhibitoriam, & quanti minoris denegandã[i] tibi Labeo ait: ſicut duplæ actio periret[k]. ergo & quod aduerſus dictum promiſſúmve ſit, actio peribit. Poſt mortem autẽ hominis ædiliciæ actiones manent.

XLVIII. POMPONIVS libro viceſimotertio ad Sabinum.

SI tamẽ ſine culpa actoris, familiæve eius, vel procuratoris mortuus ſit. Audiendus[l] eſt is qui de vitio vel morbo ſerui quærens[m], retinere eum velit.

a *Euictus ſit.* hucuſque allegauit: nũc ſoluit, ſed interfuit &c. idem habes. j. de euict. l. euicta. §. ſi ſeruus. in fi. & s. de act. em. l. ex empto. §. ignoramus.

b *Ex poſtfacto.* poſt euictionem.

c *Decreſcat.* nec creſcit: vt s. de actio. empt. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. Accurſius.

d *Committitur.* id eſt incipit committi.

e R*Edhibitoria. Soluat.* id eſt ſoluere nolit, & reddere à iudice admonitus.

f *Iubetur.* ſic ergo actio redhibitoria eſt arbitraria. idem dicũt in actione ex ſtipulatu, quæ datur pro dote: arg. eius quod legitur j. ſol. ma. l. ſi filio. §. maritum. Accur.

Actio redhibitoria et ex ſtipulatu, arbitrariæ ſunt.

g *Reddat.* i. reddere velit. & ſe præparet. ſic ergo &c.

h C*Vm mihi. Alienaueris.* de quibus debet cauere: vt s. eo. redhibere. §. j.

i S*I hominem. Denegandam.* imò videtur durare: vt j. de act. & obl. l. quæcunq;. quæ eſt cõtra. Sol. illud verum eſt cũ dantur mihi actiones propter dãna illata in ſeruo vel iniurias. quę autem ex contractu meo, vel quaſi non: vt hic, & j. tit. j. ſi ſeruus. Item cõtra j. de euic. l. euicta. §. ſi ſeruus. Sol. hic ipſe manumiſit: ibi erat ſtatuliber: & ſic non propter factũ emptoris euenit libertas: vnde non perit actio quãto minoris. Et pro hac ſolutione eſt & alia. j. titu. j. l. ſi ſeruum cuius nomine. Item in eo quod hic dicit, in morte aliud quam in manumiſsione, eſt cõtra. j. de ſol. l. ſi mihi alienum. vbi dicit manumiſsionem ſimilẽ morti. Sol. ibi quo ad quædam, non autem quo ad omnia verum eſt. Item ad id quod ſubiicit hic. quòd poſt mortem ſerui remanent actiones, eſt contra j. tit. j. l. ſi ſeruus vẽditus. Sol. ibi de actione euic. dicit quòd ceſſat, hic autem de redhibitoria & quãto minoris ꝙ durent. ſed & in his ædiliciis cur aliud in morte, aliud in manumiſsione? Reſpon. quia fortuito mors contingit: manumiſsio volũtate emptoris. at inſtabis: nonne mors contingere poteſt voluntate emptoris: vt s. eo. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. quod redhiberi oportet: & manumiſsio ex neceſsitate: vt j. tit. j. ſed hoc nomine. in fi? Reſpon. quando manumiſsio fit ex neceſsitate, idem eſt ac ſi mors contingeret. Sed quid ſi mors vel manumiſsio contingat ex voluntate? idem debet eſſe in vtroq; caſu, vt non agatur: vt s. eo. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. ſecundum quoſdam. ſed tu dic non eſſe ita. nam vbi mors contingit ex voluntate, æſtimari poteſt: & debet ſeruus quanti fuerit tempore mortis ſuæ, æſtimari: vt id reſtituatur venditori. cum enim non ſuperſit ſeruus, non æſtimatur quanti ſit, ſed quanti fuerit. in manumiſsione vero cum ſuperſit: cum agitur, æſtimari debet ſecundum quod eſt. æſtimari autem ſic non poteſt: quia liber homo non recipit æſtimationem.

Liber homo æſtimationem non recipit.

Non nocebit emptori, ſi ſex menſiũ* exceptione redhibitoria excluſus, velit intra annum æſtimatoria[n] agere. Et qui ſeruum vinctum[o] vendiderit, ædilicium edictũ remitti æquũ eſt. Multo enim amplius[p] eſt id facere, quàm pronũtiare in vinculis fuiſſe. In ædiliciis actionibus exceptionem opponi ęquum eſt, ſi emptor ſciret de fuga, aut vinculis, aut ceteris rebus ſimilibus, vt venditor abſoluatur. Aediliciæ actiones & heredi & in heredem competunt[q]: vt tamen & facta heredum[r] quæ poſtea acceſſerint, & quod experiri potuerint, quærantur. Non ſolùm de mancipiis, ſed de omni animali hæ actiones competunt, ita vt etiam ſi vſumfructum in homine emerim, cõpetere debeant. Cum redhibitoria actione de ſanitate agitur:[s] permittendum eſt de vno vitio agere, & prædicere, vt ſi quid aliquid poſtea apparuiſſet, de eo iterũ ageretur. Simplariarum[t] venditionum cauſa ne ſit redhibitio, in vſu eſt.

**Flor. menſiũ. & ſic fere ſemper per totas pandectas.*

XLIX. VLPIANVS libro octauo Diſputationum.

ETiam in fundo vento redhibitionem procedere nequaquã incertũ eſt: veluti ſi peſtilens fundus diſtractus ſit. nã redhibendus erit. Et benignum eſt dicere, vectigalis exactionẽ futuri temporis poſt redhibitionẽ aduerſus emptorem ceſſare.

L. IVLIANVS libro quarto ex Minicio.

VAricoſus[u] ſanus nõ eſt.

LI. AFRICANVS libro octauo Quæſtionum.

CVm mancipiũ[x] morboſum vel vitioſum ſeruus

k *Periret.* ſeruo empto à non domino: ſed ex empto habet quòd libertum non habet: vt j. tit. j. ſed hoc nomine.

l S*I tamen. Audiendus.* aliàs. §. & aliàs nõ. ſed melius eſt cũ. §.

m *Quærens.* extra ius. vel dic, quanto minoris agens.

n *Aeſtimatoria.* i. quanto minoris: imò certe videtur nocere: vt j. de exce. rei iudi. l. ſi is qui heres. §. eſt in poteſtate. quæ eſt contra. Solu. ibi intẽditur quanto minoris ad ipſam redhibitionem: vt s. e. l. bouem. §. aliquãdo. hic tantum ad id quanto minus valeret. vel vt ibi.

o E*i qui ſeruũ vinctum.* videtur enim pronuntiare eum fugiſſe: quia ideo eũ in vinculis habebat, ne fugeret. remittitur ergo edictũ quantũ ad fugæ vitiũ, non quantũ ad cetera. nec enim poteſt dici quòd remittatur quantũ ad morbos omnes aut delicta: quia vincula ad cuſtodiam, nõ ad pœnã ſunt inducta: vt j. de pęn. l. aut damna. §. ſolent. Item no. hic quod dixi. s. de his qui not. infa. l. ij. §. eſt ignominioſa. Acc.

p *Amplius.* quia aliter poterat eſſe, quã pronuntiaretur: ſed hic veritas ipſa liquebat: vt & s. commo. ſi vt certo loco. §. cuſtodiam. Et no. hic, quòd ſcientia emptoris ſibi nocet: vt hic, & s. eod. l. j. §. ſi intelligatur. & s. de pign. act. tutor. §. contrariam. & infra proxi. §.

q *Cõpetunt.* id eſt locum habẽt: vt & s. eo. l. ſciendum. §. proinde.

r *Facta heredũ.* ſ. emptoris. Azo. Vel expone vt ibi dixi: quia ad incertum tantum.

s *Agitur.* quia non eſt ſanus, non tamen fuit facta redhibitio: ſed præſtita æſtimatio vitij. alioquin ſemel tantum ageretur: quia ſæpius redhiberi non poſſet.

t *Simplariarum.*[a] id eſt rerũ quæ carẽt anima & corpore, quę in iure conſiſtunt: vt puta hereditas. cum ergo non poſsit hic eſſe vitium vel morbus in corpore, vel in animo, merito ceſſant ædiliciæ actiones: ſi tamen ius ſit in corpore, occaſione corporis redhibitio fit: vt s. eo. l. bouem. §. aliquãdo. vel ſecundum Azo. ſimplariarum. i. vilium rerũ. vel dic tertio ſimplariarum. i. rerum carentium vitali alimento: vel quia non habent in ſe vitale alimentũ: vel quia nou conferunt. non ergo pro tigno debili vel fracto, vel lapide male cocto, nec pro ſeruitute à prædio debita agi poteſt. agetur autem pro carne peſtifera, & pro herbis. nam ratione herbarum agitur pro fundo: vt j. eo. l. proxi. & etiã pro rebus viliſsimis, in quibus cauetur de morbis in ſimplum: vt de eui. vt j. tit. j. emptori ſit redhibitio: vt s. e. l. bouem. §. aliquando. & l. ob quæ. §. idem Pomponius. & j. tit. j. l. emptori. Accurſius.

a Simplariæ venditiones ſunt, pro quibus neceſſe venditor non habet de dupla emptori repromittere quarum etiam meminit Vlpi. in l. emptori. infra de euict. Bu. hic.

u V*Aricoſus.* qui modo huc, modo illuc, vt ſtultus vadit: vel ægritudo tibiarum, quæ dicitur varix. Accurſius.

x C*Vm mancipium.* Ad huius. l. euidẽtiam dic: cũ ſeruus emit mancipium: ſi quidem ſine mandato domini, vel cum mandato,

mandato peculiari tamen nomine:ſcientia & ignorãtia tantũ ſerui, & nõ domini inſpicitur. & iſti ſunt duo primi caſus qui ponũtur in l. iſta vſq; illuc, ſed ſi ſeruus &c. & euidẽtius explicantur. j. de libe. cau. immo. §. tũc. & j. de liti. l. ij. j. reſpon. Excipitur tamen quando domino præſente & nõ contradicente ſeruus emit. nam domini ſcientia in ſuum præiudiciũ inſpicitur: vt j. de lib. cauſa. l. immo. §. plane ſi filius. Si vero præſens domin⁹ contradicere nõ poſſet, nõ oberit ſibi ſua ſcientia. & hoc eſt qđ dicitur s. de contrahẽ. empt. l. in huiuſmodi. ſin autẽ domini mandato, & non in peculio. ſed dominico emit nomine: ſi quidem dominus mandet de incerto, idẽ eſt, vt ſerui tantum ſcilicet & non domini debeat inſpici ignorantia & ſcientia. idem ſi liber homo mãdato meo mihi hominem emit: vt j. e. l. §. circa. ſi vero de certa: tunc patris eſt vel domini, & nõ filij ſeu ſerui ſcientia vel ignorantia inſpicienda: vt probantur hæc j. de lib. cauſa immò. §. tunc. & l. in ſeruo. & j. de liti. l. ij. ij. reſpon. & s. de contrahend. empt. ſed & ſi ſeruo. & j. eo. l. §. ſed ſi ſeruus. nec ob. quod hic dicitur certum incertúmve: quia refertur ad eũ caſum quando emit peculiari nomine. In vſucapione quoque diſtinguendum eſt: vt j. pro empt. l. ij. §. ſi ſeruus tuus. vſque ad illũ. §. ſi à pupillo. Illud certũ eſt, quòd vbi quis vt nuntius emit, nunquã eius ſcientia vel ignorantia ſpectatur, ſed domini. Azo. cũ nuntius vicem epiſtolæ gerat: vt s. de conſt. pec. l. & licet.

Vicem epiſtolæ nuntius gerit.

emat, & redhibitoria, vel ex empto dominus[a] experiatur: omnimodo ſcientiã ſerui, nõ domini[b] ſpectandã eſſe ait: vt nihil interſit[c], peculiari, an domini nomine[d] emerit: & certũ[e], incertúmve mandãte eo emerit: quia tunc[f] & illud ex bona fide eſt, ſeruũ cũ quo negotiũ ſit geſtũ, deceptum nõ eſſe: & rurſus delictũ[g] eiuſdẽ quod in contrahẽdo admiſerit, domino nocere debet.[h] B Sed ſi ſeruus[i] mãdatu domini hominẽ emerit[k], quem domin⁹ vitioſum eſſe ſciret[l]: non tenetur venditor. Circa procuratoris perſonam[m], cũ quidem ipſe[n] ſcierit morboſum vitioſum eſſe: nõ dubitandũ, quin quãuis ipſe domino[o] mandati vel negotiorum geſtorũ actione ſit obſtrict⁹, nihilo magis[p] eo nomine[q] agere poſſit. At cũ ipſe ignorans eſſe vitioſum, mandatu domini qui id ſciret, emerit, & redhibitoria agat, ex perſona domini vtilẽ exceptionẽ ei nõ putabat opponendam[r].

C LII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SI furtũ domino ſeruus fecerit, nõ eſt neceſſe hoc in venditione ſerui prædicere: nec ex hac cauſa redhibitio eſt. Sed ſi dixerit hunc furem non eſſe: ex illa parte tenebitur, *quod dixit promiſit ve*[s].

a *Dominus.* ignorans.
b *Non domini.* ſcilicet ignorantiam.
c *Interſit.* cum ſine mandato emit.
d *Nomine.* ſine mandato tamen.
e *Certum.* repete, & cum peculiari nomine emit, nõ intereſſe certum incertúmve emerit eo mandãte. nam & ſi ſeruo meo mandem vt nomine peculiari certum emat, & ipſe ſciat vitioſum, nocet mihi ne agam redhibitoria: multo magis ſi mandẽ de incerto. ſi autem ipſe ignoret, & ego ſciam: nocet mihi ſi ſciam tempore emptionis. nam & nocet mihi vbi nõ mandaui, ſed ipſe me patiente emit ſeruum quem ſcio vitioſum: vt j. pro empt. l. ij. §. ſi ſeruus. & j. de lib. cauſa. immo. §. fin. D
f *Tunc.* cum ſine mandato emit.
g *Delictum.* ſtultitiam appellat delictum: quia ſciens vitioſum emit.
h *Nocere debet.* Hic eſt arg. contra. j. de iuris & facti igno. l. iniquiſsimum.
i *Sed ſi ſeruus.* R. dixit quòd iſte verſ. ſed ſi, corrigit prędicta, ſcilicet in eo quod s. dixit non diſtingui cum emit nomine peculiari, emerit certũ vel incertum mandato domini. Sed certe hic nomine dominico emit, ibi peculiari: vt ibi dixi. Vel expone vt ibi, quia ad incertum tantum.
k *Emerit.* & nomine dominico.
l *Sciret.* & ſic certum mandauit dominus emi.
m *Perſonam.* ſtatuendum eſt.
n *Ipſe.* procurator.
o *Domino.* ignoranti.
p *Nihilo magis.* ſi habes nihilo magis, planũ eſt. hic enim procurator non ideo magis quia dominus ignorauit, agit: & hoc A dicit illud verbũ, nihilo magis. & ſecundũ hoc ponitur quin, pro ꝙ. q. d. certũ eſt ꝙ ideo magis agere nõ poteſt. nã in verbo, nihilo magis, incluſa eſt negatio. ſi habes nihilominus ponitur quin, pro ꝙ & non. q. d. certum eſt ꝙ non eſt verũ, ſcilicet quòd nihilominus agere poſsit. vel ponitur nihilo minus, pro nihilo magis: & ſit ſenſus, nihil primo, ipſi autem domino datur vtilis ſecundum quoſdam, quam cedit procuratori.

LIII. IAVOLENVS libro primo ex Poſterioribus Labeonis.

QVi tertiana aut quartana febri, aut podagra vexarentur, quíve comitialẽ morbũ haberent: ne quidem his diebus[t] quibus morbus vacaret, rectè ſani dicentur.

LIIII. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum.

ACtioni redhibitoriæ non eſt locus, ſi mancipium bonis conditionibus[u] B emptum fugerit, quod antè non fugerat.

LV. IDEM libro duodecimo Reſponſorum.

CVm ſex menſes vtiles,[x] quibus experiundi poteſtas fuit, redhibitori actioni præſtantur: non videbitur poteſtatem experiundi habuiſſe,[y] qui vitium fugitiui latens ignorauit.[z] non idcirco tamen diſſolutam ignorationem emptoris excuſari oportebit.[a]

LVI. PAVLVS libro primo Quæſtionum.

LAtinus Largus: quæro an fideiuſſori emptiõis* C redhiberi mancipium poſsit. Reſpondi, ſi in vniuerſam[b] cauſam fideiuſſor ſit acceptus: putat Marcellus poſſe ei fideiuſſori redhiberi.

** Emptiõis nomine vẽditionem intelligit s. de actio. empt. l. vel res emptione.*

LVII. IDEM libro quinto Quæſtionum.

SI ſeruus mancipiũ emit, & domin⁹ redhibitoria agat:

q *Eo nomine.* id eſt, propter vitium.
r *Opponendam.* procuratori agenti: quia ex ſuo cõtractu agit: ſed domino, ſi agat eſt perſona ſua: ſecus ſi procuratoris. nam datur vtilis ex contractu procuratoris: vt s. de act. emp. l. Iul. §. ſi procurator. Accur.
s *SI furtum. Promiſit.* vt s. e. qđ ſi nolit. §. j.
t *QVi tertiana Diebus.* quando cõuenitur ex alijs contractibus. Accur.
u *ACtioni. Cõditionibus.* quia dixit ſe nõ teneri ex fuga poſt traditionem contingẽte. idem etiam ſine pacto: vt C. e. l. iij. Vel dic quòd vẽditor erat homo bonæ conditionis, actor verò malæ cõdit. tenetur quaſi præbens occaſionẽ fugæ, vel quia bonus ſeruus.
x *CVm ſex menſes vtiles.* ſcilicet ad præſcriptione inchoãdam, non conſummãdam, ſicut alibi. s. de calumn. l. annus. Alij contra. dicunt enim etiam ad conſummandam eſſe vtile.
y *Habuiſſe.* loquitur hæc lex quando vẽditor ſciuit vitiũ: ſed emptor ſupine ignorauit. Et ſic dolus prępõderat culpę: vt s. ad l. Aquil. item ſi obſtetrix. §. fi. & l. ſi putator. §. fi. ſi autem vterq;, ſciens repellitur: vt s. eod. l. j. §. ſi intelligatur. Item ſi vterq; ſupine ignorauit, repellitur emptor: vt s. l. ſi tamen. §. ei qui. & l. quæritur. §. fi. Item ſi non ſupine, non currit: vt s. eo. tit. l. ſciendum. §. tempus. & hic.

Dolus quãdoque præponderat, quã culpa.

z *Ignorauit.* vt j. quod vi aut clam. l. ſemper. §. hoc interdictũ. in fin. §. & j. quando ap. ſit. l. j. §. fin. & §. dies. & C. de excu. tu. l. quinquaginta. & j. quis or. in bo. poſ. l. j. aliàs. ij. in princ. & de bo. poſ. l. ſi plures. & arg C. de inoffi. teſtam. l. contra. Sed arg. contra. j. ad l. Iuliam de adulte. l. mariti. §. quinquennium.
D a *Oportebit.* vt s. de contrahen. emptio. ſed ſi conſenſit. §. ignorantia.
b *LAtinus. Vniuerſam.* hic dic vt ſupra loca. l. quæro.

SI ſeruus. } CASVS. Stichus ſeruus meus emit ſeruum morboſum: ago redhibitoria, vt reddatur pretium. dicit quòd non aliter ago, niſi ſeruum & acceſsiones, & alia quæ conſueuerunt reddere redhibitoria agentes, reddã: & quidẽ in ſolidũ, non tantum quantũ patitur peculium Stichi ſerui mei. & hoc probat per ſimile: quia ſi Pamphilus emptus nondum eſt traditus, & agã ex empto ex emptione quam fecit Stichus, vt tradatur Pãphilus venditus: nõ aliter cõſequar, niſi ſolidũ pretiũ Pamphili ſoluã: non verò ſolũ quod patitur peculium Stichi. Secundo dicit ecõtra. pone ꝙ Stichus ſeruus meus vẽdidit Pamphilũ: emptor agit contra me redhibitoria, vt reddam pretium. dicitur ꝙ teneor eatenus quatenus patitur peculiũ Stichi, nõ in ſolidũ. in peculio tamen Stichi videtur eſſe præſumptione iuris præſens æſtimatio Pamphili redhibendi, licet adhuc ſit in emptoris dominio, & per hoc non in peculio Stichi ſerui mei, veritate inſpecta: & quia teneor peculio tenus, tantum debeo deducere quod mihi debetur. Viuia.

Dat(erint),

nō aliter ei vēditor daturus eſt[a], quàm ſi omnia præſtiterit quæ huic actioni cōtinētur[b]: & quidem ſolida, non peculio tenus. Nam & ſi ex empto dominus agat [c]: niſi pretium totũ ſoluerit, nihil conſequitur [d]. Quòd ſi ſeruus vel filiꝰ vēdiderit, redhibitoria in peculiũ cōpetit [e]. In peculio autē et cauſa[f] redhibitionis cōtinebitur. Nec nos moueat, quòd antequā reddatur ſeruus, non eſt in peculio. Nō enim poteſt eſſe in peculio ſeruus, qui adhuc emptoris eſt. ſed cauſa ipſius redhibitionis [g] in peculio computatur. Igitur ſi ſeruus decē milibus[h] emptus, quinque milibus ſit: hæc quoque in peculio eſſe dicemus. Hoc ita, ſi nihil domino debeat, aut ademptum[i] peculium nō eſt. Quòd ſi plus domino debeat, eueniet vt hominem præſtet [k], & nihil conſequatur [l].

LVIII. IDEM libro quinto Reſponſorum.

QVæro,† an ſi ſeruus apud emptorem [m] fugit, & in cauſa redhibitionis eſſe pronũciatus fuerit: non prius vēditori reſtitui [n] debeat, quàm rerum ablatarum à ſeruo æſtimationem præſtiterit. Paulus reſpondit, venditorem cogendum non tantùm pretiũ ſerui reſtituere, ſed etiam rerum ablatarum æſtimationem: niſi ſi pro his[o] paratus ſit ſeruum noxæ nomine relinquere. Item quæro [p], ſi nolit æſtimationem & pretia rerum reſtituere, an ſeruus retinendus[q] ſit, & danda ſit actio de peculio [r], vel de pretio redhibiti ſerui ex duplæ[s] ſtipulatione[t]. Paulus reſpondit, de pretio ſerui repetendo competere actionem etiam ex duplæ ſtipulatione. De rebus per furtũ ablatis iam reſponſum eſt [u]. Seruum dupla [x] emi, qui rebus ablatis fugit. mox inuentus, præſentibus honeſtis viris interrogatus, an & in domo venditoris fugiſſet [y], reſpondit fugiſſe. quæro, an ſtandum ſit reſpōſo ſerui. Paulus reſpondit: ſi & alia indicia prioris fugæ non deficiunt, tunc etiam ſerui reſponſo credendum eſt [z].

LIX. VLPIANVS libro ſeptuagēſimoquarto ad Edictum.

CVm in ea cauſa eſt venditum mancipium, vt redhiberi debeat: iniquum eſt venditorē pretium redhibendæ rei conſequi.[a] Si quis duos homines vno pretio[b] emerit, & alter in ea cauſa eſt vt redhibeatur, deinde petatur pretium totum: exceptio erit obijcienda. ſi tamen pars pretij petatur, magis dicetur non nocere exceptionem: niſi fortè ea ſit cauſa, in qua propter alterius vitium vtrumque mancipiũ redhibendum ſit.

LX. PAVLVS libro ſexageſimonono ad Edictum.

FActa redhibitione omnia in integrum reſtituũtur, perinde ac ſi neque emptio neque venditio interceſsit.[c]

LXI. VLPIANVS libro octogenſimo ad Edictum.

QVotiēs de ſeruitute agitur, victus [d] tantum debet prẹſtare, quāti minoris emiſſet emptor, ſi ſciſſet hanc ſeruitutem impoſitam.

LXII. MODESTINVS libro octauo Differentiarum.

AD res donatas* edictũ ædiliũ curuliũ nō pertinere dicendũ eſt. Etenim quid[e] ſe reſtituturũ donator

a *Daturus eſt*. id eſt reſtitururus pretia, & alia ſimilia: aliàs condemnandus.

b *Cōtinentur*. idē in pupillo, qui aliàs nō tenetur, niſi inquātũ eſt locupletior, ſi agat eius tutor redhibitoria: vt & ſ. eo. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi mancipium. & §. quod in procuratore. Accur.

c *Agat*. vt res empta à ſeruo tradatur ſibi. Accur.

d *Conſequitur*. vt & ſ. ſi cert. pet. l cum fundus. §. fin. & facit ſ. de compen. ſi cum filio.

e *Competit*. vt ſ. e. l. cũ autem. §. ſi ſeruus.

f *Cauſa*. i. æſtimatio.

g *Redhibitionis*. i. æſtimatio rei redhibēdæ.

h *Decem milibus*. ſeruus venditus valebat quinque milia: ſed duplo, ſcilicet decē milibus vēditus eſt. totum ergo pretium emptori redhibendum eſt: & in peculio eſſe videtur, quantũ vere valet ſeruus. Accur.

i *Ademptum*. ſine dolo: vt ſ. quando act. de pecu. eſt an. l. j. & de in rem ver. l. j.

k *Præſtet*. ſcilicet emptor redhibēdo: & ſibi imputet quare non tenet quod habet. Accurſius.

l *Et nihil conſequatur*. cum nihil ſit in peculio. Accur.

Q *Væro*.} CASVS. Emi ſeruum Stichum: qui à me fugit, & mihi res quaſdam ſubtraxit. poſtea redijt ſine rebus: egi redhibitoria. dicit quòd nō aliàs reddā, licet pretium ſit mihi reſtitutum, niſi & rerum mihi ablatarum æſtimatio reſtituatur. poteſt tamen venditor eum pro noxa mihi dimittere. ſ. pro æſtimatione rerum. Secundo pone quòd emit Pamphilũ à ſeruo tuo Sticho ꝑ x. & promiſit mihi Stichus reddere duplam dicti pretij ſi vitioſus inueniatur. hic Pamphilus à me fugit cum rebus meis quibuſdā. dominus vendētis ſerui non vult reſtituere mihi agenti redhibitoria duplam, neque rerum æſtimationem: & tamen vult ſibi reſtitui ſeruum. & dicit quòd agam ad duplā, vt promiſſa eſt propter vitia de rerum æſtimatione. dic quòd vel eam reſtituet, vel Pamphilum relinquet mihi pro noxa, ſeu dabit: vt in prin. l. dixi. Viuia.

† Coniũge l. 4. de proba. j.

m *Emptorem*. id eſt dum eſſet apud eum, &c. & res quaſdam emptori ſubtraxit. Accur.

n *Reſtitui* reuerſus ergo fuit, id eſt dũ eſſet apprehēſus, &c.

o *Niſi pro his*. id eſt pro æſtimationibus rerum ablatarum: vt ſ. eo. l. cum autem. § Iulianus. Accurſius.

p *Item quæro*. redit ad caſum poſitũ. ſ. eo. l. prox. in fi. vbi ſeruus tuus vendidit mihi ſeruũ vitioſum. agere enim contra te poſſum de peculio ad pretiũ quod dedi, & repetā in duplũ: vt ſ. e. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. nā ſic ex ſtipulatione duplæ pro euictione experior, ſi nolit dominus ſerui vēdentis.

q *Retinendus*. ſcilicet venditori, ſi emptor eum rehabuit: vel dic emptori, ſi ad venditorem peruenerit.

r *De peculio*. cum emit à ſeruo: & dic, pro pretio.

s *Dupla*. i. ſub ſtipulatione duplę pro euictione, vel ꝑ vitijs.

t *Stipulatione*. quæ fuerat appoſita propter vitia. Alij dicunt propter euictionem, quaſi nunc euincatur.

u *Reſponſum eſt*. vt liceat repeti res, niſi dare velit ſeruum pro noxa.

x *Seruum dupla*. id eſt ſub ſtipulatione duplę pro euictione vel pro vitijs.

y *Fugiſſet*. ſ. antequam eſſet venditus.

z *Credendum eſt*. vt & j. de proba. l. cum probatio. & de teſti. l. ſerui. j. reſp. Sed contra ſ. de inter. act. ſi ſine. §. ſi ſeruus. Sed ibi in alieno facto, non ſuo, interrogabatur: vt hic erat. vel vt ibi. & ſic ad duplũ agitur quaſi eo euicto. vel ibi in iudicio.

a CVm *in ea. Conſequi*. ab emptore quod nondũ ſoluerat. Dolo enim facit, qui petit quod reſtituturus eſt: vt j. de except. doli. l. dolo. Accur.

Dolo facit qui quod reſtituturꝰ eſt, petit.

b *Vno pretio*. id eſt vnico. fuit tamen in quolibet ſuum pretiũ conſtitutum.

c FActa. *Interceſsit*. vt & ſupra eod. l. cũ autem. §. Iulianus ait. Si ergo liber homo venditus eſt ad pretiũ participādum, & quia vitioſus erat, facta eſt redhibitio: redit in priſtinam libertatem, nō in dominium venditoris.

Q *Votiēs*.} CASVS. Emi fundũ: poſtea quidam vicinus euicit mihi ſeruitutem in eo fundo. ago quanto minoris emiſſem. Viuianus.

d *Victus*. ſcilicet venditor per actionē quāto minoris ciuilem, præſtat tantum quantum &c. & hoc quando ignorabat venditor ſeruitutem deberi. alioquin teneretur ad intereſſe: vt ſ. de act. empt. Iulianus; §. quod autem dicimus. & l. quæro ſi quis fundum. & ſ. de contrah. empt. l. cùm venderes fundum. Item & ſi ignorauit, & aſſeueraſſet eum optimum & maximum, teneretur ad intereſſe: vt ſupra de act. empt. l. Iulianus. §. quid tamen. licet quidam hanc. l. intelligant quando ignorans aſſeuerauit ſeruitutem impoſitā: & ſic ciuili ex empto agitur. Accur.

**Huc illud pertinet, δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἐπαίνει. apud Strabonē lib. 6. Quodcunq; quis dederit, laudabo.*

e AD *res donatas. Etenim quid*. aliàs eo quod ſe &c. id eſt ea ratione allegata, quòd donator &c. vnde videtur locũ habere edictum: ſed contra eſt quando, pro quia: ſed nullum pretium &c. Et dic, reſtituturum, id eſt traditurum rem quam donat: vt j. de verb. ſigni. l. verbum reddendi. Alij vero libri habent, & melius, quid enim ſe &c. & legetur interrogatiue. & reſpon. q. d. nihil, nec obligatur ciuiliter: ſicut in emptione: quando, pro quia, in donatione nullum &c.

repromittit[a], quãdo nullum pretiũ interueniat? Quid ergo ſi res ab eo cui donata eſt, melior facta [b] ſit? nunquid quãti eius qui meliorẽ fecit, intereſt, donator conueniatur? Quod minimè dicendũ eſt: ne eo caſu liberalitatis ſuę donator pœnã patiatur[c]. Itaq; ſi[f] qua res donetur, neceſſe nõ erit ea repromittere, quę in rebus venalibus ędiles repromitti iubẽt[d]. Sanè de dolo[e] donator obligare [f] ſe & debet, & ſolet: ne quod benignè [g] contulerit, fraudis conſilio reuocet.

LXIII. VLPIANVS libro primo ad Edictum Aediliũ Curulium.

SCiẽdum eſt, ad vẽditiones ſolas[h] hoc edictũ pertinere, nõ tantùm mãcipiorum, verũ ceterarum quoq; rerum. Cur autem de locationibus nihil edicatur, mirum videbatur. hæc tamen ratio redditur, vel quia nunquam iſtorum de hac re fuerat iuriſdictio, vel quia non ſimiliter locationes vt venditiones fiunt[i].

LXIIII. POMPONIVS libro ſeptimodecimo Epiſtularum.

LAbeo ſcribit [k], ſi vno pretio plures ſeruos emiſti, et de vno[l] agere velis:* inter æſtimationem ſeruorũ proinde fieri debere, atq; vt fieret in æſtimationẽ bonitatis agri, cũ ob euictã partem fundi agatur.[m] Idem ait, ſi vno pretio plures ſeruos vẽdidiſti, ſanosque eſſe promiſiſti, & pars duntaxat eorum minus ſana ſit: de omnibus[n] aduerſus dictum promiſſum rectè agi. Ibidẽ ait, errare & fugere iumentum poſſe, nec tamen erronẽ aut fugitiuum eſſe, agi poſſe[o].

*Vulg. in æſtimatione ſer. perinde fieri debere, atque fieret, &c.

LXV. VENVLEIVS libro quinto Actionum.

ANimi potiꝰ quàm corporis vitium eſt, veluti ſi ludos aſsiduè velit ſpectare, aut tabulas pictas ſtudioſè intueatur, ſiue etiam mendax, aut ſimilibus vitijs teneatur. Quotiens [p] morbus † ſonticus nominatur: eum ſignificari Caſsius ait, qui noceat. nocere autẽ intellegi qui perpetuus eſt, nõ qui tempore [q] finiatur[r]. Sed morbum ſonticum eum videri, qui inciderit in hominem poſtquam is natus ſit[s]. ſontes enim nocentes dici. Seruus tam veterator quàm nouicius dici poteſt. ſed veteratorem non ſpatio [t] ſeruiendi, ſed genere[u] & cauſa æſtimandum Cælius ait: nã quicunque ex venalicio[x] nouiciorum emptus, alicui miniſterio [y] præpoſitus ſit, ſtatim eum veteratorum numero eſſe. Nouicium autem non tirocinio [z] animi, ſed conditione [a] ſeruitutis intellegi: nec ad rem pertinere, Latinè ſciat, nécne: nam nec ob id veteratorem eſſe, ſi liberalibus ſtudijs eruditus ſit.

†Eodẽ modo definit Gellius lib. 20. ca. 1.

DE EVICTIONIBVS, & duplæ ſtipulatione.

TITVLVS II.

Iſta lex eſt ſubtilis, & bona, & legitur duobus modis: Primo vt loquatur in actione ex ſtipulatione duplæ. & illa tangitur in prima gloſſ. Secundo, vt loquatur in actione ex empto. & iſta tangitur in magna glo. Caſus in terminis eſt: vendidi tibi fundum valentem xx. pro. x. & ſtipulatus es de dupla. nomine euictionis, quòd ſi non eſſes ſtipulatus, tunc ageres actione ex empto de euictione. modo euincitur pars fundi. quæruntur duo. Primo, an poſſit haberi regreſſus de euictione. Reſpondetur quòd ſic. Secundo quæritur ad quid habeatur regreſſus, ſi fortè euincatur hæc dimidia, quæ valet plus quàm alia. Reſpondet iuriſconſultus, quòd ſi euincitur pars dimidia, pro indiuiſo, tunc habebitur ratio pretij conuenti. hoc dicit. B. Vel hoc modo poteſt ſummari: Si res empta in totum vel in parte euincatur, debetur euictio. & ſi euincatur pars pro indiuiſo, ſit æſtimatio loci. h. d. Bartolus.

a Repromittit. quod venditor facit.
b Facta. deinde vitioſa apparet.
c Patiatur. hoc enim eſſe non debet: vt j. de re iudi. l. & exheredatum. in fi. & l. nec ex liberalitate. Accur.
d Iubent. exhibere vt oportet, vt non eſſe morboſum.
e De dolo. quẽ cõmiſit, ſi ſciens alienũ donat.
f Obligare. vt promitto indemnitatem, ſi apparuerit me fuiſſe in dolo. Accur.
g Benigne. ad hoc ergo poteſt agi ex quo ſolet: vt s. e. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. vel ſi non fiat, agi poteſt de dolo cũ res apparuerit vitioſa: vt C. de iure do. l. j. & j. de do. l. Ariſto ait. §. fi. Sed nunquid agit de euictione qui habet cauſam lucratiuam, vel quaſi? Reſpon. non: vt C. de euic. l. ij. & j. ſi fa. fur. fe. dic. l. quotiens. §. plane. & §. ſed an & ſi legati. ſed ſi incepiſſet à pactione, ſic: vt C. de iur. do. l. j.
h SCiendum. Solas. ſubaudi, vel ſimiles cõtractus, vt ad permutationem: vt s. eo. l. ſciẽdum. §. deinde.
i Fiunt. non enim in locatione intẽdit trãſferri dominium: vt in emptione: vt s. loca. l. non ſolet.

Caſum ponit.

k LAbeo ſcri. } CASVS talis eſt: Vẽdidi duos ſeruos pretio cõſtituto in vniuerſitate. reperit emptor vnum eſſe fugitiuum, vel aliàs vitioſum, vel morboſum. proponit pro eo ſolo qui vitioſus eſt, redhibitoriam, cũ poſſet proponere pro vtroque: vt s. eo. l. cũ eiuſdem. æquè vẽditor cũ reniti poſſet, aſſentit. redhibitione ſerui facta, quantum pretiũ emptori reſtituatur, quæritur. nec enim in redhibito pretiũ ſingulariter cõſtitutum fuerat. vnde videbatur eius nomine nõ reſtituendũ. Reſp. tamẽ pretiũ reſtituendũ, facta æſtimatione ſerui redhibiti: vt tamen non transgrediamur vltra pretiũ ſtatutũ pro rata ſerui redhibiti & nõ redhibiti: vt arg. j. tit. j. l. cum fundus. & quidem ſi empti ſunt, quantũ videbantur valere, nõ plus vel minus. planus eſt caſus: vt j. tit. j. l. j. in fi. Si autem plus vel minus, procede. ſciamus ergo quantũ fuerit pretium cõuentum: deinde quãtum fuerit pretium verum tempore emptionis & venditionis: nõ cum agitur: vt j. tit. j. l. bonitatis. deinde quantum fuerit pretiũ rei huius redhibitæ. verbi gratia, empti fuerũt pro. x. valuerunt. xv. ergo fuerunt empti tertia parte minus veri pretij. redhibetur vnus. pone valuit. ix. ergo fingitur emptus tertia parte minus, id eſt ſex tantũ. ſex ergo præſtabuntur emptori. eadẽ computatio fiet ſi pluris empti fuerint quàm valerent. pone empti fuerũt pro nouem, valẽt ſex. ergo fuerunt empti plus tertia parte quàm valerent: redhibetur vnus. pone, valet tria. ergo fingitur emptus plus tertia parte: id eſt quatuor, quæ præſtabuntur emptori, & alia ſibi retinebit mancipia. & ſimilis fit computatio infra de leg. ij. ſi quidem. & l. qui ſolidum. §. j. Accur.
l De vno. cùm poſſes de omnibus, & velit venditor de vno tantum, cùm poſsit poſtulare redhiberi vtrunque. Accur.
m Agatur. vt infra titul. j. l. j.
n De omnibus. cùm nõ poſſent ſeparare: vt ſupra. e. l. cum eiuſdem. & l. ſi plura. & s. ſi quis cau. ſi ſeruus. §. ſi plurium.
o Agi poſſe. redhibitoria, proponendo iumẽtum eſſe erronem, aut fugitiuum.
ANimi. { QVOTIENS. } Morbus alius ſonticus. alius nõ ſonticus. ſonticus eſt, qui cuicunque rei quã facere vis, nocet: vt ſi vis ire, doles renibus: ſi vis loqui, doles lingua vel ore. & eſt neceſſe ꝙ ſit perpetuus. hoc maxime contingit in his qui ſanati recidiuant. Viuianus.
p Quotiens. qui noceat cuicunque rei, nõ alicui ſpecialiter: vt s. eo. l. ob quæ. §. illud.
q Tempore. ſcilicet tãtum: vt s. e. Põponius.
r Finiatur. quouſque res finiatur illa, id eſt redhibeatur. Vel dic, ſubauditur tantum: ne ſit contra ſupra eod. l. Pomponius. Vel dic vt dicatur ſonticus.
s Sanatus ſit. aliàs, ſanus ſit. & pro hoc ſupra eo. l. quod ita.
t Non ſpatio. Et eſt ratio: quia veterator dicitur non quia diu ſeruiuit: ſed quia in aliquo vili & malitioſo officio ſaltem modico tempore ſe exercuit, vt capifer: vt infra ſubijcit. aliàs dicitur veteranus, qui anno ſeruiuit: nouicius, qui minus: vt infra de pu. l. fi. §. quotiens. aliàs veteranus, id eſt vetulus, propter temporis ſpatium: vt ſupra l. præcipiunt. Item no. quòd ſunt (vt hic patet) duo ſeruorum genera, ſcilicet veterani & nouicij. Sed contra inſtit. de iure perſo. §. fin. Solu. vna eſt conditio omniũ. q. d. quia vnus nõ eſt magis ſeruus quàm alius: ſunt tamen diuerſorum officiorum, vt domino eorum placet: vt hic, & s. de vſufru. ſed & ſi quid. §. mancipiorum.

Seruorum duo ſunt genera.

u Genere. quia tali officio eſt præpoſitus. cui ſolent præponi veterani. Item cauſa: quia talia facit, qualia veterani conſueuerunt facere in ſuo officio: quia capifer.
x Ex venalicio. id eſt ex loco vbi nouicia mãcipia vendũtur.
y Miniſterio. ſcilicet vili, vt modo diximus, in quo ſtatim fuit malitioſus. Accur.
z Tirocinio. vt quia rudis eſt.
a Conditione. id eſt qualitate ſeruiendi.

DE EVICTIONIBVS ET de ſtipulatione.

Supra

Supra dictum eſt de vitijs quæ faciunt rem quaſi euinci: nunc de vera euictione.

A

S*Iue.*} C A S V S. Ponit in principio dictũ quoddã generale, dicens ꝙ qualitercũq; res fuerit euicta, ſiue in parte, ſiue in toto: ſemper tenetur vẽditor. verũtamen ſi pro parte res euincatur, refert pro diuiſo, an pro indiuiſo. ſi pro indiuiſo, æſtimari debet totus fundus: & ꝓ medietate totius agetur de euictione: neq; conſiderabitur magis bonitas vnius partis q̃ alterius. ſi pro diuiſo, pro parte euicta de euictione agetur bonitate eius inſpecta. Viui. Vel dic caſum aliter & meli⁹ vt in ſummario.

a *Pars.* parte ergo euicta res videtur euinci: cũ rei appellatione & pars contineatur: vt j.de verb.ſig. l.appellatione rei. Sed contra j.eo.ſi dictũ. §. in ſtipulatione. quæ eſt cõtra. vbi dicit, parte hominis euicta, non videri hominem euictũ: & ideo non poſſe agi, niſi nominatim fuerit promiſſum. Solu. ſpeciale in homine, ſecundum Ioan. ſecus in equis & ceteris indiuiduis: & ſecus in fundo: vt hic, & arg. ſ. de ædil.edic. l. iuſtiſsime. Vel dic idem in homine quòd in ceteris indiuiduis: vt patet j.eo. l. naue. aliud autem in fundo, vt hic ſecundum Marcel. nã quęlibet pars fundi fundus eſt: vt j.de lega.j.l.plane.§. fi. Sed hoc non valet: quia in illa l.naue. nec tota nec pars eſt euicta, ſed tabula. & ſic dicitur pars fundi fundus: ſed tabula nõ eſt nauis. & ſic prima placet. Acc.

I. V L P I A N V S libro viceſimooctauo ad Sabinum.

SIue tota res euincatur, ſiue pars[a], habet regreſſum ẽptor[b] in vẽditorẽ. Sed cũ pars euincatur: ſi quidẽ ꝓ indiuiſo euincatur, regreſſum habet pro quãtitate euictę[c] partis. Quòd ſi certus locus ſit euictus, nõ pro indiuiſo portio[d] fũdi: ꝓ bonitate loci erit regreſſus[e]. Quid enim ſi quod fuit in agro pretioſiſsimum, hoc euictũ eſt, aut quod fuit in agro viliſsimũ? Aeſtimabitur[f] loci qualitas, & ſic erit regreſſus.

B

Si cautio duplæ omittatur, poteſt peti vt caueatur: & ſi venditor fuit in mora, perinde agitur, acſi foret permiſſum. hoc dicit ſecundum veram lecturam.

II. P A V L V S libro quinto ad Sabinum.

SI dupla non promitteretur, g & eo nomine agetur[h]: dupli[i] condemnandus eſt reus.

b *Emptor.* ignorãs. aliàs ſecus, niſi ſtipulatus eſſet: vt C.eo.l. ſi fundum mihi. & C.communia.de lega.l.fi.in fin.

c *Euictæ.* qualitate nõ inſpecta, quæ inſpici non poteſt propter loci incertitudinem: in caſu tamen & hic poteſt haberi ratio bonitatis: vt ſi certæ partis pro diuiſo quam aſsignat petitor in fundo pro indiuiſo, petat quotam partem pro indiuiſo. ſecus ſi pro diuiſo. Accur.

d *Portio.* ſcilicet euicta. & reſpõſio incipit, pro bonitate, &c.

e *Regreſſus.* ſic & in actione ex empto re non tradita: vt ſ.de act.emp. ſi ſeruo mihi. §. fi. Nota ergo rationẽ meliorationis in actione ex ſtipulatu, & ex empto, quæ datur pro euictione, haberi. Et ſic eſt cõtra j.eo. l.ex mille. §. fi. vbi dicit rationẽ non habendam in actione ex ſtipulatu. Sol. bonitatis, quæ tempore venditionis erat, etiam in actione ex ſtipulatu habetur ratio: vt hic, & j.eo.l.bonitatis. & ſ.tit.j.l.pen.§.fin. ſed bonitatis contingentis poſt, habetur ratio in actione ex empto: non autem in actione ex ſtipulatu: vt in l. contraria: vt j. eo.l.venditor hominis. & l.ſi cum venditor. §. fin. & ſ.de act. empt. Titius. niſi ſpecialiter pro ſequenti incremento fuerit promiſſum: vt j.eo.l.ſed & ſi quid. in prin. Vltimo not. quòd rerum aliæ ſunt vniuerſitatis iuris, de quibus dic vt j.eod. l. ſerui. aliæ corporum, vt domus & grex. & tunc ex empto, nõ de dupla, ſingulari re euicta: vt j.eo. l.naue. & ſic etiam j. de vſuca. eum qui. aliàs vno ſpiritu: vt hic. Itẽ euincitur aut perſonalis, aut realis ſeruitus. de prima dic vt j.e.l.ſed ſi quid. §. j. quia pars rei eſt: vt j. de leg. ij. cum filius. §. omnes. In alijs ſeruitutibus dic vt j.eo. quod ad ſeruitutes. in corporali ſingulari dic vt j.e.l. antepen. §. fin.

Res in duplici ſunt differẽtia.

f *Aeſtimabitur.* Dicunt quidã in actione ex ſtipulatu nõ fieri æſtimationem, ſed pro quantitate euictæ partis: vt j.eod.l.ex mille. ſed hic in actione ex empto dicit, quod nõ placet, imò etiã in actione ex ſtipulatu in hũc modũ: emiſti fundum decem qui valet quindecim, & ſic tertia parte minus quàm valeret. pone tamen euictum quod eſt tertia, quæ tantum valet vj. quatuor ergo intelligitur emiſſe: & ſic in quatuor agit ex ſtipulatu ſi fuit promiſſum. idẽ ſi valebat tria: quia maior eſt illa tertia. nam duo veniunt in actione ex ſtipulatu: ſed in actione ex empto & poſterius augmẽtum, niſi ſit quod imputetur ei: vt ſ.de act.empt.idemq;. circa prin. Sed quid ſi plus pretioſius erat quam expendit? Reſpon. quia ſibi non poteſt conſuli contra vindicantẽ, cõſuletur contra venditorẽ: cũ in actione ex empto veniãt omnia cõmoda: vt j.eo.l.venditor.

f *Aeſtimabitur.* concludit ergo æſti. &c.

S*I dupla.*} C A S V S. Vẽditor de euictione cauere debet. ſed eſto ꝙ non velit cauere: ſi agatur, condemnatur vt de dupla caueat.

g *Si dupla non promitteretur.* quod fieri debet in pretioſis rebus: vt j.e.l.emptori. §. qđ autem. vel aliàs vbi cõuenit.

h *Agetur.* vt caueatur.

i *Dupli.* i. de dupla caueat: vt arg. ſ.de iud. in omnibus. vel ſecundũ Ir. in ipſum duplũ: in pendenti tamen eſt actio: vt tũc demũ cõpetat, ſi euincatur: vt ſ.ad l.Aquil.l.in lege Aquilia. & l.ſi deletũ. Sed in hoc vltimo poteſt dici contra: quia venditor ſtatim eſt obligatus actione ex empto ad cautionẽ prædictã: vt ſ.tit. j. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. vnde propter cõtumaciã ſtatim eſt exigendus: vt ar. j. de tab.exhi.locũ. §. cõdemnatio. agitur ergo ad duplũ quãti emptũ eſt: non quanti res eſt: vt j.eo.l.cum fundus. in fin. & l.ſi fundo vẽdito tradito. niſi actũ eſt in contrariũ: vt j.e. l.ſi plus. Sed re euicta poſtea an iterum agat? Reſpon. non: vt arg. d.l. de tab. exhi.locum. §. condemnatio. Item huic l. eſt cõtra. j. de don. inter vir. & vxo.l.ſi donante. vbi in ſimplum cauetur. Sed ibi ideo, quia contra voluntatem eius cuius fuerat res, remanebat penes poſſeſſores: imò etiam quòd in ſimplum cauetur, eſt ibi ſpeciale: cùm aliàs in tali caſu nec in ſimplum eſſet cauendum: vt ſ.de rei vin.l.ex diuerſo. §. petitor. Accur.

C

Vitium rei venditæ poſt cõtractũ ſuperueniens, non parit cauſam euictionis. h.d.

III. I D E M libro decimo ad Sabinũ.

CVM in vẽditione ſerui peculiũ ſemper exceptũ eſſe intellegitur[k]: is homo ex peculio ſummã quãdam, ſecum abſtulerat. Si propter hãc cauſam furti[l] cum emptore actum[m] ſit, nõ reuerteretur emptor ad venditorem ex ſtipulatione duplæ[n]: quia furtis noxiſque ſolutũ eſſe, præſtari debet vẽditionis tempore. hæc autẽ actio poſtea eſſe cœpit*.

** Flor. cœperit.*

Qui tenetur ad cautionem duplæ, non tenetur cum fideiuſſore: & ex contractu tutoris poteſt conueniri pupillus ad ea etiam quæ ſunt de natura contractus. hoc dicit:

IIII. V L P I A N V S libro trigeſimoſecundo ad Edictum.

ILlud quæritur, an is qui mancipiũ vẽdidit, debeat fideiuſſorẽ ob euictionẽ dare: quem vulgo auctorẽ ſecundum[o] vocant. Et eſt relatum, nõ debere,[p] niſi hoc

C*Vm in venditione.*} C A S V S. Præmittit quoddam generale, ſcilicet quòd quotiens ſeruus venditur, ſemper venditur ſine peculio: niſi expreſsè conueniat vt cũ peculio vendatur. Pone ergo, ſeruum quendam tibi vendidi: & quaſdam res peculiares mihi ſurripuerat. cõuenio te furti: an à te recõueniri poſsim ſtipulatione de dupla, quæritur: quia promiſeram eum noxis forte fuiſſe ſolutum? Reſpon. quòd non: quia tempore venditionis debui præſtare furem non eſſe, iſte autem poſtea factus eſt fur. Viuianus.

k *Intelligitur.* vt ſ.de contrah.emp. quotiens. ſed in manumiſſione diſtinguitur: vt C.de pec. eius qui liber. me.l.j. Item in obligatione ſerui idem quod hic dicas: vt ſ.de pi.l.j. §. ſeruo.

l *Furti.* ſcilicet noxali.

m *Actum.* ſcilicet à venditore.

n *Duplæ.* quæ promiſſa fuerat ſi furtis noxiſque ſolutus non fuiſſet. Accur.

D

I*Llud quæritur.*} C A S V S. Mancipio vendito an nomine euictionis dandus ſit fideiuſſor? Et reſpon. quòd non, niſi hoc actum fuerit. {S I I M P V B E R I S.} Tutor nomine pupilli rem vendidit, & de dupla promiſit: an pupillus finito officio conueniri poſsit ad duplam & quatenus: quæritur. Et reſpon. quòd vtilis in eum danda eſt, & quatenus eſt locupletior. in reſiduum autem tutor cõuenitur. Si autem tutor ſoluendo non fuerit, in ſolidum pupillus conuenietur. Viuia.

o *Secundum.* vel etiã confirmatorem: vt in auth. de fideiu. §. & non ſolũ. Accurſius. Auctor ſecũdus, fideiuſſor eſt, venditor primus: quia vterq; tenetur auctoritatis nomine. l.vlt. j.eo.

p *Debere.* idẽ in venditione aliarum rerũ: vt j.eo.l.emptori. & de præ.ſtipu.l.j. §. ſtipulatio duplæ. in caſu tamẽ cũ fideiuſſore: vt quia imminet euictio in limine cõtract⁹: vt ſ.de peri. & cõmo.rei.ven.l.pen. Vel dic, quia ibi nõ agitur ad fideiuſſorẽ dandũ. Sed vẽditor petens pretiũ repellatur, niſi fideiuſſor detur: vt d.l.pen.de peric. & commo.rei ven. & C.eo. l. ſi poſt. quia tamen conſuetudo in vẽditione librorum ſic ſe habet, vt caueatur cum fideiuſſore, poteſt dici vt ſemper detur: vt j.eo.l.ſi fundus. & idem vbi aliàs eſſet cõſuetudo. Accur.

nominatim actū eſt. Si impuberis nomine tutor vēdiderit: euictione ſecuta, Papinianus libro tertio Reſpōſorum ait dari in eum cuius tutela geſta ſit, vtilē[a] actionem. ſed adiicit[b], in id demū quod rationibus eius accepto latum[c] eſt. Sed an in totum[d], ſi tutor ſoluendo non ſit, videamus. quod magis puto. neque enim malè contrahitur cum tutoribus[e].

Cum venditur vniuerſitas, non venit euictio rei particularis, hoc dicit.

V. PAVLVS libro trigenſimotertio ad Edictum.

SErui vēditor peculiū acceſſurū dixit. Si vicarius euictus ſit, nihil præſtaturū vēditorem Labeo[f] ait: quia ſiue non fuit in peculio, non acceſſerit: ſiue fuerit, iniuriā à iudice[g] emptor paſſus eſt: aliter atq; ſi nominatim ſeruum accedere dixiſſet. tunc enim præſtare deberet in peculio eum eſſe.

Conſuetudo quæ eſt in loco contractus, inſpicitur. Bartol.

VI. GAIVS libro decimo ad Edictum Prouinciale.

SI fundus venierit, ex conſuetudine eius regionis in qua negotium geſtum eſt[h], pro euictione caueri oportet.

Si ſeruus venditus ſeipſum euicit in libertatem, datur actio etiam in eum qui vēditori ſucceſſit. hoc dicit.

VII. IVLIANVS libro tertiodecimo Digeſtorum.

QVi à pupillo ſubſtitutū ei ſeruum emerit, agere cum ſubſtituto[i] ex empto poteſt, & ex ſtipulatu de éuictione: cum[k] neutrā earum actionū aduerſus pupillum habere potuerit[l].

In cauſa euictionis venit omne lucrum quod emptor ſenſiſſet, ſi res eius effecta fuiſſet. h. d.

VIII. IDEM libro quintodecimo Digeſtorum.

VEnditor hominis[m] emptori præſtare debet, quanti eius intereſt[n] hominē venditoris fuiſſe. Quare ſiue partus[o] ancillæ, ſiue hereditas quam ſeruus iuſſu emptoris adierit, euicta[p] fuerit: agi ex empto poteſt. & ſicut obligatus eſt vēditor vt pręſtet licere habere hominem quem vendidit[q], ita ea quoque quæ per eū adquiri potuerunt, præſtare debet emptori, vt habeat.

IX. PAVLVS libro ſeptuagenſimoſexto ad Edictum.

SI vendideris mihi ſeruū Titij, deinde Titius heredē me reliquerit: Sabinus ait amiſſam actionē[r] pro euictione: quoniam ſeruus non poteſt euinci, ſed in ex empto actione decurrendū eſt.[s]

X. CELSVS libro vicenſimoſeptimo Digeſtorum.

SI quis per fundum quem cum alio communem haberet, quaſi ſolus dominus eius eſſet, ius eūdi agēdi mihi vendiderit, & ceſſerit: tenebitur mihi euictionis nomine ceteris non cedētibus.[t]

Euictio procedens de plenitudine poteſtatis imperatoris, nō officit vēditori. h. d.

XI. PAVLVS libro ſexto Reſponſorum.

LVcius Titius prædia in Germania trans Rhenū

a *Vtilem*. finito officio tutelæ. Accur.
b *Adijcit*. Papinianus.
c *Accepto latum* in reſiduum enim tenetur tutor. ſed ſi in eo non eſt ſoluendo, an pupillus teneatur? hic ſubijcit quòd ſic, & ī. de adminiſtra. tuto. l. cum plures. §. j.
d *Sed an in totum*. etiā in non verſum. Accurſius.
e *Tutoribus*. vt ſupra de mino. l. tutor. §. fin. & infra de admi. tut. cum plures. §. j. & infra eo. ſi ideo. ij. reſp. Sed cōtra infra de regu. iur. l. neque interdictum. Sol. hæc actio datur in pupillum ex contractu inito cū tutore nomine impuberis: ibi denegatur actio in pupillum ratione delicti tutoris: vt ſ. de act. empt. l. Iulianus. §. idē Iulianus. niſi factus ſit locupletior, vel fieri poteſt: quia tutor habet, nec pupillo dedit. cedit enim actiones in delictis. vt ī. de tribu. l. iij. Vel ſatisfaciat pro eo, ſi non ſit ſoluendo. Itē contra ſ. de procura. l. procurator qui pro euictione. Sed aliud in pcuratore: vt ibi dixi.

S*Erui venditor*.} CASVS. Vēdidiſti mihi ſeruum, & peculiū accedere dixiſti. ſi euictus fuerit Pamphilus vicarius, an tenearis nomine euic. quæritur. Diſtinguitur. aut fuit in peculio Pamphilus, & per iniuriam iudicis euictus fuit: quo caſu non teneris. aut non: & tunc non acceſsit. ſecus eſt ſi dixiſti ſeruum Stichum acceſſurum. Viuianus.

f *Labeo*. vt & ſupra titu. j. l. proinde. §. ſed hoc ita. ſic enim & per omnia in hereditate vendita ſeruatur: vt ſupra de hered. vē. l. ij. in prin. & dic vt C. eo. l. j.
g *A iudice*. culpa ſua interueniente. alioquin contra puto: vt dixi ī. eodem. l. ſi per imprudentiam. Accur.

S*I fundus*.} CASVS. Si res vendatur, vtrum caueri de dupla ſiue de ſimpla debeat, loci conſuetudo ſpectanda eſt. Viuianus.

D

h *Geſtum*. licet fundus alibi ſit. poteſt enim fieri venditio fundi alibi poſiti: vt C. de cōtrahen. empt. l. j. ſiue ergo de dupla, ſiue de ſimpla, ſiue cū fideiuſſore, vel ſine, inſpicitur cōſuetudo loci vbi contractum eſt: vt hic, & arg. ī. de reg. iur. l. ſemper in ſtipulationibus. Accurſius.

Q*Vi à pupillo*.} CASVS. Deceſsit Titius filio impubere herede inſtituto: & ei, ſi in ætate pupillari decederet, ſeruo ſubſtituto: vendidit pupillus ſeruum, & de dupla promiſit ſi euinceretur. deceſsit in pupillari ætate. ſeruus gerebat ſe pro libero & herede, ſeipſum euincens. an teneatur ſeruus quondam nunc liber factus? Reſpon. ꝙ ſic: quia pupillus neque actione ex empto, neque ex ſtipulatu ad duplam conueniri potuit: cum proclamare ſeruus in libertatem non potuiſſet niſi demum mortuo pupillo. Viuia.

i *Subſtituto*. ſcilicet eodem quondā ſeruo. nam ipſe erat ſubſtitutus pupillo ex quo in libertatem ſe euicit. Accur.
k *Cum*. id eſt quamuis.
l *Potuerit*. cū ſeruus nō niſi mortuo pupillo in libertatē proclamare poteſt. & ita incipit actio cōtra heredē pupilli: quod

A poteſt: vt C. vt act. ab herede & contra heredē. l. j. & ī. eo. l. ſi per imprudentiā. §. j. Et fallit hic regula: quem de euictione tenet actio, ipſum demum agentem repellit exceptio. quam habes ī. eo. l. vindicantem. Sed hoc fit fauore libertatis. ſic & ī. eo. l. ſed ſi ſtipulatio. §. ſi homo. Sed an in actione ex empto quam contra liberum factum intēdit, habebitur ratio hereditatis pupillaris, quæ emptori nō quæritur, propterea quòd in libertatem prouocat? argu. quòd ſic. ī. eo. l. proxi. Accurſius.

V*Enditor*.} CASVS. Titius vendidit mihi ſeruum alienum, qui erat ab aliquo heres inſtitutus. ego credo eſſe Titij. emi eum. poſtea euictus eſt. certè tenebitur mihi Titius ad intereſſe, ſcilicet quātum conſecutus fuiſſem ſi iſte ſeruus eius fuiſſet: quare Titius debet mihi præſtare quæ habiturus eſſem, ſi ſuus fuiſſet ſeruus. Viuianus.

m *Venditor hominis*. id eſt ancillæ: vt ſtatim patet: vt ī. de verb. ſignifi. l. j.
n *Intereſt*. etiā extra rem, vt ſubijcit quaſi male ſit traditū. ſecus quādo nullo modo: vt ſ. de act. empt. ſi ſterilis. §. cū per vēditorē. Accurſ. ADDITIO. Baldus hic dicit quòd iſtud eſt falſum quod dicit gloſ. ꝙ illud intereſſe ſit extra rem: quia eſt intrinſecū: ꝙ patet, quia proſequitur ſeruum apud quē eſt: vt C. de ſenten. quę pro eo. l. j. & ita tenent doctores ibi.
o *Partus*. cū ancilla vēditus. aliter enim non cōmitteretur de euictione actio: vt ī. eo. l. ſi prægnās quę eſt cōtra. vel veriꝰ dic vt ibi.
p *Euicta*. euincitur enim hereditas, ſi bo. fi. poſſeſſor ſeruū inſtitutum heredem qualitercunque iuſsit adire: & ex ea cauſa bona fide poſsidere cœpit, quæ euinci poſſunt à legitimo herede, ſcilicet vero domino ſerui iubente, habita aditione pro nulla: vt ī. de acquir. here. ſi quis mihi bona. in princip. ergo licet venditor ab initio conueniri non poſsit vt hominem emptoris faciat, tamē ſi quod poſtea detrimentum acceſſerit, quia ſeruus non eſt factus, euictione ſecuta debebit reſarciri: vt hic. & ſ. eo. l. proxi. Vel dic quòd fuit euicta per verum dominum ſerui.
q *Vendidit*. vt & ſ. de act. empt. l. Iulianus. §. item qui furem. & l. ij. §. j. Accur.

S*I vendideris*.} CASVS. Vendidiſti ſeruum alienum mihi, & de dupla cauiſti. deceſsit dominus ſerui me herede inſtituto. an agere poſsim contra te ad duplam, cùm iam videatur euictus ſeruus? Et reſpon. quòd non: ſed agam ex empto vt pretium quod dedi pro ſeruo, mihi reſtituas. Viuia.

r *Actionem*. dupli.
s *Decurrendum eſt*. vt ī. e. ſi ei cui. §. j. & ij. & l. non tamen ei. & facit ſ. manda. l. ſeruum Titij.

S*I quis per fundum*.} CASVS. Habebas fundum communem cum Titio & Seio: tu ſolus conſtituiſti mihi ſeruitutem itineris: poſtmodum alij duo ſocij tui nolunt conſentire. dicitur hic quod teneris mihi euict. nomine. Viuia.

t *Cedētibus*. vt ī. eo. l. ſi fundū. §. j. & cōtrariū ibi ſignabis. Ac.

Lucius.

a Lucius Titius intulit. ſcilicet heres emptoris.
b Adſignatas quod faciunt quãdoque principes modico dato poſſeſſori gratia honoris: vt ſupra de rei vind. item ſi verberatum. §. ij. Accur.
c Pertinere. immo videtur quòd ſic: vt ſupra locati. ſi fundus. quæ eſt cõtra. Sol. hic ſecuta fuit traditio. ibi non, ſecundum Azo. Vel hic erat publicatus ex delicto emptoris, ibi ex delicto venditoris, ſecundũ Ioannem.
d Simplæ. puta promittis mihi hominem quem vendis mihi, eſſe noxa ſolutum? & dic quòd ad priuatas non ad noxas publicas pertinet. priuatæ ſunt ex priuatis delictis, publicæ ex publicis: vt pro adulterio, homicidio, & ſimilibus: vt ſ. tit. j. quis ſit fugitiuus. §. quod autem. ibi, noxas autẽ &c. & j. de verb. ſig. l. hæc ſtipulatio. Sed cõtra j. eod. titu. de verb. ſig. l. ſi plures. §. fi. vbi dicit quòd appellatione noxę omne delictũ continetur. Sol. hic reſtringitur ratione cõtractus venditionis ſuper quo apponitur hic ſtipulatio.

Noxæ appellatione omne delictũ continetur.
* *noxa.*

e Nõ poſſe. dicẽdũ eſt.

Quidã. } Casus. Titius, Mæuius, & Seius erant heredes inſtituti. Titius ſolus vẽdidit omnia prædia hereditaria, & pretij partem alij coheredes receperunt. ſi poſt ea prædia iſta fuerint euicta, vtrum coheredes Titij teneantur de euict.? Reſpõdet quòd ſi præſentes fuerunt, videntur conſenſiſſe: & ideo tenentur. Viuianus.

f Vendidit. præſentibus ceteris coheredibus, nec contradicentibus.
g Adfuerunt. imò non eo ipſo, ſed quia pretium receperunt, per quod videntur voluiſſe. vnde nec vindicare poſſunt, & tenẽtur de euictione: vt hic, & j. de dol. excep. l. apud. §. queſitum eſt, ſi cũ fundi. & j. de dona. inter vir. & vxor. l. ſeruus communis. in fi. ſecus ſi non voluiſſent: vt j. eo. ex mille. §. fi. & ſ. de contrah. emp. l. rem alienam. Ex prædictis patet quòd male ponitur hic illud generale, præſens intelligitur conſentire. tamen quidam ponunt hic: & pro eo eſt arg. j. de admin. tut. l. ij. & ſ. loca. l. item queritur. §. qui impleto. & arg. j. de fideiuſ. tut. l. cum oſtendimus. §. fi. Arg. contra ſ. communi diui. l. Sabinus. Et arg. contra ſ. qui mo. pig. vel hyp. ſol. ſicut. §. non videtur. & ſ. de pig. act. l. Gaius. & ſ. de pign. ſi fideiuſſor. § penult. & ſupra manda. qui patitur. & infra de ſponſ. l. in ſponſalibus. §. fin. & infra de lega. ij. Titia. §. Lucia. Et poteſt dari quędam generalis reſponſio ad omnia contraria: vt j. de te iudi. ſæpe. §. cur autem. ſecundum Azo. Accurſius.
h Diſſenſerũt. imò plus fecerũt, quia pretiũ receperũt: vt dixi.

Bonitatis. } Casus. In l. iſta cum duabus ll. ſequen. tractatur de eodem. Et dicitur ſic. Si vendo tibi fundum, & promitto tibi duplam vel ſimplam euictionis nomine: ſiue totus fundus euincitur, ſiue pars: teneor ex ſtipulatione ſimplæ vel duplę, inſpecta bonitate quæ erat tempore venditionis: non cum res euincitur. Sed ſi forte venditor promiſit tibi duplam euictionis nomine quanti res nunc eſt, vel pluris incipiat eſſe, tunc ſi res cœpit: & ideo ſi fundus creuit per alluuionem inſpicietur bonitas quæ eſt per alluuionem. Viuianus.
i Bonitatis. Lex iſta nec in actione ex empto locũ habere poteſt, quia in ea tempus euictionis ſpectatur: vt j. eo. euicta re vendita. nec in actione ex ſtipulatu: quia vt ipſi dicunt, in ea non habetur ratio bonitatis: vt j. eo. ex mille. §. j. Item ſecundum nos qui dicimus rationem haberi bonitatis in ea, ſaltem eius bonitatis quæ erat tẽpore contractus, non videtur poſſe ſtare quod de alluuione dicitur: quia in actione ex ſtipulatu venire nõ debet: ſicut nec partus poſtea editus: vt infra e. ſi prægnãs. Item ſi ageretur ex empto propter alluuionem, non debet inſpici tempus quo acceſsit, ſed quo euincitur. quare dicas has tres leges loqui in actione ex ſtipulatu: & tertiam ſcilicet illã, ſed ſi quid, in eo caſu cum promiſit de dupla pro re principali, & rebus quæ accedũt vel accedent. Azo.

emit: & partẽ pretij intulit[a]. Cũ in reſiduã quantitatẽ heres emptoris conueniretur, quæſtionẽ retulit, dicẽs has poſſeſsiões ex præcepto principali partim diſtractas, partim veteranis in pręmia adſignatas[b]. Quæro an huius rei periculũ ad venditorẽ pertinere poſsit. Paulus reſpõdit: futuros caſus euictionis poſt cõtractã emptionẽ ad vẽditorẽ nõ pertinere[c]: & ideo ſecũdũ ea quæ proponũtur, pretiũ prædiorũ peti poſſe.

Verbum noxa, prælatum in contractu priuato, reſtringitur ad primam noxam tacitam. hoc dicit.

Ex his verbis ſtipulationis duplæ vel ſimplæ[d], *Eum hominem quo de agitur, noxæ* eſſe *ſolutum*: venditorem conueniri non poſſe[e] propter eas noxas quæ publicè coërceri ſolent.

Nota iſtam l. quòd eo ipſo quod probatur pretij perceptio ex certa ſcientia, probatur venditio. h. d. Bartolus.

XII. Scaevola libro ſecundo Reſponſorum.

Quidam ex parte dimidia heres inſtitutus, vniuerſa prędia vendidit[f], & coheredes pretium acceperunt. Euictis iſtis, quæro an coheredes ex empto actione teneãtur. Reſpondi, ſi coheredes præſentes adfuerunt[g], nec diſſenſerunt[h], videri vniuerſa pro parte ſua vendidiſſe.

XIII. Pavlvs libro quinto ad Sabinum.

A Bonitatis[i] æſtimationem faciendã cum pars euincitur, Proculus rectè putabat, quæ fuiſſet venditionis tempore, non cum euinceretur:

XIIII. Vlpianvs libro octauodecimo ad Edictum.

B Non in dimidiã[k] quantitatem pretij.

k Non in dimidiam. licet dimidia euicta ſit pro diuiſo: qa forte pars euicta melior erat, vel deterior: vt ſ. eo. l. j. Accur.

XV. Pavlvs libro quinto ad Sabinum.

Sed ſi quid[l] poſtea alluuione acceſsit, tẽpus quo accedit, inſpiciendum. Si vſusfructus euincatur, pro bonitate fructuum[m] æſtimatio facienda eſt.[n] Sed & ſi ſeruus euincatur, quanti minoris ob id prædium[o] eſt, lis æſtimanda eſt.

l Sed ſi quid. Quidam dicunt hanc legẽ loqui in actione ex empto: quod ſtare nõ poteſt.
m Fructuum. percipiẽdorum: nam ideo plus valet res quæ plures reddit fructus: vt in auth. de eccle. titu. §. ſi autem annale.
n Facienda eſt. in actione ex empto, & in ſtipulatu loqui poteſt.
o Prædium. cui inhæret ſeruus: vt arg. ſ. de contrahend. emp. ſi in emptione. Accur.

Illa quæ accedunt rei venditæ, veniunt ſolum in actione ex empto. Barto.

XVI. Pomponivs libro nono ad Sabinum.

C Euicta re vẽdita, ex empto erit agendum de eo quod acceſsit: P quemadmodum q ea quæ empto fundo nominatim[r] acceſſerũt, ſi euicta ſint, ſimplũ pręſtatur.[s] Duplæ ſtipulatio committi dicitur tunc cum res reſtituta[t] eſt petitori, vel damnatus eſt litis æſtimatione,[u]

Euicta. } Casus. Ancillam prægnãtem vendidiſti, & de dupla cauiſti. apud me peperit. partus euict⁹ eſt. an agere poſſim de dupla? Et reſpond. quòd non, ſed ex empto ad intereſſe: ſicut eo euicto quod ſpecialiter fundo acceſsit. {Duplae.} Tribus modis committitur ſtipulatio duplæ: ſi aliquo agente condẽnatus fuerit emptor vt reſtituat, & reſtituit: vel ſi nõ reſtituit, ſed æſtimationem: & ſi cecidit à poſſeſsione, & petierit, & ſuccubuit. {Si servvs.} Seruum mihi vendidiſti, & de dupla cauiſti, & ſanum eſſe, fugitiuum promiſiſti non eſſe. an non obſtante eo ꝙ agã de dupla ſeruo euicto. agere poſsim redhibitoria, vel quanto minoris propter vitiũ vel fugam, quæritur. Proculus dicit referre an intereſt mea cùm fui dominus: an cùm non fui. Primo caſu agitur, ſecundo non: quia in nullo pauperior ſum, cùm dominus non ſum. Primo caſu ſtipulationẽ quam acquiſiui, amittere non poſſum, neque euictione, neque manumiſ. &c. Itẽ & ſi intereſſet mea cũ dominus nõ fui: nõ tenetur mihi in quantũ ad præſentem operam: licet dubiũ fuerit quantũ apud me fuerit permanſurus. Et hæc omnia dicit D allegãdo. In fine dicit ꝙ ad omne quod mea intereſt, vel interfuerit poſt ſtipulationẽ, agere poſsũ, & corrigit præmiſſa.
p Acceſsit. tacitè vt partus qui eſt in ventre: ſed de eo quod principaliter vẽditũ eſt, agitur etiã ex duplę ſtipulatione: ſed de his quę accedunt tacitè vel expreſsè. ex empto tantum: vt hic, & ſ. de act. empt. l. ex empto. §. ſi quis rẽ vẽdiderit. Accur.
q Quemadmodum ea. hic accipe ſi, quod eſt infra: & hoc ſiue tempore venditionis, ſiue ante, ſiue poſt.
r Nominatim. ſecus ſi generaliter, vt ſ. eo. l. ſerui.
s Præſtatur. per actionem ex empto.
t Reſtituta. fuit ergo tradita. alias non cõmittitur, licet quidam cõtra: vt no. j. de excep. do. l. iij. Item quid ſi non tradiderit? Reſpon. vt j. de excep. l. iij. Accur.
u Aeſtimationẽ. Hic eſt cõtra. j. eo. l. ſi cũ vẽditor. §. ſi ſecũdus. Sol. hic dãnatur emptor in litis æſtimatione: vnde nõ licet ei habere.

vel poſſeſſor ab emptore [a] conuentus abſolutus [b] eſt.

Si res ſit euicta ratione dominij, non poteſt agi quanto minoris, etiam propter vitium: ſecus ſi non ratione dominij: ſed ad damnum occaſione vitij receptum indiſtinctè poteſt agi. Bart.

Si ſeruus cuius nomine duplā [c] ſtipulati ſumus, euictus fuerit à nobis ob id quòd fugitiuus, vel ſanus non fuerit, an agere [d] nihilo minus poſſimus, quæritur. B Proculus videndum ait, ne hoc quoq; interſit, vtrum tum euictus [e] ſit, cum meus factus [f] non eſſet [g]: an tū cum meus factus eſſet. In eo enim caſu quo meus factus eſt, ſtatim mea intereſt, quanto ob id deterior eſt. Et quam actionem ſemel ex ſtipulatu habere cœpi [h], eam nec euictione, nec morte, nec manumiſſione [i], nec fuga ſerui, nec vlla ſimili cauſa [k] amitti. At ſi in bonis meis factus non ſit: nihil ob ea quòd fugitiuus ſit, pauperior ſim: vtpote cū in bonis meis non ſit. C Quòd ſi ſanum [l] eſſe, erronem non eſſe, ſtipulatus eſſem: tantū mea intereſſe, quantum ad præſentem [m] vſum pertineret, tametſi in obſcuro [n] eſſet, vtpote ignorantibus nobis quandiu eum habiturus eſſem: & an [o] futurum eſſet: vt eum quiſquam aut à me, aut ab eo cui vendidiſſem, cuíve ſimiliter promiſiſſem [p], euinceret. Summam [q] autem opinionis ſuæ hanc eſſe, vt tantum [r] ex ea ſtipulatione conſequar [s], quanti mea interſit, aut poſt ſtipulationē interfuerit, eum ſeruum fugitiuum non eſſe.

Habes hic regulam quòd quem de euictione tenet actio, eūdem agentem repellit exceptio. vide in gl. Bart.

XVII. VLPIANVS libro viceſimonono ad Sabinum.

VIndicantem venditorē rem quā ipſe vendidit, exceptione doli poſſe ſummoueri, nemini dubium eſt, quamuis alio iure dominiū B quæſierit. Improbè enim rē à ſe diſtractam euincere conatur [t]. Eligere [u] autem emptor poteſt, vtrum rem velit retinere, intentione per exceptionem eliſa: an potius re ablata, ex cauſa ſtipulationis duplum conſequi.

XVIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

SEd & ſi exceptio omiſſa [x] ſit, aut oppoſita [y] ea [z] nihilominus euictus ſit: ex duplæ quoque ſtipulatione, vel ex empto poteſt conueniri.

XIX. VLPIANVS libro viceſimonono ad Sabinum.

C SEd & ſi ſtipulatio [a] nulla fuiſſet interpoſita: de ex empto actione idē dicemus. Si homo liber, qui bona fide ſeruiebat, venerit mihi à Titio, [b] Titiusque eum heredem ſcripſerit quaſi liberum [c], & ipſe mihi ſui faciat controuerſiam. ipſum [d] de ſe obligatum habebo. [e]

Nota quòd quando res euincitur facto emptoris, etiam antecedente emptione, non tenetur venditor. Bart.

XX. POMPONIVS libro decimo ad Sabinum.

habere. ibi verò venditor factus eſt procurator in rē ſuam, A qui mādati nō habet regreſſum: quare emptori licet habere.

a *Ab emptore.* Hic eſt contra j. eod l ſi rem quam §. ſi duplæ. Sol. ibi per ſuam culpam cecidit à poſſeſſione, hic non.

b *Abſolutus.* forte quia ſuam probauit poſſeſſionem.

c *Dupla.* pro euictione, non de ſanitate vel fuga, quod patet: vt j. quod ſi ſanū eſſe, &c. Vel dicas hic de fuga & ſimilibus ſtipulatū: vt j. proxi.

d *Agere.* ſ. quanto minoris, vel ex ſtipulatu, ſi de vitijs fuit promiſſum.

e *Euictus.* forte hypothecaria, vel cōfeſſoria ratio vſusfr. Accurſius.

f *Factus.* cum dominus eſſet venditor: vt infra de acquir. rer. do. l. traditio.

g *Non eſſet.* quia non fuit actoris. Accur.

h *Cœpi.* ex cauſis ſuperioribus.

i *Manumiſſione.* ſ. contingente, non ob meū factum, ſed quia ſtatuliber erat: alioquin cōtrarium eſt ſupra. titul. j. ſi hominem. & infra eo. ſi ſeruum cuius. Azo.

k *Cauſa.* neceſſaria alienatione interueniente: vt ſi conductio rei mihi venditæ, & alij legatæ ſub conditione, extiterit. Accurſius.

l *Quòd ſi ſanum.* ita videtur dici. ſi tamen ſtipulatus eſt eſſe ſanum, aliter poteſt dici. nam ſemper allegando dicit vſque illuc: ſummā autem, &c.

m *Ad præſentem vſum.* vt propter operas: vt ſupra titu. j. l. iuſtiſſime. §. ſi.

n *In obſcuro.* ſcilicet intereſſe.

o *Et an.* ſ. ignorantibus repete,

p *Promiſiſſem.* ſcilicet ſanum.

q *Summam.* omiſſis ſupradictis ineptis.

r *Tantum.* ſcilicet intereſſe.

s *Conſequar.* etiam ſi non eſt factus meus. & hoc intereſſe liquet iam euicto homine. Sed ſi nondum ſit euictus, non apparet quòd operas propter morbū vel fugam ſit amiſſurus. D quod ergo poterit intereſſe conſiderari? Reſpon. agitur ſemper forte pro præterito, & ſic pluries, ſicut ex cautione damni infecti: vt j. rem rat. hab. ſi procurator. Accur.

V*Indicantem.* } CASVS. Si venditor velit vindicare rem à ſe venditam, repellitur exceptione doli, licet dominiū eius alio titulo acquiſiuit. Cetera clara ſunt vſque ad §. ſi homo. in l. ſed & ſi ſtipulatio. Viuia.

t *Conatur.* ſ. ſic veniendo contra factum ſuum: vt dixi ſ. de adop poſt mortem. imò debet eam confirmare cum poteſt: nec debet diſtrahere: vt hic, & ſ. de ac. emp. ſi quis alienam. & j. de vſuca. l. cum vir. & arg. ſ. de rei vin. ſi a Titio. & arg. ſ. de pig. act. rem alienā. in prin. & arg. ſ. de pig. l. j. ij. reſp. & arg. ſ. de diſtra. pig. l. & ſi is. Sed cōtra hanc regulā eſt C. de agri. & cen. quemadmodum. lib. xj. vbi idem venditor vindicat, vel vel reuocat quod vēdidit. Sed ibi ideo, quia contra legē erat facta vēditio. Item C. de li. cau. l. j. ſimiliter eſt contra. Sed ibi reſpō. ſimiliter. Vel ſpeciale eſt ibi fauore libertatis. Itē tertiū cōtra j. qui & à qui l. ſi ſeruo. vbi manumiſſor alieni ſerui extitit heres domino. & nō cōfirmatur libertas. Sed certè A licet ibi nō confirmetur, non tamen poteſt manumiſſor venire contra. Itē contra ſ. e. l. qui à pupillo. & j. eo. ſed & ſi ſtipulatio. §. j. Solu. ibi ſpecialia ſunt fauore libertatis. Item no. hic ex hac l. & prædictis regulam talem: quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. & probatur etiam hæc regula. C. de re alie. non alie. l. j. *Exceptio de euictione eum repellit quem actio de ea tenet.*

u *Eligere.* vt C. de re. alie. non alie. l. venditrici. Accur.

x S*Ed & ſi exceptio omiſſa.* Sed ſi ſit omiſſa ſua culpa, eſt cōdemnatus: ergo nihil debet conſequi: vt j. eo. ſi rem. §. ſi duplę. & j. de reg. iur. quod quis. in ſi j reſpō hanc culpam nō poteſt ſibi imputare venditor, cum ex ea lucrum ſenſerit, id eſt rem: vt j. de iur. do. cum in fundo. §. quod ſi mulier. ſed ſi omiſit exceptionem, & ſic ſciēter reddidit: ergo nō debet vnquā repetere: vt ſ. de condic. indeb. l j. quæ eſt contra. Sol. hic habet emptor actionē & excep. vt ſupra l. proxi. & hic reſtituendo rē ſolam, exceptioni renūtiare videtur: remanet ergo actio ſibi, maxime cum ſciat ſuum ius durare: vt ſupra qui. mo. pig vel hypo. ſol. ſicut. ſ. non videtur. in. l. autem contraria habebat conuentus ſolam exceptionē, & forte illam tantum facti ſiue intentionis, vel etiam iuris. vnde cum ſoluendo illi renuntiare videatur, ſibi nihil remanet.

y *Oppoſita.* Sed nōne tunc iniuriam paſſus eſt: ergo agere non debet: vt j. eod. ſi per imprudentiā. j. reſpon. quæ eſt cōtra? Reſpō. vēditor nō poteſt allegare contra eum ſecundum ſe per iniuriā iudicatū: arg. j. de leg. j. ſi ſeruus pluriū. §. j.

z *Ea.* ſcilicet exceptione.

S*Ed & ſi ſtipulatio.* } CASVS in §. ſi homo. Hominem mihi vendidiſti, quem credebas ſeruum, cum D liber erat. de dupla cauiſti, ſi euinceretur: & apparuit liber, & eum heredem inſtituiſti. ſi in libertatem proclamet, cum ipſum de euictione habeo obligatum. Viuia.

a *Sed & ſi ſtipulatio.* de euictione.

b *A Titio.* & traditus fuerit mihi. Accur.

c *Liberum.* poſt traditionem reperiens eum liberum.

d *Ipſum.* tanquam heredem venditoris & ſic libero homine euicto in libertatem, de euictione agitur: vt hic, & ſ. manda. l. ſi procuratorem. §. ſi liber.

e *Habebo.* ſed nonne poteſt remoueri exceptione rei venditæ & traditæ ex perſona eius cui ſucceſſit? Reſpon. vtiq;: ſed per ſe replicabit nullā fuiſſe venditionē liberi hominis. Vel dic fauore libertatis hoc eſſe: vt ſ. e. l. qui à pupillo Accur.

F*Vndum meum.* } CASVS Obligaui tibi fundum, & Titio eundem vendidi, & ab eodem poſtea emi, qui mihi de dupla cauit an iſta cautio de dupla ſic large intelligatur, vt ſi à me euincatur, teneatur mihi Titius nomine euict. ad duplā, quæritur. Et reſpon. quod non: quia illud videtur exceptum: vnde & ſi non excipiatur à Titio, quòd nolit teneri, ſi à me euincatur: ſi agam tamen euictionis nomine, repellet me Titius per exceptionem doli mali. Viuianus.

a *Eo nomine.* ſcilicet pignoris.
b *Obligareris.* id eſt aggrauareris. Accurſius.
c *Des.* ſcilicet promittendo in duplum ſi res eſſet euicta.
d *Pro me.* ne tenearis ideo quòd, &c. Accur.

SI *ſeruus.*} CASVS. Seruum alienum vendidiſti mihi, & de dupla cauiſti. antequam euinceretur, deceſsit. an committatur ſtipulatio de dupla, quæritur. Et dicitur quòd non. & cauſam reddit. ſi tamen dolum in vẽdendo cõmiſeris: quia alienum ſciens vendidiſti, teneberis: vt ſ. de act. emp. ſeruus qui à me. §. fina. {VNDE IVLIANVS.} Alienum ſeruum mihi vendidiſti, & de dupla cauiſti ſi euinceretur. cõuẽtus cõſtitui te procuratorem, & litis æſtimationem præſtitiſti: ſuccumbis. an committatur ſtipulatio de dupla, quæritur. Et dicitur quòd nõ: quia ſi tu agas act. mand. cõtra me, litis æſtimationẽ quam præſtitiſti, à me non conſequeris. Item neque mihi ſeruus ablatus eſt: ſi tamen ego conuentus litis præſtiti æſtimationem, cõmiſſa fuit ſtipulatio de euict. & cũ mihi ſeruũ habere nõ liceret ſi pretium eius non ſoluiſſem, potius eum habeo ſeruum ex iſta ſecunda emptione cum æſtimationẽ præſtiti, quàm ex prima. ergo regula intelligitur, tunc demum tenetur vẽditor de euictione, cũ emptori rẽ habere non licet propter euictionẽ. {IDEM IVLIANVS.} Seruum mihi vendidiſti, & de dupla cauiſti. conuentus euictionis nomine, & cauſa pendente culpa mea ſeruo fugã accipiente cõdemnatus ſum ad intereſſe petitoris. an contra te ſtatim regreſſum habeã de euictione, quæritur. Et reſpon. quòd non: quia non propter euictionem, ſed propter fugam mihi ſeruum habere nõ licet. Si autẽ culpa mea non fugerit, & petitori cauerim de eo reſtituẽdo, non committetur ſtipulatio, niſi eum apprehendero & reſtituero. vnde quando litis æſtimatio offertur, ſufficit apprehenſio vt committatur ſtipulatio. ſecundo neceſſaria eſt apprehenſio & reſtitutio. Viuianus.

FVndum meũ obligaui: deinde alienaui tibi, vt eo nomine[a] nõ obligareris[b]. Si cum poſtea abs te emam, & ſatis pro euictione mihi des[c], excipiendum cautione, quòd pro me[d] obligatus ſit: quia etiam non excepto eo, agendo eo nomine contra te, doli mali exceptione poſſim ſummoueri.

Collige tres caſus. aut non licet habere rem vel æſtimationem emptori propter euictionem: & habet locum actio pro euictione: aut propter aliud omnino, non propter factũ euincentis, non licet emptori habere: & tunc non committitur, vt hic probatur. aut non licet habere ex alia cauſa quàm euictionis: & tamen ſperatur, quid etiam in cauſam euictionis conuincatur: & tũc cũ in illam fuerit redditum, habet locum: ante non: vt in §. Iulianus. ȷ. ead. l.

B

XXI. VLPIANVS libro viceſimonono ad Sabinum.

SI ſeruus vẽditus deceſſerit[e] antequam euincatur, ſtipulatio non cõmittitur[f]: quia nemo eum euincat, ſed fatũ* humanæ ſortis. de dolo[g] tamẽ poterit[h] agi[i], ſi dolus interceſſerit. Inde Iulianus libro quadrageſimotertio eleganter definit, duplæ ſtipulationem tunc committi, quotiens res ita amittitur, vt eam emptori habere non liceat propter ipſam euictionem[k]. & ideo ait, ſi emptor hominis mota ſibi controuerſia venditorem dederit procuratorem, iſque victus litis æſtimationem ſuſtulerit, ſtipulationem duplæ nõ committi: quia nec mandati actionẽ procurator hic idẽque venditor habet, vt ab emptore litis æſtimationem conſequatur[l]. Cum igitur neque corpus, neq; pecunia emptori abſit, non oportet cõmitti ſtipulationem, quãuis ſi ipſe iudicio accepto victus eſſet, & litis æſtimationem ſuſtuliſſet, placeat committi ſtipulationem, vt & ipſe Iulianus eodem libro ſcripſit[m]. Neque enim habere licet eum, cuius ſi pretium quis non dediſſet, ab aduerſario auferretur. Propè[n] enim hunc[o] ex ſecunda emptione, id eſt ex litis æſtimatione, emptori habere licet: non ex priſtina.

*Flor. factum.

C

Idem Iulianus[p] eodem libro ſcribit: Si lite conteſtata[q] fugerit homo culpa poſſeſſoris, dãnatus quidem erit poſſeſſor[r], ſed non ſtatim eũ ad venditorẽ regreſſurum, & ex duplæ ſtipulatione acturum: quia interim non propter euictionẽ, ſed propter fugã ei hominem, habere nõ licet.[s] Plane, inquit, cum adprehẽderit poſſeſsionem fugitiui, tunc cõmitti ſtipulationẽ Iulianus ait. Nam & ſi ſine culpa poſſeſſoris fugiſſet, deinde cautionibus interpoſitis abſolutus eſſet, nõ aliàs cõmitteretur ſtipulatio, quàm ſi adprehenſum hominem reſtituiſſet. Vbi igitur litis æſtimationem obtulit, ſufficit adprehẽdere. vbi cauit: non prius, niſi reſtituerit.

XXII. POMPONIVS libro primo ex Plautio.

SI pro re pupilli[t] quã emit, litis æſtimationem tutor non ex pecunia pupilli, ſed ex ſuo præſtiterit: ſtipulatio de euictione pupillo aduerſus venditorem committitur.[u]

Iſte. §. eſt ſubtilis: & loquitur quãdo res quam emi, non euincitur à me, ſed ab eo cui conceſſi: & dicit quod ex hoc habeo regreſſum contra venditorem meum. Bart.

D

Si pro euictione fundi quem emit mulier, ſatis accepiſſet, & eũdem fundum in dotem dediſſet, deinde aliquis eum à marito per iudicium abſtuliſſet: poteſt mulier ſtatim agere[x] aduerſus fideiuſſores emptionis nomine.

e *Si ſeruus venditus deceſſerit.* ante lit. conteſta vt C. eod. ſi quis tibi ſeruum. ſecus ſi poſt: vt C. de aſſer. tol. l. fi. & ſ. de rei vin. l. vtique. quæ ſunt contrariæ. Accur.
f *Committitur.* licet ſit alienus.
g *De dolo* id eſt exceptio nomine doli. Accur.
h *Poterit.* etiam ante euictionẽ: vt ſupra de act. emp. ſeruum quem à me. §. fin.
i *Agi.* ex empto ad redhibendum pretium.
k *Euictionem.* vt ȷ. eod. titu. habere licere.

A l *Conſequatur.* vt & ȷ. eo. ſi cum venditor. §. ſi ſeruus.
m *Scripſit.* vt ſ. eod. l. euicta. §. j.
o *Prope.* id eſt ferè. videtur potius quòd ex hac ſecunda, quæ eſt quaſi emptio: vt ȷ. pro emp. l. ij. habeat emptor, quàm ex prima. Propè autem ideo dicit, quia poſſeſſori huic a petitore de euictione non cauetur: vt ſupra de rei vind. l. ex diuerſo. §. petitor. & ſ. de condic. furt. ſi ſeruus. §. cauere.
o *Hunc.* ſeruum.
p *Iulianus* aliàs. §. Iulianus. & alias. i. ſi lite.
q *Conteſtata.* inter euincentem, & poſſeſſorem.
r *Poſſeſſor.* quanti aduerſarij interſit, ſcilicet in litis æſtimationem. Accur.
s *Non licet.* not. ergo duas habere eum afflictiones, ſcilicet vnã propter culpam: ſcilicet quia præſtat litis æſtimationem. aliam propter ſerui abſentiam: quia ſcilicet non agit. alias eſſet contra. ſupra ad legem Rhod. de iac. l. nauis. §. fin.

Afflictiones duas quis habere poteſt.

SI *pro re pupilli*}. CASVS. Tutor nomine pupilli emit rem, & duplam ſtipulatus eſt. conuentus tutor litis æſtimationẽ de ſuo præſtitit. an cõtra vẽditorem pupillus nomine emptionis regreſſum habeat, quæritur. Et dicitur quòd ſic. ratio eſt: quia pupillus actione contraria tutelæ tenebitur tutori ad pecuniæ reſtitutionẽ. {SI PRO EVICTIONE.} Mulieri fundum vendidiſti: & euictionis nomine fideiuſſorem dediſti. Titio nupſit, & eum in dotem dedit. à marito euictus eſt. aget mulier contra te: quia minorem dotem habere incepit: vt quia maritus æſtimationem ſoluit, & minus quàm fuerit eius pretium, vt ſic fundum reſtituat. Si autem mulier antequã euinceretur deceſsit, & ſtipulatus eſt maritus de dote lucranda, aget maritus contra heredes mulieris: & ipſi contra venditorem. ſi autem domino fundi nupſit, ſtipulatio non committitur, cùm per iudiciũ non ſit euictus: ſed aget ex empto ad ſimplum. *Viuianus.*
t *Si pro re pupilli.* vt credebat, quia emerat eius nomine eam. Vel dic, quòd euicta fuit per confeſſoriam, vel hypothecariam: alias ſi per iniuriã eſſet euicta, cum eſſet pupilli, ſecus eſſet. Accur.
u *Committitur.* tenetur enim contraria tutelæ ad reddendũ pecuniam: vt ȷ. de contra. iu. tu. l. quid ergo. §. contrarium.
x *Agere.* vt & ȷ. de iu. do. l. quãuis in bonis & maritus, & pater eius: vt ȷ. e. l. pater ſed ſi cõueniatur maritus, quæritur vtrũ debeat maritus mulieri denũtiare, & mulier ſuo actori: quod videtur eſſe neceſſariũ. Item ſi cõdemnatur maritus, nũquid mulier ſtatim agit de euictione cõtra euictorẽ: an prius condemna-

demnabitur ipſa marito? Primum tamen videtur verius ſecundū quoſdam, arg. j. eod. l. ſi ſeruum emero. Vel diſtingue ſecundum Azo. inter actionē ex empto, & actionē ex ſtipulatu. In prima neceſſariū non eſt primo dānari mulierem: in ſecunda ſic: vt j. eo. ſi cum venditor. §. ſi ſecundus. ADDITIO. Pro intellectu iſtius gl. aduerte ſecundum Bald. hic quòd quando transfero rem in alium non ſimpliciter, ſed in ea aliquod ius mihi reſeruo, putà concedo rem in dotē, in emphyteuſin, vel in feudum: iſto caſu eo ipſo quòd res euincitur ab eo qui habet cauſam à me, perimitur illud quod erat mihi reſeruatum, & ſtipulatio de euictione committitur. & hoc eſt quod dicit iſte tex. quòd mulier ſtatim efficitur indotata: & per conſequēs ſibi habere non licet. quandoq; ego transfero rem in alium ſimpliciter, & nullum ius mihi in ea reſeruo: & iſto caſu licet euincatur res ab eo qui habet cauſam à me, tamen mihi nihil abeſt propter illam euictionem: & ideo eſt neceſſe quòd ego cōdemner, & ſoluā ſibi: aliàs actionem de euictione non haberem, ſecundū regulam traditā per Iulianum. ſ. l. proxi. §. Iulianus. ad idem. ſ. e. l. §. j.

a *Fundus eſſet.* ſubaudi, & nihil aliud habet in dote. ſed quomodo definit eſſe dotalis, licet æſtimatio ſoluatur petitori: cum fundus apud maritum remaneat? Reſp. bene, cum hic ſit expēſa neceſſaria: vt j. de iur. do. ſi is qui. §. quod dicitur, & de impē. in re. do. fac. l. quod dicitur. & arg. ſ. de pet. hered. l. vtiles. Item quomodo cōmittitur ſtipulatio, cùm non ipſi mulieri, vel ſuo heredi, ſed alij, ſcilicet viro habere non liceat: vt & j. de verb. oblig. l. ſtipulatione iſta. §. ſicut autem. quæ eſt contra. maximè in eo quod dicitur. j. l. prox? Reſpō. quod ibi dicitur non committi, ſed habere alij non licere præter ſtipulatorem vel eius heredem ſiue ſucceſſorem, intellige prorſus alium. at qui habet ab eo cauſam, non eſt alius: cùm de euictione heres, vel ipſa ſi viuit teneatur. aliud ergo ſi cauſam lucratiuam haberet.

mine, quaſi minorem dotē habere cœpiſſet, vel etiā nullā, ſi tantum maritus obtuliſſet, quanti fundus eſſet [a].

XXIII. VLPIANVS libro viceſimonono ad Sabinum.

SEd & ſi poſt mortē mulieris euincatur, regreſſus [b] erit ad duplę ſtipulationem: quia ex promiſſione maritus [c] aduerſus heredes mulieris agere poteſt, & ipſi ex ſtipulatu [d] agere poſſunt.

XXIIII. AFRICANVS libro ſexto Quæſtionum.

NOn tamen ei conſequens [e] eſſe, vt & ſi ipſi domino nuptura, in dotē eum dederit, committi ſtipulationem dicamus: quamuis æquè indotata mulier futura ſit: quoniam quidem etiam ſi verum ſit habere ei non licere ſeruum [f], illud tamen verum non ſit, iudicio cum euictum eſſe [g] ex empto tamen cōtra venditorē mulier habet actionem [h].

XXV. VLPIANVS libro viceſimonono ad Sabinum.

SI ſeruum cuius nomine duplam ſtipulatus ſis, manumiſeris, nihil ex ſtipulatione conſequi poſſis: quia non euincitur quò minus habere tibi liceat quem ipſe antè voluntate tua perdideris [i].

XXVI. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

SEd hoc nomine, quòd libertum quis non habeat, ex vendito [k] actionem habet, ſi ſcierit [l] venditor alienum ſe vendere. Sed & ſi ex cauſa fideicommiſsi emptor coactus fuerit eum manumittere [m]: ex empto actionem habebit.

Si emptor fuit repulſus à vindicando propter exceptionem procedentem ex ſua perſona, non agit de euictione: ſecus ſi ex perſona venditoris. h. d. cum l. ſeq.

B XXVII. POMPONIVS libro vndecimo ad Sabinum.

HOc iure vtimur, vt ſi exceptiones ex perſona emptoris obiectæ [n] obſtant, venditor ei nō teneatur. ſi verò ad perſonam venditoris [o] reſpicient, contra. Certè nec ex empto, nec ex ſtipulatione duplæ nec ſimplæ, actio competit emptori, ſi exceptio ei ex facto ipſius [p] oppoſita obſtiterit.

XXVIII. VLPIANVS libro octogenſimo ad Edictum.

SEd ſi ex vtriuſque [q] perſona & auctoris & emptoris exceptiones obijcien- C tur, intererit propter quam exceptionē iudex contra iudicauerit: & ſic aut [r] committetur aut non committetur ſtipulatio.

XXIX. POMPONIVS libro vndecimo ad Sabinum.

SI rē [s] quā mihi alienā vendideras, à domino redemerim, falſum eſſe qđ Nerua reſpōdiſſet, poſſe te à me

b SEd & ſi poſt mortem. Regreſſus. ſcilicet per heredem mulieris. Accur.

c *Maritus.* quia dotem lucratus eſt: & bona eſt ratio: vt j. eo. l. ſi ſeruum emero. & ſ. de mino. l. ſed vbi reſtitutio. Accur.

d *Ex ſtipulatu.* nomine euictionis. Accur.

e NOn tamen ei conſequens. ſcilicet quod videbatur propter prædictam rationem, quia mulier efficitur indotata.

f *Seruum.* tanquam ex emptione, & ex dote. Accur.

g *Euictum eſſe.* ergo non committitur, niſi iudicio accepto. Sed contra. ſ. eo. ſi emptori. Sol. vt ibi.

h *Actionem.* ad ſimplum: vt hic, & j. ad l. Fal. l. cum emptor. Accurſius.

SI ſeruum. CASVS. Seruum mihi vendidiſti, & de dupla cauiſti: eum manumiſi: an agere poſſim ſuo nomine quæritur. Et dicitur quòd non. Si autem quis libertum ſuū eum dixerit, egerit & obtinuerit, agā ex empto: quia cum libertum habere nō liceat: contra venditorē ad intereſſe. Eodē modo ſi ſeruo fuerit fideicōmiſſaria libertas relicta, agit ex empto. h. d. cum l. ſequen. Viuia.

A i *Perdideris.* vt ſ. titu. j. ſi hominem. ſic & quando pro derelicto habuit: vt j. l. fin. Accur.

k SEd hoc nomine. Ex vendito. id eſt empto ad intereſſe: vt & ſ. de act. empt. l. Titius cum. §. ego cum meminiſſem. Sed contra ſ. de præſcript. verb. l. naturalis. §. fin. Solu. ibi non æſtimatur hoc quod manumiſſum habeo libertum, in odium eius pro quo manumiſi: quia non vult parere contractui: hic æſtimatur, quia non habeo libertum eū quē ex iure contractus habere debeo.

l *Scient.* maxime. ſed tunc etiam ante euictionem agit: vt ſ. de act. empt. l. ſeruū quē ſciens. Accur.

m *Manumittere.* qui potuit cogi: vt j. de fideicom. lib. l. generaliter. §. quotiens autē fideicommiſſa. Accurſius.

HOc iure. CASVS. Seruum meū vēdidiſti, à poſſeſſione cecidi, petij, poſſeſſori detuli iuramentum, & iurauit ſeruum meū non eſſe. an mihi agenti contra te ad duplā, obſtabit exceptio, quæritur. Et dicitur quòd ſic, à contrario ſi venditor fecit hoc. ſi autem tam emptor quàm venditor cum poſſeſſore fecerint pactum de non petendo, conſiderabit iudex ex cuius perſona competit exceptio, vt ſic obſtet emptori agenti, vel non. h. d. cum l. ſequenti. Viuia.

n *Obiectæ.* ſcilicet emptori agenti contra alium poſsidentē: veluti ſi emptor poſſeſſori detulerit iuſiurādum: & iurauit rem emptoris non eſſe: vel etiam fecit pactum de non petendo: vel in ſimili caſu impetrauit ius iniquum contra alium: cum ipſe conueniretur ab alio ex ſimili cauſa.

o *Venditoris.* ſcilicet tantū, nō aliter: quia vēditor fecit prædicta, quæ dixi modo feciſſe emptorē: vel quia agēti emptori Publiciana exceptio dominij obijciatur: vt ſ. de Publ. l. fin.

p *Ipſius.* ſcilicet emptoris. Accur.

q SEd ſi ex vtriuſque. vt quia vterque fecit pactū de non petendo poſſeſſori: vel vterq; detulit iuſiurandū. Sed quo- D modo ex perſona auctoris obijcitur emptori exceptio: vt j. de exce. do. l. apud. ſ. de auctoris euictione. Reſpon. ſi eſt rei coherens, poteſt, vt hic: ſi perſonæ, vt doli, non: vt ibi.

r *Et ſic aut.* quod ſi nō appareat, dici poteſt venditorē abſolui: arg. j. de verb. obli. ſi ſeruum. §. ſequitur, vel ſi ſuperſit iudex: ad eum recurrendū: vt j. de appellatio. l. ab executore. ſi non abſoluitur venditor. Vel dic, condemnandū, niſi probet propter exceptionem ex perſona emptoris appoſitā cōdemnandum emptorem: vt C. de aſſer. tol. l. fin. in fin. Accur.

SI rem quam. CASVS. Alienam rem mihi vendidiſti: pretium non recepiſti: comperi rem alterius fuiſſe, & ei pretium ſolui: an poſſis agere contra me act. ex vendito ad pretium? Et dicitur quod non, quia hoc bo. fid. non conuenit, vt pretium cōſequaris, & eam à domino nactus ſim. {SI DVPLAE.} Rem mihi vendidiſti. per culpam meam à poſſeſſione cecidi. petij, & ſuccubui: an contra te regreſſum habeam, quæritur. Et reſpon. quòd non: cum dominus fuiſti cum vēdidiſti: & rem retinere potui, licet petere non potui: puta ob exceptio. rei iudic. ſecus ſi ſine culpa mea à poſſeſſione cecidi. {QVOLIBET.} Emptor venditori denuntiare debet quotiens

† Intellige tu iſtū tex. vltra Bal. hic procedere nō ſolū in eo qui emit ſecūdo à vero domino rem: ſed quocūque modo rē habuerit à vero domino, ſiue ex cauſa lucratiua, ſiue onerosa: nā omnibus iſtis caſibus nō tenetur ad pretium ipſi primo, qui ei rem vendidit. Bolog.

quotiẽs agitur, vt res euincatur: ſed quo tẽpore fieri debeat, quęritur. Et reſpõ. ꝙ nõ eſt tempus præfinitũ, ſed ante litẽ cõteſtatã. & poſt poteſt fieri huiuſmodi denũtiatio, ſed nõ prope ſententiam: cum tunc non ſit locus defenſioni. Viuia.

a *Agentem*. licet nondum ſoluerim: & poteſt hoc dici ſecũdum lo. cum ſciens alienum vendidiſti, & non tradidiſti. tunc enim & ante euictionẽ pretium ſolutum repetere: vt ſ. de act. empt. ſi ſeruus quem. §. fin. vel cum emi à colono, vel depoſitario, qui nullam habet poſſeſsionem: ſi quidem redimã à domino, magis ſum laudandus. aliter autem videtur iniquum defraudari pretio conuento. Vel ſecundum Ir. indulgendum eſt emptori, qui bonam fidem agnoſcendo calumniam euitans eam à domino redemit: ſecus ſi ſoluiſſet, quia nõ repeteret.

pretium conſequi ex vendito agentem,[a] quaſi habere mihi rem liceret, Celſus filius aiebat: quia[b] nec bonæ fidei conueniret, & ego ex alia cauſa rem haberem. Si duplæ ſtipulator ex poſſeſſore petitor factus, & victus ſit, quam rem ſi poſsideret, retinere potuerit, peti autẽ vtiliter non poterit: vel ipſo iure promiſſor duplæ tutus erit, vel certè doli mali exce- B ptione ſe tueri poterit: ſed ita, ſi culpa, vel ſpõte duplæ ſtipulatoris poſſeſsio amiſſa fuerit.[c] Quolibet tẽpore † venditori renuntiari poteſt, vt de ea re agẽda adſit: quia non præfinitur[d] certum tempus in ea ſtipulatione, dum tamen ne prope ipſam condemnationem[e] id fiat.

XXX. IDEM libro vicenſimonono ad Sabinum.

SI emptori qui ſtipulatus ſit furtis noxiſque ſolutũ eſſe, heres extiterit is cui ſeruus furtum fecerit: incipit is ex ſtipulatu actionẽ[f] habere, quemadmodũ ſi ipſe alij præſtitiſſet. C

Stipulatus ſanum eſſe, vel furem non eſſe, non continet quod verbum ſonat, ſed intereſſe: & tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt illa quæ continet: & ex illa agi poteſt, quia continet intereſſe diuersè. Bartolus.

XXXI. VLPIANVS libro quadragenſimoſecundo ad Sabinum.

SI ita quis ſtipulãti ſpondeat *ſanũ eſſe, furẽ non eſſe, viſpellionẽ* non eſſe*, & cetera: inutilis ſtipulatio quibuſdã videtur: quia ſi quis eſt in hac cauſa,[g] impoſsibile eſt quod promittitur. ſi non eſt, fruſtra eſt.[h] Sed ego puto verius hanc ſtipulationem, D *furem non eſſe, viſpellionem non eſſe, ſanum eſſe*, vtilem eſſe.[i] hoc enim cõtinere, quod intereſt horũ quid eſſe, vel horum[k] quid non eſſe. Sed & ſi cui horum fuerit adiectum,[l]

b *Quia*. ratio eſt.

SI *fundo.* } CASVS. Vẽdidiſti mihi fundũ, in cuius parte erat vinea: in alia pratum: in tertia, terra aratoria: & certum pretium pro vinea, & certum pro prato, & certum pro terra fuit conſtitutum. ſi vinea euincitur, agitur ad duplum vineæ. h. d. vſque ad l. ſi dictum. Viuia.

c *Si fundo.* ſi. i. quamuis.

d *Euincatur.* pro diuiſo. nam ſi pro indiuiſo, nunquam habetur ratio bonitatis: ſiue venierit certo pretio, ſiue nõ: vtpote cũ nec bonitatis ratio poſsit aſsignari: vt s̄. e. l. j. & ij. & de ac. empt. l. ſi ſeruum mihi. §. ſi modus. in prin. §. & s̄. eo. l. qui fundum. Accur.

e *Si ſingula.* puta tantum vinea: & tantum pratum: & tantum terra. Accurſius.

D

f *Pro bonitate.* ſ. totius fundi: nec etiã partis euictæ. & hoc in actione ex ſtipu. ſed ſi in exempto, inſpicitur intereſſe. Acc.

g *Præſtandum.* per actionem ex ſtipulatu.

h *Dolo.* Not. dolum præſumi. ſic s̄. man. l. ſi procuratorem. §. dolo. Item hoc in actione ex ſtipulatu. Quid autẽ in ex empto? quidam non idem: tu dic idem: vt C. e. l. emptor.

i *Non poteſt.* niſi pacto hoc ſit remiſſum. vt j̄. e. l. Herennius. Vel niſi ſteterit per venditorem quo minus ei eidem nuntietur. ſic j̄. e. l. ſi ideo. §. pen. & facit ad hãc. l. s̄. man. l. fideiuſſor. §. ſi procurator.

k QVi *alienam rem.* *Deſinit.* id eſt incipit non teneri: vt hic, & j̄. de ſolu. l. is qui. & j̄. de verb. obl. l. decem. & hæc ſunt vera, niſi ratione reſtitutionis contigerit: vt j̄. eod. l. ſi cũ venditor. §. ſi is qui.

l *Teneri.* quia non poſſet amodo euinci, niſi per iniuriam, de qua non tenetur: vt s̄. eo. l. ſi per imprudentiam, vel per culpã non opponentis exceptionem. vt s̄. eo. l. ſi rem. §. ſi duplæ. Itẽ hoc etiam ſi hypothecaria agitur: quia extraneus poſsidet: vt not. C. eo. l. ſi obligata.

m *Tenetur.* propter mendaciũ: vt j̄. de ſtatuli. l. ſi decem dare iuſſum. & ſic ad intereſſe nomine euictionis: vt d. l. ſi decem. non ad duplum hoc caſu: vt l. qui libertatis. j̄. eodem.

A

n *Seruus.* hoc enim ad emptorẽ tranſit: vt j̄. de ſtatuliber. l. ſi ſtatuliber pœnæ. §. ſtatuliber. & §. ſi ſeruus.

Sententia lata contra abſentẽ, non præiudicat venditori, niſi abſens fuerit legitimè defenſus. Paulus de Caſtro.

B

LV. VLPIANVS libro ſecundo ad Edictũ Aedilium Curulium.

SI ideo cõtra emptorẽ iudicatũ eſt, ꝙ defuit: non committitur ſtipulatio. magis enim propter abſentiam victus videtur, quàm ꝙ malã cauſam habuit.[o] Quid ergo ſi ille quidem contra quẽ iudicatum eſt, ad iudicium non adfuit,[p] alius autem adfuit, & cauſam egit?[q] quid dicemus? vtputa acceptum quidem cum pupillo tutore auctore[r] fuit iudicium: ſed abſente pupillo tutor cauſam egit, & iudicatũ eſt[s] cõtra tutorem:[t] quare non dicemus cõmitti ſtipulationẽ? etenim actam eſſe cauſam palam eſt. Et ſatis eſt, ab eo[u] cui ius agendi[x] fuit, cauſam eſſe actam. Præſenti autem venditori denuntiandum[y] eſt. Siue autem abſit,[z] ſiue præſens ſit, & per eum fiat quò minus denuntietur, cõmittetur ſtipulatio.

C

Simpliciter obligatus ad promittendum, non tenetur ad ſatiſdandum. h. d.

o SI *ideo contra emptorem.* *Habuit.* vt ſupra de inoff. teſta. l. qui repudiantis. in fin. & l. Papinianus. §. meminiſſe. in fi. §. ibi, proinde &c. Sed quid ſi certum eſt emptorem amiſſurũ fuiſſe cauſam, etiã ſi præſens eſſet: vel quid ſi præſens fuit, & allegauit, & teſtes ꝓduxit: ſed ſententiæ non affuit? Reſpon. in primo non videtur ꝙ agat de euictione: qa potuit nõ ſuccumbere: vt s̄. de arbi. l. ſi in tres. & de leg. j. cũ res. §. fin. & ſecũdum hoc eſt præſumptio iuris: & de iure. in ſecundo contra: quia videtur ſtetiſſe, cum ſic prope ſententiam ſteterit, ſicut ignis prope veniens veniſſe videtur: vt infra quod vi aut clã. ſi alius. §. eſt & alia. Itẽ dicas hic quòd abſuit per contumaciã: aliud ſi probabili cauſa: vt C. de contra. iu. tu. l. ij. Vel dic ibi derogari prȩſumptioni huius. l. quia probatur contra. Item no. hic quòd nõ agit, qui fecit ne vincere poſſet: vt j̄. de re iudic. l. contumacia. & j̄. de confeſ. l. certum. §. ſi quis abſente. ſic j̄. de ſtatulib. l. iij. in fine. Sed nonne abſens hodie vincere poſſet? Reſpon. vtique: vt C. de iud. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſin autem reus: ſed tamẽ eſt idem: quia præſens aliqua allegare potuiſſet, quibus viciſſet.

Qui ne vincere poſſet fecit, agere non videtur.

p *Adfuit.* nomine illius abſentis: vt ſubijcit de tutore.

q *Egit.* id eſt defendit. & ſic ad inferiora.

r *Tutore auctore.* aut cum pupillo, cum auctoritate tutoris fuit cœptum iudicium, & valet etiam ſi cum ſolo tutore poſtea fuit actum: vt hic. aut ſine auctoritate, & non valet, niſi ſententia ſit pro pupillo: vt C. eo. l. cum minores. & l. non ideo.

D

s *Iudicatum eſt.* quod ſufficit, ſiue ipſi, ſiue pupillo, accipienti tutor auctoretur: vt j̄. de adminiſt. tutorum. l. j. §. ſufficit. Accurſius.

t *Contra tutorem.* & per conſequẽs contra pupillũ abſentem.

u *Ab eo.* ſcilicet tutore.

x *Agendi.* id eſt defendendi.

y *Denuntiandum eſt.* de hac denũtiatione dixi plene ſupra eo. l. ſi rem quam. s̄. finali. Accur.

z *Abſit.* quia ſit extra continentiam vrbis: vt j̄. de verb. obliga. l. ſi abſentem.

SI *dictum fuerit.* } CASVS. Si promiſiſti mihi quartam vel triplum nomine euict. ſub pœna quadrupli: quoniam poſtea facere non vis, agam actione ex empto informata, vel facias: non tamen fideiuſſorem dare teneris. { SI COMPROMISERO. } Emeram Stichum bona fide: & ſic cœperam vſucapere: deinde incepi ſcire alienum, quod mihi non nocebat. ſed ſi deſij poſsidere ſponte, & ſic deſij vſucapere, ſi poſtea mihi euincitur, cùm ad me poſſeſsio earum redierit, vel cum eo egerim alio poſsidente, & ſuccubuerim, de euictio. non ago. { IN STIPVLATIONE. } Si vendo tibi ſeruum, vt ſecurior ſis de euic. debes dicere cũ ſtipularis

de euic.

de euic.promittis, ꝙ nõ euincetur ſeruus,vel pars eius:quia neq; verũ eſt ſeruũ euictũ,ſi tantũ pars euincitur.{Si praesente.} Si vendis mihi ſeruũ,& quæſtio mihi moueatur pro eo:debeo tibi denuntiare vt me defendas. ſi te non inuenio, poſſum denuntiare procuratori tuo,&c.Cetera plana ſunt. A

LVI. Pavlvs libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

SI dictum fuerit vendendo vt ſimpla[a] promittatur,vel triplum, aut quadruplum promitteretur:ex empto perpetua actione[b] agi poterit:[c] non tamen (vt vulgus opinatur) etiã ſatiſdare debet qui duplam promittit: ſed ſufficit nuda repromiſſio:[d] niſi aliud conuenerit. B

Not.duo ex textu ibi, nulla neceſsitate cogente. Primo,quòd ſi quis cogitur compromittere ex forma ſtatuti, quòd ſtipulatio de euictione non committitur. quia illud fecit neceſsitate cogente. Item ſi quis ſponte non compromiſerit, ſed iuriſdictione iudicis prorogauerit, vel in iudicem non ſuum conſenſit: quòd non committitur ſtipulatio: quia nulla neceſsitate cogente id fecit. Bartolus.

Si compromiſero,& contra me data fuerit ſententia: nulla mihi actio[e] de euictione danda eſt aduerſus venditorem. Nulla enim[f] neceſsitate cogẽte id feci.[g]

In ſtipulatione duplæ, cũ homo venditur, partis adiectio neceſſaria eſt: quia non C poteſt[h] videri homo euictus,[i] cùm pars eius euicta eſt. Si cùm poſsit vſucapere[k] emptor,non cepit,[l] culpa ſua hoc feciſſe videtur: vnde ſi euictus eſt ſeruus, non tenetur venditor. Si præſente promiſſore qui de euictione promiſit, & non ignorante,procuratori[m] denuntiatum ſit, nihilo minus promiſſor tenetur. Simili modo tenetur et qui curauit ne ſibi denuntiari poſſet.[n] Sed & ſi nihil venditore faciẽte emptor cognoſcere vbi eſſet non potuit, nihilo minus cõmittitur ſtipulatio.

Pupillo[o] etiã ſine tutoris auctoritate poſſe denũtiari, ſi tutor nõ apparet,ex duplę ſtipulatione, benignius receptum eſſe Trebatius ait. B

Not. dicitur eſſe in culpa ille qui minus ſubtiliter perquirit de iure auctoris ſui. Barto.*& h.d.Licet ſentẽtia lata ſit cõtra emptorem,ſi tamen res non eſt ablata,nec auferri poteſt,non agit de euictione. h.d.*

LVII. Gaivs libro ſecundo ad Edictum Aedilium Curulium.

HAbere licere rem videtur emptor,& ſi is qui emptorem in euictione rei vicerit ante ablatam vel abductam[p] rem ſine ſucceſſore deceſſerit:ita vt neque ad fiſcum bona peruenire poſſint, neque priuatim à creditoribus diſtrahi. tũc enim C nulla competit emptori ex ſtipulatu actio:quia rem habere ei licet.[q] Quod cum ita eſt, videamus num & ſi ab eo qui vicerit,donata legatáve res fuerit emptori, æque dicendum ſit ex ſtipulatu actionem non naſci,[r] ſcilicet ſi antequam abduceret vel auferret, donauerit aut legauerit:[s] alioquin

a *Simpla.* pacta enim talia valent:vt ĩ.eo.l.ſi plus in princ.& poteſt dici vt hic ſit diſiũctio legis:ac ſi dicat,cõuenit inter cõtrahentes, ſiue de ſimplo,ſiue de duplo, ſiue de triplo, ſiue de quadruplo:certe quod iſtorũ conuenit, illud erit ſeruandum.ſi autem eſſet paciſcentiũ hæc diſtinctio, quia dixiſſet emptor, ꝓmittis aut ſimplũ, aut duplũ,aut triplũ, aut quadruplũ:nõ ſeruaretur qđ eligeret alter: ſed quod minimũ:vt ĩ.de verb. ob.l. inter ſtipulantẽ.§.ſi ſtipulãte,at hic vult ſeruari conuentionẽ per actionẽ ex empto informatã ab hoc pacto incõtinenti appoſito. nã datur hæc ex empto etiam ad quadruplũ promittendum:vt ſ. e. emptori.§.ſi ſimplam. Alij dicunt ꝙ hic eſt diſiũctio paciſcentiũ, quaſi ipſi poſsint ſic paciſci,& eligere poſſint quam partem voluerint, vel actor, vel reus:& hoc per l. ĩ.de verbo.oblig. l.in conuentionalibus.in prin. prima verior eſt. Sed quomodo maxime ſecundum primũ intellectum ſtipulatio ſit vltra duplũ:vt C. de ſen. quæ pro.l.j.§.ſancim⁹. quæ eſt contra. Solu. ibi de intereſſe ſingulari, quod nõ excedit duplum cõmunis intereſſe per iudicis æſtimationem: hic autem partes taxauerũt: vnde hoc labore iudicem releuauerunt. Item eodem modo eſt cõtra ſupra de act. emp.l. Iulianus.§. ibidem. ſed ibi pœna accedit loco quantitatis:hic autem loco rei emptæ.Sed vſque ad quam ſummam poterit emptor ſtipulari?Reſpond.vſque ad quadruplum, cũ apponatur per hæc verba,duplum, &c. vt inſti.de act.§.omnes.ſicut & aliàs C.de ſpõ.l.mulier.§.fina. ſecus ſi certa quãtitas,puta.c.quia tunc quantum vult: vt inſti. de inuti. ſtipu. §.alteri.& ĩ.de verb.ob.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. poteſt etiam hæc lex intelligi quòd egiſſent partes vt ſimpla tantum promitteretur:tamen per errorem plus eſt promiſſum. certe agitur ex empto.ſ.ad ſimplum. & facit pro hac poſitione. ſ. ſi quis cau.ſed & ſi.§.fin.Item contra. ĩ.de iure fiſ.l.ſi procurator.Solu.ibi ſpeciale. D

b *Actione.* informata,vt ſecundum pacta fiat promiſsio.Vel dic,promittatur dicto pacto.

c *Poterit.*poterit.poteſt opponi,hæc ſtipulatio eſt prætoria: vt infra de præto.ſtip.l.j.§. ſtipulatio. ergo non poteſt addi, vel detrahi,vt ĩ.de verbo obli. l.in conuentionalibus. Solu. hoc verum, niſi vt lex permittit: vel hic non addit niſi volente vtraque parte: vt hic.

d *Repromiſsio.*vt ſ.eod.l.emptori.§.fin.& ĩ.de præto. ſtipu.l. j.§.ſtipulatio duplæ.

e *Actio.*niſi volente venditore fiat:arg. ſ. ad legem Rho. de iac.l.ij.ſi cõſeruatis.in fi.§.Item dic,nulla ex ſtipulatu. ſed ex empto ſic:arg.ſ.eo.tit.ſi rem. in prin.

f *Nulla enim.*nec enim per omnia ſentẽtia arbitri eſt ſententia. vt ſ.de his qui notan.infa.l.quid ergo.§.ex cõpromiſſo.

g *Feci.*ſcilicet reſtitui.Sed quid[a] ſi in iudicem ordinarium, A cui non eram ſubiectus,conſenſi? Reſpon. Ioan. idem quod in arbitro,ratione huius legis.Item quid ſi plures erant mihi ordinarij,& vnum elegi? Reſpon. non idem:quia hoc fit ex neceſsitate:vt ſupra loc. in naue. & not. hic non agi de euictione,niſi per ſentẽtiam euincatur iudicis:vt & ſ.de rei vin. vtique.Sed contra ſupra eo.l.mancipium.§. ſi communi diuidundo.Sol.& ibi fuit ſententia iudicis.

a Iſta gl.eſt ſing.ſecundum Ludo. Rom. in 2. charta ſingu.12. ad hoc, ꝙ diſpoſitio. §. non habet locum in eo qui prorogauerit:id eſt conſenſerit in iudicẽ non ſuũ.

h *Non poteſt.* ſpeciale in homine ſecundum Io.ſecus in equo,& ceteris indiuiduis: & ſecus in fundo: vt ſ. eo. l.j.& ibi plene de hoc dixi.

i *Euictus.* de quo ſolo tenetur: non de parte ex ſtipulatu.

k *Si cum poſſet vſucapere.* Sed quid ſi non potuit, quia malam fidem habuit? Reſpon. poſſet diſtingui forte, ſubtiliter quæſierit,an vltro ſibi aliquis retulerit:vt primo caſu videatur eſſe in culpa, ſecundo non: vt infra de lega. iij. fideicommiſſa.§.ſi rem.

l *Cepit.* deſinẽdo poſſidere.Accur.

m *Procuratori.* ſi autẽ abſente,ſufficeret ſuo procuratori, licet idẽ vẽditor ignoraret. idẽ ſi nulli, cum procuratorem non haberet.

n *Poſſet.* vt ĩ.quod vi aut clam. l. j. §. ſed & Ariſto. quid ſi nõ denũtiaui, ſed venditor quia mihi pro indiuiſo vel in duplo partem vendiderat, ſimul eſt[b] mecum conuentus de facto à Titio rei vindi. & in iudicio pariter probationes præſtitimus? Reſpon.eum conueniri poſſe:vt argu.ĩ.eo. l.Herennius. §.pen.& ĩ.de ma. teſt. Lucius.in fi. & de hac denunciatione dic vt ſupra eo.ſi rem.§.fi.

b No.gl.ſingu. ad hoc propoſitum, ꝙ denuntiatio non debet fieri venditori qui ſimul et ſemel fuit conuentus in iudicio cũ emptore Bolog.

o *Pupillo.* immo videtur quod non, ſicut nec ab eo cautio damni infecti exigitur ſine tutore: vt infra de dam. infec. ſi finita.§. ſi pupillus. nec in mora conſtitui, niſi tutor cum eo interpelletur:vt ĩ.de verb.obli.l.ſed ſi ex ſtipulatu.quæ ſunt contra.Sol.hic in fauorem pupilli dictum eſt:vt ſi ſaltem pupillo,cùm poſsit,non denuntietur, emptor non agat. ſed ibi non prodeſt,vt ſolus teneatur ex ſtipulatu,vel ex mora:quia opus eſt adeſſe tutorem:vt ibi.ar.ſ.de act.empt. Iulianus.§.ſi D quis à pupillo.& inſti.de auct.tu §.j.

HAbere licere.} Casvs. Vẽdidiſti mihi fundũ, & promiſiſti habere licere.venit Titius,& agit cõtra me rei vin.& obtinuit:ſed ante executionẽ deceſsit ſic ꝙ nõ apparet qui petat executionẽ fieri.quęritur an ſit cõmiſſa ſtipulatio? Dicitur ꝙ nõ.Idẽ dicit ſi dictus Titius victor mihi legauit rẽ illã antequã per executionẽ mihi auferretur: ſecus ſi poſt. Vi.

p *Abductam.* manu militari.

q *Licet.*vt & ſ.de act.emp.l.iiij.j.reſpon.& ſ.eo.ſi ſeruus vẽditus.§.j.& C.de euic. l.iij.

r *Non naſci.*Reſpon. vtique non naſcitur.

s *Legauerit.* & ita haberet rem. non ergo æſtimationem petat:vt infra ſo.ma. ſi verò.§.fin.Sed videtur quòd controuerſia mota ſtatim ſit in mora:& non purgetur, licet poſtea habeat rem:vt ĩ.de verb.oblig.ſtipulatio iſta.§.ſed quatenus.& §.ſi quis forte.quæ eſt contra.So.refert an is qui promiſit habere licere,moueat controuerſiam, & tunc committatur ſtipulatio ante lit.cõteſta.vt ibi.an alius,& tunc re abducta cõmittitur.Sed illud notandum,ꝙ vbi promiſit duplum re euicta, etſi mouecã controuerſiã ego venditor, expectatur tamẽ ſenten-

ſententia: vt ſupra eod. vindicantem. & l. ſed ſi ex. ſecundum Azo. ADDITIO. Conclude ex hac glo. quòd aut agitur ex ſtipulatione habere licere: & tunc refert, moueat controuerſiam venditor, vel tertius: aut ex ſtipulatione duplæ, & tunc ambulant pari paſſu, ſecundum Bal. hic.

ſemel ſtipulatio commiſſa reſolui non poteſt.[a]

Quando ſeruus legatur in genere, & traditur alienus, agitur ex teſtamento re euicta. Bartolus.

LVIII. IAVOLENVS libro primo ex Plautio.

HEres ſeruũ non nominatim[b] legatum tradidit, & de dolo repromiſit: poſtea ſeruus euictus eſt. agere cum herede legatarius ex teſtamento poterit, quãuis heres alienum eſſe ſeruũ ignorauerit.

LIX. POMPONIVS libro ſecundo ex Plautio.

SI res quam à Titio emi, legata ſit à me,[c] nõ poteſt legatarius conuentus à domino rei, venditori meo denũtiare: niſi ceſſæ[d] ei fuerint actiones, vel quodam caſu[e] hypothecas[f] habeat.

LX. IAVOLENVS libro ſecundo ex Plautio.

SI in venditione dictum non ſit, quãtum venditorẽ pro euictione præſtare oporteat:[g] nihil venditor præſtabit præter ſimplam, euictionis nomine: & ex natura[h] ex empto actionis, hoc quod intereſt.[i]

LXI. MARCELLVS libro octauo Digeſtorum.

SI quod à te emi, & Titio vendidi, voluntate mea Titio tradideris: de euictione te mihi teneri, ſicuti ſi acceptam[k] rem tradidiſſem, placet.

LXII. CELSVS libro vicenſimoſeptimo Digeſtorum.

SI rem quæ apud te eſſet, vendidiſſem tibi: quia pro tradita habetur[l], euictionis nomine me obligari placet. Si ei qui mihi vẽdiderit, plures heredes extiterunt, vna[m] de euictione obligatio eſt: omnibuſque denũtiari[n], & omnes defendere[o] debẽt. ſi de induſtria nõ venerint in iudicium[p], vnus tamẽ ex his liti ſubſtitit:[q] propter denũtiationis[r] vigorem, & prædictam abſentiã, omnibus vincit, aut vincitur[s]: recteq; cum ceteris agam, quod euictionis nomine victi ſint.

Si fundũ in quo vſusfructus Titij erat, qui ei relict⁹ eſt quoad viueret[t], detracto[u] vſufructu ignoranti mihi vendideris, & Titius capite deminutus fuerit, & aget Titi⁹ ius ſibi eſſe vtẽdi fruẽdi[x], cõpetit mihi aduerſus te ex ſtipulatione de euictione actio: quippe ſi verũ erat[y] quod mihi dixiſſes in venditione, rectè negarem Titio ius eſſe vtẽdi fruendi.

LXIII. MODESTINVS libro quinto Reſponſorum.

HErennius Modeſtinus reſpondit, non obeſſe ex empto agẽti, quòd denũciatio pro euictione interpoſita non eſſet, ſi pacto ei remiſſa[z] eſſet denũtiãdi neceſsitas. Gaia Seia fũdũ à Lucio Titio emerat: & quæſtione mota fiſci nomine auctorẽ laudauerat†, et euictione ſecuta fund⁹ ablat⁹, & fiſco adiudicatus eſt vẽditore[a]

† *Quid ſit auctorẽ laudare, declarat Macrobius lib. 6. Satur. c. 7.*

a *Non poteſt.* vt & infra eod. l. emptori poſt euict. Sed contra. ĵ. de excep. do. ſi fideiuſſor. Solu. ibi fundum & omne intereſſe paratus erat dare: hic ſolũ fundum. vel hic in alia ſtipulatione quàm ibi: vt dices ĵ. eo. l. emptori. Accurſius.

HEres. } CASVS. Teſtator legauit mihi ſeruum in genere: heres tradidit mihi Stichum, & promiſit de euic. quia credebat hereditarium: tandem eſt euictus mihi: agam actione prima ex teſtamento, ac ſi nõ eſſet mihi traditus. Viuia.

b *Nominatim.* id eſt in genere. ſi autem certus eſt, talis dandus eſt qualis eſt: vt infra de leg. j. ſi à ſubſtituto. & l. ſi legati ſerui. & l. ſi ſeruus Titij. & l. ſi dominus. §. j. & ſ̃. eo. ſi is qui. niſi ſciens alienã, vel niſi cõiunctæ perſonæ: vt inſti. de leg. §. non ſolum. Et hęc vera, ſi denunciauit heredi ante iudicium: vt ĵ. de leg. iij. l. qui concubinam. §. heres. aliter in venditione: vt ſ̃. eo. ſi rem. §. fi. Vel pone iudicium pro ſententia, quod tutius eſt, quia promptum eſt iura iuribus cõcordare. Item quod dicitur in ſeruo in genere relicto, idẽ in ſubalternatione: vt ĵ. de le. j. quæ de legato. Accur.

SI res. } CASVS. Emi à Titio domum pro c. deinde deceſsit. quidam (puta Seius) me heredem inſtituit, & à me legauit illam domum dandam Cornelio. poſtea eſt euicta per dominum. quæritur an Cornelius poſsit de euictione agere cõtra aliquẽ? Et dicit quòd non. nam contra me non, quia in ſpecie fuit legata. contra Titium à quo emi, non, niſi in duobus caſibus. primus, quãdo ceſsi iura mea Cornelio cõtra Titium. Item in alio quando cedo coactus, quia teſtator meus mihi iniunxit vt cederem: quo caſu teneor cedere bona hereditaria quæ ob ipſum ſunt hypothecata.

c *A me.* herede inſtituto à quodam.

d *Niſi ceſſæ.* gratuito ſcilicet ſpontanea voluntate mei, qui ſum heres: ſed nec ego videor agere poſſe, niſi in caſu: vt ĵ. eo. l. pater. Sed nunquid cogar cedere, quia ſine meo incommodo eſt? Reſpon. vt not. ſ̃. eo. l. in creditore. Item quod eſt inutile mihi, aliis eſt vtile. vt no. C. de iure do. l. fi. in prin. nec mirum, quia plerunque alter vendit, & alter tradit, & alter de euict. tenetur, vt creditor & iudex.

e *Caſu.* ſubaudi in quo.

f *Hypothecas* tacitas ſcilicet in rebus defuncti, qui heredem rogauit cedere actiones: vnde heres habet neceſſe cedere.

g SI *in venditione. Oporteat.* hoc cum fuit dictum, vel ex certa ſcientia fuit omiſſum ne dupla promitteretur vel præſtaretur. alioquin agetur perpetuo vt dupla promittatur: vt ſ̃. eo. l. ij. & ſ̃. e. l. emptori. §. fi.

h *Et ex natura.* & pro id eſt. Vel dic, ſtipulatus erat à venditore periculũ euictionis præſtari ſibi, ſed non incertã quantitatem: aget ergo in ſimplum ex ſtipulatu, & ex empto ad intereſſe. Accurſius.

i *Intereſt.* Not. naturam actionis ex empto eſſe, vt detur ad intereſſe: vt C. eod. l. non dubitatur. & ſupra de actio. empt. Titius. in fine.

k SI *id quod à te. Acceptã.* quaſi breui manu: vt ſ̃. ſi cer. pet. l. ſingularia. in fine.

SI *rem.* } CASVS. in §. ſi ei. Titius vendidit mihi fundũ pro c. qui decedens tres habuit heredes: omnes in ſolidũ tenentur defendere, nõ tamẽ quilibet poteſt defendere pro tertia. Secundo dicit, aliis ceſſantibus ſtudioſe, hic ſi vincit, omnibus prodeſt: ſi perdit, omnib⁹ nocet: vt quaſi re legitime euicta de euictione agã & contra alios. { SI FVNDVM. } Vẽdidiſti mihi fundum in quo vſusfruc. erat Titij, ſic vt licet capite minueretur, eſſet tamẽ ei repetitus, puta quoad viuet. in venditione autẽ dixiſti vſumfruc. eſſe Titij, ſed non dixiſti qualitatem ſicut erat. poſtmodum Titius capite minuitur. ego nolo habere vſumfruct. Titius retinet ex repetitione. ego cõtra venditorem meum agam in quantũ intereſt non fuiſſe Titio repetitũ, vel ad duplam vſusfr. ſi ſtipulatus ſim. Viuia.

l *Habetur.* vt inſtit. de re. diui. §. interdum.

m *Vna.* ſecundum quod nos ſimpliciter ſequitur.

n *Denunciari.* quia in ſolidum vnicuiq; denuntiandum eſt, licet partis pręſtatio quemlibet liberet: vt ĵ. de verbo. oblig. l. cum ex cauſa. & l. in executione. §. in ſolidum.

o *Defendere.* q. d. non ſufficit quoſdam ſuas partes defendere, niſi totum defendant: vt ſubiicit.

p *In iudicium.* omnes.

q *Subſtitit.* in ſolidum: vt ſtatim patet.

r *Denunciationis.* in ſolidum cuilibet factæ.

s *Vincitur.* & hoc caſu recte &c.

t *Quoad viueret.* in quo caſu intelligatur repetitus.

v *Detracto vſufructu.* pro Titio.

x *Fruendi.* ſcilicet ex repetitione: vt ſ̃. de vſufr. ſed & ſi quis. §. ſi operas.

y *Erat.* illud ſolum & totũ, ſ. quòd ſpecialiter & ſimpliciter pertinet, vſusfr. ad Titium, nõ etiam quoad viueret: hic enim ſemel amiſſum reſumit: vt ſ̃. qui. mo. vſusfru. amit. l. iij.

z HErennius. *Remiſſa.* remittentibus enim &c. vt ſupra tit. j. l. quæritur. §. ſi venditor.

a *Venditore.* ergo eo abſente tenetur appellare etiam in mala cauſa, quia in bona tenetur & eo præſente: vt C. de admi. tut. l. ſi bonam. ſed an debeat proſequi? forte non, ad inſtar procuratoris: vt C. de proc. l. inuitus. & quod in fi. huius. l. dicit, in bona cauſa dicit, & quando non tenetur appellare. ADDITIO. Pro declaratione iſtius gl. dic ſecundum Bald. hic quòd aut emptor habet malam cauſam, quia vere res eſt petentis, & tunc non credo quòd appellare teneatur: cum etiam ſine ſententia poſsit reſtituere: vt no. ſ̃. de neg. geſt. atqui natura. §. cum me. & ſ̃. manda. Quintus. & hoc dico, ſiue venditor ſit pręſens, ſiue abſens: licet gl. cõtra. Si vero habet

bonam cauſam: ſi præſens ſit venditor, non credo quòd appellare teneatur, vt hic. Si vero ſit abſens, tenetur appellare, vel denuntiare vt appelles: vt ſ̃.mãda.ſi procurator.§.ſi ignorantes. Sed ſi in eo quod dicit, ſi emptor habet bonã cauſam, quòd non tenetur appellare præſente venditore, videtur falſum, quia ſic ſententia fuit iniurioſa, ergo nõ nocet venditori: vt l.ſi per imprudentiã.ſ̃.eo. nec ſua præſentia auget obligationem. & ideo iſtud dictũ nõ eſt verum. vbi conſtat ꝙ bonam cauſam habebat: ſed eſt verũ in dubio, quando non conſtabat hoc, nec cõtrarium. & ita teneatis ſecundum Bal. hic.

a *Præſente.* facit enim præſentia: vt ſ̃. eod. ſi ideo.§.fi.& dic præſente, ſ.tẽpore ſentẽtię. & ſic potuit appellare.

b *Appellauit.* quando nõ habebat neceſſe: vt ſ̃. poſuit. & ita refert an non appellauit, an appellauit, ſed vitio ſuo perdidit cauſam.

c *Ex præſcriptione.* quia intra fatales dies non eſt proſecutus appellationem, ideo bona videtur fuiſſe cauſa: vt ſ̃.eo.l.ſi ideo. idẽ ſi renuntiauit cauſæ, eadẽ ratione. idem ſi nõ appellauit quando bonã cauſam habuit: vt C. de admi.tut. l ſi bonã. & ſic tribus modis videtur perdidiſſe ſuo vitio. quibus caſibus nõ agit, vt hic, & j̃.de fideiuſ.l. exceptione. & j̃. ſi cui plus quàm per leg. Fal.niſi.§.ſi legatarius. & ſ̃.manda.ſi procuratorẽ. §.ſi ignorantes. & j̃.de ſolu.Stichum aut Pamphilum. §.pe.& ſ̃.eod.l.hoc iure. & præſumo ſemper malam cauſam, ex quo ſemel eſt dãnat⁹: vnde appellare nõ tenetur, maxime præſente venditore, ſicut hic dicit.

præſente.[a] quæritur, cũ emptrix non prouocauerat, an venditorẽ poterit cõuenire. Herennius Modeſtinus reſpondit, ſiue quòd alienus fuit cùm veniret, ſiue quòd tunc obligatus euictus eſt, nihil proponi cur emptrici aduerſus venditorem actio non competat. Herennius Modeſtinus reſpondit, Si emptor appellauit,[b] & bonã cauſam vitio ſuo ex B præſcriptione[c] perdidit, ad auctorem reuerti non poteſt.

Deminutio cõtingens in re poſt emptionem perfectam, deminuit obligationem de euictione, ſi poſtea pars pro indiuiſo euincatur: ſecus ſi tota: ſed augmentum nõ augetur ſiue tota ſiue pars euincatur. & ſi contingat deminutio, & poſtea augmentum: nõ inſpicitur augmentum ſecuta partis euictione. h. d. vſque ad §. ceterum. Primo loquitur quando fundus mille iugerum venditus fuit deminutus in ducentis, poſtea in totidem auctus. Secũda ibi, nam & econtrario. Tertia ibi, quæſitum. In primo dic: Quando pars eius quod remanſit, euincitur: inſpicitur quotã partẽ illud faceret de toto ſi nil deminutũ eſſet, & pro illo agitur. non autem inſpicitur quota pars de toto pertinebat ad euincentem. Si verò totũ euincatur quod remanſit: tunc totum C econtra inſpicitur, & agitur pro toto, ſicut ſi in nihilo deminutum totũ euictum fuiſſet. In ſecundo dicitur quòd ſiue totum ſiue pars etiam euincatur, non agitur pro augmento, & videtur idẽ vt pro eo quod auctum fuit, & de eo quod remanſerat poſt deminutionem, ac ſi ſimul actum fuiſſet.

LXIIII. PAPINIANVS libro ſeptimo Quæſtionum.

EX mille iugeribus[d] traditis ducenta flumẽ abſtulit. ſi poſtea pro indiuiſo ducenta euincantur: duplæ ſtipulatio ꝑ parte quinta,[e] non quarta, pręſtabitur. nã quod periit: damnũ[f] emptori, non venditori attulit. Si totus fundus quem flumen deminuerat,[g] euictus[h] ſit: iure nõ deminuetur euictionis[i] obligatio, non magis q̃ ſi incuria fundus aut ſeruus traditus deterior factus ſit. Nam & ecõtrario nõ augetur quãtitas euictionis, ſi res B melior fuerit facta. Quòd ſi modo terræ integro[k] qui fuerat traditus,[l] ducenta iugera per alluuionem acceſſerunt, ac poſtea pro indiuiſo pars quinta[m] totius euicta ſit: perinde pars quinta præſtabitur, ac ſi ſola ducẽta[n] de illis mille iugerib⁹ quę tradita ſunt, fuiſſent euicta: quia alluuionis[o] periculum non præſtat[p] venditor.

Quæſitum eſt, ſi mille[q] iugeribus traditis, periſſent ducenta, mox alluuio per aliam partem fundi ducenta attuliſſet, ac poſtea pro in C diuiſo quinta pars euicta eſſet: pro qua parte auctor teneretur. Dixi conſequens[r] eſſe ſuperioribus, vt neque pars quinta[s] mille iugerum, neque quarta[t] debeatur euictionis nomine, ſed perinde[u] teneatur auctor, ac ſi de octingentis illis reſiduis ſola centũ ſexaginta[x] fuiſſent euicta. nam reliqua quadraginta[y] quæ vniuerſo fundo

EX *mille.*} In princ. huius l. ponit gl. hunc caſum vſq; ad §. ſi totus. {SI TOTVS.} De fundo flumen abſtulit.cc. poſtea euictum eſt totum quod ſupererat. agis cõtra me pro dupla pretij mille iugerũ, quia ſi aliàs eſſet deterioratus. non deminueretur dicta dupla, neque augeretur ſi fundus eſſet melioratus. {QVOD SI.} Pone quòd vendidi tibi fundum D mille iugerũ, in quo quinta erat Titij flumẽ adiecit.cc. & ſic ſunt modo mille.& cc. iugera. Titius euicit tibi quintã.i.cc. nũc quæritur an teneatur de euictione de illis. Dicit ꝙ non, ſed tantũ de quinta mille, quia eius quod de alluuione eſt euictũ, nõ præſtat vẽditor periculũ. {QVAESITVM.} Vendidi tibi fundũ mille iugerũ, in quo Titius habebat quintã. flumen abſtulit.cc. per abluuionẽ.cc. attulit poſtea. Titius euicit quintã totius, & ſic.cc. quæritur an in totis. cc. de euictione ages. & dicitur ꝙ non, ſed in ſola quinta octingẽtorũ quæ remanſerunt quãdo primo. cc. flumẽ abſtulit, quæ ſunt clx. & ſic pro v. ducentorũ quæ attulit flumẽ, nõ tenetur venditor. {CETERVM.} Dicit quòd hęc vera ſunt, quãdo quota fundi euincitur. Ceterũ ſi certus locus fundi euincitur, agitur pro dupla illius loci. forte enim de meliorib⁹ locis fundi eſt: quod conſiderandũ eſt. {QVI VNVM.} Ego & Titius habebamus fundũ duorum iugerum indiuiſum. vendidi ego Seio vnum iugerum pro indiuiſo deſignatum menſura. dicit quòd non transfero dominium iugeris ipſius deſignati. ſed dimidiam tantum, cum in qualibet gleba quilibet noſtrum habet dimidiam pro indiuiſo. Idem ſi non deſignaui iugerũ integrum, ſed quendam locum non ad menſuram forte. Viu.

A d *Ex mille iugeribus.* Mille iugera vendidi tibi. in his quartã partem habebat Titius. ſ. ccl. primo flumen abſtulit tibi.cc. demum Titius petiit quartam mille. ſ.ccl. ſed tu in quarta ducentorum quæ flumen abſtulit, & quæ periit, repuliſti Titiũ in l. agis contra me pro quarta mille, quæ pertinuit ad Titiũ. nõ potes, quia tibi emptori periit quarta ducentorũ, vt de euictione non agas quã abſtulit flumen, non mihi: vt ob id nõ tenear pro euictione, niſi ꝑ quinta mille, id eſt.cc.& ſecundum hũc modum procedes in ſequentibus reſpon. Accur.

e *Pro parte quinta.* ſ. mille, non pro quarta mille, quod eſſet. ccl. Et no. hic & ex ſequẽti reſp. quòd nõ eſt eadẽ ratio totius ad partẽm. Alij dicunt pro parte octingentorum, vt quartã intelligatur euiciſſe tã de illis quæ flumen abſtulit, quàm octingentis. quod nõ placet.

Totius ad partem non eſt eadem ratio.

f *Damnum.* Putabatur perire venditori quod fluminis impetu periit, quando. cc. euicta ſunt pro indiuiſo: ſicut quãdo poſt deminutionem totus ager eſt euictus: vt §.j. dicitur. ſed non eſt ita. Sed quę eſt ratio? Reſp. hic quia cũ. cc. ſint euicta pro indiuiſo, nõ debet agere ob hoc quod flumen abſtulit, quia adhuc poteſt ei reſtitui per alluuionem quod perdidit: vt ad ipſum damnum pertineat, ad quem ſpectat emolumẽtum. at vbi fundus eſt totus euictus, ad vẽditorẽ ſpectat dãnũ, quia emptori per alluuionẽ nihil accreſcere põt, cũ fundũ non habet. Azo. Vel dic, & ſi flumẽ nihil accepiſſet, tamẽ totũ fuiſſet euictum. hoc non placet.

g *Deminuerat.* ſ. prius.

h *Euictus.* ſ. poſtea. Sed quid ſi pars primo periit chaſmate, deinde totum quod ſupereſt, euincitur: & an idem in grege, ſi quinque pecora primo perierint, & quod ſupereſt euincitur? & videtur in omnibus idem: vt ſ̃. de leg. & ſenatuſcon. l. non poſſunt. Accurſius.

D i *Euictionis.* in actione ex ſtipulatu de dupla. aliter in actione ex empto: vt ſ̃. de act. empt. l. Titius. §.fi. quæ eſt contra. & j̃. eod. l. euicta re ex empto. Item hic de augmento quod ſuperuenit poſt. de eo vero quod ante euictionem, dic vt diximus ſupra eo. l. j.

k *Integro.* id eſt mille iugerum, vt ſubiicit.

l *Traditus.* cuius totius quinta erat Titij.

m *Quinta.* ſcilicet. ccxl.

n *Ducenta.* quinta mille.

o *Alluuionis.* id eſt. xl. quæ ſunt euicta de ducentis, quæ accreuerunt: quorum ſunt quinta portio.

p *Non præſtat.* duplæ ſtipulatio: quod in actione ex empto præſtitit: vt ſ̃. eo. l. euicta. quæ eſt contra.

q *Mille.* in hoc caſu quinta erit Titij.

r *Conſequens.* immo videtur potius contrarium in princ. §. ſi totus, ſed conſequens ei quod in alluuione dicitur.

s *Quinta.* quæ erant cc.

t *Quarta.* quæ erant ccl.

v *Perinde.* q.d. ſicut quando nil accreuit, nõ tenetur auctor: ſic & quando reaccreuit. nam &c.

x *Centum ſexaginta.* quæ ſunt quinta octingentorum.

y *Reliqua quadraginta.* quæ ſunt quinta ducentorum.

deceſſerunt,[a] pro rata nouæ regionis eſſe intellegi.[b] Ceterum cũ pro diuiſo pars aliqua fundi euincitur: tametſi certus numerus iugerum traditus ſit, tamen non pro modo, ſed pro bonitate[c] regionis præſtatur euictio. Qui vnum iugerum[d] pro indiuiſo ſolum habuit, tradidit:[e] ſecundum omnium ſententias non totum dominium tranſtulit, ſed partem dimidiam iugeri: quemadmodũ ſi locum[f] certum, aut fundum[g] ſimiliter tradidiſſet.

Euicta re per negligentiam quorundam ex venditoribus, agitur cõtra omnes, etiam contra non negligentem: ſed ei contra negligentem propria actione ſuccurritur. Itẽ pro eo quod quis ſoluit nomine proprio, cõtra alterum actio non ceditur.

LXV. IDEM libro octauo Quæſtionum.

REm hereditariã pignori obligatam heredes[h] vendiderunt, & euictionis nomine pro partibus hereditariis ſpoponderunt. cum alter pignus pro parte[i] ſua liberaſſet,[k] rem creditor euicit.[l] Quærebatur an vterq; heredum conueniri poſsit. idque[m] placebat propter indiuiſam pignoris cauſam.[n]

a *Deceſſerunt*. illi euicti, id eſt pro portione quam habebat in fundo. Accurſius.

b *Intelligi*. q.d. ſicut de mea portione quæ euinco .xl. periiſſe intelliguntur tota, ita & meæ portioni xl. accreuiſſe videtur, quæ ego intelligor euiciſſe, quaſi horum periculum quę accreuerunt. & intelligũtur euicta, nec præſtat venditor: ſicut non pręſtat eorum periculum quæ intelliguntur deceſsiſſe mihi euincenti quintam partem octingentorum quæ remanſerunt, cum nihil acceſsiſſet.

b *Intellegi*. ideoq; non præſtatur euictio. Accurſius.

c *Pro bonitate*. hoc dicitur eſſe verum in actione ex empto, ſed non in ſtipulatu. quod falſum eſt: quia in ea habetur ratio bonitatis, non vt præſtetur totum quod pars euicta valet hodie, ſed vt fiat omnium partium collatio. & ita quidquid pars valeat, videbitur: vt ſi emi .xx. rem quæ erat .xxx. amodo ſcis quòd in vtraque parte euicta & nõ euicta tertiam hodie ſum lucratus: & ita ecõtra ſi decreuerit rei pretiũ, vel pluſquam valeat ſit empta, ſecundum Io.

d *Qui vnum iugerum*. duo erant duo iugera habẽtes pro indiuiſo.

e *Tradidit*. vnum iugerum menſura deſignatum, quod facere nõ potuit niſi pro parte dimidia: quia vt dixit Ir. aut ſolam dimidiam habebat fundi, aut ſolam dimidiam poſsidebat: ideoq; alterius partis dominium transferre non potuit.

f *Locum* non menſuratum.

g *Fundum*. ſ. totum, cum dimidia tantum ſua ſit. Accur.

REm hereditariam.} CASVS. Titius fundum ſuum pro c. obligauit creditori ſuo: qui Titius deceſsit relictis duobus heredibus. hi heredes fundum prædictum vendiderunt, & de euictione promiſerunt. tandem vnus heredum ſoluit ſuam partem, ſcilicet .l. creditori: & cum alius non ſolueret, creditor egit contra emptorem, & totum fundum euicit pro l. non ſolutis. quæritur an emptor poſsit de euictione agere etiam contra eum qui ſuam partem ſoluit? videtur quòd repellet agentem emptorem niſi cedat ei actionem contra alium qui ſuam partem ſoluerat. ſed hoc remouet, & dicit quòd ei cõſulitur per act. famil. erciſ. contra eum qui nõ ſoluit, ſicut ſi totum ſoluiſſet, cum vnius negligentia alteri nocere non debeat. Viuianus.

h *Heredes*. ſcilicet debitoris.

i *Pro parte*. pignus dicitur liberari pro parte, non quia pars tantum teneatur, in ſolidum enim tenetur, ſed quia pro parte debiti, quæ ſoluta eſt, pignus non tenetur: ſed pro parte alia non ſoluta tenetur in ſolidum.

k *Liberaſſet*. ſubaudi, alter non. Accurſius.

l *Euicit*. ab emptore per hypothecariã tanquam duo rei debendi. Accurſius.

m *Idq;*. vt quilibet poſsit conueniri. & ſic ſupple reſpon.

n *Cauſam*. quaſi dicat, non ideo quòd in ſolidum teneantur tanquam duo rei debendi.

o *Exceptionem*. opponendam emptori agenti de euictione, quo caſu recuperat iudicio famil. erciſc. vt s̃. famil. erciſcun. heredes. §. idem obſeruatur.

p *Actiones*. pro dimidia eius quod modo ſoluitur, quam videor ſoluere pro alio.

q *Præſtarentur*. ab emptore, contra heredem conuenti.

r *Proponerentur*. nec ideo fuit exactus vltra quã iã ſoluerat, quòd in ſolidum teneretur (nam non vltra partem hereditariam tenebatur) ſed propter indiuiſam cauſam pignoris, vt dixi: quia niſi in totum non poterat liberari. Accur.

s *Vtile*. id eſt efficax.

t *Pignus*. quo caſu recuperat iudicio famil. erciſc. vt s̃. fa. erciſc. heredes. §. idem obſeruatur.

nec remedio loc⁹ eſſe videbatur, vt per doli exceptionẽ[o] actiones[p] ei qui pecuniã creditori dedit, pręſtarent:[q] quia non duo rei facti proponerentur,[r] ſed familiæ erciſcundę iudiciũ eo nomine vtile[s] eſt. Nã quod *intereſt, vnus ex heredibus in totũ liberauerit pignus,[t] an verò ꝓ ſua dũtaxat portione[u] cum coheredis[u] negligẽtia damnoſa non debet eſſe alteri.[x]

Succumbens in rei vindicatione directa, non agit de euictione, ſi ſupereſt ſibi Publiciana, vel vtilis rei vindicatio. h.d.

LXVI. IDEM libro vicenſimooctauo Quæſtionum.

SI cum venditor admonuiſſet[y] emptorem, vt Publiciana potius, vel ea actione quæ de fundo vectigali propoſita eſt, experiretur, emptor id facere ſuperſedit:[z] omnimodo nocebit ei dolus ſuus, nec cõmittitur ſtipulatio. Non idem in Seruiana quoque actione probari[a] poteſt. hæc enim etſi in rem actio eſt, nudam tamen poſſeſsionẽ auocat:[b] & ſoluta pecunia venditori,[c] diſſoluitur: vnde fit, vt emptori[d] ſuo nomine non competat.

* Vulg. quid.

v *Cum coheredis*. ſ. qui ſoluit cõtra heredem, quia propter eam affectus eſt damno in eo quod præſtitit agenti de euictione.

x *Alteri*. vt & s̃. de noxa. l. electio. §. fin. & s̃. man. l. mandatũ diſtrahendorum. in fi.

SI cum venditor.} CASVS. Vendidi tibi fundum, & de euictione promiſi. à poſſeſſione ſine tua culpa cecidiſti. volebam vindicare, & ideo mihi denuntiaſti vt aſsiſterẽ. ego dixi, age audacter Publiciana, vel vtili in rem. tu verò meo conſilio nõ credidiſti, ſed directa in rem egiſti, & ſuccubuiſti. de euictione non ages. Secundo, ſi tibi conſului vt hypothecaria ageres, & non feciſti: nihilominus agis de euictione. neque enim ea tibi competebat, neq; ei⁹ pignoris dominiũ per emptorẽ quærere credideras. {SI IS QVI.} Militis rẽ abſentis emi à nõ domino, & pręſcripſi, vel vſucepi. tandem miles reuerſus reſtituitur ad vindicandum. dicit ꝙ & ego reſtituar ad agendum pro euict. idẽ econtra ſi miles qui emerat à non domino equum tuum, vſucepit in militia. nam vt ego reſtituor ad vindicandum eo reuerſo, ſic & ipſe contra auctorẽ ſuũ, vt de euic. agat. {SI SECVNDVS.} Rem alienam vendidi Titio, & promiſi habere licere: deinde Titius Seio. verus dominus vult euincere: qui Seius denũtiauit ſuo auctori .i. Titio: qui Titius aſſumit ꝓcuratorẽ ad defenſionẽ Seij. cũ verus dominus de ſuo iure probaſſet, & cũ hic defenſor rẽ reddere nollet, condẽnatus eſt in æſtimationẽ litis, ſ. defenſori, non domino. quæritur ergo an Titius poſsit agere contra me ex ſtipulatione habere licere. dicit quòd nõ: ſed ex empto ad intereſſe agit contra me: qua actione conſequetur dictã litis æſtimationem, cũ eam rẽ habere de iure nõ poſsit à Seio, quẽ defendit: immo veri⁹, quia actione mãdati contra Seiũ æſtimationẽ litis præſtitam non habet. {DIVISIONE.} Tres erant heredes. vnus erat abſens, ſed habebat domi procuratorẽ ad alia ſua negotia. duo præſentes cum illo procuratore abſentis diuiſerũt hered. ſed poſtea fundus adiudicatur vni de præſentibus. fuit ei euictus. vnde poteſt agere contra heredes, & act. præſc. ver. pro euictione ad intereſſe. aget ergo contra abſentem, ſi ratam habuerit diuiſionem, aliàs contra procu. prædictum euictionis nomine, non quantũ valebat fundus tẽpore diuiſionis. Viu.

y *Admonuiſſet*. maxime. nam & ſi non admonuiſſet, non cõmittitur ſtipulatio, cum adhuc ſuperſit ſibi Publiciana propoſita rei vin. & eſt contra, vt dixi s̃. eo. l. minor. §. ſi ſeruus. licet quidam dixerint contra, vt ibi diximus.

z *Superſedit*. ſed egit rei vin. directa.

a *Probari*. ſ. ſi venditor admonuerit emptorem vt hypothecariam intenderet. Accur.

b *Auocat*. ſ. quia penes auocantem nuda eſt .i. ſine dominio, quod intendit quærere emptor per emptionem: ſed per rei vind. vindicat quis dominiũ .i. rem ratione dominij: vt C. vbi in rem actio. l. j.

c *Venditori*. qui & creditor erat. & dic, ſoluta ab emptore qui ſoluit pretium.

d *Emptori*. ex hoc ſcilicet quòd ſoluta pecunia venditori, liberatur pignus, apparet quòd emptori ſuo nomine non cõpetit,

petit. tunc enim alij non ſolueretur pecunia.

a *Petat.* per in integ. reſtit. completa præſcriptione. Accur.

b *Poſſeſſori.* directa ceſſante propter præſcriptionem, vel vſucapionem: vt ſupra eod. qui alienam. ſic & in minore qui petit reſtitui: vt ſupra eo. l. minor. Accur.

Re euicta per reſtitutionē in integrum, vtilis actio de euictione competit. h. d.

Si is qui reipublicæ cauſa abfuit, fundum petat,[a] vtilis poſſeſſori [b] pro euictione cōpetit actio. Itē ſi priuatus à milite petat, eadē æquitas eſt emptori [c] reſtituēdæ pro euictione actionis.

Si emptori res abeſt propter factū ſuum, nō propter euictionē, licet poſtea propter euictionē ſibi abſit æſtimatio, nō cōmittitur ſtipulatio duplæ, ſed agit ex empto. h. d.

B Si ſecundus emptor vēditorem eundemque emptorē ad litem hominis [d] dederit procuratorē, & nō reſtituto eo [e] damnatio [f] fuerit ſecuta: quodcūq; ex cauſa iudicati præſtiterit procurator vt in rem ſuā datus, ex ſtipulatu [g] conſequi non poterit: [h] ſed quia damnum euictionis ad perſonā pertinuit emptoris, qui mandati iudicio nihil perceptur' eſt, nō inutiliter ad percipiendā litis æſtimationem agetur ex vendito. [i]

Ex cauſa diuiſionis debetur euictio: in qua venit intereſſe ſicut ex cauſa venditionis. h. d.

C Diuiſione inter coheredes facta, ſi procurator [k] abſentis [l] interfuit, & dominus ratā habuit: euictis prædiis, in dominū [m] actio dabitur, quę daretur in eū qui negotiū abſentis geſsit: vt quanti ſua intereſt, actor cōſequatur: ſcilicet vt melioris aut deterioris [n] agri facti cauſa finem pretij quo fuerat tempore diuiſionis æſtimatus, deminuat vel excedat. [o]

Qui tenetur ad quantitatē reſpectu certæ ſpeciei, offerendo ſpeciem, non auditur, niſi conſeruet partem alteram indemnem.

LXVII. IDEM libro decimo Reſponſorum.

D EMptori poſt euictionē ſerui quē dominus abduxit, venditor eundē ſeruum poſt tempus offerendo, quo minus prēſtet quod emptoris intereſt, nō rectè [p] defenditur.

Qui de euictione non tenetur, etiam re euicta à pretij petitione nō repellitur. h. d.

LXVIII. IDEM libro vndecimo Reſponſorum.

CVm ea conditione pignus diſtrahitur, ne quid euictione ſecuta creditor præſtet: [q] quamuis pretium emptor non ſoluerit, ſed venditori cauerit: euictione ſecuta nullā emptor

c *Emptori.* militi. ſ.

d *Hominis.* ſ. ſerui.

e *Eo.* ſ. homine.

f *Damnatio.* in litis æſtimatione.

g *Ex ſtipulatu.* ſcilicet cum ſtipulatus eſt duplum, ſi rem ei habere non liceat: nec enim illa committitur ſtatim lata ſententia: vt ſupra eo. habere licere. licet ſit arg. contra. s. ſi ſer. vindi. l. j. §. j. Sed ibi ipſe emptor ſtipulatur duplum re euicta, vt ibi non habere licere. vel hic non videtur damnatus, quia nomine alieno dānatur: ſed videtur ad duplam etiam pro euictione agi: vt ſupra e. l. euicta. §. j. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

h *Non poterit.* à ſuo vēditore primo.

i *Ex vendito.* id eſt ex empto aduerſus venditorem primum.

k *Procurator.* i. procucurans. aliàs non deſideraretur ratihabitio. Vel dic ꝙ erat procurator ad alia negotia.

l *Abſentis.* vt ſupra de proc. l. procurator qui pro euictione.

m *In dominum.* ſicut & ei daretur: vt ſupra de act. empt. Iulianus. §. ſi procurator. Azo. Dic actionem præſcr. ver. vt C. fami. ercis. l. ſi familiæ.

n *Deterioris.* pretij.

o *Excedat.* nam ſi plus valet, tunc creſcit ęſtimatio, & decreſcit ſi minus valet. hoc in actione pręſcrip. ver. ſicut in actione ex empto, quia in vtraque petitur intereſſe. ſecus in actione ex ſtipulatu pro euictione, in qua inſpicitur tempus venditionis: vt ſupra eo. l. ex mille.

p E*Mptori. Non recte.* immo videtur ꝙ ſic: vt infra de do. except. ſi fideiuſſor. quæ eſt contra. Solu. ibi & intereſſe ſi quod erat, & ſeruum paratus eſt præſtare. vnde agentem ad rei æſtimationem & intereſſe, repellit: vt ibi. hic autem rem tātum paratus eſt prēſtare, & ideo ab intereſſe non defenditur. ſecus dico in dupla pretij promiſſa. nā illa ſemel commiſſa, non reſoluitur poſtea: vt ſupra eo. habere. in fi. Item contra. j. ſolu. ma. l. ſi vero negotiū. §. fin. vbi dicitur quòd

A maritus liberatur reddendo vxori ipſas res quas habuit de hereditate liberti mulieris licet in æſtimatione fuerit obligatus. Sol. illud ex æquitate, vt ibi dicit. & in alio caſu loquitur ibi quàm hic. Accur.

CVm ea. {CREDITOR} CASVS. Titius debebat tibi. c. ſub pignore fundi, tu mihi alia c. animo nouandi delegaſti mihi Titiū cum omni iure. licet mihi euincatur fund' tibi à Titio obligatus, non ideo contra te liberatum habebit actionem. Viu.

exceptionem habebit quo minus [r] pretium ſoluat.

Dans nomen in ſolutum, non tenetur de euictione ſi pignora nominis euincātur. h. d. cōcordat. l. periculū. ſupra de pignoribus.

Creditor qui pro pecunia nomen debitoris per delegationem [s] ſequi maluit, [t] euictis pignoribus quæ prior creditor [u] accepit, [x] nullam actionem cum eo qui liberatus [y] eſt habebit. [z]

Exceptio indeterminatè facta, porrigitur ad cōmunem caſum: ſed facta determinatè, nō porrigitur vltra caſum expreſſum. Item ſi venditor mentitur in cōditione ſpeciei, tenetur ad duplam. Si verò in quantitate hominis, ſolū ad intereſſe tenetur ex empto. h. d. vſque ad §. ſeruus.

LXIX. SCAEVOLA libro ſecundo Quæſtionum.

QVi libertatis † cauſam excepit in venditione: ſiue iam tunc cum traderetur, liber homo fuerit: ſiue conditione quæ teſtamento propoſita fuerit, impleta, ad libertatē peruenerit: non tenebitur [a] euictionis nomine. Qui autem in tradendo ſtatuliberum dicit, intelligitur hanc ſpeciem dumtaxat libertatis excipere, quę ex teſtamēto impleta conditione, ex præterito [b] poſsit obtingere. [c] Et ideo ſi præſens [d] teſtamēto libertas data fuerit, & venditor ſtatuliberum pronuntiauit, euictionis nomine tenetur. Ruſus qui ſtatuliberum tradit, ſi certam conditionem [e] pronuntiauerit, ſub qua dicit ei libertatem datam, [f] deteriorem conditionem ſuā feciſſe exiſtimabitur: quia non omnē cauſam ſtatutæ libertatis, ſed eam dumtaxat quā pronūtiauerit, excepiſſe videbitur: veluti ſi quis hominē dixerit decē dare iuſſum, iſq; poſt annū ad libertatem peruenerit, quia hoc modo libertas data fuerit, *Stichus poſt annum liber eſto*: euictiōis obligatione tenebitur. Quid ergo qui iuſſū decē dare, pronūtiat viginti dare debere, nōne in conditione mētitur? verū eſt hūc quoq; in cōditionē mētiri: & ideo quidam exiſtimauerūt, hoc quoq; caſu euictionis ſtipulationem contrahi. Sed auctoritas Seruij præualuit, [g] exiſtimantis hoc caſu

q *Præſtet.* quod ſemper agi intelligitur: vt s. de pig. l. periculū. & s. de act. empt. l. ex empto. §. ſententiam.

r *Quo minus.* ſecus in his qui de euictiōe tenētur, qui. ſ. vt domini vēdūt: vt C. eo. ſi poſt. immo & ſi ſoluerūt, repetūt: vt s. de act. emp. l. ex empto. §. fin.

s *Per delegationem.* & ſic eſt nouata: vt infra de noua. l. delegare.

t *Maluit.* Seius Titio x. debebat ſub pignore fundi. Titius mihi x. accepi à Titio in ſolutum nomen ſui debitoris cum pignore. qđ pignus poſtea mihi euincitur. non ago cō tra Titium, quia à me eſt liberatus. Accur.

v *Creditor.* idemq; debitor delegans.

x *Accepit.* ſ. à delegato.

y *Liberatus.* quantum ad pignora euicta. Sed nunquid ſaltem vt cedat contrariam pigneraticiam actionē? Reſpō. videtur quòd ſic: vt s. eo. l. ſi creditore.

z *Habebit.* creditor prædictus.

a Q*Vi libertatis. Non tenebitur.* ſ. ad intereſſe. ſed nunquid ad pretiū? Videtur ꝙ ſic: vt s. de act. em. l. ex empto. in fi. quę eſt cō tra. Sed certe aliud eſt ſi dicat ꝓpter vnā cauſam. ſ. libertatis ſe nolle teneri nomine euictiōis: in quo caſu nec tenetur ad pretium: vt hic. aliud ſi dicat generaliter ſe nolle teneri nomine euictionis: in quo caſu tenetur ad pretium: vt ar. s. ſi quis cau. ſed & ſi. § quęſitū: & argu. ſupra de pec. nam quod. §. fi.

b *Ex præterito.* appoſita.

c *Obtingere.* in futurū. Azo.

d *Præſens.* i. pure, & ſic non eſt ſtatuliber.

e *Conditionem.* meliorē: vt ſi x. dare iuſſum dixerit v. debere, & is x. datis peruenerit ad libertatem: vt s. eo. ſi fundum. §. fin.

f *Datam.* à teſtatore.

g *Præualuit.* cū q̄rebatur, ex ſtipulatu, an ex ēpto debeat dari &c.

Caſum ponit.

† Hic eſt caſus ſing. ſecundū Ro. fo. 13. ſing. 382. ad hoc quòd licet pactū fuerit appoſitū vt non teneatur de euictione vēdens: tamen re euicta tenetur ad pretium. quod verū, quando eſt factum pactum in genere, ſcilicet à quocūque euincatur: ſecus ſi in ſpecie, vt ſi euincatur à tali puta Petro, vel alio, tūc vēdens non tenetur ad pretium.

a *Ex empto.* ad intereſſe quanti ſua intereſt eum euictũ non eſſe. Sed contra ſupra eod. l. ſi fundo. §. fin. Solut. hic intereſt mea ipſum non eſſe mentitum: quia ſi verum eſſet quod dixit, ſcilicet quod iuſſus eſſet dare xx. difficilius poſſet peruenire ad libertatem tantam pecuniam dando, quam perueniatur cum x. dare iuſſus eſt. Tutius enim & facilius minorẽ ſummam offerre & dare poteſt. ſ. vero etſi ſit mentitus, non tamen intereſt mea illud eſſe verum quod aſſeuerauit falſo, cum facilius dando. v. quam ſi teneretur dare x. perueniat ad libertatem. nec obſtaret quod dicitur ſupra de inter. ac. de ætate. §. ſi cum. quia ibi mentitus eſt in iudicio. Accur.

b *Putabat.* ideo putauit ex empto cõpetere actionem, & non ex ſtipulatu: quia putabat &c. Sed videtur ad duplũ agi: vt j. de ſtatuli. l. ſi x. dare. quæ eſt cõtra. Sol. non eſt cõtra, quia ita pũctare debes ibi, ob euictionẽ duntaxat duplæ repetitio erit emptori. & quod ſubiicit, & ex empto, propter mendacium.

*Vide Budæum hic.

c *Liber factus.* vt & C. de teſta. ma. l. cum teſtamento. & j. de condit. & demon. l. Iulius Paulus. Sed contra in eo. ti. l. cum ſeruus ita. vbi dicitur quòd licet omnia offerat, non tamen eſt liber niſi leget rationes, & dominus computet: vt ibi dicitur. Solut. aliud eſt quando nihil debetur. quia tunc pro pure libero habetur: vt hic, cũ ſuis cõcor. & aliud quando aliqua debet, quia tũc eſt conditionalis: vt ibi, & arg. j. de lib. leg. l. petitor.

*perfunctoriè. Bud.

Relinquere. Reliqua.

d *In reliquis.* relinquere, eſt debitũ ex adminiſtratione retinere. vnde & reliqua dicũtur ipſa debita retẽta. vel forte à reliquis deriuatur reliqua. & ꝙ ita ſit, probatur hic, & j. de admi. tu. l. qui nominibus. & l. Lucius. j. reſpon. Accur.

*propoſitã.

e *Dare.* hic apertè tranſit in emptorem: ſed quod eſt in faciendo. non: vt j. de ſtatuli. pœuæ. §. fi.

ex empto[a] actionem eſſe: videlicet quia putabat[b] eum qui pronuntiaſſet ſeruum viginti dare iuſſum, conditionem excepiſſe quæ eſſet in dando.

Si ſeruo relicta ſit libertas ſi rationes reddiderit: videtur pure relicta ſi nulla reliqua ſuperſint. ideo ſi tanquam ſtatuliber vendatur, venditor tenetur. ſed ſi ſuperſint, videtur relicta ſub conditione ſi illa reddiderit. & ideo ſi maior ſumma per venditorem exprimatur, ex empto tenetur. ſecus ſi tantam ſummam exprimat. h. d.

B Seruus rationibus redditis liber eſſe iuſſus eſt, hũc heres tradidit, & dixit centum dare iuſſum. ſi nulla reliqua ſunt quę ſeruus dare debeat, & per hoc adita hereditate liber factus[c] eſt, obligatio euictionis cõtrahitur, eo ꝙ liber homo tãquã ſtatuliber traditur. Si cẽtũ in *reliquis[d] habet, poteſt videri heres nõ eſſe mẽtitus: quoniã rationes reddere iuſſus, intelligitur ſummã pecunię quæ ex reliquis colligitur, iuſſus daret[e]. Cui cõſequẽs[f] eſt, vt ſi minus q̃ cẽtum in reliquis habuerit, veluti ſola quinquaginta, vt cũ eam pecuniã dederit, ad libertatẽ peruenerit, de reliquis quinquaginta[g] actio ex empto cõpetat. C Sed & ſi quis in vẽditione ſtatuliberũ perſuſoriè[h] * dixerit, cõditionẽ[i] autem libertatis celauerit: empti iudicio[k] tenebitur, ſi id neſcierit emptor. Hic enim exprimitur, eũ qui dixerit ſtatuliberũ, & nullã conditionem pronuntiauerit, euictionis quidẽ nomine nõ teneri, ſi cõditione impleta, ſeruꝰ ad libertatẽ peruenerit, ſed empti iudicio teneri: D ſi modò cõditionẽ quã ſciebat præpoſitam * eſſe, celauit: ſicuti qui fundũ tradidit, & cum ſciat certã ſeruitutẽ deberi, perſuſoriè * dixerit, *Itinera, actus, quibus ſunt, vtiq; ſunt, rectè recipitur*: euictionis quidem nomine ſe liberat: ſed quia decepit emptorẽ, empti iudicio tenetur. In fundo vendito cũ modus pronuntiatꝰ deeſt: ſumit portio[l] ex ꝑtio, quod totũ colligendũ eſt ex omnibus iugeribus dictis.

f *Conſequens.* ratio proportionalitatis totius ad partem.
g *De reliquis quinquaginta.* id eſt propter. Azo.
h *Perſuſoriè.* id eſt ambiguè ſecundum P.
i *Conditionem.* arg. idem in eo qui cauſa libertatis recepit: vt in prin. huius l.
k *Iudicio.* vt ſ. de contrahen. em. Labeo. & l. cum in lege.

Caſum ponit.

l *Portio.* Verbi gratia, venditus fuit ager in ſpecie pro xij. & aſſeruit agrum eſſe trium iugerũ. ergo pro vnoquoque præſumuntur dari quatuor ſolidi. & deeſt vnum iugerũ. repetetur portio pretij quæ pro ſingulis iugeribus data eſſe credebatur. hic ergo non pro bonitate eius quod deeſt præſtatur euictio: ſicuti cum pars indiuidua rei euinceretur, quia non bonitas loci eſtimari poteſt, qui locus non extat: ſed tenetur ex empto eo nomine quod deeſt. Accurſius.

m *Victa re. Intereſt.* datur enim ex empto ad intereſſe: vt dixi ſ. eo. l. in venditione.
n *Cœpit.* ſcilicet rei æſtimatio.
o *Emptoris.* hoc quantum ad actionem ex empto. aliud ſi ex ſtipulatu agatur: vt ſ. eo. ex mille. §. j. Accur.

LXX. PAVLVS libro quinto Quæſtionum.

B Victa re, ex empto actio nõ ad pretiũ dumtaxat recipiendum, ſed ad id quod intereſt,[m] competit. Ergo & ſi minor eſſe cœpit,[n] damnũ emptoris[o] erit.

Si res euincatur à genere emptoris, cui in dotem tradiderat, committitur, etiam ſi dos ſit reuerſura. h. d.

LXXI. IDEM libro ſextodecimo Quæſtionum.

Pater filiæ nomine fundũ[p] in dotẽ dedit. euicto eo, an ex empto vel duplæ ſtipulatio cõmittatur: quaſi pater dãnũ patiatur, nõ immeritò dubitat.[q] Non enim ſicut mulieris dos eſt, ita patris eſſe dici põt, nec cõferre fratribꝰ cogitur[r] dotẽ à ſe ꝑfectã, manẽte matrimonio.[s] C Sed videamꝰ, ne probabilius dicatur, cõmitti hoc quoq; caſũ ſtipulationem. Intereſt enim patris filiã dotatam[t] habere, & ſpem quãdoque recipiendæ[u] dotis, vtique ſi in poteſtate ſit. Quòd ſi emancipata eſt, vix poterit defendi ſtatim committi ſtipulationem, cum vno caſu[x] ad eũ dos regredi poſsit. Nunquid ergo tũc demum agere poſsit, cum mortua in matrimonio filia potuit dotem repetere, ſi euictus fundꝰ nõ eſſet? D an & hoc caſu[y] intereſt patris dotatã filiã habere, vt ſtatim conuenire promiſſorem[z] poſsit? quod magis[a] paterna affectio inducit.[b]

Pater. }. CASVS. Titius filius Seij pro ſua filia fundũ in dotem dedit, quem emerat à non domino, qui fundus eſt euictus à genero Titij, quæritur an ſtatim poſsit agere Titiꝰ de euictione contra ſuum auctorẽ? Videtur quòd non, duplici ratione. Prima quia dos eſt mulieris, & non patris. Itẽ ſi pater huius decederet, non conferret dotem quã pro filia dederat. econtra videtur quòd ſic: quia intereſt patris filiam eſſe dotatã, ſaltẽ ratione affectionis, & etiam quãdoque ratione pecuniarij commodi: vt ſi eſt in poteſtate filia, vel etiam emancipata, & pater eſt ſtipulatus. nã vtroque caſu ea mortua in matrimonio, cõpetit patri repetitio. an ergo tãtũ quãdo pecuniariter intereſt, agit pater contra ſuũ auctorẽ: an & quãdo ratione affectionis tantũ? & dicit quòd vtrobique. Viu.

*perfunctoriè. Bud.

p *Pater filiæ nomine fundum.* quem emerat.
q *Dubitatur.* videtur quòd agere nõ poſsit.
r *Fratribus cogitur.* i. pater fratribus ſuis. & ſic loquitur in eo caſu quando hic pater viuente ſuo patre dedit dotẽ pro filia ſua, quæ erat neptis ad auũ. filia autem ipſa cõfert, aut minus acciperet de hereditate ſui patris: vt C. de colla. l. dotis. & in auth. quod obtinet. aliàs non agitur quando nõ eſt euicta: vt C. de colla. ea demum.
s *Matrimonio.* cum in bonis patris non ſit: vt hic, & infra de collat. bo. filium. & de colla. do. l. j. §. fi.
t *Dotatam.* Quandoque pecuniariter, quãdoque ſola affectione, & hoc ſemper eſt, & ideo ſemper agit. Accurſius.
v *Recipiendæ.* ſ. habet, ideo tunc pecuniariter ſua intereſt.
x *Vno caſu.* ſi fuit ſtipulatus ſibi reddi, vel pactus: vt C. de rei vxo. act. § videamus. Accur.
y *Hoc caſu.* cum eſt emãcipata, non reuerſa ad patrem. Azo. ſed & ipſa mulier ſi non habet patrem, agit in tali caſu: vt ſ. e. l. ſi pro re. §. fi.
z *Promiſſorem,* de euictione.
a *Magis.* quandoque contrarium. Accur.
b *Inducit.* ſola ſufficit in huiuſmodi contractibus: vt ſ. man. l. cum ſeruus. ſed hic eſt etiam ſpes rehabendæ dotis quãdoq;, vt hic dicit. pro quo vt ratione ſpei aliquid agatur, facit j. ex quibus cauſis in poſ. ea. Fulcinus. §. ſi quis actionẽ. & infra ſol. ma. ſi ab hoſtibus. & Cod. ſol. ma. l. dos. Sed videtur quòd alia ratione agat, non affectione tantum, ſed quia tenetur

tenetur de euictione. Sed reſp. non ſemper tenetur: vt C. de iure do. l. j.

a Cum plures. Spectatur. ſiue dicas ꝙ vniuerſaliter fuit pretiũ ſolutũ, ſiue in ſingulis, æſtimatur ei⁹ bonitas. ſed pri mo caſu etiã quo depretiata ſunt cetera: vt ſ. ti. j. ſi plura. Acc.

b Cautione. Sed nonne & ſi vnus eſt fundus, & pars euincatur, agitur ſiue in totũ ſiue pro parte pretium ſit ſtatutũ, licet diuerſo modo? Reſpõ. ſic: & quod hic dicitur, dic nõ impediri quin agatur vt ꝓ pluribus. Ac.

c Comprehenderit. vt & creditor vnum de debitoribus per vnã cautionem obligatis: vt C. ſi certum petatur. l. eo quod. & ſic pro parte remanet, & pro parte reſcinditur negotium. Sed econtra. j. de ſolu. ſi quis aliam. ij. reſpon. vbi dicitur quòd pro debito dedit duos ſeruos in ſolutum: quorum vno euicto tota prima obligatio remanet. Sol. ibi dico, quia non erat ibi extincta prima obligatio, cum debuit eos facere accipientis: vnde facilè remanet obligatio prima. hic autem fecit vẽditor quod debuit: quia tradidit: vnde eſt liberatus. ſed poſtea euictione ſecuta non ſuſcitatur obligatio, niſi quatenus eſt euictum. Accur.

d Seia fundos. Dedit. ſub pacto lucrandæ dotis ſi præmoreretur vxor, vt ſequẽtia locum habeãt, vel fuerint data æſtimata.

e Doli mali. vt C. de rei vin. l. cum à matre. in fi. & de re. al. nõ ali. l. venditrici. Sed videtur quòd non agat, cũ ſua culpa poſſeſſionẽ amiſit, cum exceptionem non appoſuit, ſed expectauit agere: vt ſupra eod. l. ſi rem. j. §. ſi duplæ. quæ eſt contra. Solu. Cum culpent alij te, me laudare neceſſe eſt, cum habeas lucrũ: vt ſupra eod. titu. l. ſed & ſi exceptio. Item & venditionem confirmare debet: vt Cod. de liber. cau. l. ſi ab eo. quia non videtur emptor dominus. Accur.

f Si plus. Dari. id eſt reſtitui per actionem ex empto. & idẽ ſi vltra duplum nõ ſit dictum.

g Conuenerit. non errore. ſed conſenſu: vt ſ. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. fi. & C. de ſpon. l. fi. & ſ. eo. ſi dictum. & j. tit. ij. euictis. & facit ſ. de arbi. l. non diſtinguemus. in prin.

h Liberatus. vt C. eod. l. ſi ob cauſam. in fin. vt euenit in eo quod ex conuentione venditur: vt ſupra de diſtra. pign. l. reſcriptum. §. j.

i Duntaxat. immo in omne intereſſe: vt ſ. de pign. act. l. eleganter. j. reſpon. quæ eſt contra. Solu. vt ibi. Accur.

Licet vnum ſit inſtrumentum, & vna venditio, ſi tamen corpora rerum venditarum ſint diuerſa: vno euicto agitur ac ſi eſſent plura inſtrumenta, & plures emptiones. h. d.

LXXII. CALLISTRATVS libro ſecundo Quæſtionum.

Cum plures fundi ſpecialiter nominatim vno inſtrumento emptionis interpoſito venierint, non vtique alter alterius fundus pars videtur eſſe, ſed multi fundi vna emptione continentur. Et quemadmodũ ſi B quis cõplura mancipia vno inſtrumento emptionis interpoſito vẽdiderit, euictionis actio in ſingula capita mancipiorum ſpectatur[a]: & ſicut aliarũ quoq; rerũ com pluriũ vna emptio facta ſit, inſtrumentum quidem emptionis interpoſitum vnum eſt, euictionum autẽ tot actiones ſunt, quot et ſpecies rerum ſunt, quæ emptione cõprehẽſæ ſunt: ita & in ꝓpoſito non vtiq; prohibebitur emptor, euicto ex his vno fundo, venditorẽ conuenire, quòd vna cautione[b] C emptionis cõplures fundos mercatus comprehenderit[c].

Heres poteſt ex perſona propria venire contra alienationem factam per defunctũ merito iure, ſed ſi obtineat, de euictione tenetur. Item ſi pars velit, poteſt eum per exceptionem repellere. h. d.

LXXIII. PAVLVS libro ſeptimo Reſponſorum.

Seia fundos Mæuianum & Seianum, & ceteros doti dedit[d]. eos fundos vir Titius viua Seia ſine controuerſia poſſedit. poſt mortem deinde Seię Sempronia heres Seiæ quæſtionem pro prędij ꝓprietate facere inſtituit. Quæro, cũ Sempronia ipſa ſit heres Seiæ, an iure D controuerſiã facere poſſit. Paulus reſpondit, iure quidem proprio, non hereditario Semproniã, quæ Seiæ, de qua quæritur, hæres extitit, cõtrouerſiam fundorũ facere poſſe, ſed euictis prędiis eandẽ Semproniam heredem Seiæ conueniri poſſe, vel exceptione doli mali[e] ſummoueri poſſe.

LXXIIII. HERMOGENIANVS libro ſecundo Iuris Epitomarum.

Si plus vel minus quàm pretij nomine datũ eſt, euictione ſecuta dari[f] cõuenerit,[g] placitũ cuſtodiendũ eſt. Si iuſſu iudicis rei iudicatæ pignus captũ per officiũ diſtrahatur, pòſt euincatur: ex empto cõtra eũ qui pretio liberatus[h] eſt, nõ quãti intereſt, ſed de pretio dũtaxat,[i] eiuſq; vſuris,[k] habita ratione fructuũ dabitur: ſcilicet ſi hos ei qui euicit, reſtituere[l] nõ habebat neceſſe. Mota quæſtione, interim non ad pretiũ reſtituendũ,[m] ſed ad rem defendendã venditor cõueniri poteſt. Qui nomen quale fuit vendidit, duntaxat vt ſit, non vt exigi[n] etiam aliquid poſſit, & dolum præſtare cogitur.

Venditor non tenetur ad intereſſe, licet res vendita debeat ſeruitutem, niſi fuerit vendita vt libera: nec etiam tenetur, licet eidem non debeatur, niſi dictum fuerit deberi. h. d.

LXXV. VENVLEIVS libro ſextodecimo Stipulationum.

Quod ad ſeruitutes prædiorum[o] attinet, ſi tacitæ[p] ſecutæ ſunt, & vindicentur ab alio: Quintus Mucius & Sabinus exiſtimant, venditorem ob euictionem teneri non poſſe. Nec enim euictionis nomine quenquã teneri in eo iure quod tacitè[q] ſoleat accedere: niſi *vt optimus maximusq; eſſet*, traditus fuerit fundus. tunc enim liberum ab omni ſeruitute prẹſtandũ. Si verò emptor petat viam, vel actum: venditorem teneri non poſſe,[r] niſi nominatim dixerit acceſſurũ iter vel actũ.[s] tũc enim teneri[t] eũ qui ita dixerit. Et vera eſt Quinti Mucij ſententia, vt qui optimũ maximũq; fundũ[u] tradidit, liberũ prẹſtet: nõ etiã deberi alias ſeruitutes, niſi hoc ſpecialiter ab eo acceſſum[x] *ſit.

k Vſuris. computandis poſt euictionem.

l Reſtituere. fructus puta, quia non extabant, vel etiam mala fide conſumpti ſunt: vt C. de rei vindi. ſi fundum.

m Reſtituendum. vt & C. eo. l. qui rem emit. niſi hoc cõuenerit vt mota controuerſia pretiũ reſtituatur: vt C. eo. l. ſiue in libertatem. Eſt tamen argu. cõtra. ſ. communi diui. ſi ſocius.

n Exigit. de facto. ſed vt poſſit de iure exigi, tenetur: vt ſupra de her. vel act. vend. ſi nomẽ ſit diſtractum. Sed argu. contra ſ. de dol. ma. l. nam is.

Quod ad ſeruitutes. ℣. CASVS. Vendidi tibi fundum, ignorans eum ſeruum cum deberet ſeruitutem vicino: qui vicinus poſt ea euincit ſeruitutem, nõ teneor de euictione ad intereſſe: cum neque tota res, neque pars eſt euicta, quando huiuſmodi ſeruitus euincitur. & hoc niſi dixiſſem optimũ: quia tunc ad intereſſe. Secundo quæritur. ſi vẽdo fundum, an tenear præſtare eũ dominantem vicino. & dicit ꝙ nõ, etiam ſi dixi optimum maximũ: niſi expreſſe dixi ei deberi ſeruitutẽ. Lex vltima plana eſt. Viuia.

o Quo ad ſeruitutes prædiorum. Prædiorũ ideo dicit, quia ſecus eſt in perſonali, vt puta vſusfructus: vt ſupra e. l. ſed & ſi quid. §. ſi vſusfructus. & l. ſi rem. §. fina. quæ ſunt contra. & notari poteſt infra de leg. j. l. ſeruo legato. §. ſi fundus.

p Si tacitæ. nominaliter ponitur, non aduerbialiter. hoc eſt, quia neque vẽditor neque emptor aliquid dixit de ſeruitutibus, & ita tacitę ſunt, cum vterq; de eis tacuit, & hoc cũ vẽditor ignorabat ſeruitutes. nam non ad intereſſe tenetur tũc, ſed quãto minoris empturus eſſet, agitur: alioquin ad intereſſe: vt ſupra tit. j. quotiens. & ſ. de act. empt. l. Iulianus ait. & ſ. e. l. ſed & ſi quid. Accur.

q Tacite. aduerbialiter. Accurſius.

r Non poſſe. ſcilicet ad duplũ, ſed ex empto: vt not. ſ. de contrahẽ. emp. cum vẽderes. Vel dic quòd hic excepit ne teneretur nomine ſeruitutis. quod Io. nõ placet. Accur.

s Actum. etiam eo caſu quo dixit optimum.

t Teneri. idem eſt in legatis quo ad euictionem ſeruitutis: vt infra de leg. ij. Mæuius. §. placet. ſecus eſt quãtum ad euictionem dominij.

u Fundum. præſtandum. vt j. de verb. ſign. l. qui vt optimus.

x Acceſſum. id eſt dictum ſit acceſſere: vt & ſ. de contrahen. empt. l. in vendendo. Accurſius.

* expreſſum. Hal.

Si alienam.

a S I alienam. Amitti. amittitur actio quæ cœpit. ſic & ſupra quibus mo. vſusfruct. amit. l. j.

b Pro euictione. quia donaſſe videor: vt j. de ſtipul. ſer. l. quod ſeruus. ſicut & manumittendo: vt & s. eo. l. ſi ſeruum cuius.

A materia ſupra de rei vin. l. ſi à Titio.

o Peteres. ſpeciale vt Publiciana detur contra dominum.

p E Xceptio. Tradita. ſed quaſi tradita, vt per patientiam: vt s. de Pub. ſiue autem. §. ſi quis rem.

q In eam. ſic & interdicto quorum legat. tenetur ſucceſſor in rem: vt j. quo. leg. l. j. §. illud. Sed arg. cōtra ſupra de eden. quædā. §. his autem.

DE EXCEPTIONE REI VENDITAE.

Quia ipſemet quandoque qui vendidit, vel alius qui ſimilis ei ſit, vult euincere, ideo de hac exceptione dicit apponenda contra prædictos. Accurſius.

c Marcellus. Repellendum. vt s. ti. j. l. vindicantē. & s. manda. l. ſeruum Titij. & eſt argu. quòd iudex ſuccedens victo non appellet. Sed contra eſt, & eſt ratio, quia hic tenetur venditor re reuocata. ſed iudex non tenetur ſententia retractata.

d Hæc exceptio. ſ. intētionis, non actionis, quia nullā habet. Azo.

e Soluatur. nam tunc ad agendum admittitur: vt hic. ſed argum. cōtra. s. de Pub. ſi quis. Solut. ibi erat pretium ſolutum.

f Exceptio. niſi quod deeſt, mihi præſtetur: vt s. man. diligenter. §. j. Accurſius.

g Proprietatem. & dic proprietatem, id eſt poſſeſsionem. ſic & infra de verb. ſig. l. interdum.

h Nanciſceretur. ſcilicet dominus.

i Cœperit. cum poſtea traditionem feciſſet.

k In factum. ſed cur nō datur exceptio rei venditæ & traditæ, cū tradatur domino quōdam ſuo in cuius locū ſucceſsit? Reſp. immo nec ei dabitur, cū dominus vel ſeruus cum eſſet in ſeruitute, proprietatem eorum non eſt nactus: ideoq; domino non competit, quia decurritur ad exceptionem in factum: cùm alias non ſoleat ei ſeruo proficere quod in ſeruitute egit: vt s. de pact. & ſuum. Item not. quòd hic loquitur quando fuit cōtractus factus ſiue pactum in vera ſeruitute eo exiſtente. aliàs doli daretur ſi ſtatuliber paciſceretur: vt d. l. ſupra de pact. & ſuum. Vel dic quòd dominus habet eam, & libere ex perſona domini, quia ſatis traditur domino, cum alij traditur eius volūtate: vt ſupra titu. j. l. ſi quid à te. & in factum habet ex ſua perſona.

* In eadem ſignificatione vſurpauit Paulus lib. 2. ſent. Venditor ſi dominus nō ſit, auctoritatis manet obligatus &c. Alc. li. 1. Parer. cap. 8.

LXXVI. IDEM libro ſeptimodecimo Stipulationum.

SI alienam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti [a] auctoritatem, * id eſt actionem pro euictione [b] placet.

DE EXCEPTIONE REI venditæ & traditæ.

TITVLVS III.

Veniens contra venditionem à ſe factam, vel ab alio ſuo mandato, repellitur exceptione rei venditæ & traditæ, ſi tradiderat. Et idem in herede etiam ſi veniat ex perſona ſua propria. Sed ſi emptor tempore emptionis erat ſeruus, tempore quo agitur liber, habet exceptionem in factum. Item ſi res non fuit à venditore tradita, ſed emptor aliūde poſſeſsionem nactus eſt, habet exceptionem rei venditæ. Prædicta vera, niſi venditor iuſtam habeat cauſam petendi. h. d. tota lex.

I. VLPIANVS libro ſeptuageſimoſexto ad Edictum.

B

MArcellus ſcribit, ſi alienū fundū vendideris, & tuū poſtea factum petas: hac exceptione rectè repellendū. [c] Sed & ſi dominus fundi heres venditori exiſtat: idem erit dicēdum. Si quis rē meā mandatu meo vendiderit, vindicāti mihi rē vēditā nocebit hæc exceptio: [d] niſi probetur me mādaſſe ne traderet antequā prētiū ſoluatur [e].

C

Celſus ait, Si quis rem meam vendiderit minoris quàm ei mandaui, non videtur alienata: & ſi petam eam, nō obſtabit mihi hæc exceptio [f]. quod verum eſt.

Ex contractu geſto cum ſeruo, datur ei manumiſſo exceptio in factum.

Si ſeruus merces peculiariter emerit, deinde dominus eum priuſquā proprietatē [g] rerum nanciſceretur, [h] teſtamento liberum eſſe iuſſerit, eiq; peculium prælegauerit, & venditor à ſeruo merces petere cœperit [i]: exceptio in factū [k] locum habebit, quia is tunc ſeruus fuiſſet, cum contraxiſſet.

D

Hæc exceptio datur interdum etiam re nō tradita, ſed aliter ſine vitio poſſeſsionis apprehenſa. Item interdum etiam re tradita non competit, ſcilicet ſi ſubeſt iuſta cauſa vindicandi. h. d.

Si quis rem emerit, non autem fuerit ei tradita, ſed poſſeſsionē ſine vitio fuerit nactus: habet exceptionem contra venditorem, niſi fortè venditor iuſtam cauſām habeat cur rem vindicet. nā & ſi tradiderit poſſeſsionē, fuerit autem iuſta cauſā vindicanti: replicatione aduerſus exceptionem vtetur [l].

Qui primo emit rem à nō domino, præfertur ei qui ſecūdo emit ab eodem poſtea facto domino, licet in ſecundū fuerit tranſlatum dominium, & non in primum. h. d. Et no. caſum in quo Publiciana datur contra dominū, & non dominus præfertur domino. ſic & s. de rei vind. ſi à Titio.

II. POMPONIVS libro ſecundo ex Plautio.

SI à Titio fundum emeris qui Sempronij erat, isq; tibi traditus fuerit, pretio autem ſoluto Titius Sempronij heres exſtiterit, & eundem fundū Mæuio vendiderit, & tradiderit: [m] Iulianus ait, æquius eſſe priorem te tueri: quia & ſi ipſe Titius fundum à te peteret, exceptiōe ſummoueretur [n]: & ſi ipſe Titius eum poſsideret, Publiciana peteres. [o]

III. HERMOGENIANVS libro ſexto iuris Epitomarum.

EXceptio rei venditæ & traditæ non tantum ei cui res tradita [p] eſt, ſed ſucceſſoribus etiā eius, & emptori ſecundo, etſi res ei nō fuerit tradita, proderit. Intereſt enim emptoris primi, ſecundo rem non euinci. Pari ratione venditoris etiam ſucceſſoribus nocebit: ſiue in vniuerſum ius, ſiue in eā [q] duntaxat rem ſucceſſerint.

Digeſtorum ſeu Pandectarum liber viceſimusſecundus.

DE VSVRIS † ET FRVctibus, [r] & cauſis, & omnibus acceſsionibus [s], & mora.

TITVLVS I.

I. PAPINIANVS libro ſecundo Quæſtionum.

r DE VSVRIS, *& fructibus, & cauſis, & omnibus &c.*

Quia principalibus petitionibus de quibus eſt dictum, accedunt aliqua, ſiue ſit perſonalis petitio, ſiue rei alicuius, ideo ponit de vſuris, quæ ſcilicet ex pecūnia proueniunt: & ſic dicitur acceſſio ciuilis, quia extra corpus venit. & fructibus, ſcilicet prædiorum, quæ eſt naturalis acceſſio: vt infra de verbor. ſign. l. vſura pecuniæ. Item de cauſa, vt de partu, & primo, & ſequentibus: vt infra eo. l. equis.

s Et omnibus acceſſionibus. *ſcilicet prædictis & aliis. nām non eſt nouum poſt ſpecialia generale ſubijci verbum &c. vt & s. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. inquit. Item & quia occaſione moræ debitoris prædicta eueniunt, dicit etiam de mora: de qua dic vt infra eo. l. mora. in prin. Accur.*

Poſt ſpecialia generale verbū ſubdere nō eſt nouum.

Cum iudicio. CASVS. Vendidi tibi fundum pro centum dandis ad certum diē. non dediſti, & ſic in mora fuiſti. peto vſuras. quæritur quotas. Et reſpon. quòd illas quæ in regione illa frequentantur in qua fuit factus cōtractus, ſi modò nō ſint contra legē. {SOCIVS.} Ego & Titius eramus ſocij alicuius negotiationis. commuunem pecuniam in vſus ſuos conuertit Titius. etiam licet moram non committat, præſtat vſuram. Secūdo dicit, quòd licet ſic in bon. fid. contractibus debeantur vſuræ, tamen ſi iudex condēnat mihi debitorē ex contractu bon. fid. in c. non poteſt iubere vt caueat de ſoluēdis centeſimis poſt quadrimeſtre tempus, quia tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicem, & quia in poteſtate actoris eſt petere iudicatum. {PARI.} Tutor finita tutela inuenitur debitor ex mala adminiſtratione in c. puta. licet in nulla mora ſit ex interpellatione, vel alio modo facto hominis, cum ipſa re eſt in mora: fauore pupilli quōdam eas debebit vſque ad tempus quo illa. c. exolueret. Secundo pone quòd obtulit conſignatum, & depoſuit. dicit non teneri extunc, cum noluerit adultus recipere. Viuia.

† *Vide commentarium, Quòd non oporteat fœnerari, apud Plutarchū in opuſculis.*

l Vtetur. vt ſi agat quia non eſt ſolutum pretiū: vt s. de trib. l. procuratoris. §. ſed & ſi venditor. vel reſciſſa per pactū legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem.

m S I à Titio. Tradiderit. cum primus à poſſeſsione cecidit, vel de facto: vt j. de fundo dotali. l. ſi fundum.

n Summoueretur. vt ſupra titu. j. l. vindicantem. & dixi de hac

Cum iudicio bonæ fidei [a] diſceptatur, [b] arbitrio iudicis vſurarũ modus ex more [c] regionis vbi cõtractũ eſt [d], cõſtituitur, ita tamẽ, vt legi [e] * nõ offendat.

Qui pecuniam alienam cõuertit in ſuos vſus, hoc ipſo videtur in mora: & qui põt petere in ſortẽ, nõ poteſt petere ſibi caueri de vſuris futuris, ſi ſors non ſoluatur. h. d.

Socius ſi ideo condẽnandus erit, quòd pecuniã communẽ inuaſerit, vel in ſuos vſus cõuerterit, omnimodo etiam mora [f] non interueniente præſtabũtur vſuræ. [g] Nec tamen iudex iudicij bonæ fidei rectè iubebit interponi cautiones, vt ſi tardius ſententiæ condemnatus paruerit, futuri temporis [h] pendantur vſuræ: cum in poteſtate [i] ſit actoris iudicatum [k] exigere. Paul⁹ notat. [l] Quid enim pertinet ad officium iudicis poſt condemnationem [m] futuri tẽporis tractatus? [n] * Papinianus: Circa tutelæ reſtitutionem [o] pro fauore pupillorum latior [p] interpretatio facta eſt. Nemo enim ambigit hodie, ſiue iudex accipiatur in diem [q] ſententię, ſiue ſine iudice tutela reſtituatur, in eum diem quo reſtituit, [r] vſuras præſtari. Planè ſi tutelæ [s] iudicio nolentem experiri, tutor vltro conuenerit, [t] & pecuniã obtulerit, eamque obſignatam depoſuerit: [u] ex eo tempore non præſtabit vſuras. [x]

In actionibus ſtricti iuris veniunt vſuræ à tempore litis conteſtatæ. h. d.

II. Idem libro ſexto Quæſtionum.

Vulgo receptum eſt, vt quamuis in perſonam [y] actum ſit, poſt litem tamen conteſtatã cauſa præſtetur. Cuius opinionis ratio redditur, quoniam quale [z] eſt cum petitur, [a] tale dari [b] debet: ac propterea poſtea captos fructus, partumq; editum reſtitui oportet.

Si mora non præcedit, reus non tenetur de fructibus percipiendis intra tẽpus quod datur iudicatis ſecus ſi mora iudicis præceſſiſſet. h. d. Primo ponit reſcriptum imperatoris. Secundo illud interpretatur. Tertio illud extendit. Secũda ibi, quod decretum. Tertia ibi, in his quoque. Bartolus.

III. Idem libro vicenſimo Quæſtionum.

In fideicõmiſsi [c] † perſecutione, cũ poſt iudicis ſententiã moram feciſſet heres, iuſsit imperator Marc⁹ Antoninus, intermiſſo [d] legitimo tẽpore, quod cõdẽnatis præſtatur, vt vſque ad ſententiã [e] cõmoda [f] fideicommiſſarius accipiat. [g] Quod decretũ [h] ita accipi oportet, ſi ante iudicis ſententiam [i] mora nõ interuenit: tametſi non facilè euenire poſsit, vt mora non præcedente perueniatur ad iudicẽ: ſed puta

a *Cum iudicio bonæ fidei.* ſecus de ſtricti iuris iudicio, vbi vſuræ non veniunt, niſi per ſtipulationem ſint promiſſæ: vt C. eo. l. quamuis. Vel niſi in legato, & fideicõmiſſo, & niſi poſt litem conteſt. ſed hoc vltimum non placet. Quæ autem ſint bonæ fidei, habes inſtit. de actio. §. actionum.

b *Diſceptatur.* de vſurarum quantitate præſtanda.

c *Ex more.* vt leuiores præſtentur quæ in regione frequentantur, ſi plures frequentantur: vt j. de admi. tut. l. tutor qui repertoriũ. §. ex ceteris.

* Vulg. legem.

d *Contractum eſt.* ibi contractum eſſe videtur, vbi pecunia eſt ſoluẽda: vt j. de bo. auct. iu. poſ. l. iij. & j. de act. & obl. contraxiſſe. Ac. Additio. Vel dic contractum ficte per collatam ſolutionem vbi debet etiam ſolutio ventilari, ſecundũ Bald. hic.

e *Vt legem.* vt C. de vſu. l. eos qui. §. ſuper.

f *Mora.* ſ. alia.

g *Vſuræ.* immo videtur quòd nõ vt vſura, ſed vt intereſſe: vt ſ. pro ſocio. l. ſociũ. in princ. ſolu. vt ibi. Accur.

h *Temporis.* poſt quadrimeſtre tempus.

i *In poteſtate.* not. rationem quare ad iudicem non ſpectat: quæ ratio cum quandoque deficiat, ad eum ſpectat futuri tẽporis tractus: vt ſtatim in exemplis dicam.

* Vulg. tractus.

k *Iudicatum* poſſet tamen alia ratio reddi, quia cum per legẽ nobis ſit prouiſum, in hoc caſu quando nõ ſoluit intra quadrimeſtre tẽpus per legem: vt C. de vſur. rei iudi. l. fi. non debet de hoc iudex ſe intromittere: arg. C. ſi mã. ita fue. alie. ne pro. l. ſi is qui. & C. de fideicom. auth. hoc amplius.

l *Notat.* prædicta confirmando. Accur.

m *Poſt condemnationem.* ſed ante multũ pertinet: vt ſ. de ædil. edict. l. ædiles. §. item ſciendum.

n *Tractus.* q. d. nihil: vt ſ. de iudi. non quemadmodum. & j. de aqua plu. arcen. l. Atteius. §. pen. Sed contra. C. de ſen. quę ſine cer. quam. l. j. §. j. vbi de vſura futura iudex pronũtiauit. Sol. hic officio debetur vſura, ibi per ſtipulationem. Vel ibi in ſententia præcepit, hic autem in quadam interlocutoria, ſed & aliis modis poteſt poni ibi caſus. Item contra. j. de no. ope. nun. l. ſi prius. & de aqua plu. arcen. Atteius. §. de eo opere. & de damn. infect. l. qui bona. §. cum inter. & C. de fideiuſ. l. j. & ſupra ad l. Aquil. in lege Aquilia ſi deletum. & ſ. de peti. here. quòd ſi in diem. § j. & ſ. ſi ſer. vind. l. egi. & l. harum. & ſ. ſi vſusfruct. pe. l. pe. §. pe. in fin. & ſupra pro ſoc. l. pro ſocio. quibus omnibus cauetur de futura. Sol ſpeciale in prędictis: alias ſeruetur hæc regula. Vel dic quòd pro præſenti iure ago in omnibus caſibus prædictis, licet pro tempore futuro, quòd hæc lex non prohibet. hic enim nullũ ius obligationis habeo in præſenti quod poſsit porrigi ad futurum, quia officio debentur. Quid ergo ſi ſtipulatione debentur vſuræ, nõ per officium? videretur ſecus, ſecundum hoc. Vel forte idem alia ratione, quia idem in certum tempus debetur, cum ſit in poteſtate debitoris ſoluere. ſed hoc falſum eſt: vt j. de verb. oblig. l. qui Romæ. in prin.

o *Reſtitutionem.* i. circa ea quæ debentur ex cauſa tutelæ.

p *Latior.* quàm in aliis: quia hic re ipſa fit mora: vt C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. l. in minorum.

q *In diem.* Not. quòd in die qua fertur ſententia, præſtatur vſura pecuniæ debitæ ex adminiſtratione, hoc eſt quę currit vſque tunc, non poſtea intra tempora quatuor menſium: vt C. de vſu. rei iudi. l. fin.

r *Reſtituit.* pecuniam ex adminiſtratione debitam.

s *Tutelæ.* i. circa ea quæ debentur ex adminiſtratione tutelæ.

t *Conuenerit.* verbis: vt & illud, Vos inquã cõuenio ò Iudæi.

v *Depoſuerit.* Eſt ergo neceſſaria obligatio, conſignatio, & depoſitio: vt hic, & j. de admi. tut. l. tutor qui pro pupillo. §. tutor. in fin. & arg. j. eo. l. euictis. §. poſt traditam. & C. eo. l. ij. & l. acceptam. & l. ſi creditrici. & l. ſi non ſtat. & C. de vſuris pupil. l. fi. Accur.

x *Vſuras.* ipſo iure: vt ſ. depoſiti. l. j. §. ſi pecuniam. in fi.

Vulgo. ❡ Casvs. Petij fundũ actione ex ſtipulatu, vel ancillam. venit partus & fructus poſt litem nõ ante perceptus.

y *In perſonam.* etiã in iudicio ſtricti iuris.

z *Quale.* non reſpicit pecuniam.

a *Cum petitur.* id eſt cum lis conteſtatur.

b *Dari.* vt j. l. proxi. §. j. & ſ. ſi cer. pet. l. cum fundum. in prin. & de rei vin. l. præterea. & ſ. de pet. here. illud. & j. e. l. videam⁹. §. ſi actio. & ſ. de pig. l. ſi fundus. §. interdũ. Sed nũquid ſi alij pœnã promiſerit, etiã pretiũ debeatur? Reſp. vt no. ſ. de in li. iuran. l. nummis. etiã ſi pretium deberetur.

† *Vide quæ in hunc locũ ſcripſit Ioan. Corpus lib. de fructibus. cap. 2.*

c In *fideicommiſſi.* Egit Titius cõtra Gaiũ actione perſonali ex teſtamẽto pro prædio relicto per fideicõ. lata eſt ſentẽtia pro actore, nec eſt appellatum. habet Gaius quadrimeſtre tẽpus. eo lapſo interpellatus prędium diſtulit ſoluere, tunc Titius proponit quærelã contra Gaiũ, & pro re & pro fructibus perceptis & percipiendis etiã in tempore quadrimeſtri & poſtea. Reſp. Imperator de percipiendis eũ nõ teneri pro tempore quadrimeſtri, ſed tamen determinatur ſic, vt ſi ante ſententiã latam primo heres fuerit in mora, teneatur etiã in tẽpore quadrimeſtri: alioquin dilatio reo afferret lucrũ. ſi nõ fuerit in mora, quod vix contingit. ſ. reũ non eſſe in mora: nõ teneatur de percipiẽdis. de perceptis autem ſemper puto eũ teneri, quia dilatio nullum debet afferre commodum. vſuræ etiã indiſtincte in medio ceſſant, quia grauiſsime debent poſtea currere. ſed in fructib⁹ nõ eſt eadẽ ratio: vt C. de vſu. rei iu. l. fi. Et not. ex prædictis ꝙ imperator non cognoſcebat ex appellatione. tũc enim non cõputaretur quadrimeſtre tẽpus à prima ſentẽtia, nec diceretur interim currere: vt C. de vſu. rei iu. l. ij. itẽ no. ꝙ quadrimeſtre tẽpus nõ datur in actione in rẽ, ſed q̃ cito põt reſtitui: vt inſti. de offi. iud. §. j. ſecũdũ Azo.

Caſum pignit.

Tempus locum in actione in rem non datur.

d *Intermiſſo.* i. prætermiſſo. ſic. C. ſi mãci. ita fu. ali. ne pro l. ij.

e *Ad ſententiam.* definitiuam retrocedendo, id eſt à die mortis vſque ad ſententiam ita accipi &c.

f *Commoda.* fructuum percipiendorum. Accurſius.

g *Accipiat.* à tempore primæ ſententiæ cõmonitoriæ, ſi ante non erat in mora, ſed intermiſſo legitimo tẽpore: vt dixi. Sed nonne fit nouatio huius fauorabilis actionis: vt C. de vſu. rei iu. l. fi. quæ eſt contra? Sol. fit nouatio in bonum, non in malum: vt j. de noua. l. aliam cauſam.

h *Decretum.* ſecundum quod de commodo legitimi tẽporis nõ tenetur. Et caue tibi, quia hæc diſtinctio in fructibus tantum percipiendis adhibenda eſt: vt generalis ſit ratio inferior, cum ea temporis &c. ſecundum Ioan.

i *Sententiam.* cõmonitoriam, quæ quidem eſt ante lit. cõteſt.

Falcidiæ,

legis Falcidiæ[a] rationem interueniſſe. Ceterùm ſi antequã ad iudicẽ perueniretur, in mora heres fuit, exinde fructuũ[b] præſtãdorũ neceſſitate adſtrictus, qua tandẽ ratione, quoniã & ſentẽtia[c] victus eſt, legitimi temporis ſpatio fructibus liberabitur, cũ ea tẽporis intercapedo iudicato dilationẽ dare, nõ lucrum[d] adferre debeat? In his quoq; iudiciis quæ nõ ſunt B arbitraria, nec bonæ fidei[e], poſt litem conteſtatã[f] actori cauſa præſtanda eſt in eum diem, quo ſentẽtia dicitur. Certè poſt rẽ iudicatã tempus à fructibus dependendis[g] immune eſt.

Quãdo quis rogatur reſtituere quicquid ſupererit ex hereditate, item quando dilatio gratia fideicommiſſarij apponitur, veniunt fructus in reſtitutionem. h.d. Bart.

Nonnunquam euenit, vt quãquã fructus hereditatis, aut pecuniæ vſura nominatim relicta nõ ſit, nihilo minus debeatur: vtputa ſi quis rogetur poſt mortẽ[h] ſuam quicquid ex bonis ſupererit, C Titio reſtituere. Vt enim ea quæ fide bona[i] deminuta ſunt, in cauſa fidecõmiſſi nõ deprehenduntur, ſi pro modo ceterorũ quoque bonorum deminuantur: ita quod ex fructibus ſupererit[k], iure volũtatis[l] reſtitui oportebit.

Cum Pollidius à propinqua ſua heres inſtitutus, rogatus fuiſſet, filiæ mulieris, quidquid ex bonis eius ad ſe perueniſſet, cum certã ætatẽ puella cõpleſſet, reſtituere: idq; ſibi mater ideo placuiſſe teſtamento cõprehendiſſet, ne filiæ tutoribꝰ, ſed potius neceſſitudini[m] res committerẽtur, eundemq; Pollidiũ fundũ[n] retinere iuſſiſſet: præfectis prætorij ſuaſi[o], fructus qui bona fide à Pol B lidio ex bonis defũctæ[p] percepti eſſent, reſtitui debere: ſiue ꝙ fundum ei tantùm[q] prælegauerat, ſiue quòd lubrico[r] tutelæ, fideicommiſſi remediũ mater prætulerat[s].

In debito ſpecierum non veniũt vſuræ, niſi per venditionem ſpecies fuerunt in peculium redigendæ. Bartolus.

Si auro vel argento[t] facto per fideicõmiſſum relicto, mora interuenerit: an vſurarũ æſtimatio facienda ſit, tractari ſolet. Planè ſi materiã iſtã ideo reliquit, vt ea diſtracta pecuniaq; refecta fideicõmiſſa ſoluerentur, aut alimenta præſtarentur: non C oportere fruſtrationẽ impunitã eſſe reſpõderi oportet. Quòd ſi fortè ideo reliquit, vt his vaſis vteretur: nõ ſine rubore deſiderabũtur vſuræ, ideoque nõ exigentur.[u]

Licet in ſtipulatione rem dari, & in ſtipulatione rem tradi, nõ veniãt fructus: tamen niſi ſimul iungantur, fructuum ratio habetur. ſed ſi contractus venditionis præceſſit: ſecundum illum iudicatur. Hoc dicit. Bartolus.

a *Falcidiæ.* caſum denotat in quo poſſet accidere quòd mo- A ra non interceſſiſſet. Accurſius.

b *Fructuum.* percipiendorum.

c *Ex ſententia.* hæc ſola videtur ratio, ſi qua eſt, quare poſt ſententiam non debeat teneri, quia victus eſt: ſed certe hæc eſt nulla: vt j̄. de except. rei iudi. l. cũ euidenter. & hic ſubiicit, cum ea temporis &c.

d *Non lucrum.* eſſet autem lucrum, cũ in primo de percipiẽdis teneatur, ſi modo propter ſententiam excuſetur. ex quo patet ꝙ de receptis ſemper teneatur, cum lucrum facere nõ debeat: ſed in percipiẽdis diſtinguitur fuerit in mora, vel non, ante ſententiam: licet quidã dicant hãc legem tantum in perceptis loqui, & de percipiendis eum excuſant ſemper. & quia ante eſt facta mentio de fructibus fideicommiſſi, notauerunt hic quidam de eis in hunc modum. Qui fructus heredẽ, qui fideicõmiſſariũ ſequantur, videamus. *Fructus varij ſunt.* Fructus itaq; ſunt quidam pendẽtes, quidam percepti, quidam percipiendi. Pendẽtes omnes fideicommiſſarium ſequuntur, cum quodammodo partes fundi ſint: vt s̄. de rei vin. l. fructus pendentes. Percepti alij ante aditam hereditatẽ, qui omnes ad fideicõmiſſarium pertinent: vt j̄. ad Treb. ita tamen. §. ſed ſi quid poſt aditam hereditatem. percepti, alij ante moram, alij poſt moram. poſt moram percepti & etiam percipiendi fideicommiſſarium ſequuntur: vt j̄. de leg. j. apud Iulianũ. §. j. & j̄. ad Treb. ita tamen. §. ſi ſeruum. ante moram percepti, ſi impendio heredis & opera percipiuntur, ipſum ſequuntur. ceteri vero fideicommiſſarium: vt j̄. ad Treb. l. poſtulante Sticho. §. ſed in huiuſmodi. idem eſt in fœtu. Et not. quotiens aliquid ſub appellatione nominis collectiui relinquitur, vt equitium, etiam ante moram fructus deberi: vt j̄. eo. l. equis. Item fructuum perceptorum quidam in quartam computantur heredi, quidam non. heredem autem intellige cui aliquid relinqui neceſſe eſt. fructus ergo omnes in quartam D computantur, præter eos qui negligentia petentis ab herede percipiuntur. ſecus in his qui percipiũtur quia nondũ venit dies fideicommiſſi, vel conditio. nam hi qui ex iudicio defuncti videntur percepti, in Falcidiam computantur: ſicut & cum quis rogatur hereditatẽ & fructus ſpecialiter reſtituere: vt j̄. ad Treb. mulier. §. ſi heres. & l. in fideicommiſſariam, & no. C. ad Treb. iubemus. Item ſciendum eſt, in ſpeciali fideicom. ſtatim hereditate adita recta via dominium ad fideicommiſſarium pertranſire. in generali vero non, niſi reſtitutione facta: vt j̄. ad Trebel. l. Marcellus. & l. cum ita. ſecundũ Ioan. & in eo. titu. l. j. & l. reſtituta. & l. facta. Sed quomodo intelligitur quod j̄. eo. legitur in l. fructus. vbi dicitur, fructus qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicom. dominiũ ex terra percipiuntur, ad fidecom. pertinere: cum aliàs inueniatur fructus ante moram perceptos non ad fideicom. ſed heredẽ pertinere: vt j̄. eo. equis. j.? Reſpon. ſecundum R. vt no. d. l. fructus. in generali autem fideicommiſſo trãſeunt fructus poſt reſtitutam hereditatem percepti: vt ad ipſum proculdubio pertinent. ſed licet ad ipſum pertineant, quidam tamẽ ad heredem ſunt reſtituendi, ſcilicet qui negligentia non petentis A ſunt percepti: vt dixi. quod ergo dicitur in l. fin. C. de vſu. & vſufr. leg. l. j. in legatis & fideic. fructus non à die mortis, ſed poſt lit. conteſt. venire: in eo caſu intelligendum eſt, cũ ante litem motã non fuerit in mora. caſus enim eſſe poteſt in quo non ſolum vſque ad lit. cont. ſed vſque ad ſententiam non eſt in mora: vt j̄. eo. titu. l. neque eorum.

e *Bonæ fidei.* vt actio ex ſtipulatu: vt j̄. e. l. videamus generaliter. §. ſi actionẽ. Itẽ cum de donatione agitur cõtra donantem: vt j̄. de do. l. eum qui. Accur.

f *Litem conteſtatam.* vt s̄. l. proxi. cum ſuis cõcordantiis.

g *Dependendis.* i. percipiẽdis poſt ſententiã. percepti autẽ ſemper reſtituũtur: percipiẽdi nunquam in his caſibꝰ: vt hic dicitur. Nec ob. quod dicitur s̄. ꝓx. reſp. quia ibi in actione quæ eſt quaſi bonæ fidei, dicit. ſ. actione ex teſtamẽto: vt C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt ne. in minorum. & hoc ſecũdum quoſdã. Vel dic quòd hic intelligitur diſtingui vt s̄. ſ. an fuerit in mora ante iudicium, an non: vt ibi diſtinguitur. Acc.

h *Mortem.* quo caſu & ipſe heres iure nouo quartã fideicommiſſario ſeruare debet: vt in aut. de reſt. col. viij. Ir.

i *Bona fide.* Secꝰ ſi mala, vt cauſa interuertẽdi fideicõmiſſi: vt & j̄. ad Treb. l. Titiꝰ rogatus. & l. deducta. §. fi. & s̄. de pe. here. l. ſed & ſi lege. §. quod autem.

k *Supererit.* idẽ de eo quod quaſi ſupereſt: vt quia in aliam rem conuertitur: vt j̄. de leg. ij. imperator. §. fi. & l. ſeq. & l. idem. Sed videtur contra infra de dona. inter vi. & vxo. l. quid ergo. & l. ex annuo. §. ſi maritus.

l *Voluntatis.* teſtatoris. ſed videtur fructus non venire: vt j̄. ad Treb. l. deducta. §. penul. & l. in fideicommiſſaria. in prin. quæ ſunt contra. Solut. verbum quicquid, quod hic ponitur, tollit contrarium, quod non ponitur in legibus contrariis. Item contra infra de lega. iij. l. quod his verbis. in princ. vbi dicit fructus non venire. Solut. illud de benignitate, hoc de rigore: vt hic, & infra ad Treb. l. Baliſta. Vel dic ſicut dixi in D ſolutione alterius, quòd hic patebat intentio teſtatoris, vel ibi conſumpti.

m *Neceſſitudini.* i. conſanguinitati: vt arg. s̄. de iuſti. & iur. l. fi. & not. quòd poteſt mater vni cõmittere adminiſtrationẽ rerum quas filio reliquit: vt hic, & in auth. vt lic. ma. & auiæ. §. j. col. viij. & j̄. de teſta. tut. l. iiij. Accur.

n *Fundum.* aliàs non eſt in tex. fundum. ſed ſubauditur propter id quod ſequitur.

o *Suaſi.* ſ. egò Vlpianus, & bene: vt infra de leg. ij. l. ſi ita relictum. §. Pegaſus.

p *Defunctæ.* præterquam de fundo.

q *Tantum.* & non fructus: quia quod in vno permiſit, in ceteris prohibuit: vt s̄. de iudi. l. cum pretor. & C. de proc. l. maritus. Accurſius. *In vno permittere, & in alio prohibere quis poteſt.*

r *Lubrico.* i. lubricis tutoribus. & hæc eſt ſecunda ratio.

s *Prætulerat.* committẽdo fidei Pollidij ſui neceſſarij. Accur.

t *Si auro vel argento.* in ſpecie, non in maſſa: vt infra patet vbi diſtinguit. Accur.

v *Exigentur.* petet tantum quantum ex locatione horum vaſorum conſequi potuit. ſ. vt fructus vel vſuras: vt j̄. e. l. videamus. j. §. præterea.

Si ſtipula-

IIII. Idem libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.

SI ſtipulatus ſis rem dari, vacuamque [a] poſſeſsionem tradi: fructus poſtea captos actione incerti[b] ex ſtipulatu propter inferiora verba[c] conſecuturum te, ratio ſuadet. An idẽ de partu ancillæ reſponderi[d] poſsit, conſiderandum eſt. Nam quod ad verba ſuperiora pertinet[e], ſiue factũ rei promittendi[f], ſiue effectum[g] per traditionem dominij transferendi continent, partus non continetur. Verũ ſi emptor à vẽditore nouãdi animo ita ſtipulatus[h] eſt, factũ tradendi ſtipulatus intellegitur: quia non eſt veriſimile[i], plus venditorem promiſiſſe, quam iudicio empti præſtare compelleretur[k]. Sed tamen propter illa verba, vacuamque poſſeſsionẽ tradi: poteſt dici, partus quoque rationem committi incerti ſtipulatione. Etenim ancilla tradita, partũ poſtea editũ in bonis ſuis reus ſtipulandi habere potuiſſet. Si poſt contractã emptionem, ante interpoſitam ſtipulationem partus editus, aut aliquid per ſeruũ venditori adquiſitum eſt: quod ex ſtipulatu[l] conſequi non poterit, iudicio empti cõſequitur[m]. Id enim quod non transfertur in cauſam nouationis, iure priſtino peti poteſt.

V. Idem libro vicenſimooctauo Quæſtionum.

GEneraliter obſeruari conuenit, bonæ fidei iudicium non recipere præſtationem [n] quæ contra bonos mores deſideretur.

Ex diuturna præſtatione vſurarũ præſumitur contracta obligatio ſuper vſuris, & ſuper ſorte: & quatenus eſt neceſſe ad illam præſtationem redigendam, importat præſtandi neceſsitatem. h.d. Bartolus.

VI. Idem libro vicenſimonono Quæſtionum.

CVm de in rem verſo cum herede patris vel domini ageretur, et vſurarũ quęſtio [o] moueretur: imperator Antonin⁹ ideo ſoluẽdas vſuras iudicauit, ꝙ eas ipſe dominus vel pater lõgo [p]

SI *ſtipulatus.* } Casus. Ex cauſa donationis promiſiſti mihi fundum dare, & vacuã eius poſſeſsionẽ tradere. poſt hãc ſtipulationem tenuiſti per annum, & fructus percepiſti. nũc peto rem & fructus, & dico venire fructus, licet fieri ſit in obligatione. Secundo quęritur an idem ſit de ancilla: vt ecce cauſa donationis promiſiſti ancillã dare, & vacuã poſſeſsionẽ tradere. ſi ante traditionẽ naſcitur partus, an veniat? Videtur ꝙ non: quia ſiue vnum prędictorum tantũ dixit, nõ venit: ſiue etiam vtrũque, quandoq; non venit, vt videtur: vt quãdo emptor ancillæ ſtipulatus fuerit rẽ dari vacuamq; eius poſ. tradi. nam licet ſint geminata verba, hoc caſu non videtur plus cõtinere niſi quod ex natura vẽditionis eſt. ſed licet ſic allegauerim: dic quòd vbicunq; geminãtur verba prædicto modo, ꝙ veniat in emptione & venditione ancillę: ſed ſi alterũ tantũ, nõ. { Si vero poſt. } Vendidiſti mihi ſeruũ vel ancillã, & antequam traderes, peperit ancilla, vel ſeruus aliquid tibi quęſiuit. poſtea animo nouandi ſtipulatus ſum ſeruum prędictum ſeu ancillam. de adquiſitis nihil fuit dictũ. & dicit quòd actione ex empto petuntur, cum non ſit eis quæſitis facta nouatio. Viuia.

a *Vacuamq;.* quod dicitur, ſcilicet tradi vacuam poſſeſsionem, ſemper intelligitur in prima clauſula, ſcilicet dari: vt ſ. de act. empt l. iij. §. j. quare ergo cum tantum dari ſtipulatur, nõ veniunt fructus? Reſp. adiectio operatur vt coniuncta facerent, quorum neutrum per ſe faceret: vt j. de leg. j. ſi quando. & j. ad municip. l. j. in fi. & de leg. iij. l. ea tamen. Sed arg. contra. C. de fideiuſ l. non recte. Ioan. & j. de verbo. oblig. l. qui ſtipulatus. & ſ. pro ſoc. ſed & ſi adiiciatur. & de cap. & poſtl. re. l. poſtliminij. §. fin. & de auro & arg. leg. l. pediculis. § Labeo. Azo. & j. de pact. do. l. cum pater dotem. & dic vt ibi.

b *Incerti.* ſic dicta, quia incertum quantum fructum perciperet ſtipulationis tempore. ſic j. de verb. oblig. l. vbi autem non. §. fundi.

c *Verba.* ſ. vacuam poſſeſsionẽ tradi: ne fruſtra fieret adiectio. Ioan. Sed certe immo videtur ex hoc verbo tradi, nõ venire fructus: vt ſ. de actio. empt. l. iij. §. j. quæ eſt contra. Solu. ibi de perceptis ante ſtipulationẽ, hic de præceptis poſt. Vel ſolue vt ibi. Accurſius.

d *Reſponderi.* quod modo de fructibus dixi, poſito ſcilicet ſimili caſu quòd ſtipulatus ſim ancillã dari, vacuamque poſſeſsionem tradi. Accurſius.

e *Pertinet.* ſi ſeparatim intelligatur.

f *Promittendi.* ſ. tantum, quia dixit tradi vel præſtari. Sed certe videtur quòd ex ſolo verbo, tradi, veniant fructus: vt j. de verb. oblig. l. in conuentionalibus. §. ſi. quæ eſt contra. Sol. ibi appellat cauſam bonorum non fructus: ſed intereſſe: vt j. eo. tit. ſi fundum.

g *Effectum.* quia dixit dari: quo verbo dominiũ debet transferri: vt inſtit. de act. §. ſic itaque.

h *Stipulatus.* ſ. rem dari, vacuamq; poſſeſsionẽ tradi. Sed quid ſi dari tantum? Reſp. aliud dici poteſt, vt non factũ traditionis. ſed effectum dominij ſignificet: vt j. de verbo. oblig. vbi autem non. §. fin. hoc ergo contingit hic ratione contractus præcedentis, & ratione adiunctionis alterius verbi.

i *Veriſimile.* Nota non plus venire in ſubſtituta actione quã in ea cui ſubſtituitur, vt hic. ſic & legatari⁹ ſtipulãdo nomine legati ſerui, nõ eſſe fugitiuũ. nam nõ plus quàm in prima actione ex teſtamento venit in ſtipulationẽ: vt j. de leg. j. ſi legati ſerui nomine. Item in eo qui ſtipulatur ante diem de legato ſoluendo: vt j. vt le. no. ca. l. j. § ſi quis ſub conditione. Idem de eo qui accipit fideiuſſorẽ pro legato: vt ſ. de condi. inde. frater à fratre. §. ſi. Et ſimile eſt in eo qui cõſtituit quòd ex cauſa donationis debeat: vt j. de don. qui id quod. Accur.

k *Compelleretur.* Sed in eo venit factũ ſolum, id eſt traditio aſinina: vt ſ. de act. empt. l. ex empto. circa princ. ergo patet ꝙ non plus ſub ſecundo verbo quã ſub primo eſſet: ſed tamen &c. & ſic proximo ſuperiori caſu reſpondit, ſcilicet medio, & vltimo.

l *Ex ſtipulatu.* Deducta re empta in ſtipulatione animo nouandi.

m *Conſequitur.* vt C. de peri. & commo. rei ven. l. poſt perfectam. Sed contra. j. de nouatio. l. aliam. Solu. periit etiam hic priuilegium primæ actionis per nouationẽ: ſed in eo tantum quod tranſlatum eſt in obligationẽ ſecundam: vt C. de trãſact. l. age. Accur.

GEneraliter. } Casus. Vendidiſti mihi domum: fuiſti in mora tradendi. potuiſti autem interim locare domum meretricibus, quod non feciſti: nunc volo pecunię habere fructũ percipiendę. non poſſum.

n *Præſtationem.* quam non percepit: & ideo non imputatur. ſecus ſi percepit: vt j. de petit. hered. & ancillarum. in fin. & l. ſi poſſeſſor. quæ ſunt cõtra. Accurſius.

CVm de in rem. } Casus. Mutuaui filio vel ſeruo tuo centum ſub vſuris, quæ. c. vertit in rem tuam. & tu per. x. ann. ſingulis annis præſtitiſti vſuras licet non probo promiſſam vſuram, ſi tamen probem per. x. annos præſtitas, vinco. Ad hoc adducit exemplum aliud, Imperator quidam Flauius debebat mille filiæ ſuæ emancipatę, vel etiam non emancipatæ, quia Flauius deliquit, vnde fiſcus accepit eius bona, & per. x. ann. ſoluit vſuras de mille illi filiæ Flauij: nunc in vndecimo anno petit illa filia Flauij, quæ Athenagora vocatur: & pronuntiauit imperator pro ea, hoc ſolo probato quòd fiſcus ſoluerat vſuras diu illorum mille. Viuianus.

o *Quæſtio moueretur.* & erat iudiciũ ſtricti iuris, ex quo agebatur de in rem verſo: aliàs ex ipſa mora ſine aliqua præſtatione venirent: vt j. eo. l. mora. §. in bonæ fidei. Accur.

p *Longo.* ſ. decennio: vt C. de præſcrip. long. temp. x. vel. xx. annorum. in rub. Alij dicunt, triennio: vt C. de fideicommiſſis. l. j. Sed ibi ſpeciale fauore alimentorum. Sed videtur quòd ideo quòd aliquandiu ſint præſtitæ, non ideo in poſterum neceſſario præſtentur: vt Cod. de pact. l. ſi certis annis. Solu. ibi biennio tantum, hic autem maiori (ſecundum quoſdam) tempore ſunt ſolutæ, ſcilicet decem annis. Alij dicunt quòd hic non extabat memoria: vt infra de aqua plu. arcen. l. j. §. j. Vel ibi nudum pactum interuenit, & hoc conſtabat: hic autem dubium. Item eodem modo contra. C. de vſur. l. creditor. vbi loquitur de vſuris aliquandiu præſtitis. Item ſimiliter contra. j. de ope. lib. l. operis. vbi dicitur quòd licet libertus præſtiterit aliquanto tempore operas quæ ſibi à manumiſſore impoſitæ non ſunt, non tamen ideo in poſterum tenetur. Solut. ſecundum quoſdam ibi loquitur in tempore minori quàm decennio. Tu autem breuiter ad omnia contraria ſol. diſtinguas: quia aut creditor aſſerit aliquid ſibi deberi ea ſola ratione, quia in præteritum eſt præſtitum, ſiue vſuram, ſiue aliquam aliam præſtationem: & tunc nullo tempore præiudicatur ſoluenti: vt C. eod. l. creditor. & d. l. operis. Et eſt ratio: quia tempus non eſt modus tollendæ vel inducẽdæ obligationis: vt j. de act. & ob. l. obligationum ferè. §. placet. aut ex pacto quod vult probare per diuturnam ſolutionem: & tunc aut ex nudo, & tunc idem quod in primo: vt in d. l. C. de pact. ſi certis annis. Aut veſtito: & tunc præiudicium fit, vt hic, & argu. infra de aqua plu. ar. l. j. in fin. niſi in caſu fauore alimentorum

Decennium longũ tempus dicitur.

alimentorum.quo caſu etiam ſi ex tẽpore tantum nititur per trienniũ preiudicatur:vt C.de fideicõmiſsis.l.j.Et hanc eandem diſtinctionẽ ſerua in decimis, & quibuſlibet præſtationibus, ſecundum Io. Idem quoq; in ſeruitutibus adquirendis,vel perſonalibus, vel rerum quæ non habent continuam cauſam : vt j. de aqua plu.arcen.l.ij.in fi. Vel hominum forte : licet ſolum tempus non ſufficeret allegari : vt C. de præſcri. lon. temp. l.ſola. Sed hoc vltimũ in homine cõtrarium obſeruatur.

tẽpore preſtitiſſet.[a] Imperator quoq; noſter Seuerus filiæ Flauij Athenagoræ[b] cuius [c] bona fuerãt publicata, de fiſco ideo numerari decies centena [d] dotis nomine iuſsit, ꝙ ea patrem preſtitiſſe[e] dotis vſuras allegaſſet[f].

VII. IDEM libro ſecundo Reſponſorum.

a *Quod in ſtipulatione. Momenti.* vt & infra eodem.l.tutor.§.fin.& j.de verb.oblig.l.vbi autem.§.penul.ſic nec ſententia:vt infra de re iudi.l.in ſumma.§. qui ſortis. Sed contra infra de leg. iij. nummis.Solu.ibi fauor vltimæ voluntatis : hic odium vſurarum. vnde illud valet licet in exiguis : hic non : vt argumen.infra de lib. & poſthum.l. cum quidam.

XXXI. VLPIANVS libro primo Reſponſorum.

QVod in ſtipulatione ſic adiectum eſt, *& vſuras, ſi quæ competierint*: nullius eſſe momenti [a], ſi modus certus non adiiciatur.

Mora regulariter non contrahitur re ipſa,ſed per interpellationem factam congruo loco & tempore: quæ an legitimè facta ſit, committitur iudicis arbitrio. & ſi remiſſa fuerit,tollitur mora. hoc dicit vſque ad §.in bonæ fidei.

B

XXXII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

MOra fieri intelligitur non ex re[b],ſed ex perſona,id eſt ſi interpellatus oportuno[c] loco,non ſoluerit. quod apud iudicem [d] examinabitur. Nam(vt & Pomponius libro duodecimo Epiſtularũ ſcripſit) difficilis eſt [e] huius rei definitio. Diuus quoque Pius Tullio Balbo reſcripſit,an mora facta intellegatur,neque conſtitutione vlla, neque iuris auctorum quæſtione decidi poſſe, cum ſit magis facti[f] quam iuris. Et non ſufficit ad probationem moræ,ſi ſeruo[g] debitoris abſentis denuntiatum eſt à creditore, procuratoréve eius: cum etiam ſi ipſi,inquit,domino denuntiatum eſt,ceterum poſtea cum is ſui poteſtatẽ faceret,omiſſa eſſet repetendi [h] debiti inſtantia,nõ protinus per debitorem mora facta intellegitur.

*Habetur hic quò pater ex ſua mora non tenetur vſuras. facit. l. cum filius. in prin. infra de verb.oblig.*Bartolus.

In bonæ fidei cõtractibus ex mora [i] vſuræ debentur. Quid ergo ſi & filiusfamilias, & pater ex perſona eius teneatur,ſiue iuſſu eius contractum eſt, ſiue in rem verſum eſt patris,vel in peculiũ: cuius perſona circa moram ſpectabitur? Et ſi quidem pater duntaxat conuenietur ex mora ſua, non tenetur : [k] in filium tamen dabitur actio

Mora. } CASVS. Quæritur qualiter mora definitur. Et dicit Põponius quòd nõ poteſt definiri,neque poteſt dici quando committatur. nam tunc cum quis interpellatur congruo loco & tempore, loquitur de mora quæ ſit facto hominis. i. per interpellationem . nam quædam alia eſt ſpecialis,quare ipſa committitur ſine facto hominis: de qua hic non dico. An ſit in mora debitor,ſi procurator eius vel familia interpellatur? Et dicit quòd non: imò ipſe debitor deſinit eſſe in mora, ſi iam eo in mora exiſtente dem ei nouam dilationem. { IN BONAE FIDEI. } In venditione quam tibi feci, debes mihi.x.ſi ſis in mora,teneris ad vſuras. Secundo, vendidi filio tuo pro decem quandam rem: cuius nomine ipſe in ſolidum,tu vero teneris vel quod iuſſu,vel de in rem verſo,vel de peculio,quęritur an in vſuris tenearis? Et dicit quòd non: ſed agam contra te ad ſortem act.de peculio. vel ſimili. & quod per eam non exigam,à filio tuo petam. Tertio econtra interpellaui filium.ipſe quidem fuit in mora:tenetur in ſolidum ad vſuras, pater non tenetur in plus quàm de peculio. Quarto dicit,quòd ſi duo rei promittendi ſunt, alter non tenetur in ſolidum,licet vnus ſit in mora: quia licet eum interpellaret, non nocet alij . Quinto, ſi fideiuſſor in mora ſolus ſit, non nocet reo vt ad vſuram teneatur. nam neque ſi occiderit fideiuſſor ſeruum debitum, nocet reo : immo liberatur reus : & per conſequens fideiuſſor directa non vtili tenebitur.

b *Non ex re.* quandoque enim fit ex re:vt ſ. eo.l.ſed & ſi rei.§.aliquando.& dices in diſtinctione ſtatim.

Locus oportunus quis ſit.

c *Oportuno loco.* ſed quis dicitur oportunus locus? Reſpon. poteſt dici ille in quo debitor poteſt conueniri inuitus vt ſoluat:non alius:etiam vbi habet locum domicilij:ſed non poteſt ibi conueniri. quod fit quandoque , vt diximus ſupra de tranſac.l.cum hi.§.cauſæ . Item ſubaudi, & tempore: vt j.de ſol.ſi ſoluturus.

D

d *Quod apud iudicem.* ſcilicet an in loco oportuno interpellatus fuerit,& ſic fit in mora.Accurſius.

e *Difficilis eſt.* id eſt impoſſibilis,ſicut teſtium notitia:vt j.de teſti.l.iij. §. j. Sed certe mora quæ iure communi committitur,poteſt ſic definiri: Mora eſt.cum quis maior xiiij.an.non habens curatorem:quia ſi habet, pupillo comparatur:vt j.de verb.oblig.l.ſi pupillus.Sed contra ſupra de euict.l.ſi dictum.§.pupillo. ſed dic vt ibi diximus. interpellatus per diei appoſitæ lapſum:vt j.de verb.oblig.l.ſi fundus.& C. de contrahẽ. ſtipul.l.magnam.vel per litis conteſta.vt j. de verbo.oblig.l.nemo.§.j. vel per eius cui debetur denunciationem congruo loco & tempore factam:vt hic & infra de verbo. oblig.l.ſi ex legati.cum intelligat ſe debere, vel intelligere debeat : vt ſupra ſi cert.pet.l.quod te.nec omiſſa ſit debiti repetendi inſtantia,ſine cauſa diſtulit rei pręſtationem vel ſolutionem:vt hic, & ſ. eod. l. ſciendum . Hæc autem mora ſic commiſſa habet quinque principales effectus. Primum,quia facit rem,vel intereſſe tantum æſtimari officio iudicis prout erat tempore moræ,vel cœpit eſſe poſtea,perſeuerante tamen mora:vt ſupra de eden.l.vbi.§.j.& ſupra de condict.tri.l.penul.& de act.empt.datio.§.ſi per venditorem & infra de re iudic.l.ſi kalen

Moræ definitio.

Mora quinque principales effectus habet.

A dis.& ſupra de condict.fur. l. in re.§.j.& infra de verb. oblig. l.quotiens in diem. Secundus effectus eſt, quia facit currere vſuras in contractibus bonæ fi . & in quibuſdam ſtricti iuris, ſcilicet in legatis & fideicommiſsis: vt hac l.§. in bonæ fidei. & de leg.ij.ſi quis ſeruo.& l. qui ſolidum.j.reſpon.& §.etiam. Nam parificantur hic legata & fideicommiſſa iudicio bonæ fid.vt C. in quibus cauſis in integ.reſtitut. non eſt ne.l. in minorum. ſed ſecus in contractibus ſtricti iuris etiam lit. conteſt. vt C.de condict.inde.l.j.licet Rogerius contra , per. l. infra eo.l.lite. ſed illa in bonæ fidei intelligitur. Item & tertium habet effectum , quia inducit petitionẽ fructuum in quolibet caſu , ſi petam quod aliquádo fuit meum, vel eius à quo cauſam habui . aliàs exigitur litis conteſta. in ſtricti iuris iudiciis : ſed in bonæ fidei ſemper ſufficit ſola mora:vt probantur hæc infra eod. l.videamus. in prin. & §.j.& §. ſi actionem.& §.ex cauſa. & §. ſi poſſeſsionem.& ſupra eo. l. ij. Quartum habet effectum in caſu ſpeciali: quia punit in tertiam partẽ eius quod debetur:vt C.de inoffi.teſta.l.ſi quis in ſuo. Quintum habet effectum circa interitum. Nam indiſtinctè moroſus de periculo

C tenetur,erat res peritura penes actorem,vel nõ.ſatis eſt enim quòd potuit non perire:vt infra de leg.j.cum res. §. fina. & l. apud Iulianum.§.j. Nec ob.ſ.depoſi.l.ſi plures.§.vlti.quia ibi non erat in mora: quia habebat probabilem cauſam reſiſtendi,licet eſſet conuentus,puta propter expenſas. Item probatur expreſſe in authenti. de depoſito.§.j. col. vj. vbi dicit intercedentem teneri de caſu fortuito:multo magis ipſe depoſitarius tenetur . In rei vindi. tamen quædam ſpecialitas ſeruatur:quia vbi eſt in mora poſſeſſor quo ad interitũ,qui prius fuit bonæ fidei,diſtinguitur aut habet iuſtam cauſam litigandi, & tunc nullo modo de interitu tenetur:vt ſupra de rei vindi. l. vtique. aut non , & tunc cum diſtinctione illa tenetur, erat res peritura vel non : vt ſupra de rei vindi. l. item ſi verberatum. & hoc de communi mora , quæ in omnibus hominibus locum habet.Specialis autem fit multis modis. Primo in heredi petitione.quæ fit quocunq; modo ſciat:vt ſupra de peti.here.item veniunt.§.à quo.& §.petitam. Secundo,in minoribus xxv.an.vbi fit re ipſa:vt C.in quib. cau.in integ.reſt. non eſt ne.l. in minorum perſona. & hæc purgatur temporis curſu:vt infra de lega.ij.l.Titia Seio.§.vſuras.Tertio in liber-

D tate, vbi ſimiliter fit mora re ipſa: vt infra de fideicomm.li.l. cum vero.§.apparet . Quarto ſimiliter fauore per ſolum curſum biennij:vt C.de iure do.l.fin.§. fin. & hæc ſimiliter parit vſuras:vt ibi dicitur . Quinto, odio:vt in fure & prædone:vt j.de vi & vi arma.l.j.§.rectiſsime.& l.penult. & C. quod metus cauſa.l.j.in inferente tamen metum,diſtinguitur:vt ſupra quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.§. quòd ſi homo. Purgatur autem mora , ſi animo nouandi creditor fuerit ſtipulatus : vel non animo nouandi , ſi res fuerit in præſentia . Item per oblationem quantum ad euitandum interitum : vt ſupra de condictio. furt. l. parui. & infra de ſolu. l. qui decem. §. j. Accurſius.

Moroſus ſemper de periculo tenetur.

f *Facti.* ſunt enim facta incerta,licet ius certum : vt infra de iur.& fac.igno.l.ij.

g *Si ſeruo.* maxime cum dominus hanc denuntiationem ignoret:vt infra de iti.actuque priua.l.iij.§.j.& arg.ſupra de petit.her.l.item veniunt.§.ponamus.

h *Repetendi.* dando dilationem.nec enim exigitur vt ſemper inſtet,& non deſinat petere.Accur.

i *Ex mora.* fructus etiam ſine mora : vt infra eo.l. videamus. §.ex cauſa.

k *Non tenetur.* ſcilicet filius:ſed pater ſic,ſecundũ M.vel ſecũdum Al.nõ tenetur,ſcilicet pater directo,ſed vtiliter.cũ enim

actione bonæ fi. conueniatur, debet mora ibi venire. ſecus autem ſi ex contractu ſtricti iuris cōueniatur pater de peculio, vel de in rem verſo, vbi mora non venit. ſed ſecus ſi in fideiuſſore, qui non tenetur ad vſuras ex mora ſua. cū ipſe ſemper actione ſtricti iuris conueniatur: niſi fuerint per ſtipulationē promiſſæ à ſe: nec ex mora rei: niſi in omnem cauſam interceſſerit: vt ſ. loca. l. quæro. Tu dic tertio, quod non tenetur, ſcilicet pater, vllo modo ad vſuras: ſed de interitu bene tenetur poſt ſuā moram: vt j. de verb. obligat. l. cum filius. in princ. ſicut & fideiuſſor: vt j. e. l. in fine. Et ſi opponatur, quare non tenetur in vſuris ex mora, cum ex bonę fid. iudicio conueniatur? Reſpon. ad inſtar fideiuſſoris: vt d. l. cum filius. Item quia dolum cōmittit pater committendo moram, ratione illius doli debet teneri de interitu: vt ſ. de pecu. l. depoſiti nomine. Accurſius.

in hoc, vt quod minus à patre actor cōſecutus eſt, filius præſtet[a]. Quòd ſi filius morā fecerit: tunc actor vel cū ipſo in ſolidum, vel cū patre dūtaxat[b] de peculio habebit.

Sed ſi duo rei promittendi ſint, alterius mora alteri non nocet[c]. Item ſi fideiuſſor ſolus[d] moram fecerit, non tenetur[e], ſicuti ſi Stichum promiſſum occiderit: ſed vtilis actio in hunc dabitur[f].

B

XXXIII. VLPIANVS libro ſingulari de Officio Curatoris Reipublicæ.

SI bene collocatæ ſunt pecuniæ publicæ, in ſortem inquietari debitores non debent: & maximè ſi parient vſuras. ſi non parient, proſpicere reipublicæ ſecuritati debet præſes prouinciæ: dummodo non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtātia humanū[g]. Nam inter inſolentiam incurioſam[h] *, & diligentiam non ambitioſam[i] multū intereſt. Præterea proſpicere debet, ne pecuniæ publicæ credantur ſine pignoribus idoneis, vel hypothecis.

C

XXXIIII. IDEM libro quintodecimo ad Edictum.

a *Præſtet.* nomine ſortis, non vſuræ. Accur.

b *Duntaxat.* vel de in rem verſo, vel quod iuſſu: ſi tales erant cōtractus qui etiam poſt moram in patrem etiam producuntur: licet res debita intereat: vt j. de verb. oblig. l. ſi ſeruus. §. an filius. Accurſius.

*iniurioſam, vel enuioſam. Bud.

c *Non nocet.* imò videtur quòd ſic: vt infra de duo. reis. l. pen. & C. de duo. reis. l. fin. Solut. ibi erant ſocij, hic non, ſecundum Io. vt argu. ſupra de arbi. l. ſi duo. Vel hic in mora in non faciendo: ibi in faciendo. vel ibi notat factum vnius, vt quia agnouit debitum Accurſius.

d *Solus.* veluti ſi ſolus interpellatus fuerit.

e *Non tenetur.* ſcilicet reus principalis. Vel dic fideiuſſor, ſcilicet directo: ſed vtiliter ſic, ſcilicet de interitu. vt ſubiicit. Ac.

f *Dabitur.* vt & j. de ſol. Stichum aut Pamphilum. in fin. j. reſpon. & l. cum quis. §. ſi quis. in fine. §. & j. de ope. lib. l. ſi libertus moram. & infra de verb. oblig. l. ſi pupillus. in fine. & hoc ſi poſt moram occidit: ſecus ſi ante. nam tunc de dolo actione tenetur: vt ſupra de dolo. l. fideiuſſor. quæ eſt contra. Nam nulla erat ibi alia actio: hic autem iam alia nata erat, ſcilicet qualitercumque contingat interitus. Item hic quando ſolus fideiuſſor erat in mora: ſecus ſi vterque, vel etiam reus tantum: tunc enim directa: vt infra de verb. oblig. l. mora. Accurſius. D

g SI *bene. Humanum.* vt C. de commer. l. j.

h *Inſolentiam incurioſam.* aliàs, inſolertiam incurioſam. & eſt inſolertia incurioſa, magna negligentia: vt ſi quærat quis pecuniam per ſingulos annos tantum ſemel: vt infra de iure fiſci. l. in fraudem. §. fiſcalibus[a].

a *Vide Budæum in prioribus ann. hoc ipſo titul.*

i *Non ambitioſam.* vt ſi quotidie inquietet eum. qui enim eſt ambitioſus honoris quem ſperat habere per debitorem, non erit ei acerbus: at qui non ambit eum, inſtanter petit: vt hic. ergo debet medium tenere. vel dic quòd appellat bonam diligentiam.

V*Suræ.*} CASVS. Sicut vſura accedit pecuniæ, ſic fructus rei accedit, ſcilicet in bonæ fidei iudiciis, & in legatis, quæ eis æquiparantur. Viuianus.

k *Obtinent.* vt ſi fundum emi, fructusq; percepi: & eo euicto per exceptionē doli, vſuras pretij velim repetere, vel retinere, fructuū compenſatio admittitur: vt ſ. de rei vind. l. emptor prædiū, ſecundum Io. Vel dic quòd ſicut ſorti accedit vſura: ſic fructus rei. Sunt & alia quædā quæ ſunt ſimilia fructibus:

Sorti accedit vſura.

A vt ſupra de petitione hereditatis. l. mercedes. §. plane. ſed in caſibus differunt: vt ſupra de rei vind. l. ſi nauis. & ſupra eod. l. in fideicommiſsi. & C. de condict. inde. l. j. & ſupra de pet. hereditatis. l. ſi poſſeſſor. Accurſius.

l L*ite. Currunt.* ſcilicet in bonæ fidei contractibus. ſecus in ſtricti iuris iudi. vt C. de condic. inde. l. pecuniæ. & j. eo. l. videamus. §. ſi actionem. venit tamen fructus: vt ſ. de condic. inde. l. indebiti. Sed Rogerius etiam in ſtricti iuris. Accurſius.

VSurę vicē fructuū obtinent[k]: & meritò non debēt à fructibus ſeparari: & ita in legatis, et fideicōmiſsis, & in tutelæ actione, & in ceteris iudiciis bonæ fidei ſeruatur. hoc idē igitur in ceteris obuentionibus dicemus.

XXXV. PAVLVS libro quinquageſimoſeptimo ad Edictum.

LIte conteſta. vſuræ currunt[l].

B XXXVI. VLPIANVS libro ſexageſimoprimo ad Edictum.

PRædiorum vrbanorum penſiones pro fructibus accipiuntur[m].

XXXVII. IDEM libro decimo ad Edictum.

ET in cōtraria[n] negotiorū geſtorū actione vſurę veniunt,[o] ſi mutuatus ſum pecuniā: vt creditorē tuum abſoluā:[p] quia aut in poſſeſsionem mittendus erat bonorū tuorum, aut pignora vēditurus. Quid ſi domi habens, propter eandē cauſam ſolui? puto verum, ſi liberaui ex magno incommodo,[q] debere
C dici vſuras venire: eas autem quæ in regione frequentantur, vt eſt in bonæ fidei iudiciis conſtitutum. Sed ſi mutuatus dedi, hæ venient[r] vſuræ quas ipſe pendo: vtique[s] ſi plus tibi præſtarim * committam. Budæus hic.

Vulg. præſtiterim.

m P*Rædiorum. Accipiuntur.* facit j. de verb. ſigni. l. vſura pecunię. & ſ. ſi certum pet. l. lecta. in fi. Accurſius.

E*T in contraria.*} CASVS. Gerebam negotia tua ſine mandato. ſolui creditoribus tuis, & ex mea pecunia, vel ex ea quam mutuo accepi ſub vſuris. an tu tenearis mihi in vſuris? Primo dicit quòd ſic, ſi commode tuum geſsi negotium. In ſecundo repeto quantum alij dedi, non plus, licet à minoribus te liberem. Viuianus.

n *Et in contraria.* non ſolum in directa.

o *Veniunt.* vt ſupra de negotiis geſtis. l. atqui natura. §. non tantum. in fin. §. Accurſius.

p *Abſoluam.* Impropriè dicit abſolui creditor: ſed debitor à creditore abſoluitur. Accurſius. ADDITIO. Immo vero propriè ponitur. Terentius in Adelph. Ibo ad forum vt hunc abſoluam. Abſoluam, inquit, id eſt reddito pretio di-

Abſoluitur creditorem.

q *Incommodo.* vt argu. ſ. ad legem Rho. de iact. l. j. & l. ij. prope princ. & j. de contrahen. iu. tu. l. quid ergo. Accurſius.

r *Venient.* ſcilicet tantum, non autem quaſi vſura, ſed quaſi ſors: vt & ſ. pro ſocio. l. ſocius qui. Accurſius.

s *Vtique.* non aliàs ſecundum H. & Ir. & B. Sed Ioan. & Azo. contra. ſ. mand. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi mihi mandaueris. & §. ſed & ſi reum vſuris. & dic, ſi, pro quam uis. Dicit ergo, quòd licet plus commodi attulerit. non tamen agit niſi pro vſuris præſtitis: alioquin ſi decem impēdi in negotia tua, nonne repetam: vel ſi ſoluam creditori tuo? nec enim facio meliorem conditionem tuam, immo in aliquo deteriorem:
D quia prius tenebaris ex contractu ſtricti iuris: nunc bonæ fidei. Item ſi ſolui ei vſuram quæ eſt ſors facta quantum ad me: agam tamen in id quod commodi attuli. Vel dic, ſi plus, id eſt non minus. & ſecundum hoc non ob. illa. l. mandati. Vel dic vt ibi.

V*Ideamus.*} CASVS. Aliquando peto rem vt meam per rei vindi. & ibi veniūt fructus ex die moræ. aliquādo actione perſonali: & ibi quādo veniant plene, vult dicere hic. Vel primo ponit exēplum in condic. ob cauſam: vt ecce, Berta futura vxor Titij, dedit ei fundum in dotem: & Titius tenuit per annū, dum ſperabatur matrimonium. deinde deficit ſpes matrimonij: quia accepit aliam, & deceſsit. agit Berta cōdic. ob cauſam. Quæritur de fructibus. Et dicit quòd tā illius anni quo ſperabatur matrimonium, quàm alterius poſtea veniūt fructus: fuitq; mora in rem: quia nulla fuit interpellatio, ſiue facta fuit. Secundo, quid ſi ipſa alij nupſit, & ſic per ipſam deficit ſpes matrimonij? Reſpon. idem vt veniant, ne ſequatur abſurditas: quia Titius negligeret fundum: quod non debet facere. {IN FAVIANA.} Debitor multorum creditorum, fraude alienauit fundum: vel libertus in fraudem patroni: nunc agunt creditores reuocatoria, ſcilicet actione Pauliana:

vel

vel patronus agit Fauiana contra acceptatores. quæritur an fructus veniant? Et dicit quòd ſic. nam alias non plene diceretur fieri reſtitutio, maxime quia prætor præcepit talia alienata reſtitui: & illi rem reſtitui, continet rem cum fructibus: quod autem de interdicto vnde vi, & actione quod metus cauſa ſubiicit, planum eſt. {SI ACTIONEM.} Ex cauſa donationis fundum promiſiſti mihi per ſtipulationem: nũc ago ex ſtipulatu vt tradas: an veniant fructus? Et dicit quòd licet te interpellem extra ius: non inde veniunt, ſed tũc demum cum fuero litem conteſtatus. neq; obſtat ſuperioribus caſibus vt in condictionibus fructus veniant: quia hoc peculium neque eſt, neque fuit meum. ſi vero petebam quod fuerat meum, veniũt fructus. {EX CAVSA.} Peto rem ex contractu bonæ fid. puta ex empto, vel pro ſocio, vt communices res quæſitas. veniunt fructus: demum ago depoſiti, vel commodati, finito vſu in quem commodaui. & hoc dicit. {IN INTERDICTO.} Foueam in meo feciſti vi vel clam. ago vt in priſtinum ſtatum reponas. veniunt fructus, vel quos amiſi, vel quos tu percepiſti. {ANTE MATRIMONIVM.} Planus eſt & in eodẽ caſu loquitur. §. ſequens. Viuia.

* Vulg. generatim.

a *Renuntiata adfinitas.* id eſt nõ ſecutum matrimonium.

b *Reſtituendi.* vt & ſ. de condictione ob cau. da. l. qui ſe debere. §. finali.

c *Adfinitas.* ſcilicet cõtrahenda.

d *In re.* mora fit in re, cum nulla denuntiatione opus eſt: vt ſ. eo. l. ſed & ſi. ſed in perſona non, niſi denuntiatio præcedat. Prima tamen non ſemper habet locum, ſed in perſona minoris.

modi, quàm vſuræ iſtæ colligunt.

Si actione ſtricti iuris peto quod eſt vel fuit meum, veniunt fructus à tẽpore moræ. ſed ſi peto mihi debitum, tunc à tẽpore conteſt. lit. ſed in actionibus bonæ fidei ſemper veniunt à tempore moræ. h. d. Primo loquitur de actionibus ſtricti iuris. ſecundo, de bonæ fidei. tertio de ſtricti iuris habentibus inſtar bonæ fidei. Secunda ibi, ex cauſa. Tertia ibi, in l. equis. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS libro ſexto ad Plautium.

VIdeamus generali*, quãdo in actione quæ eſt in perſonã, etiã fructus veniant. Et quidem ſi fundus ob rem datus ſit, veluti dotis cauſa, & renuntiata adfinitas,[a] fructus quoq; reſtituendi[b] ſunt. vtiq; hi qui percepti ſunt eo tẽpore, quo ſperabatur adfinitas[c]. Sed & poſteriores, ſi in re[d] mora fuit, vt ab illo qui reddere debeat, omnimodo[e] reſtituendi ſunt. Sed & ſi per mulierẽ ſtetit quo minus nuptiæ contrahantur, magis eſt vt debeat[f] fructus recipere. Ratio autẽ[g] hæc eſt[h], quòd ſi ſponſus non cõueniebatur reſtituere fructus, licuerat[i] ei negligere fundum. Item ſi indebitũ fundũ ſolui, & repeto: fructus quoq; repetere debeo[k]. Idemq; eſt ſi mortis cauſa fundus ſit donatus, & reualuerit qui donauit, atq; ita condictio naſcatur.

In Fauiana[l] quoq; actione & Pauliana[m], per quam quæ in fraudem creditorum alienata ſunt reuocantur, fructus[n] quoq; reſtituuntur[o]. nam prætor id agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet: quod nõ eſt iniquum. Nam & verbum, *reſtituas*, quod in hac re prætor dixit, plenam habet ſignificationem†, vt fructus quoque reſtituantur. Et ideo cũ reſtitui prætor vult, veluti in interdicto[p] vnde vi, etiam fructus ſunt reſtituẽdi. Item ſi vi metúſve cauſa rem tradam, nõ aliter mihi reſtituiſſe videtur, quàm ſi fructus mihi reſtituat[q]: nec mora mea[r] mihi aliquid aufert. Si actionem habeam ad id conſequendum quod meum non fuit, veluti ex ſtipulatu: fructus non conſequar[s] etiam ſi mora facta ſit. Quòd ſi acceptum eſt iudiciũ, tunc Sabinus & Caſsius ex æquitate fructus quoq; poſt acceptum iudicium præſtandos putant, vt cauſa reſtituatur. quod puto rectè dici.[t] Ex cauſa etiam emptionis fructus reſtituendi ſunt.[u] Sed in ſocietatibus fructus communicãdi[x] ſunt. Si poſſeſsionem[y] naturalem reuocẽ,[z] proprietas mea manet. Videamus de fructibus. Et quidem in depoſito & cõmodato fructus quoq; præſtandi ſunt, ſicut diximus.[a] In interdicto quoque quod vi aut clam magis eſt vt omnis cauſa & fructus reſtituantur. Ante matrimoniũ quoque fructus percepti, dotis fiunt,[b] & cum ea[c] reſtituuntur. Eadem ratio eſt in fructibus prædiorum vrbanorum. Item ſi diuidere fundum tecũ velim, tu nolis, & colam: an fructus diuidi debeãt poſt deductionem[d] impenſarum?

A k *Debeo.* vt ſupra de condic. inde. l. in ſumma. §. ei qui.

l *In Fauiana.* quæ eſt perſonalis & perpetua: vt infra ſi in fraud. pa. l. j. & l. iij. §. hæc actio.

m *Pauliana.* quando locum habet, dic vt C. ſi in frau. pa. l. j.

n *Fructus.* qui erant tempore alienationis, vel percepti poſt lit. conteſta. vt j. quæ in frau. cred. l. ait prætor. §. per hanc. & §. præterea. & l. fi. §. non ſolum.

o *Reſtituuntur.* vt infra de verb. ſign. l. fin. §. fin. & ſ. de rei vind. l. præterea. & l. ex diuerſo. §. vbi.

† Dic quòd plenam & perfectã habet ſignificationem. cócor. text. in ca. nullus poteſt. cum ſeq. 2. q. 2.

p *Veluti in interdicto.* etiam ante lit. conteſt. quod in aliis non eſt: vt ſ. de vi & vi arm. l. j. §. exinde. Accurſius.

q *Reſtituat.* vt & ſ. tex. in ca. quod met. cau. l. ſed & accedens. partus. non tamen vt reſtituta re per ſententiam, poſsit adhuc agere de fructibus: vt ar. C. depo. l. iij.

extra vt lite non conteſt.

r *Mora mea.* quòd diſtuli agere quod metus cauſa.

s *Non conſequar.* vt ſ. de verb. obl. l. ſi filius. §. fina. Sed contra infra eo. tit. l. ſi fundum. vbi dicit venire intereſſe. Sol. hic ſtipulatus erat aliquid ſibi dari: ibi ſtipulatus erat aliquid ſibi tradi: & ſic factum propter quod agitur ad intereſſe: & ſic ad fructus: vt j. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fina. & j. de verb. obli. l. cum ſtipulatus. §. finali. & l. quotiens. Vel ibi de alio intereſſe, quàm fructuum. Si obiiciatur, Cur ergo ad intereſſe non agitur vbi ſtipulatus ſum vacuã poſſeſ. tradi: nam nec fructus veniũt: vt ſupra de actio. empt. l. datio. §. j? Reſp. immo veniũt fructus: ſed non tanquam fructus, ſed tanquam intereſſe. Diſtinguitur tamen, an agat vt tradat vacuam poſſeſsionem: & tunc ſi tradat etiam ſine fructibus, liberatur. aut vt id impleatur quod conuenit, & præſtet intereſſe quod non tradidit, tunc enim & fructuum ratio habebitur, & omnis vtilitatis meæ. Accurſius.

B

C

D

e *Omnimodo.* etiam percipiendi: ſiue eo tempore quo ſperabatur adfinitas, ſiue non. Accurſius.

f *Vt debeat.* vt j. ſoluto matrimonio. l. ſi mora. nam in ſolo duplo arrarum debet damnificari: vt C. de ſponſa. l. mulier.

g *Ratio autem.* vt de percipiẽdis teneatur. Et eſt vna ratio, ſecundum Ir. & Azo. Eſt alia, quia malæ fi. debet teneri vtroque tẽpore, licet res ſit ſua: quia curare debet vt dos augeatur, dũ durat ſpes adfinitatis. Item propter dubium, an debeat apud eum remanere multo magis ſoluta adfinitate, & nuntio remiſſo: quod in aliis reuocatoriis non inuenitur citra bonæ fidei poſſeſſorem, vt teneatur de percipiendis. Accurſius.

h *Hæc eſt.* ſcilicet omnium prædictorum, & expone ſecundum Io. Et ideo tenetur de fructibus poſt renuntiationem adfinitatis, quia percepit. ſi autem non percepiſſet, non teneretur: quia licuerat ei negligere fundum: vt ſ. de here. vel act. ven. l. venditor ex hereditate. §. quemadmodum. Vel dic ſecundum Azo. ratio autem &c. quaſi dicat, ideo tenetur de fructibus: quia ſi dicas non teneri, ſic negligeret fundum: quod eſſet iniquum.

i *Licuerat.* ſup. ideo hoc erat, quia licuerat, &c. ſecundum Io. ſecundum aliam eſt plana.

t *Dici.* vt ſ. eo. l. ij. & ſ. ſi cer. pet. l. cum fundum. in prin.

u *Reſtituendi ſunt.* ſcilicet à venditore emptori: hoc eſt dandi: vt ſupra eod. l. ſi ſtipulatus. §. fina. & ſupra de hereditate vel actione vendita. l. venditor ex hereditate. §. quemadmodum. Accurſius.

x *Communicandi.* cum putans fundum ſuum, percepit: & ſic fecit ſuos. Item à tempore moræ tenetur de percipiendis.

y *Si poſſeſsionem.* quæ erat apud depoſitarium, vel commodatarium.

z *Reuocem.* de hoc ſtatim ponit exemplum.

a *Diximus.* ſcilicet modo in ſuperiori caſu circa contractum emptionis.

b *Dotis fiunt.* vt & infra ſoluto matri. l. de diuiſione. & argumen. l. ſi marito. §. j. & infra de iure dotium. l. dotis fructus. ſecundo reſponſo.

c *Cum ea.* ſ. dote. Accurſius.

d *Deductionem.* nullus enim caſus &c. vt infra ſoluto ma. l. fructus. & j. eod. l. quod in fructus. & ſupra familiæ erciſcundæ. l. fundus qui.

Et puto diuidendos. In ceteris[a] quoq; bonæ fidei iudiciis fructus omnimodo præſtantur[b]. Si dos prælegata[c] fuerit ante nuptias percepti fructus in cauſam legati veniunt[d].

XXXIX. MODESTINVS libro nono Differentiarum.

2 EQuis[e] per fideicommiſſum legatis, poſt morā[f] heredis fœtus quoque debentur. Equitio autem legato, etiam ſi mora non intercedat, incremento gregis[g] fœtus accedunt.

XL. IDEM libro quarto Regularum.

IN eum diem quo creditor pignora diſtraxit, rectè vſuræ fiet reputatio.[h]

Vſuræ quæ currebant ante ſententiam, currunt etiam poſt eam, pendēte appellatione fruſtratoria: & poteſt iudex appellationis in illis condemnare. hoc dicit.

XLI. IDEM libro tertio Reſponſorum.

TVtor condemnatus per appellationē traxerat executionē ſententiæ. Herennius Modeſtinus reſpondit, eum qui de appellatione cognouit, potuiſſe, ſi fruſtratoriam morandi cauſa appellationē interpoſitam animaduerteret, etiā de vſuris medij temporis[i] eum condemnare.

Per oblationem partis debiti non deſinūt currere vſuræ totius. h. d. intellige quod offerebat partem debiti proprietatis. ſed ſi totum, licet non vſuras, cogeretur creditor recipere. C. de ſol. l. 1. in prin. coniuncto. fin. l. quod eſt contra Cy. ibi. & l. exhibitus.

Lucius Titius cum centū, & vſuras aliquanti temporis deberet, minorem pecuniam quàm debebat obſignauit. Quæro, an Titius pecuniæ quā obſignauit, vſuras præſtare nō debeat. Modeſtinus reſpondit, ſi non hac lege[k] mutua pecunia data eſt, vti liceret & particulatim quod acceptum eſt exſoluere: non retardari totius debiti vſurarum præſtationē, ſi cum creditor paratus eſſet totum ſuſcipere, debitor qui in exſolutione totius ceſſabat, ſolā partem depoſuit[l]. Ab Aulo Agerio Gaius Seius mutuam quandam quantitatem accepit[m], hoc chirographo: *Ille[n] ſcripſi me accepiſſe, & accepi ab illo mutuos & numeratos decem: quos ei reddam kalēdis illis* * *proximis cum ſuis vſuris placitis inter nos.* quęro, an ex eo inſtrumento vſuræ peti poſsint, & quæ. Modeſtinus reſpondit ſi non appareat de quibus vſuris conuentio facta ſit, peti eas non poſſe.[o]

XLII. IDEM libro vndecimo Reſponſorum.

1 HErennius Modeſtinus reſpondit, fructus qui poſt adquiſitum[p] ex cauſa fidei, commiſsi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinere, licet maior pars anni ante diē fideicommiſsi cedētem præteriſſe dicatur.

Ceſsionarius poteſt petere illud quod poterat cedens, etiam iure ſpeciali. h. d.

XLIII. IDEM libro octauodecimo Reſponſorum.

2 HErennius Modeſtinus reſpondit, eius tēporis quod ceſsit poſtquā fiſcus debitum percepit,[q] eum qui mandatis à fiſco actionibus experitur, vſuras quæ in ſtipulatum deductæ non ſunt, petere poſſe.[r]

XLIIII. IDEM libro decimo Pandectarum.

POenam pro vſuris ſtipulari nemo ſupra modum vſurarum licitum poteſt[s].

XLV. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Quintum Mucium.

* Iuliis. idē forte error, qui in l. cū in pluries. s̄. loca.

a *In ceteris.* nam communi diui. bonæ fidei eſt.
b *Præſtantur.* ab initio.
c *Si dos prælegata.* id eſt legata à viro vxori.
d *Veniunt.* quia dotis fuerant facti: vt s̄. proxi. §. ante matrimonium. videtur enim legaſſe quod per primam actionem peti poſſet, & valet legatum, quia plenius eſt legatū quàm de dote actio: vt inſtitutionibus de lega. §. ſed ſi vxori. & ideo valet: vt infra de leg iij. l. ſi deportata. §. ſi quis. Accurſius.

E*Quis.* } CASVS. Teſtator legauit mihi duas equas alienas: & legauit mihi equitium alienum. tenetur heres ad fœtus poſt moram: imò in equitio legato etiam ante moram. Viuia.

e *Equis.* id eſt equabus, ſcilicet alienis. aliàs ſi teſtatoris, ſtatim ab adita hereditate: vt infra eodem. l. Herennius. & dic, ſingulis.
f *Poſt moram.* vt s̄. eo. l. Paulus. §. finali.
g *Gregis.* ſi legaui equitium alienum, etiā poſtea nata ſub hac oratione comprehenduntur: vt inſtitut. de lega. §. ſed ſi grex. ſed ſi decem equas poſtea natas ante moram heredis, non comprehenduntur: ideoque nec petūtur: vt in hac l. dicitur.

I*N eum.* } CASVS. Creditor qui pro x. habebat pignus, vendidit illud pro xx. tenetur reddere reſiduum cum vſuris. vel ſi vendidit illud pro decem tantum, non tenetur ad vſuras debitor ex die venditionis. Legem ſequ. vide per te. Viuianus.

h *Reputatio.* ſcilicet vt ſuperflui det vſurā debitori: vt s̄. de pign. act. l. quamuis. §. fin. & l. ſequen. etiam ex mora in rem in hoc caſu. vel dic, vt tantæ ſortis quantum eſt pretium non debeantur vſuræ ab eo die, licet emptor pecuniam non numerauit, cum creditor fuit in culpa: alioquin nō ita: vt s̄. de diſtrac. pig. l. quæſitum. Accurſius.

i T*Vtor. Medij temporis.* ab appellatione vſq; ad confirmationē: vt j̄. de app. l. negotiorum. & j̄. de re iud. l. fin. & arg. j̄. de rit. nupt. l. ſi tutor §. quid ergo. Sed contra. C. de vſur. rei iud. l ij. & fi. Sol. hic fruſtratoriè protractū eſt tempus: ibi per legis licentiam. vel ibi tranſiuit in rem iudicatā, hic nō: quod eſt verius: vt no. infra de re iud. l. fina. ſed in idem recidit.
k *Lege.* id eſt pacto.
l *Depoſuit.* in totum ergo debet fieri oblatio: vt C. de ſol. l. obſignatione. & s̄. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. & ſupra de pign. l. qui pignori. Sed contra ſupra ſi cert. pet. l. quidam. Sol. hic in totum confitebatur: ibi non: vt & s̄. ſi pars heredi. pet. l. permittendum. Item hoc quod hic dicit, fallit in caſibus quos not. ſupra ſi cert. pet. d. l. quidam.
m *Accepit.* quaſi dicat, verum eſt quod ſcripſit.
n *Ille.* ſcriptor, vel notarius.
o *Non poſſe.* vt & s̄. eo. l. quod in ſtipulatione. Sed certe immo & ſi non eſſet quantitas expreſſa vſurarum, non poſſet peti: quia neceſſarium eſt deduci eas in ſtipulatione: vt C. e. l. quāuis. & ſupra de præſcript. verbo. l. Titius. præſumptio tamen eſt propter epiſtolam, quòd ſtipulatio interceſsiſſet, niſi contrarium probaretur: vt C. de contrahend. ſtip. l. j. alia tamen cauſa poteſt eſſe quare debeantur, puta mora, ſi eſſet iudicium bonæ fidei: vt s̄. depoſi. l. Quintus. & tunc quæ in regione frequentantur. vt ſupra l. j. Accurſius.

H*Erennius.* } CASVS. Teſtator legauit mihi vineam in kalendis Iunij: & deceſsit. heres pridie vindemias adiuit. Dicit quòd habeo fructum vineæ, & ceſsit dies legati aditione hereditatis. Viuianus.

p *Poſt adquiſitum.* id eſt poſt aditam hereditatē, non à die mortis: vt j̄. de lega. j. ſi tibi. §. cum ſeruus. quod ergo legitur. s̄. eod. l. equis. & C. de vſu. & fruct. leg. l. fin. intellige in equis alienis, & equitio alieno. ſed teſtatoris re legata, ab adita hereditate, dominium eſt legatarij & rei & fructus: ſed à fructibus poſſet excuſari heres, ſi neſciret rem legatam, & perciperet eos ante moram: vt infra de adquirend. rerum do. l. quæſitum. ſecus tamen in fructibus vltim. anni matrimonij ſeruatur circa dotem: vt infra ſolut. mat. l. diuortio. quæ eſt argument. contra. Accurſius.

H*Erennius.* } CASVS. Mutuaui decem Titio ſine vſuris. deinde ſucceſsit mihi fiſcus: & ſic cœperunt ei deberi vſurę poſt annū. fiſcus iura ſua contra Titium ceſſit Seio nunc agit Seius iure ceſſo contra Titium. quæritur, an poſsit petere vſuras, & cuius temporis? Reſpon. eius anni quo fiſcus potuit: tamen non prioris vel poſterioris temporis, ſcilicet poſt ceſsionem. Viuianus.

q *Percepit.* deſtinatione: vt quia obligatio debiti peruenit ad eum ex ſucceſsione.
r *Petere poſſe.* propter fiſcum: quia & eas petere poteſt nō pro futuro. alioquin contra: vt j̄. de regu. iur. l. in omnibus. petit ergo hic fiſcus vſuras iure ſpeciali citra conuentionem: vt s̄. eod. l. cum quidam. §. fiſcus. Accurſius.

P*Oenam.* } CASVS. Mutuo decem, & ſtipulor duplam, vel aliquid nomine pœnæ. dicit quòd ita demum valet ſtipulatio pœnæ, ſi legitimam vſuram non excedit.

s *Poteſt.* vt & s̄. eo. l. pecuniæ. & l. placuit. & C. eo. l. cum allegas. fit enim hoc in fraudē vſurarum: quod ex qualitate facti & perſonarum præſumitur, quia ſit ſolitus fœnerare. ſic ſupra de act. empt. l. Iulianus. §. ibidem. vel vt ibi. Accurſius.

F*Ructus.* } CASVS. Maritus donauit vxori fundū credēti donationē valere. quæritur an faciat fruct⁹ ſuos percipiēdo? & dicit

& dicit induſtriales ſic,naturales non.nã neq; ãlius bonæ fid. A
poſ.facit ſuos naturales,ſed tantum induſtriales.Viuianus.
a *Donata.* cum putauit donationem valere:alioquin pro poſſeſſore poſſidet: vt infra de adquir.poſſeſ.l.quod vxor.quę eſt contra.& j.de dona.inter vi.& vxo.l.de fructibus. Azo. Alij

FRuctus percipiẽdo vxor vel vir ex re donata[a], ſuos facit[b]: illos tamẽ, quos ſuos[c] operis adquiſierit, veluti ſerendo.nam ſi pomum decerpſerit, vel ex ſylua ceciderit, non fit eius: ſicuti nec cuiuſlibet bonæ fidei[d] poſſeſſoris: quia non ex facto eius is fructus naſcitur.

XLVI. VLPIANVS libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.

QVod in fructus redigẽdos impenſum eſt, non ambigitur ipſos fructus deminuere[e] debere. B

XLVII. SCAEVOLA libro nono Digeſtorum reſpondit.

PAratum iudicium accipere, ſi ab aduerſario ceſſatum eſt, moram facere non videri[f].

XLVIII. IDEM libro vigenſimoſecundo Digeſtorum.

MAritus vxori ſuę vſum fructum tertiæ partis, & cum liberos habuiſſet[g], proprietatem legauit, eam vxorem heredes falſi teſtamenti & aliorum criminum accuſauerunt: qua re impedita eſt legatorum petitio. interea & filius ei mulieri natus eſt: C eoque conditio legati extitit. quæſitum eſt, cum teſtamentum falſum non eſſe apparuerit, an fructus[h] etiam mulieri[i] præſtari debeant. Reſpondit, præſtandos.

XLIX. IAVOLENVS libro tertio ex Poſterioribus Labeonis.

FRuctus[k] * rei eſt, vel pignori dare licere.

dicunt quòd hic res donata non erat donantis, ſed bona fide poſſeſſa.
b *Facit.* & idem in vſuris ex pecunia redactis: vt j.de do inter virum & vxorem. l.de fructibus.
c *Suis.* vel alienis.nã naturales excludit tantum.
Fructus naturales an perceptione bonæ fidei poſſeſſoris fiant.
d *Bonæ fidei.* No.naturales fructus non fieri bo.fin.poſ.perceptione ſola. Et ſic eſt contra j.de adquir.rerum do.l.bona fid. in prin. vbi dicit quòd omnes fiunt eius. Sol.hic ſine titulo: ibi cum titulo. ſed certe imò & hic fuit titulus. Dic ergo quòd omnes ſunt poſſeſſoris. ſ. non ſolum quos ipſe percepit, vel ſua cultura: ſed & quos alius, dummodo ſint induſtriales. & ſic loquitur contrarium.
e QVod *in fructibus.* Deminuere *debere.* etiam malæ fid. poſſeſſor. vt & ſ.de pet. her. l.ſi a patre. §. fructus. & dixi ſ. eod. l.videamus.§.pen.& fa. erciſ. l.fundus qui.
f PAratum. *Non videri.* vt ſupra eodẽ. l. ſi quis ſolutioni, & l. ſi modo.
g MAritus. *Habuiſſet.* ex ſe, non ex alio: vt infra de condi. & demon. l. cum vir vxori. Accurſius.
h *An fructus etiam.* nõ ſolum proprietas.
i *Mulieri.* Sed cur reſtituit fructus, cũ nullo modo interpellati fuerunt heredes, & ideo non fuerunt in mora? Reſpon. ideo quia fecerunt dolo, quo minus interpellarẽtur: quod ex poſt facto apparet: ideoque pro interpellatis habẽtur: vt j.quod vi aut clam.l.j. §. ſi quis. vel quia legatariæ quæſitum eſt dominium ex conditionis euentu: vt ſupra eo.l.Herennius.ſed tũc ex die condictionis. Accurſius.
Coniunge [...].72.fru[...].de re. [...]j.
k FRuctus. Poteſt intelligi in poſſeſſore bon.fid.& quod iuris cenſetur in aliis vtilitatibus, hoc & in iſta.ſed hoc nõ valet: quia cum non ſit dominus, non poteſt obligare, niſi ponas eum habere titulum: vt ſ.de pign.l.ſi ab eo.vel potes ponere in fructuario, qui poteſt obligare ipſum ius vtẽdi fruendi, non autem proprietatem: vt inſtit.de vſu & habita.§.j.&C. de vſufruct.l.intereſt.quæ eſt contra. D

DE NAVTICO FOENORE.

TRaiecticia.} CASVS. Mutuo tibi decẽ aureos portandos vltra mare meo periculo. ſi nauis pereat, hæc quidẽ pecunia dicitur traiectitia: & j.centeſimam vſurã poſſum paciſci. ſed ſi non per aquã, ſed hic conſumere debebas, hoc acto nõ erit traiecticia: & ſic prædictam vſuram ſic magnam non poſſum ſtipulari. Secundo pone quòd mutuo tibi centũ aureos, vt emas merces hic, & portes vltra mare. quæritur, an hæ merces ſint traiecticiæ, vt ſic poſſim vſuram paciſci? Et reſpon. ſi actum eſt, vt meo periculo ſint, ſic: aliàs non. Viuia.
l *Vehitur.* cum periculo creditoris. Accurſius.
m *Conſumatur.* quo datur. Azo.

ff. Vetus.

n *Etiam ipſæ.* ſcilicet merces.
o *Creditoris.* hoc expreſſo à creditore: aliàs non. Accurſius.
p *Pecunia.* id eſt res habentur pro traiecticia pecunia, vt ſic pereat periculo creditoris.
LAbeo.} CASVS. Mutuaui tibi centũ aureos meo periculo,

DE NAVTICO FOENORE. †

TITVLVS II.

I. MODESTINVS libro decimo Pandectarum.

TRaiecticia ea pecunia eſt, quæ trãs mare vehitur[l]. ceterũ ſi eodẽ loci cõſumatur[m], non erit traiectitia. Sed videndum, an merces ex ea B pecunia cõparatæ, in ea cauſa habeantur. Et intereſt vtrum etiã ipſæ[n] periculo creditoris[o] nauigent. tũc enim traiecticia pecunia[p] fit.

Proteſtatio de non poſſe interpellare, pro interpellatione habetur. ad hoc allegatur iſta lex.

II. POMPONIVS libro tertio ex Plautio.

LAbeo ait, ſi nemo ſit qui à parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecunię poſſit, id ipſum teſtatione complecti debere,[q] vt pro petitione id cederet.

III. MODESTINVS libro quarto Regularum.

IN nautica pecunia ex ea C die periculum ſpectat creditorem, ex quo nauem nauigare conueniat.[r]

Pro pecunia traiecticia deberi poteſt vſura centeſima, quouſque periculũ pertinet ad creditorem, non vltra: nec pro operis ſerui miſſi cauſa traiectitiæ pecuniæ, poteſt deberi maior vſura quàm legitima. h.d.

IIII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

NIhil intereſt, traiecticia pecunia ſine periculio creditoris accepta ſit, an poſt diẽ pręſtitutũ, & conditionẽ

quos reddere promiſiſti cum peterem, vt extunc deſinat meum eſſe periculum. poſtea decedis ſine herede, vel non inueniris, vt poſſim petere. debeo proteſtari coram bonis viris me denuntiare ſeu petere non poſſe: & cedit loco petitionis, ſeu denuntiationis. Viuia.
† Ad tit. huius faciliorem intellectum, vide Bud.li.1. de aſſe. vbi de multiplici vſurarũ ſpecie tractat.
q *Debere.* denũtiabit enim ſe non poſſe denuntiare. ſic j.de nou. ope.nun.l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ſed ad quid prodeſt? Reſpõ. vt deſinat periculum pertinere ad creditorem: quaſi debitor iã ſit in mora. & hoc eſt proptum, ſi ita ponas mutuatam à creditore, reddas cum petiero: vt j.de verbo. oblig.l. ſi decem cum petiero. & l. ſi ita quis. ſic ergo quodammodo fit mora in rem: vt & infra eod.l.fin. & ſ. titul.j.l. ſed & ſi.§.aliquando. Sed arg.contra ſ.de peti. hered. l. item veniunt.§.petitã. Vel dic, prodeſt hæc interpellatio, vt vſuræ debeantur ex præterito, vel futuro, ſi ſic fueram ſtipulatus, reddes cum petiero. alioquin dabis vſuras ex præterito, vel futuro. Accurſius.
IN *nautica.*} CASVS. Mutuo tibi centum aureos meo periculo: & conueniſti vt iter arriperes kalẽ. Martij. certe extunc eſt nautica, & currit centeſima vſura. Viuia.
r *Conueniat.* vtrique, id eſt debitori & creditori, & nauigauerit: nec enim aliud periculum niſi nauigij ſuſcipit creditor. quaſi ergo conditione impleta, extunc tranſit periculum: vt & j. eo.l.proxima. Accurſius.
NIhil.} CASVS. Inter duos caſus dicit non eſſe differentiã. Primus: Mutuo tibi centum aureos portandos ſupra ma- D re: ſed non meo periculo Certe non eſt traiectitia, neque debetur centeſima vſura ſed alias minor. ſecundo: Primo recepi cum mutuaui meo periculo vſq; ad menſem, non vltra: certe extunc non eſt traiecticia vt debeatur maxima vſura: in primo tamen nullo tempore fuerit maior debita: in ſecundo ex finitò menſe. {NEC PIGNORA.} Mutuaui tibi centũ traiecticia ſub pignore: ſtipulor centeſimam vſuram, quæ in capite anni duplicat ſortem. mittebam quendam ſeruũ pro repetenda pecunia: cuius operis perditis ſtipulabar duodecim imperiales pro quolibet de ſub eodem pignore. quæritur an valeat. Dicit quòd non: quia inter totum non debeo habere vltra duplatam ſortẽ in fine anni. hoc autem eſſet amplius: vnde neq; pignora poſſum tenere pro eo quod plus eſt. {QVOD IN SINGVLOS.} Mutuo tibi centum traiecticia pro ſingulis diebus vnum aureum, vſurarũ nomine. quæritur an valeat. Et dicit quòd ſic: cum in totum non excedat ſortem in capite anni. {IN STIPVLATIONE.} Mutuo tibi centum traiecticia meo periculo: item ſtipulor pro operis ſerui miſſi pro pecunia aliquid per ſingulos dies: deinde ex interuallo ſtipulor vſuram minorem centeſima. quæritur, an valeat. Et

dicit quòd ſic: dum tamen non excedat inter hanc & ſtipulationem operarum duplatam ſortem.

impletam, periculũ eſſe creditoris deſierit[a]. vtrubiq; igitur maius legitima vſura fœnus non debebitur[b], ſed in priore quidẽ ſpecie ſemper[c]: in altera verò diſcuſſo[d] periculo. nec pignoris vel hypothecæ titulo maioris vſuræ tenebũtur. Pro operis[e] ſerui traiecticię pecunię gratia ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatũ deductũ eſt[f], ad finẽ † centeſimæ, nõ vltra duplũ[g] debetur. In ſtipulatione fœnoris poſt diem[h] periculi ſeparatim interpoſita: quod in ea legitimæ[i] vſuræ deerit, per alteram ſtipulationem operarum ſupplebitur.

Quando agitur vt creditor non repetat quod dedit, exiſtente vel non exiſtente aliqua conditione propter periculum quod ſuſcepit, ad ſimilitudinem pecuniæ traiecticiæ poteſt ſtipulari centeſimam vſuram: & etiã ex nudo pacto debetur: niſi cadat in contractum innominatũ, vel fuerit datio ob cauſam, qua ſecuta ceſſat repetitio. h. d.

V. SCAEVOLA libro ſexto Reſponſorum.

PEriculi[k] pretiũ eſt & ſi cõditione quamuis pœnali[l] non exiſtente recepturus ſis quod dederis, & inſuper aliquid præter pecuniã: ſi modo in aleæ ſpeciẽ[m] nõ cadat[n]: veluti ea ex quibus cõditiones naſci ſolent. vt *ſi manumittas: ſi non illud facias: ſi non conualuero*, & cetera. nec dubitabis[o], ſi piſcatori erogaturo in apparatum, plurimũ pecuniæ dederim, vt ſi cepiſſet, redderet[p]: & athletę, vnde ſe exhiberet, exerceretq;, vt ſi viciſſet, redderet. In his autem omnibus & pactum ſine ſtipulatione ad augendam obligationem[q] prodeſt.

Perempta obligatione principali, fruſtra quæritur hypothecaria. h. d. iſta not. lex. B.

VI. PAVLVS libro vicenſimoquinto Quæſtionum.

FOenerator[r] pecuniam vſuris maritimis mutuam dando, quaſdam merces in naue pignori accepit: ex quibus ſi non potuiſſet totum debitum exſolui, aliarũ mercium aliis nauibus impoſitarum, propriiſq; fœneratoribus obligatarum ſi quid ſuperfuiſſet, pignori accepit. Quæſitum eſt, naue propria[s] perempta, ex qua totũ ſolui potuit,[t] an id dãnũ ad creditorẽ pertineat, intra pręſtitutos dies amiſſa naue, an ad ceterarum nauiũ ſuperfluum admitti poſſit. Reſpondi, aliàs[u] quidem pignoris deminutio ad damnũ debitoris, non etiã ad creditoris pertinet:[x] ſed cũ traiecticia pecunia ita datur, vt non aliàs petitio eius creditori cõpetat, quã ſi ſalua nauis intra ſtatuta tempora peruenerit, ipſius crediti obligatio nõ exiſtente cõditione defeciſſe videtur: & ideo pignorum quoq; perſecutio perempta eſt, etiã eorum quæ nõ ſunt amiſſa.[y] Si nauis intra præſtitutos dies periiſſet, & cõditionem ſtipulationis defeciſſe videri: ideoque ſine cauſa[z] de pignorum perſecutione quę in aliis nauibus fuerunt, quæri. Quando ergo ad illorum pignorum perſecutionem creditor admitti potuerit? ſcilicet tunc cum conditio extiterit[a] obligationis, & alio caſu[b] pignus amiſſum fuerit, vel vilius diſtractum: vel ſi nauis poſtea perierit, quàm dies pręfinitus periculo exactus[c] fuerit.

VII. IDEM libro tertio ad Edictum.

IN quibuſdam[d] contractibus etiam vſuræ[e] debetur, quemadmodum per ſtipulationem. Nam ſi dedero decẽ traiecticia, vt ſalua naue ſortem cum certis vſuris recipiã: dicendum eſt, poſſe me ſortem cum vſuris[f] recipere.

VIII. VLPIANVS libro ſeptuageſimoſeptimo ad Edictum.

SEruius ait, pecunię traiecticiæ pœnã[g] peti nõ poſſe, ſi per creditorẽ ſtetiſſet quo minus eã intra certũ tempus præſtitutum[h] accipiat.[i]

IX. LABEO libro quinto πιθανῶν à Paulo Epitomatorum.

SI traiecticię pecuniæ pœna vti ſolet, promiſſa eſt: quamuis eo die qui primus ſoluendæ pecuniæ fuerit, nemo vixerit qui eam pecuniã deberet: tamen perinde committi poteſt pœna, ac ſi fuiſſet heres debitoris.[k]

a *Deſierit.* vt infra de fideiuſſ. l. ſi à reo. §. ſub diuerſis. Sed ar. contra ſupra de condict. indeb. ſufficit. & facit ſupra de peri. & commo. rei vend. l. quòd ſi pendente.

b *Debebitur.* ſcilicet legitima vſura.

c *Semper.* ſcilicet pręſtabitur legitima.

d *Diſcuſſo.* i. finito.

e *Pro operis.* Mittebatur ſeruus cum debitore, vt pecuniam peteret à debitore die ſtatuto: & certã ſtipulabatur creditor pecuniã pro operis ſerui illuc miſsi: vt j. de actio. & obligat. l. traiectitiæ. Quas operas interim dominus amittebat, & de ea ſtipulatione hic loquitur. inter omnia ergo non debet excedere duplum ſortis in anno: vt hic, & infra proxi. §.

† *Vide ad hunc locum Ant. Aug. li. 1. Emen. cap. 9.*

f *Deductum eſt.* pro vſuris. ADDITIO. Vide Budæum in hũc locum, in prioribus annota. hoc ipſo titulo.

g *Duplum.* connumerata ſumma ſortis cũ vſuris in fine anni.

h *Poſt diem.* Nonne idem & ſi ante inchoatum? Reſpon. idem ſi durãte periculo. quod dic vt ſupra ea. l.

i *Legitimæ.* vt quia ſtipulatus eſt trientes, qui poterat ſtipulari beſſes. Accur.

Caſum ponit.

k PEriculi. Mutuo tibi pecuniã, quã volo mihi reddi ſi nauis ex Aſia venerit: ſed ſi non venerit, volo reddi mihi cum vſura centeſima. ſic ergo traiectitiæ aſsimilatur: quia vt ibi creditor periculum ſuſcipit, & propter hoc maius commodum habet: ita hic quia emit euentum periculi, maius commodum ſentit in caſu deficientis cõditionis &c. Tria reſponſa plana ſunt. dic ergo, periculum &c. in pecunia ſcilicet mutuo data prædicto modo.

l *Pœnali.* ſi extat, pœna eſt creditori: ſi deficit, eſt debitori.

m *Speciem.* in alium contractum: vt do vt facias, vel non facias. nam hæc non eſt traiectitia.

n *Non cadat.* In his ceſſat repetitio: non quia ſuſceperim periculum, ſed quia ſecuta eſt cauſa, veluti manumiſsio: in ſuperiori caſu periculum conditionis exiſtẽtis ideo ſuſcipio, vt ſi defecerit, cum ipſa pecunia quam dedi, aliquid feram augmenti: & in hoc traiectitiæ aſsimilatur.

o *Nec dubitabis.* quin quod redditur, ſit pretium periculi his caſibus, vt in prin. huius. l. idem, licet ibi maius erat dubium. Vel dic licere duplũ ſtipulari ad inſtar traiectitiæ, licet vere non ſit tractitia. Alij dicunt nõ licere ſtipulari duplum in his caſibus, & ſimilibus.

p *Cepiſſet, redderet.* (qđ eſt j.) ſcilicet pecuniã cum vſura centeſima.

q *Obligationem.* vſurarum legitimarum, & communium: vt j. eo. l. in quibuſdam. & eſt ſpeciale: vt s. titul. j. l. etiam ex nudo. regulariter contra: vt C. de vſuris. l. iij.

r FOenerator. *Maritimis.* id eſt centeſimis, ſic dictæ, quia ibi plus frequẽtantur. nã & alibi habẽt locum: vt s. l. proxi.

s *Naue propria.* i. principaliter ſibi ſoli obligata, in qua pecunia erat traięcticia, cuius periculum creditor ſuſceperat. Accur.

t *Potuit.* ſi non periſſet. Accur.

u *Aliàs.* ſcilicet vbi nõ ſubiit creditor periculum crediti.

x *Pertinet.* vt C. de pig. ac. l. pignus. Acc.

y *Amiſſa.* quæ ſunt in alia naue. Accur.

z *Sine cauſa.* quia nihil creditor conſequeretur.

a *Extiterit.* cum nauis venerit ſalua. Accur.

b *Caſu.* quàm quod ſpectat ad creditorem. Azo.

c *Exactus.* id eſt pręterierit.

IN *quibuſdam.* Idem caſus eſt qui fuit in l. nihil.

d *In quibuſdam.* id eſt in quodã, vel propter contractum ſortis, & propter contractum vſurarum.

e *Vſuræ.* etiam nudo pacto: vt ſupra e. l. periculi. §. fi. & dic, quẽadmodum, &c. id eſt ſicuti. non autem dicas ex mora.

f *Cum vſuris.* centeſimis, vel minoribus.

g SEruius. *Pœnam.* i. vſuram centeſimam.

h *Præſtitutum.* vt promittis mihi x. in paſcha: aliàs vſuras extunc. & ſic in l. ſeq.

i *Accipiat.* vt s. de pigne. ac. l. aliena. §. ſi per creditorem. Not. ergo quòd ſola oblatio impedit quo minus pœna committatur, vel maior vſura currere incipiat. ſed ſi iam cucurrit, non ſufficit oblatio: vt & C. de vſur. l. ſi creditrici: & l. ſi non ſtat.

Oblatio pœnam impedit.

h *Omnimodo.* forſan quòd neque inficiationis, neque perſonæ ratio habetur: vt & aliàs ſupra e. l. §. j. ſed Al. dicit quòd hic eſt præſumptio: quia nõ negat quin fuerit debitum pro parte, vel aliquando. ſic ergo nota hic, quòd nõ eſt eadem ratio totius ad partem: vt ſupra de inoffi. teſta. l. Papinianus. § ſed nec impuberis. Item nota propter ſolutionem transferri onus probationis: vt & C. de non nu. pec. l. cum fidem. & loquitur hic vbi fuit inficiatus: vel etiam vbi non, ſed ſoluens fuerit pupillus. & hoc dicit forſan &c. & eſt ratio ſecundum Al. quia hic eſt præſumptio.

**Fl. viſionibus. De quo Anton. Aug. li. 2. cap. 2.*

i *In omnibus autem iuſsionibus.* * in omnibus caſibus in quibus aliquid iuſsimus.

k *Inferre.* vt in aut. de fide inſtru. §. ſi tamen. coll. vj.

l *Pro calumnia.* ſi hoc exigatur: vt ſ. de iureiu. l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum.

m *Iurante.* aliàs iuramenti: vt & C. de iureiur. delata.

n *Seruando.* cui defertur Azo. ſed hodie hoc ſacramentũ calumniæ in alijs non præſtatur: cum ſemel in initio præſtitum fuerit: vt in auth. de his qui ingre. ad ap. §. fin. col. v. idem dico de alio iuramento de quo hic dicit, quia hodie non præſtatur ab initio: vt C. de iureiurã. l. generaliter. §. j. Vel dic quòd ibi A loquitur cum à iudice defertur.

o *Sin autem cautio.* ſcilicet priuata, idem tamẽ dico ſi publica: vt ſi dicat ille fuit confeſſus ſe accepiſſe, vel ſe debere. ſecus ſi dicat, acceperit: tunc enim probat debitum: licet ſit arg. cõtra C. de do. cau. non nu. l. fin. ſed certè ibi non erat publicum inſtrumentum; vel promiſit per ſtipulationem decem quæ accepit.

p *Indiſcretè.* id eſt, cauſa non adiecta ex qua debeantur. Accur.

q *Eum.* ſcilicet creditorem.

r *Niſi.* non eſt exceptiuum. Accur.

s *Expoſuit.* ſcilicet debitor, promittendo ſcilicet pecuniam pro præcedenti cauſa quã confitetur interceſſiſſe. & ita ponitur aliàs vt C. de non nu. pe. l. generaliter. & l. aduerſus. Quid tamen ſi non promittat, ſed confiteatur mihi ſe debere ex antecedenti cauſa? Reſpon. & tunc debet ſtare ſuo teſtimonio: vt C. de non nume. pecu. d. l. generaliter. Item quid ſi me abſente confiteatur quis ſe mihi debere? Reſpon. non valet, ad inſtar ſtipulationis: vt inſtit. de inuti. ſtipu. §. item verborum. cum ambæ ſint de iure ciuili: vt inſti. de lit. obli. in princ. & inſtitut. de act. §. de cõſtituta. Item intellige hoc etiam ſi ſine ſcriptis fiant huiuſmodi cõfeſsiones. hoc enim innuit. d. l. generaliter. in fi. & hoc ſtatim ſubiicit, ſuæ confeſſioni &c. ſed tunc poſſet probari contrarium per ſolos teſtes: vt infra de regu. iur. l. nihil.

t *Eum.* ſcilicet confitentem.

u *Oportet.* hoc fallit in pecunia confeſſata: vt C. de non nu. pec. in contractibus in princip. & in dote: vt C. de dote cau. non nu. l. fin. & in auth. ibi poſita. Item fallit & aliàs vbi demum ſecundæ confeſsioni ſtatur, & non primæ: vt in d. l. in contractibus. §. j. ſic. C. Vell. ſi mulier. & in auth. vt immo ante nup. do. §. pe. col. v.

D x *In ſcriptis.* No. exigi probationem in ſcriptis: vt C. ſi minor ſe ma. dixerit. l. iij. dicit ergo hæc ſcriptura quòd rem illam quam fuerat cõfeſſus ſe emiſſe, habeat, puta ex legato, vel ex permutatione: & ſic ad pretium deductũ in confeſsione non tenetur vel producit publicum inſtrumentũ in quo continetur quòd ea die qua dicitur eſſe factum primum inſtrumentum, fuit alibi contrahens, vel ſubſcribens, vel ſubſcriptus vt teſtis: vt C. de cont. ſtipu. l. optimam. in fi. Vt autẽ de hac confeſsione plenè videas, dic, cũ quis confitetur, aut ad aliquem liberandũ, & tunc præiudicat ſibi poſt xxx. dies: niſi in quibuſdam caſibus in quibus ſtatim præiudicat: vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. §. ſuper ceteris. & §. j. Aut ad obligandũ: & tunc aut in contractu mutui, & tunc poſt biennium: vt d. l. in contractibus. in prin. aut dotis: & tũc poſt tempus ſtatutũ: vt C. de dote cau. l. fin. & in aut. ibi poſita. aut ex alia cauſa: & tunc ſtatim, vt hic. nec etiam poteſt probari contrarium niſi per aliam ſcripturam: vt C. de non nu. pe. l. generaliter. & hoc ſi eſt diſcreta, id eſt, cum cauſa aliter nõ præiudicat: vt & hoc §. dicitur, & dixi ſ. de interroga. actio. l. j.

Cõfeſſio an ſemper præiudicet.

y *Promiſiſſe.* probando ex alia cauſa debitũ: & pro hoc oſtendo ſcripturam.

Procula

a P *Rocula cum magnæ.* aliàs deeſt cum.

b *Tacite.* Non tacitam remiſsionē: vt C. de reuo. do. l. fin. in fi. & ꝗ. de iur. do. l. cum poſt. j. reſpō. & ſupra de vſur. l. cū quidā. n. §. diuus. j. reſpon. & ꝗ. ne de ſta. defun. l. ij. in fi. & infra de cap. & poſtli. re. ſi à patre. Sed arg. contra. infra re. amo. ſi cum dos. in prin. & ꝗ. de ac. & obli. l. Lucio. & adde infra de do. inter vi. & vxor. l. ſi ſeruus communis.

Procula cum.

c *QVi teſtamentum.* Ei. ſcilicet filio naturali, cui ex teſtamēto vncia relinqui poteſt ſi ſunt legitimi, aliàs dimidia totius. Itē ſi non ſunt legitimi per l. ab inteſtato vſq; ad duas vncias, ſed legitimis extantibus nihil. vt in aut. de trien. & ſemiſ. §. cōſiderauimus. A DDITIO. Dic melius vt in aut. licet. C. de natu. li. & in corpore vnde ſumitur, vbi iſte §. corrigitur ſecundum Fulgo.

d *Modum.* idē ſi nihil poterunt capere. Item quid ſi ab eo emit, & cōfitetur ſibi pretium ſolutum pater inter viuos? Reſpon. ſecus, quia hic in vltima voluntate: in qua facilius fraus fieri prēſumitur: vt ſ. eo. patronus. niſi forte omnia venderet etiam ante: vt ꝗ. quæ in frau. credi. l. omnes. §. Lucius.

e *Kalendario.* kalendarium dicitur pecunia depoſita ad nomina facienda: vt ꝗ. de leg. iij. l. qui filium. Accur.

f *Videtur.* propter legis interdictum præſumitur fraudis ſimulatio.

g *Adiecιſſe.* & ita oportet probare filiū contrarium. nam hoc edictū non præiudicauit: vt infra de li. leg. Aurelio. in princ. §. fin. & de leg. iij. cum quis. §. pe. Accurſius.

† *quæ mihi pertulit, id eſt quæ apud me eſſe ſinit, nec à me repetiit. Bu. hic.*

† *In ſinu meo, id eſt in occulto, & penitus apud me, et in poteſtate mea. Bu. Vide Era. chi. 1. cen. 10. prouer. 32.*

XXVI. PAPINIANVS libro viceſimo Quæſtionum.

PRocula* magnæ[a] quantitatis fideicōmiſſum à fratre ſibi debitum, poſt mortē eius in ratione cū heredibus compenſare vellet, ex diuerſo autem allegaretur, nunquam id à fratre quandiu vixit deſideratum, cum variis ex cauſis ſæpe in rationē fratris pecunias ratio Proculæ ſoluiſſet: diuus Commodus cum ſuper eo negotio cognoſceret, non admiſit compenſationem, quaſi tacite[b] fratri fideicommiſſum fuiſſet remiſſum.

Quando quis legat alteri tanquā illi debitum: nec vt debitum petitur, niſi probetur debitum: nec vt legatum, ſi legati erat incapax: & talis confeſsio debiti videtur facta in fraudem legati. h. d.

XXVII. SCAEVOLA libro vigeſimotertio Digeſtorum.

QVi teſtamentum faciebat, ei[c] qui vſq; ad certū modū[d] capere poterat, legauit licitā quantitatem: deinde ita locutus eſt: *Titio centum do lego, quæ mihi pertulit:* † *quæ ideo ei non caui, quòd omnem fortunā & ſubſtantiā, ſi quam à matre ſuſceperat, in ſinu meo* † *habui ſine vlla cautione.* Item eidem Titio reddi ſolui *volo de ſubſtantia mea centum quinquaginta, quæ ego ex reditibus prædiorum eius, quorū ipſe fructum percepi & diſtraxi, itē de Kalendario,*[e] *ſi qua à matre receperat Titius, in rem meā conuerti.* Quæro, an Titius ea exigere poteſt. Reſpondit, ſi Titius ſupra ſcripta ex ratione ſua ad teſtatorem perueniſſe probare potuerit, exigi. Videtur[f] enim eo quòd ille plus capere non poterat, in fraudem legis hæc in teſtamento adieciſſe.[g]

Qui vult probare memoriam extare, non habet probare diem vel conſulem: ſed ſufficit teſtimonium de auditu. Item qui vult probare memoriam non extare: probare debet quòd hæc eſt omnium opinio quòd non extat. h. d.

XXVIII. LABEO libro ſeptimo pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI arbiter[h] animaduertere debeat, an operis facti memoria extet: hoc ei quærendum[i] eſt an aliquis meminerit id opus factum eſſe. Paulus: Immò cū in arbitrio quęritur, memoria facti operis extet, necne: nō hoc quæritur, num aliquis meminerit quo die, aut quo cōſule factū ſit: ſed nū hoc aliquo modo probari poſsit, quādo id op⁹ factum ſit: & hoc ita quod Græci dicere ſolent. ἐν πλάτει† enim poteſt hoc memoria nō teneri, intra annū puta factū, cū interim nemo ſit eorū qui meminerit quibus cōſulibus id viderit. Sed cum omnium hæc eſt opinio, nec audiſſe nec vidiſſe cū id opus fieret, neq; ex eis audiſſe qui vidiſſent,[k] aut audiſſent[l]: & hoc infinite[m] ſimiliter ſurſum verſum*[n] accidet,[o] cū memoria operis facti non extaret.

XXIX. SCAEVOLA libro nono Digeſtorum.

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti Claudio Apollinari reſcripſerunt in hæc verba, Probationes quæ de filiis dātur, nō in ſola adfirmatione teſtiū conſiſtunt, ſed & epiſtulas quæ vxorib⁹ miſſæ allegarentur, ſi de fide earū conſtitit, nonnullam[p] vicē inſtrumentorū obtinere decretum eſt. Mulier grauida repudiata, filiū enixa abſente marito, vt ſpuriū in actis profeſſa eſt. Quæſitū eſt an is in poteſtate patris ſit, & matre inteſtata mortua, iuſſu eius hereditatē matris adire poſsit: nec obſit profeſsio à matre irata facta. Reſpondit, veritati locum ſuperfore.[q]

h S *I arbiter.* id eſt iudex ordinarius. Azo. Et dic quòd hæc lex duos ponit caſus. Primus, ſi ex alterius loco aqua pluuia profluens opere manu factō alterius agro nocere poſſet: agi poteſt aquæ plu. arcen. act. vt opus tollatur: vt ꝗ. de ſtatulib. l. Labeo. & ꝗ. de aqua plu. arcen. l. j. §. hæc actio. & in princ. legis. & l. ſi tertius. §. officium. Duo itaque probat actor, id eſt factum opus: & aquam nocere poſſe. Tertium etiam videtur quòd probet, ſcilicet tempus quo opus factum eſt, vt tamen dies & conſul ad liquidum non exquiratur: ſed ſatis eſt ſi ſuperſint qui fieri viderunt, vel etiam audierunt eos qui viderunt vel audierunt id fieri. ſic enim probabit extare memoriam. nec enim quia extitit aliquando memoria, probatur nunc extare, vt in ætate dicimus: vt C. de in integ. reſti. mi. l. ſi minorem. & eſt hic primus caſus. Secundus: Reus ad ſui defenſionem probat pactum à parte actoris factum, vel loci naturam, id eſt ſitum: vt quia montoſus eſt: vel vetuſtatem. quia licet ſit manu factum, non tamen extat eius memoria: quod ſic probat per teſtes aſſerentes omnium eſſe opinionem, ſe non vidiſſe vel audiſſe quando hoc fieret: nec eos vidiſſe vel audiſſe qui id viderunt, vel audierunt: & hic eſt ſecundus caſus in illo. § ſed cum. & ꝗ. de aqua plu. ar. l. ij. §. idem Labeo. ſecundum Azo. Sed in primo caſu quæro, an duo teſtes ſufficerent qui dicerent ſe vidiſſe vel audiſſe illum qui vidit? Videtur quòd non: quia ille quem iſti viderunt, non ſufficeret, quia ſolus. ergo nec iſti. ſed contra dici poteſt. quid enim ad rem? nam nec aliquis ſibi ſufficeret per ſe. ſufficiunt tamē duo teſtes qui audierunt ipſum ſtipulari, ſecundum Azo. Item nota hac l. ſpeciale in actione aquæ plu. arcen. vt teſtimonia de auditu recipiātur. ſed certè immo non videtur ſpeciale. nam in quibuſlibet obligationibus & contractibus hoc euenit. ſed hic fertur de auditu alieno, & ſic de auditu auditus: quare eſt ſpeciale: aliàs non: ſicut. C. de teſti. l. teſtiū. Fallit etiam in cauſa matrimonij, ſecūdum antiquos canones. ſicue in cauſa conſanguinitatis contra matrimonium: vt in decre. xxxiij. q. ij. ſuper. licet illud hodie per concilium corrigatur. Vel aliter hoc probatur de proprio auditu, & de veritate, ſicut in contractibus. nam debet probare actor memoriam operis extare. ſed memoria retinetur per auditum, ergo eſt probatio veritatis. antea tamen debet probare quòd ſit manufactum ab aliquo. tunc memoria quidem per auditum retinetur. ſed ſi non cōſtat manufactum, quod eſt principale: nec poteſt probari memoria, quod eſt ſubiectum.

Teſtimoniū de auditu alieno quādoque recipitur.

† *id eſt latitudine & inobſeruatis turis anguſtiis. Vide Alc. li. diſpū. 2. c. 11.*

* *ſurſum verſum accederit, tum memoriam operis facti non extare.*

i *Quærendum.* ex parte actoris.

k *Qui id vidiſſent.* ſecundum ſui conſcientiam. ſic in auth. de here. & Fal. §. ſi vero abſunt aliqui. col. j.

l *Audiſſent.* i. qui dicerēt ſe audiſſe & vidiſſe.

m *Infinite.* ſ. tantum duas perſonas numerauit, hic vltra procedit.

n *Verſum.* ſimile ſurſum verſum. ꝗ. de gradi. l. iuriſconſultus. §. ſed ſi ex inferioribus.

o *Accidet.* ſubaudi, abſoluitur reus.

p I *Mperatores. Nonnullā.* ſed multā: nā præſumptionē faciūt do nec cōtra probetur, ſecundū quoſdā: vt ſ. depoſi. l. Publia. in fi. & ar. contra. C. qui po. in pig. ha. l. pe. in fi. & C. de non nu me. pec. l. generaliter. quod non placet: ſed ſemiplenam, non autem plenam probationem faciunt: vt in fi. huius l. & C. de teſti. l. nec profeſsio. & C. eo. l. non nudis. & l. non epiſtolis.

q *Superfore.* vt ſ. de inoffic. teſt. l. ſi inſtituta. §. j. quæ veritas probatur ex eo, quòd hic natus fuit vicinis ſcientibus: vt C. de nup. l. ſi vicinis.

DE FIDE INSTRVMENTORVM, &c.

Viſa probatione in genere, ſequitur, per ſpecies: & primo de ea quæ fit per vocem mortuam, quæ validior eſt quàm ea quæ per vocem viuam fit. Accurſius.

Inſtrumentorum.

xxx.* Libro primo Reſponſorum Feſto reſpondit.

SI ancilla* fuerit, ad libertatem perductam non videri neque per fideicommiſſi relicti ſibi probationem, nec quòd alimenta ſunt vt nutrici præſtita.

xxxi.* Libro ſecundo Mactorio Sabino.

COmmemorationem in chirographo pecuniarum, quæ ex alia cauſa deberi dicuntur, factam, vim obli- B gationis non habere.

DE FIDE INSTRVMENTORUM, & amiſsione eorum.

TITVLVS IIII.

i. Pavlvs libro ſecundo Sententiarum.

INſtrumentorũ nomine ea omnia accipiẽda ſunt,[a] quibus cauſa inſtrui poteſt: & ideo tam teſtimonia,[b] quàm perſonæ, inſtrumentorum loco habentur.[c]

ii. Idem libro quinto Sententiarum.

QVicumque à fiſco conuenitur, non ex indice[d] C & exemplo alicuius ſcripturæ, ſed ex authentico conueniendus eſt: ita, ſi contractus fides poſsit oſtẽdi. Ceterum calumnioſam † ſcripturam, vim in iudicio obtinere non conuenit.†[e]

Socius eiuſdem criminis non poteſt alium ſocium accuſare: ſed an contra eum teſtificari, vide quod nota. extra de teſti. c. veniens. & C. de teſti. quoniam liberi.

iii. Idem libro tertio Reſponſorum reſpondit.

REpetita[f] † quidem die cautionẽ interponi non debuiſſe: ſed falſi crimẽ, quãtum ad eos qui in hoc conſenſerunt contractũ non videri. D cum inter præſentes & conuenientes res actitata ſit, magiſque[g] debitor quàm creditor deliquerit.

Ius pignoris, & hypothecæ ſolo conſenſu contrahitur h. d.

iiii. Gaivs libro ſingulari de Formula hypothecaria.

IN re hypothecæ nomine obligata, ad rem nõ pertinet, quibus fit verbis:[h] ſicuti eſt in his obligationibus[i] quę conſenſu contrahuntur. Et ideo & ſine ſcriptura ſi conuenit vt hypothecæ ſit, & B probari poterit: res obligata erit, de qua conueniunt. Fiũt enim de his ſcripturæ: vt quod actum eſt, per eas facilius probari poſsit. Et ſine his[k] autem valet quod actũ eſt, ſi habeat probationẽ: ſicut & nuptię[l] ſunt, licet teſtatio ſine ſcriptis habita eſt.

v. Callistratvs libro ſecundo Quæſtionum.

SI res[m] geſta ſine literarum quoq; conſignatione veritate factum ſuum[n] præbeat: non ideo minus valebit,[o] quòd inſtrumentum nullum de ea interceſsit.

C vi. Vlpianvs libro quinquageſimo ad Edictum.

SI de tabulis[p] teſtamenti deponendis agatur, & dubitetur cui eas deponi oportet: ſemper ſeniorem[q] iuniori, & amplioris honoris[r] inferiori, & marem[s] fœminæ, & ingenuum libertino[t] præferemus.[u]

DE TESTIBVS.

TITVLVS V.

i. Arcadivs qui & Cariſius libro ſingulari de Teſtibus.

D TEſtimoniorũ vſus frequẽs[x] ac neceſſarius[y] eſt: & ab his præcipuè[z] exi-

a INſtrumentorum. Accipienda ſunt. ſcilicet large ſumpto vocabulo.

b Teſtimonia. i. chartæ: vt differat à ſequẽti caſu. Vel dic, i. dicta teſtium in ſcriptis redacta: vt j. de teſt. l. iij. §. idem diuus. quod eſt verũ: ſed non quo ad hanc. l. Accur.

c Habentur. ſic & large ponitur j. de verb. ſignifi. l. notionem. §. inſtrumentorum. Sed aliàs ponitur pro inſtrumento fundi: vt infra de fun. inſtru. l. quæſitum. in princip. aliàs pro cautione tantum: vt ponitur in aut. eo. tit. in rub. & in tex. col. vj.

** Idem, li.*

** Vide Alc. li. diſpunc. 1. c. 6.*

** Idem, li.*

QVicumque. } Casvs. Quicumq; vult probare cum inſtrumento, fiſcus ſit, vel priuatus: probet cum authentico, non cum exemplo. Vi.

d Indice. tria ſunt originalia nomina, ſcilicet originale, authenticum, & exemplar. Itẽ alia tria nomina inde extracta, ſ. index, exẽplum, & ſumptum, & etiam memoria: vt C. de eden. aut. ſi quis in aliquo. dic ergo nec credi ſumpto: vt hic. quod intelligunt quidam ſi fuerit vtraque ſcriptura priuata, vel ſaltẽ ſecunda. ſecus ſi publicum publici, vel publicum priuati faciat mentionem: quia tunc creditur ſumpto: vt in aut. vt fratrum filij. §. illud. col. nona. & infra de admini. tut. l. chirographis. niſi in fiſco: vt hic. Sed tu dic ſecundum Ioan. quòd etiam ſi publicum faciat mentionem alterius, non credatur ei. nam ad hoc creditur ſumpto, quia ſic continetur in alio: ſed poteſt eſſe quòd in originali aliquo erant aliæ literæ, & cancellationes quæ non continentur in exemplo: vnde non probatur plenè per exemplum: vt hic, & C. de eden. procurator. & ſ. fami. erciſc. l. Pomponius. & in aut. vt ſpon. lar. §. & hoc inſuper. col. nona, niſi fuerit officio iudicis publicatum. & ſic intelliguntur d. ll. vt fratrum filij. & de admini. tuto. chirographis. Quid autem ſi ſine iudice fiat exemplificatio: nõne in aliquo valet? Reſpon. poteſt dici quòd ſic: quia per hoc probatur quod ſcriptum interceſsit: quod eſt neceſſe: maximè tunc quando eſt neceſſe fieri contractum in ſcriptis. Item probatur quòd interceſſerit bona fides. nam hic probatur interceſsiſſe. Item præſumptio inducitur: vt infra de iure fiſc. l. in fraudem. §. neque inſtrumenta. nam & ex priuato hoc fit, vt ibi conſtat. Alij dicunt, aut dico conuenio te ad decem, & vide inſtrumentum quod inde mihi feciſti. & non poſſum: vt hic: quia hoc nõ feciſti. an vero dico, conuenio te ad x. quæ debes: quod probo per ſumptum ex authentico: & ſic per obliquum. quod nõ placet: quia tunc eſſet imponere legem verbis.

Originalia nomina tria ſunt.

† Concor. tex. et quod ibi no. in c. ſi ad ſcripturas. 9. di.

† Quã ſcripturã in iudicio vim obtinere cõueniat, Ci. in ora. pro Roſc. Comœdo.

† Repetere (inquit Bu. in anno. ad l. Iulianus. §. quantum ad exhibi.) eſt retrorſus petere. hinc cautio repetita die interponi dicitur, cum dies longè quæſita veſtigatáque eſt, ac retrorſus emẽtita. antidatã vulgò appellãt. huic opponitur, prolata die.

e Non conuenit. immo qui eã oſtendit, niſi veritatem aſtrinxerit, vt falſarius punitur: vt C. de proba. l. iubemus. Accur.

f REpetita. } Casvs talis eſt: Obligaui rẽ meam Titio primo. poſtea volo accipere pecuniam à Mæuio: qui aliter A non dat mihi niſi eandẽ rem meã obligẽ ſibi, ita quòd ſit potior in pignore: & ego hãc fraudẽ ex cogito vt fiat inſtrumẽtum in quo cõtineatur quòd ei obligẽ: & fuerit facta obligatio repetita die præteriti anni antequã Titius acciperet: vt & aliàs. C. ad l. Cor. de fal. ſi creditor. cũ ergo ego & Mæuius ſocij ſumus eiuſdem criminis, neuter poteſt aliũ accuſare: vt C. de li. cau. l. ſi filiũ. Titius tamẽ poteſt rectè accuſare vtrunq;. Acc.

g Magiſque. ideo magis, quia debitor eum cui bona fide obligatus erat, decipere non debuit: ideoq; aliàs tenetur contraria pigneratitia. vt ſ. de pig. act. tutor. §. contraria. & ſ. de pig. l. & quę nondũ. §. qui res. creditor autem ei nullo modo obligatus eſt. Itẽ creditor vt ſibi conſuleret: licet alios fraudaret, fecit. Accur.

h IN re. Verbis dũmodo aptis: vt j. de ſu pel. leg. l. Labeo.

i Obligationibus. ſcilicet aliis. Ioan.

k Sine his. id eſt his omiſsis. vt ſ. de pign. cõtrahitur. & C. de proba. l. ſi de poſſeſsiõe. & j. de ſpõ. l. in ſponſalibus. in prin. Accur.

l Nuptiæ. vt & C. de nup. l. neque. in fin. niſi in caſu: vt in authẽ. ibi poſita.

m SI res. Hæc lex generalius loquitur quàm ſuperior. Acc.

n Factum ſuum. factũ ſuũ præbet veritas, cũ actor cõfitetur tradidiſſe, puta rẽ venditã: ſed ideo auocare ſe cõtendit, quòd ſcriptura non interceſsit.

o Valebit. qa fides veritatis, verborũ adminicula nõ deſiderat: vt C. ſi minor ab here. ſe abſti. l. j. & facit. C. de proba. proprietatis.

p SI de tabulis. Plures enim erant heredes, & cõueniri nõ poterãt apud quẽ tabulæ teſtamenti eſſent: vt ſ. famil. erciſcun. l. ſi quę ſunt cautiones. Acc.

q Seniorem. nam ſemper veneranda, &c. vt infra de iur. immu. l. ſemper. Accurſius.

r Honoris. vt & infra de ter. mo. l. ij. & facit ſupra de pact. l. maiorem. & infra de priui. cre. l. j.

s Et marem. vt & ſ. de ſenat. l. j. & de ſtatu ho. l. in multis.

t Libertino. vt & in honoribus: vt C. ad l. vicel. l. j. ſed hoc poteſt dici hodie correctũ totũ. vt in aut. vt liber. decę. §. j. col. vj. niſi alia ſubſit cauſa quare magis apud ingenuũ reſidere debeãt.

u Præferemus. non autem ad licitationem peruenietur: vt ſupra famil. erci. nam ad licitationem.

DE TESTIBVS.

De fide inſtrumentorum dictum eſt: nunc de probationibus quæ fiunt per viuam vocem. Accur.

x TEſtimoniorum. Frequens. in cauſis.

y Neceſſarius. cum multa ſunt quæ niſi per teſtes probari non poſſunt: vt in authenti. eod. circa princ. col. vij.

z Præcipuè. nam & ab huiuſmodi hominibus qui vacillant, eſt teſtimonium exigẽdum: licet non ſit ita credendum: vt in auth. eo. §. ſancimus, & §. ſi vero ignoti. col. vj.

Vacillat.

gendus, quorum fides non vacillat.[a] Adhiberi quoque teſtes poſſunt non ſolum in criminalibus cauſis, ſed etiã in pecuniariis litibus,[b] ſicubi res poſtulat: & hi[c] quibus nõ interdicitur[d] teſtimonium, nec vlla lege à dicendo teſtimonio excuſantur.[e]

Nota quòd iudex poteſt refrenare numerum teſtium.h.d.Bartolus.

Quanquã quibuſdam legibus[f] ampliſsimus numer⁹ teſtiũ definitus ſit: tamen ex cõſtitutionibus principũ hæc licentia ad ſufficientè numerum[g] teſtiũ coartatur, vt iudices moderentur, & eũ ſolum numerũ[g] teſtium, quẽ neceſſariũ eſſe putauerint, euocari patiantur: ne effrenata poteſtate ad vexandos[h] homines ſuperflua[i] multitudo teſtium protrahatur.

In hac l.vſque ad §. lege Iulia. ſic procedit iuriſconſultus. nam primo ponit theoricam, ſecundo practicam in genere. tertio ponit eam per multa reſcripta. ſecũda ibi, ideoque, in l. teſtium. tertia ibi, in §. eiuſdẽ quoque. Bartolus.

II. MODESTINVS libro octauo Regularum.

IN teſtimoniis * autem dignitas, fides,[k] mores,[l] grauitas examinanda eſt: & ideo teſtes qui aduerſus fidem[m] ſuam teſtationis vacillant, audiendi[n] non ſunt.

III. CALLISTRATVS libro quarto de cognitionibus.

TEſtium † fides diligẽter examinanda eſt: ideoq; in perſona eorum explorãda erunt in primis conditio[o] cu-

a *Vacillat.* i. vacillare non eſt ſolita: & quod de præſenti ſciri poteſt. quod dic vt ꝭ. de quæſtio. l. de minore. §. tormenta. licet videatur contra ꝭ. in eodem tit. l. j. §. quæſtioni. ADDITIO. Dic quòd eis minus creditur: tamen per hoc non repelluntur, ſecundum Flo.

Lis & cauſa differunt.

b *Litibus.* impropriè hæc vocabula ponit, propriè autẽ ſecundũ quoſdã dicitur cauſa, ex quo res deducta ſit in cõtrouerſiam extra ius: ſed ſi deducatur in iudicium, incipit eſſe lis: vt C. de lit. aut. litigioſa. Sed tu dic cõtra ſecundum Tulliũ. Eſt enim cauſa res quę habet in ſe controuerſiã in dicẽdo poſitã cum ceterarum perſonarũ interpoſitione: ſed lis eſt ante litẽ conteſtatam, & poſt: vt C. quomodo & quãdo iu. aut. qui ſemel. Vel dic tertio vt diximus. C. de tranſact. cauſas. Acc.

c *Et hi.* ſcilicet ſoli poſſunt adhiberi.

d *Interdicitur.* interdicitur autem: vt infra l. iij. §. j. & l. idonei. & l. teſtis idoneus. & l. nullus. & l. ex eo. & aliis pluribus.

e *Excuſantur.* quod faciunt quidam: vt ꝭ. eo. l. iij. & l. inuiti. Accur.

f *Legibus.* quas non habemus.

g *Numerum.* ſcilicet duorum: vt arg. ꝭ. eo. l. vbi. vel pluriũ, prout iudici videbitur.

** vulg. teſtibus.*

h *Vexandos.* nec enim cauſa teſtificandi diu debẽt homines à ſuis negotiis auocari: vt ꝭ. quemadmo. teſt. ape. l. ſi quis ex ſenatoribus.

i *Superflua.* cum aliqua eſt multitudo pręſumitur inter eos aliquis bonus: argu. in decre. di. lxj. c. nullus inuitis. & xciij. diſti. miratis. & arg. in auth. de referen. §. j. col. ij. Accurſius.

† In hũc locũ Ci. in orat. pro Fon. & in orat. pro Fla. Quint. lib. 5. inſtit. orat. c. 1. Vale. Max. li. 8. c. 5.

k IN *teſtibus.* *Fides.* cuius gratia cetera conſiderantur. fides enim colligitur ex dignitate & moribus: vt ꝭ. de tu. & cura. da. ab his. l. ſcire oportet. §. pen. & ꝭ. de verb. oblig. l. ſi quis ſtipulatus. in fi.

Mores dignitati præferuntur.

l *Mores.* mores dignitati præferuntur.

m *Aduerſus fidem.* cum enim dicunt ſibi contraria, ſemetipſos excludunt: vt infra quando ap. l. fi. §. ſed ſi alius.

n *Audiendi.* id eſt exaudiendi. Accurſius.

TEſtium.} CASVS. in hac l. vſque. ad §. eiuſdem. eſt ſatis facilis. {EIVSDEM.} Quærebatur à principe, quæ probatio ſit ſufficiens in qualibet cauſa? ad quod dicit quòd nõ poteſt dici. nã quandoq; exigitur ſcriptura: quandoq, plures teſtes: quandoq; pauciores: tunc quoniam pauci bene probant, vt quia ſunt fide digni. eſt ergo in iudicis arbitrio, qui & teſtes & alia debet conſiderare: an ſit plena probatio. {IDEM DIVVS.} Pone vt hic. ſ. non creditur illis qui de auditu dicunt: ſed qui interfuerunt, maxime in cauſa criminali: in qua qui non probat, habetur calumniator. {LEGE IVLIA.} Accuſo Titium. l. Iulia de vi pu. vel priua. induco contra eum in teſtem ſuum libertũ: non poſſum. idem in pubere, vel damnato pu. iudicio, neque tamen reſtituto in integrum: vel vinculis cuſtoditum, vel eum qui locauit operas ad pugnandum cum beſtiis in arena, vel meretricem, vel eum qui aliàs de malo teſtimonio eſt damnatus. nõ poſſum: & de quolibet eſt ſua ratio. Viuianus.

o *Conditio.* ſic inſpicitur quando quis alium arrogat: vt ſupra de adop. l. nec ei. §. & primum. Accur.

iuſque: vtrum quis decurio, an plebeius[p] ſit: & an honeſtæ & inculpatæ vitæ: an verò notatus quis, & reprehenſibilis: an locuples, vel egens[q] ſit, vt lucri cauſa quid facilè admittat: vel an inimicus[r] ei ſit, aduerſus quem teſtimonium fert: vel amicus ei ſit, pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam à qua fertur, quòd honeſta[s] ſit: vel propter cauſam, quòd neque lucri, neq; gratiæ, neque inimicitiæ[t] cauſa ſit, admittendus[u] eſt.

Nota quòd poteſtate iudicis conceditur vtrũ debeat adhiberi fides teſti, vel nõ: tamen quia acta quandoq; ſunt examinanda in cauſa appellationis, tutius eſt quòd cauſam ſuſpicionis propter quã fides teſti minuitur, iudex faciat apparere in actis. Bart.

Ideoq;[x] diuus Hadrianus Viuio Varo legato prouinciæ Ciliciæ reſcripſit, eũ qui iudicat, magis poſſe ſcire quanta fides habẽda ſit teſtibus. verba epiſtulæ hæc ſunt: Tu magis[y] ſcire potes quanta fides[z] habenda ſit teſtibus: qui, & cuius dignitatis,[a] & cuius exiſtimationis ſint: & qui ſimpliciter viſi ſint dicere,[b] vtrũ vnum eundemque meditatum ſermonem attulerint: an ad ea quæ interrogaueras, ex tẽpore[c] veriſimilia reſpõderint. Eiuſdẽ quoque principis extat reſcriptũ ad Valerium Verum de excutienda fide teſtium, in hęc

p *Plebeius.* magis enim nobiliori creditur: vt arg. ſ. tit. j. l. fi. & in auth. eo. §. ſancimus.

q *Egens.* no. quòd pauper faciliter corrumpitur: vt hic, & in aut. eo. §. ſancimus. & ꝭ. de excu. tu. l. ſpadonẽ. §. fi. admittitur tamen interdũ: quia non tã ex facultatibus quã ex fide teſtis idoneus æſtimatur: vt inſt. de ſuſpe. tut. §. fi. & in auth. eo. §. ſi quis re. & in decr. iiij. q. iij. ca. ſi teſtes. §. itẽ teſtiũ. Itẽ inſpicitur cui⁹ ꝓpoſiti ſit: vt ſ. de trãſac. cũ hi. §. ĩ pſona. Ac.

Pauper facilius corrũpitur.

r *Inimicus.* vbi diſtinguitur vtrum ex criminali cauſa inter eos motæ inimicitiæ ſint: vbi inimicus non admittitur niſi cauſa finita: an aliàs ſit odioſus, vbi iurat & teſtificatur. ſed an fides eis ſit adhibenda, iudicis mandatur officio: vt in authen eo. §. ſi verò quis dicat. & infra de queſt. l. j. §. quæſtionũ.

s *Honeſta.* nota quòd pręſumitur bene fieri, ſi à bono fiat: vt argu. ſupra de eden. l. ſi quis ex argentariis. §. j.

t *Inimicitiæ.* ſ. ſuſpicio. R. vel dic ſcilicet dicturus. ſæpe illorum etiã pallor, vultus, rubor, & titubatio, faciũt vt minus fidei alicui adhibeatur: vt Marcus Tullius in Topicis. & ꝭ. de quæſtio. l. de minore. §. pe. Et de his autem omnibus, puto ꝙ præſens iudex ex officio ſuo ex hominibus bonæ opinionis debeat inquirere: arg. ꝭ. de magiſtra. conue. l. j. §. ſi præſens. & in §. ſeq. & §. ſi quando. & ꝭ. de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. cum de lanionis. §. aſinam. in fi. §. prædicta autem denotantur his verſibus: Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama, Et fortuna, fides: in teſtibus iſta requires.

u *Admittendus.* vt bon⁹ teſtis. aliàs vt aliquod iudiciũ inducat.

x *Ideoque.* quia prædicta circa teſtes ſunt admittenda: ideoq; per quatuor reſcripta cõmittitur examinatio iudici ſuper his: vt ſubiicit vſque ad. §. lege Iulia.

y *Magis.* quàm alius. Azo.

z *Quanta fides.* debet ergo notus eſſe teſtis iudici. ſ. vt iudex eũ cognoſcat: vel fieri tũc notus. Itẽ parti contra quã producitur, vt teſtis illũ cognoſcat: vt C. de iur. deli. l. fin. §. ſin autẽ. & in aut. e. §. ſi vero ignoti. & C. de fi. inſtru. §. ſed is qui depoſitũ. ſed hoc puta verum in perſonali actione: qua quęritur an quis promiſit: vel an hoc dixerit. nã teſtis qui aliquẽ mihi ſe obligaſſe vel aliquid feciſſe dicit, ipſum cognoſcere debet. vbi autẽ teſtis nõ dicit de obligatione perſonali, vel de facto: licet te nõ cognoſcat, cõtra te tamẽ feret teſtimoniũ: vt puta dicit in rei vin. quæ cõtra te intẽditur, poſſediſſe me. x. vel xl. an. ſed tunc illũ qui producit, debet cognoſcere: vel dicit me vel illũ fuiſſe abſentẽ. & hic debet cognoſcere eũ quem dicit abſentẽ. vbicunq; ergo teſtis nõ teſtificatur de facto eius cõtra quẽ producitur, feret teſtimoniũ etiã ignotus. alioquin ſi de facto, contrariũ eſt ſecundũ Azo. Itẽ no. hic cõmitti iudici teſtiũ examinationẽ: vt & ꝭ. proxi. §. & §. idẽ diuus. & §. Sabino. & ꝭ. eo. l. ob carmen. circa fi. ſicut & cautio damni infecti cui fiat: vt ꝭ. de dam. infec. l. qui bona. §. qui damni. Accur.

a *Dignitatis.* honeſtioribus enim creditur: vt C. eo. l. iuriſiurandi.

b *Dicere.* ſcilicet veritatem.

c *Ex tempore.* ſuper quo interrogandi ſunt: [a] vt infra ad Silania.

a Immo vero ex tẽpore. i. de repẽte. vide Budæũ hic.

Silania.l.prius.& arg.infra de accu.l.libellorum.

A a *Quæ argumenta*. id eſt quæ genera probãdi:vel.per teſtes,& quales,& quot:vel per inſtrumenta,vel alia argumenta.Acc.

b *Ad quem*. id eſt ad aliquem, vt puta quot teſtes, & qualia inſtrumenta.

verba : Quæ argumenta [a] ad quem[b] modũ probandæ cuique rei[c] ſufficiãt,nullo certo modò ſatis definiri poteſt.[d] Sicut non ſemper, [e] ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſq; rei veritas deprehenditur [f].aliàs numerus[g] teſtium, aliàs dignitas[h] & authoritas, aliàs veluti conſentiens fama confirmat[i] rei de qua quæritur,fidem.Hoc ergo ſolũ tibi reſcribere poſſum B ſummatim,non vtique ad vnam probationis ſpeciem[k] cognitionẽ ſtatim alligari debere, ſed ex ſententia animi tui te æſtimare oportere quid aut credas,aut parũ probatũ tibi opineris.Idem diuus Hadrianus Iunio Rufino procõſuli Macedoniæ reſcripſit,teſtibus ſe, non teſtimoniis[l] crediturũ.verba epiſtulæ ad hãc partem pertinẽtia hæc ſunt.* Quòd crimina obieccrit apud me Alexander[m] Apro, & quia non probabat, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis vti volebat,quibus apud me locus nõ eſt, nã ipſos interrogare ſoleo: quẽ[n] remiſi ad prouinciæ præſidem, vt is de fide teſtiũ quæreret : & niſi impleſſet quod intenderat,relegaretur. [o] Gabinio [p] quoq; Maximo idẽ princeps in hæc verba reſcripſit: Alia B eſt auctoritas præſentium teſtium,alia teſtimoniorũ quę recitari ſolent. Tecum ergo delibera, vt ſi retinere eos velis,des eis impendia. Lege iulia de vi cauetur, ne hac lege in reum [q] teſtimoniũ dicere liceret,qui ſe[r] ab eo parentéve [s] eius liberauerit:quive impuberes[t] erunt:quiq; iudicio publico [u] damnatus erit: qui eorum [x] in integrum reſtitutus non erit : quive in vinculis cuſtodiave publica [y]

** Vulg. Noſti quæ crimina, &c.*

c *Cuique rei*.id eſt cuique cauſæ.

d *Poteſt*.ſicut nec mora: vt ſ.de vſu.l.mora. in princip.

e *Non ſemper*.ita bene ſequitur, ſi nõ ſemper creditur teſtibus ſine inſtrumẽto,ergo quãdoque creditur:vt hic dicit.ſemper autẽ non creditur:quia quidam caſus ſunt in quibus ſcriptura exigitur: vt not.ſ.de pig.l.contrahitur.Accur.

f *Deprehenditur* : per teſtes.

Numerus ſupplet quod in fide deficit.

g *Numerus*. id eſt licet non ſint multũ boni: vt quod deficit in fide, ſuppleat numerus. vel dic, propter teſtamentum,vel ſimilia.

Dignitas teſtis fidem approbat.

h *Dignitas*.licet pauci ſint, duo tamẽ ad minus:vt C.e.l.iureiu. in fi.& ſic no.quòd fides teſtis ex ei9 dignitate approbatur: vt in aut. eo.§.ſancimus.col.vij.

i *Confirmat*.dicitur fama confirmare , id eſt cũ alio firmare : nõ ꝙ per ſe fama non ſufficiat,ſed reſpectu aſſertionis partis:quã aſſertionẽ fama cõfirmat.ſufficit ergo per ſe.ar.j.de fun.inſtr.l.cũ de lanionis.§.aſinã.ſecundũ Io.& C.de teſti.l.j.& inſt.de teſt.§. teſtes. & C. ne de ſtatu defun.ſi mater.Alij dicũt,quando cõſonat naturę, C vt B.mortuũ,& propter hoc dicit hic,aliàs cõſentiens, id eſt quandoq;:ſed regulariter nõ ſufficit famã probare.Alij dicũt ꝙ cũ alio firmat.pro quibus facit in eo quod dicit cõſentiẽs, quaſi ſimul ſentiens:& quod dicit,cõfirmat. facit ergo ſecundũ hos probationẽ ſemiplenam: vnde facit deferri iuramentum:vt C.de iureiu.l. in bonæ. hæc autem fama probatur per duos teſtes cum iurant maiorem partẽ populi ita ſentire:non quòd quilibet ſingularis per ſe dicat,credo:niſi iudex famam nouerit:quo caſu(vt dicit Ioan.) ſecundum quod nouerit,iudicabit:quia non eſt notum vt notorium.

Probationũ multæ ſunt ſpecies.

k *Speciem*. ſunt enim multæ ſpecies probationũ,quarũ quędam ſunt plenæ,quædã ſemiplenæ.plenæ, vt per duos teſtes: vt j.e.vbi.Item per inſtrumentũ publicũ. Item per priuatũ factum ab aliquo cõtra ſe cũ cauſa:vt ſ.de proba.l.cũ deinde.in fin.ſi modo confiteatur ſe feciſſe,vel ei probetur per cõparationem.vel alio modo.Itẽ delatio iuramenti: vt ſ.de iureiu. l.j.& ij.Semiplenæ autẽ fiunt per vnũ teſtem.Itẽ per collationẽ,ex qua ſemiplena colligitur fides: vt in auth.de fide inſtr. §.ſi vero nullus.col.vj.Item per domeſticã ſcripturã ſine cauſa,& aliæ ſimiles. Dicit ergo hic,quòd iudex non debet indicere tantum vnum modum probandi actori,ſed omnes:vt ſi- D ue aliquis eorũ ſolus ſit ſufficiẽs,ſiue plures ſimul iuncti,habeat ei fidẽ.quæ enim nõ proſunt ſingula,multa iuuãt:vt & ſ. de vſur.ſi ſtipulatus.& C.de proba.l.inſtrumẽta.ibi, ſola non ſufficiũt.quandoq; tamen per vnũ modũ tantũ debet probare actor,ſcilicet per ſcripturã,ſi tale eſt negotiũ quod per ſcripturã tantũ debeat fieri:vt C.de probationibus.l. cum res.in prin.& C.e.l.teſtium.& no.ſ.§.proxi.ſed hæc ſpecialia ſunt.

l *Non teſtimoniis*. teſtimonia appellãtur quandoq; dicta teſtiũ in actis:& ita nõ accipitur hic. quandoq; dicũtur teſtimonia, quæ ab aliis dicunt ſe teſtes audiſſe : & ita hic,ſecundũ Azo. vel hic dic ſecundũ M. ꝙ loquitur hic.§.tantum in criminali cauſa:vt patet ſtatim in exẽplo.& ſecũdũ hoc dic,teſtimonia. i.dicta teſtiũ alibi receptorũ. nam nõ creditur eis: ſed ibi debent eſſe præſentes, [a] vt poſsint terrore iudicis imminente interrogari:vt in auth.de teſti.§.& quando.in fi.collatio.vij.& in authen.vt defunct.ſeu fu.§.illud.col.quinta.

a Per iſtam glo. vide quid dicat Baptiſta de Caſtellio. in apoſt. ad Roma. in ſuis ſing. fo.2.in 8. ſingul.

m *Alexander*. hic accuſabat Aprum.

n *Quem*. ſcilicet Alexandrum.Azo.

o *Relegaretur*. ſume ergo hic arg.ꝙ quis eo ipſo ꝙ non probat,calũniari videtur: vt C.de aduo.diuer.iudi.l.j.& arg.C.de fruct.& li.ex.l.non ignoret.& C.de pęna iudi.qui ma.iud.aut. A nouo iure.& C.qui accu.poſ.l.iij.& C. ad l.Iul.de v.ſi quis ad ſe. Sed arg.contra j.ad Turp.l.j.§. j. vbi dicitur quòd non eo ipſo quòd quis non probat,calumniari videtur. Sed intellige illud ſecundum Ioan. loqui in illis caſibus vbi ſpecialiter inducitur quòd poſsit aliquis accuſare ſine metu calumniæ : vt in marito: vt C.ad l. Iuliam de adul. l. quamuis. Item quod dicit hic, relegaretur, ideo dicit , quia de tali crimine accuſabat , ex quo ſi reus conuictus fuiſſet, condemnatus eſſet ad pœnam talionis . nam ad talionem fit condemnatio:vt C. de accu.l.fin.

p *Gabinio*. Dic caſum quòd quidã produxit teſtes:& iurauerũt:ſed non dixerunt. ſed poſtea ad domum producentis dicunt producenti dictum ſuũ fortè coram aliis bonis viris:& ipſi volunt recedere : & qui eos ꝓduxit in iudicio, recitat poſtea . hoc certè non creditur: ſed ipſi debent ſtare dũ dicũt: non tamen vltra quindecim dies : ſed interim debet ille qui eos produxit,alere: vt hic ſubiicit:vt C.e.l.quoniam liberi.&l.ſi quãdo.& C. de appel.eos. §. ſi quis autem poſt. Accurſius.

q *In reum*. conuerte literam, id eſt ne in reum,id eſt accuſatum hac lege Iulia de vi publi.vel priua.quod tamen in eo cri- C mine dicitur,exauditur in quolibet alio crimine, cum eadem ratio ſit:vt argu.infra de verb.obli.l.à Titio.in fi. Et idem in pecuniaria cauſa : vt non admittantur illi de quibus ſubiicit: vt patet in liberto , de quo primo ſubiicit:vt C. de quæſtio.l. pridem.

r *Qui ſe*. ſubaudi,ei qui,&c.ſed non pro eo:vt d.l.pridem.

s *Parentéve*. qui etiam propriè libertus accuſati dici poteſt: vt infra de verb.ſig.l.licet inter.§.paternos.Accurſius.

t *Impuberes*. no.ergo non poſſe referre teſtimoniũ minorem xiiij.vel xij.annis:vt inſti.de teſta.§.j.Sed quæri conſueuit,an factus pubes poſsit reddere teſtimonium de his quæ vidit in pupillari ætate?videtur quòd nõ:vt j.tit.j.l.fi.& C.de fal.mo. l.j.in fin. Sed tu dic contra, ſecundum Io.nam non prohibetur, ergo admittitur:vt ſ.eod.l.j.§.adhiberi. Item poteſt ſcire de facto,& de iure:licet non ad ſui præiudicium. Item ſeruus factus liber , ferre poteſt teſtimonium de eo quod primo vidit:vt j.de verb.ſig.notionem.§.inſtrumentorum. Item facultas probationum non debet anguſtari:vt C.de hæret.l. quoniam.& expreſſum videtur j.ad Silania.l.excipiuntur.hæc autem ſunt vera , niſi velint teſtificari in ea cauſa in qua ad ſui ſubſtantiam exigitur certus numerus perſonarum: vt in teſtamento.nam à principio exigitur teſtis idoneus:vt inſtitut.de D teſta.§.teſtes.Item quid de eo qui iam peierauit aliàs ? Ioan. putat eum remoueri:quia qui ſemel fuit malus,&c.vt j.de accuſa.ſi cui.§.j.ſi tamen pœnituit, & pœnitentiam peregit ſibi iniunctam, quidam putant poſſe teſtificari : quaſi ſit in integrum reſtitutus : vel quia poſt tempus videtur remiſſa infamia:vt C.de his qui not.infa. l. & ſi ſeuerior.& pro hoc C.de nup.l.imperialis.§.j.in fi. & in aut. conſtitutio quæ dignita.§. illud.col.vj. Sed quidam contra. nam dicunt quòd remittitur quo ad deum , non quo ad mundum vel publicam vindictam pœna infamiæ , ſiue dilicti ex quo ſecuta eſt infamia. Item quid de homicida,vel aliis qui ſunt in mortali peccato conſtituti?Reſpon.non repelluntur iure noſtro, ergo admittuntur: vt ſupra eod.l.j.§.j.licet iure cano. repelluntur: vt vj.q.j.infames.Accurſius.

u *Publico*. hic enim infamis eſt:vt infra de publ.iudi.l. infamem.Accurſius.

x *Eorum*. non licet prædictis ferre teſtimonium qui iudicio publico damnati erant:qui tamen in integrum reſtituti,&c.

y *Publica*. propter priuatã autẽ ideo non minus recipietur, cum nõ iuſtè infertur:vt C.de priua.Car.l.j.iſti autẽ inuinculati repellũtur vel propter notam vitæ ſuæ,licet non ſint infames:vel quia prę ſumitur quòd falſum teſtimoniũ diceret pro

aliquo

erit: quíue ad beſtias vt depugnaret, ſe locauerit:[a] quęve palā[b] quæſtū faciat, fecerítve: quive ob teſtimoniū dicēdū vel nō dicendū pecuniā accepiſſe iudicat[9][c] vel cōuictus[d] erit. Nā quidā ꝓpter reuerētiā[e] perſonarū, quidā propter lubricū[f] conſilij ſui, alij verò propter notam[g] & infamiā[h] vitæ ſuæ admittēdi non ſunt ad teſtimonij fidē.

Not. tex. quòd in his quæ ſpectāt ad litis ordinationem, debemus inſpicere conſuetudinem loci vbi agitur: vt hic, & C. de iura. cal. l. 2. circa finem, ſecus in his quæ pertinent ad litis deciſionem, dixi in l. fundus. ſ. de euict. & in l. 1. ſ. de vſuris. Bartolus.

B Teſtes non temerè euocandi ſunt per lōgū[i] iter: & multo minus milites[k] auocandi ſunt à ſignis vel muneribus, perhibendi teſtimonij cauſa. idque diuus Adrianus reſcripſit. Sed & diui fratres reſcripſerūt: Quod ad teſtes euocādos pertinet, diligētię iudicantis eſt explorare, quę conſuetudo in ea prouincia in quam * iudicat, fuerit. nā ſi probabitur, ſæpe[l] in aliam C ciuitatem[m] teſtimonij gratia pleroſque euocatos: non eſſe dubitandum quin euocandi ſint, quos neceſſarios in ipſa cognitione deprehēderit qui iudicat.

IIII. PAVLVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

aliquo qui eis promitteret ſe eos liberaturū à vinculis. Acc.

a *Locauerit.* hic eſt infamis ipſo iure: vt ſ. de poſtu. l. j. §. remouet. & de his qui no. infa. l. ij. in fi.

b *Palam.* i. ſine delectu: vt j. de ritu nup. l. palā. in prin. & eſt infamis ipſo iure: vt ſ. de his qui no. infa. l. athletas. §. ait prætor. & de ritu nu. l. palam. §. nō ſolū: & quod dicit hic, fecerit, nota ꝙ etiam ſi deſiit, tamē adhuc prohibetur: vt j. de ritu nup. l. palam. §. non ſolū. & ſic nota iure noſtro repelli infames: vt hic, & de iure can. vt in decre. vj. q. j. c. infames. Fallit in crimine læſæ maieſtatis: vt j. ad l. Iuliā maie. l. famoſi. & C. ad l. Iul. ma. l. nullus. Item fallit in hæreticis, qui ſunt infames: vt C. de ſumma trini. l. j. in fi. & tamen admittuntur: vt Cod. de hære. & Ma. l. quoniam. Vel verius, loquitur de illis hæreticis qui per ſententiā erant infames futuri, & adhuc non erat ſententiatum. ſi autem ipſo iure, vt Manichæi, tunc non poſſunt. Itē fallit cōtra pariter infamem: cū nil Iudæus &c. vt arg. d. l. quoniā. Alij dicunt omnes infames admitti: niſi in publicis criminibus: vt hic, ſed cū tormentis: vt j. eo. l. ob carmē. §. ſi ea. & in aut. e. §. ſancimus. col. vij. nam & ſeruus qui non poteſt eſſe teſtis, cū tormētis admittitur: ſed vt dixi, omnes repelluntur, ſecundum Io. niſi in caſibus modo notatis: & tunc cū tormentis fortè. turpes autē admittū tur: ſed cū tormētis: vt in aut. eo. §. ſi vero. col. vij. Quod autē dixi de ſeruo, nō ob. quia ille nō recipitur vt faciat plenā fidē, ſed ad indiciū pro veritate inquirēda: vt j. de quæſt. l. j. §. quęſtioni. & l. edictum. §. j. & ſic ſpeciale eſt in hæreticis ꝙ admittātur.

Vulg. qua

c *Iudicatus.* per ſententiam iudicis: vt j. ad leg. Iuliam repe. l. eadem lege. §. hac lege.

d *Conuictus.* per ſuam confeſsionem: vnde ſeipſum cōdemnauit: vt infra de confeſ. l. j.

e *Reuerentiam.* vt liberti. & not. quòd reddit rationem prædictorum per ordinem.

f *Propter lubricum.* vt impubes.

g *Propter notam.* vt in eo qui eſt in vinculis detentus.

h *Et infamiam.* vt damnati de publico iudicio. ſunt & aliæ cauſę propter quas quis repellitur: vt habes j. e. in diuerſis ll. Accurſius.

i *Per longum.* vt j. quemadmo. teſta. ape. ſed ſi quis ex. niſi ſic ſe habeat conſuetudo: vt in fi. huius. l.

k *Milites.* hi nec etiā per vicinū inuiti dicūtur: vt j. e. l. inuiti.

l *Sæpe.* ergo eſt faciendum quod ſæpe factū eſt: vt hic, & C. loca. l. certi. & j. de admi. tut. l. ſine herede. §. pe. & C. de ædi. pri. l. an in totum. & C. quæ ſit lon. conſue. l. j. & C. de aquæduc. & vſu aquæ. l. diligenter. lib. xj. & ſ. de ſerui. vrba. prædi. l. qui luminibus.

m *Ciuitatem.* id eſt vt de alia ciuitate veniant.

L*Ege Iulia.* } CASVS. Accuſo Titium de aliquo crimine: & adduco in teſtem, vel inuitum volo cogi ad teſtimoniū ſocerum, vel generum vel vitricum, vel aliquem conſanguineum. j. vij. gradum. Et dicit quòd non poſſum. ita neq; poſſum facere cogi libertū eius, vel libertū filij ſui, vel libertum vxoris Titij: nam & vxore accuſata non teſtificatur in eam libertus viri. Item nō poſſum facere cogi libertum Titij: quia & ipſe eiuſdem collibertus erat. Item nec patronus neq; patrona cogitur cōtra libertum nec ecōtra ferre teſtimonium.

LEge Iulia† iudiciorū publicorū cauetur, ne inuito denūtietur[n] vt teſtimonium litis dicat aduerſus ſocerum, generū, vitricū, priuignum, ſobrinum,[o] ſobrinam, ſobrino natum, eóſve qui priore[p] gradu ſint. Item ne liberto ipſius,[q] liberorū eius, parentū, viri[r], vxoris. item patroni[s], patronæ. & vt ne patroni, patronæ aduerſus B libertos, neq; liberti[t] aduerſus patronos cogātur[u] teſtimonium dicere.

† *De lege Papia. ſeu Poppea pulchre Alcia. lib. diſpu. 3. cap. 3.*

V. GAIVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

IN legibus quib9 excipitur ne gener aut ſocer inuitus teſtimoniū dicere cogeret, generi appellatione ſpōſum quoq; filiæ cōtineri placet: item ſoceri, ſponſę[x] patrem.

VI. LICINNIVS Rufinus libro ſecundo Regularum.

IDonei non videntur eſſe teſtes, quibus imperari[y] poteſt vt teſtes fiant.

VII. MODESTINVS libro tertio Regularum.

C SErui reſponſo[z] tunc credendū eſt, cum alia probatio ad eruendam veritatem non eſt.

VIII. SCAEVOLA libro quarto Regularum.

INuiti teſtimonium dicere non coguntur ſenes,[a] valetudinarij,[b] vel mili-

A n *Denuntietur.* ab aliquo priuato. publicè enim omnibus imperari poteſt, ſecundum quoſdam: quod non puto his perſonis. ſed an pro eis? Reſp. nō, cum ſi valeret, pro vtraque parte valeret: vt C. de epiſc. & cle. auth. ſed iudex. & facit pro hoc inſti. de teſta. §. ſed neq;. Sed ar. cōtra. C. de legi. & cō. l. quod fauore. itē not. ꝙ quidam intelligunt. l. iſtā in criminalibus tantū: quia iudiciū ſanguinis agitur: nō in ciuilibus. & hoc videtur innuere illud verbū lege Iulia publicorū &c. ſed ego id non puto: quia ſimpliciter lex loquitur. ergo verū eſt illud in criminali & ciuili: arg. ſ. de alea. l. j. §. ij. & j. de lega. præſtan. contra tabu. bonorum poſſeſ. petita. l. j.

o *Sobrinum.* ſobrini & ſobrinæ ſunt, qui ex fœminis deſcendunt: ſicut conſobrini qui cōſororini: vt inſtit. de gradibus. §. iiij. & §. vj. ſed an idem ius erit in agnatis? Reſp. vtique, cum in eis ſit eadē vel maior ratio: & quod dicit hic Paulus, videtur reducere ad memoriā infra de gradibus. l. iuriſconſultus. Accur.

p *Priore.* vt patruum, amitam, auunculum, materteram.

q *Liberto ipſius.* accuſati non denuntietur teſtimonium cōtra accuſatum. Azo.

r *Viri.* ne denuntietur liberto viri contra vxorem eius accuſati: quia ei debet reuerentiam: vt C. de in ius vocan. l. j. Item ne liberto vxoris eius qui accuſatur, denūtietur teſtimonium cōtra ipſum maritum accuſatum.

s *Patroni.* repete, ne denūtietur liberto patroni contra libertum qui eſt libertus eiuſdem patroni, vel patronæ: quia ſunt de eadem familia. Accur.

t *Liberti.* hoc dixerat: ſed repetit, vt plenius dicat.

v *Cogantur.* ſed nec admittuntur liberti volentes: vt C. eo. liberti aduerſus. Accur.

x IN *legibus. Sponſæ.* vt j. de grad. cogna. l. ſeruus. Accur.

y I*Donei. Imperatori.* ſiue liberi, ſiue ſerui ſint: & intellige imperari à producente eos pro ſe: alioquin nullus teſtis idoneus eſſet, quia magiſtratus ei pręcipere poteſt: vt C. e. ſiquādo. Item intellige imperari poſſe ratione patriæ poteſtatis, D vel dominicæ, vel ratione obediētiæ, vel iuriſdictionis, vt in cauſa propria imperantis non ſint teſtes qui de iuriſdictione vel obediētia vel poteſtate eius ſunt: ſed in cauſa vniuerſitatis poſſunt: & hac ratione imperabit abbas monacho vt ferat teſtimonium pro collegio: vt arg. ſ. de in ius vocā. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. Accur. ADDITIO. Quid autē de vaſallo? Dicit Guil. in ſpe. de teſt. §. j. ver. ſed nūquid vaſallus quòd iuramentum fidelitatis eſt ſpecies ſeruitutis: ar. ſ. de proba. l. ſi filius. & eſt gl. ordinaria. ſ. de vſufru. ſi cuius. §. j. repellitur ergo quia ei poteſt imperari. arg. huius l.

z S*erui reſponſo.* Quod ab eo elicitur cum tormentis, præcedentibus tamen indiciis: vt j. de quæſtio. l. maritus. & C. quæſt. l. milites. & l. j. Item de ſuo tantum facto intellige eum interrogari: vt C. de quæſtio. l. interrogari. & ſupra de proba. l. cum probatio. aliàs ſi non de facto ſuo, non: cum nullam communionem habeat cum iure ciuili: vt infra de teſta. l. qui teſtamento. §. ſeruus. Alij dicunt non oportere pręcedere indicia cum de ſerui facto quæritur. & facit ſ. de ædil. edict. l. quæro. §. ſi.

a I*nuiti ſenes.* qui ſunt maiores annis. lxx. vt C. qui ætate. l. j. lib. x. & j. de iu. immu. l. iij. Accur.

b *Valetudinarij.* qui. ſ. morbo detinentur. Accur.

tes,[a] vel qui cū magiſtratu Reipublicæ cauſa abſunt, vel quibus venire nō licet.[b]

IX. PAVLVS libro primo ad Sabinum.

TEſtis idoneus pater filio,[c] aut filius patri non eſt.

X. POMPONIVS libro primo ad Sabinum.

NVllus idoneus teſtis in re ſua[d] intellegitur.

XI. IDEM libro trigenſimotertio ad Sabinum. B

AD fidem rei geſtæ faciendam etiam non rogatus[e] intellegitur.

XII. VLPIANVS libro trigenſimo ſeptimo ad Edictum.

VBi numerus teſtiū non adiicitur,[f] etiam duo ſufficient. Pluralis enim elocutio duorum numero contenta eſt.

Nota quòd cauſa euitandæ abſurditatis debet fieri extenſio legis ad caſum nō expreſſum habentem ſimilem rationem. Bar.

XIII. PAPINIANVS libro primo de Adulteriis.

b *Quibuſdam*. non ergo in omnibus. Sed qui ſunt hi ſpeciales caſus. vbi mulieri ſuccurritur? Reſpon. in deſerta accuſatione per errorem iuris: vt infra ad Turpill. l. j. §. accuſationem. & l. mulier. Item ſi non exhibeat inſtrumenta: vt Codice de edendo. l. j. §. finali. Item ſi aſſcripſit legatum: vt infra ad legem Corneliã de fal. l. diuus. §. quæri. Item ſi per incuriam vel negligentiam falſam monetam cudi patiatur in prædio ſuo: vt Cod. de falſa mone. l. j. §. j. Item ſi detulerit: vt infra de iure fiſci. l. ij. §. fina. Item ſi à locuplete debitore ad inopem ſe nouauerit: vt infra ſoluto matrimonio. l. ſi cum dotẽ. §. ſi mulier. Item ſi pro alio fideiubeat: vt ſupra, qui ſatiſdare cogantur. l. de die. §. minori. & hæc in damnis vltra mares: vt C. eodem. l. fina. in lucro autem dic, vt ſupra eod. l. error. ij. reſp. Accurſius.

c *Non eſt delictum*. vt in prædictis caſibus.

d *Læduntur*. ſcilicet mulieres in damnis. in lucris autem non prodeſt: vt ſupra l. proxi. §. iuris autem.

e *Hac ratione*. non proximi, ſed ſuperioris dicti.

f *Vigintiquinque annis*. pone exemplum Codice ſi aduerſus ſolus. l. indebito. ſuccurritur ergo minori in cõtractu vel quaſi, & in maleficio vel quaſi, ſi errat in iure ciuili, non naturali vel quaſi: vel erretur in delicto. nam iuuatur, ſi modò delicta non proueniant ex animo: vt hic, & ſupra de minori. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.

g *Crediderit*. vt & ſupra ad Maced. l. ſi quis patrem. & de mino. verum. § fi. Accurſius.

h *Adire*. iure prætorio ſecundum tab. intra centum dies ſibi à lege conceſſos, vel inſtitutus ſi adierit intra annum.

i *Ignorare*. milites enim &c. vt C. de iur. delib. l. fi. in prin.

k *Aditionis*. centum dierum iure prætorio, vel ciuili die inſtitutum ſi adierit intra annum.

l *Sed facti*. ſcilicet alieni.

m *Solus ignorat*. vtique non ſubuenitur ei. idem & ſi mulieri: vt ſupra de inſtit. l. ſed & ſi. §. proſcribere. ſecundum Ioan. ſic & econtra parcitur alicui ſi ignorat quòd maior pars vel omnes ignorant: vt ſupra de offic. præto. l. Barbarius. Facit ad §. iſtum ſupra eo. plurimum. in fin. & l nec ſupina. & ſupra de contrahen. emptio. l. ea quæ. & l. & ſi conceſſum. §. ignorantia. & xxxvij. diſtinct. in fine.

n *Inquirendo*. etſi non diligenter inquiſierit. Ioan.

o *Non prodeſſe*. i. nocere. Azo. vel proprie vt ſtatim dicit iuriſc. vt & j. de bo poſſ. l. in bonorum.

p *Raro*. id eſt raro eſt locus huic diſtinctioni, habuerit copiam iuriſconſulti, vel nõ: ſed in lucro tantũ: in damno autem quamuis iuriſconſulti copiam habeat, tamen ſibi ſubuenitur: vt ſ. eod. l. iuris ignorantia. & l. error. in fine. Accur.

q *Plus in re*. id eſt in veritate, quàm in opinione: vt inſtit. de leg. §. ſi quis rem. Et arg. ſ. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. ſi quis quaſi. & facit infra de fal. l. impuberem. §. j. & de adquiren. rerum dominio. l. liber homo.

r *Tametſi*. id eſt quãuis.

s *Epiſtula*. & lex Codicis: vt C. ad l. Fal. error. Accurſius.

t *Ex cauſa*. hæc verba ſunt generalia. Accur.

v *Per errorem*. ſcilicet facti probabilis: vt d. l. error. Accur.

Hæc verba ponuntur in c. ex parte. in glo mercuriali. extra de conſuetud.

x *Nec ſtultis*. No. ſtultis non ſuccurri: vt infra quod vi aut clam. l. ſeruus. & appellat ſtultum, qui ius ignorat: vt argu. C. de leg. & conſti. l. leges ſacratiſsimæ. & facit infra de admi. tut. impuberi. Accurſius.

Ignorans ius, ſtultus dicitur.

y *Et licet municipum*. modo incipit cõmendare epiſtolam, & licet, &c. quæ hucuſque durat.

z *Nam initium*. Not. quòd ſi initium eſt generale, & tota lex generalis eſt. ſic infra de auro & arg. leg l. ſpecies. argu. contra infra de lib. le. l. Aurelius. §. Sticho. genus eſt ibi, quod ex cauſa fideicommiſsi indebitum datum eſt, ſi non per errorem ſolutum eſt, repeti non poteſt. ſed poſtea ibi, quam ob rẽ, &c dicit in ſpecie.

Tota lex generalis eſt, ſi initiũ ſit generale.

a *Indebitum*. ſcilicet ciuiliter. Accurſius.

IMpuberes.} CASVS. Si in prædio pupilli cudatur falſa moneta, aut exerceatur: an ſciẽs perdat prædium? Dicit quòd non: quia nihil ſcire intelligitur. Viuianus.

x. PAPINIANVS libro ſexto Reſponſorum.

IMpuberes ſine tutore agentes, nihil[a] poſſe ſcire[b] intelleguntur[c].

Digeſtorum ſeu Pandectarum liber viceſimuſtertius.

DE SPONSALIBVS†. TITVLVS I.

Sponſalia fiunt per verba de futuro, & à ſpondeo dicũtur, à quo etiam deſcendit appellatio ſponſi. h. d. cum duabus legibus ſequentibus. Bald.

I. FLORENTINVS libro tertio Inſtitutionum.

SPõſalia[d] ſunt mẽtio & repromiſsio nuptiarum futurarum.

II. VLPIANVS libro ſingulari de Sponſalibus.

SPõſalia autem dicta ſunt à ſpondendo: nam moris fuit veteribus ſtipulari[e] & ſpõdere ſibi vxores futuras.

III. FLORENTINVS libro tertio Inſtitutionum.

VNde & ſpõſi ſponſæq; appellatio nata eſt. C

Contrahuntur ſponſalia nudo conſenſu inter præſentes, vel inter abſentes per epiſtolam h. d. cum. l. ſeq. Bald.

IIII. VLPIANVS libro trigeſimoquinto ad Sabinum.

SVfficit nudus[f] conſenſus[g] ad conſtituenda ſponſalia. Denique conſtat[h] & abſenti abſentem[i] deſponderi poſſe[k], & hoc quotidie fieri.

V. POMPONIVS libro ſextodecimo ad Sabinum.

HAEc ita, ſi ſcientibus his qui abſunt, ſponſalia fiant, aut ſi poſtea ratum habuerint.

Eius eſt diſſoluere, cuius eſt ligare hoc dicit iſta l. not. Bald. D

VI. VLPIANVS libro trigeſimoſexto ad Sabinum.

SI puellę tutores ad finiẽda ſponſalia nũtium miſerunt, non putarem ſuffecturum ad diſſoluẽdam nuptiarum ſpem[l] hunc nuntiũ, non magis quàm ſponſalia poſſe eos ſolos conſtituere: niſi fortè omnia iſta ex voluntate puellæ facta ſint.

Tantũ valet id quod fit ſine ſcriptura, quantum id quod fit cum ſcriptura. Bald.

VII. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

IN ſpõſalibus nihil intereſt, vtrũ teſtatio[m] interponatur, an aliquis ſine ſcriptura ſpondeat[n]. In ſponſalibus etiam conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur[o]. Intelligi tamen ſemper filiæ patrem conſentire, niſi euidenter[p] diſſentiat, Iulianus ſcribit. B

Quædam impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta ad id quod l. ſi pater. ſupra de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

VIII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

FVror quin ſponſalibus impedimento[q] ſit, plus quàm manifeſtum eſt: ſed poſtea interueniẽs ſponſalia non infirmat[r].

Per ductionem ad domum ſponſalia non præſumuntur cõtracta: durãt tamẽ ſi ante ductionem contracta fuerunt. Bald.

IX. VLPIANVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

QVæſitũ eſt apud Iulianum, an ſponſalia ſint ante duodecimũ annum, ſi fuerint nuptiæ collatæ[s]. Et ſemper Labeonis ſententiã probaui, exiſtimãtis, ſi quidẽ præceſſerint[t] ſpõſalia, durare ea, quamuis in domo loco nuptæ[u] eſſe cœperit. Si verò non præceſſerint: hoc ipſo quòd in domũ deducta eſt, non videri ſponſalia facta[x]. quam ſententiam Papinianus quoque probat. C

Pater poteſt ſponſalia filiæ exiſtentis in poteſtate diſſoluere, ſecus ſi fuerit emancipata. h. d. cum l. ſeq Baldus.

X. IDEM libro tertio Diſputationum.

IN poteſtate manẽte filia, pater ſponſo nuntium remittere poteſt[y], & ſponſalia diſſoluere. Enimuero ſi emancipata eſt, non poteſt neque nuntium remittere, neque quæ dotis cauſa data ſunt, condicere. ipſa enim duxit eam in domum. D

a *Nihil poſſe.* de facto.
b *Scire.* de iure. Accurſius.
c *Intelliguntur.* in ſui præiudicium: vt C. de fal mo. l. j. §. impuberes. & argum. ſupra ad Maced. l. ſi quis patrem. in fin. & infra quod fal. tut. auct. l. pupilli. & j. de iureiu. l qui iuraſſe. hoc autẽ intelligi poteſt de non proximo pubertati, & de eo qui non eſt doli capax: alioquin cum dolũ committat, ſcire dicetur de iure, & de facto. Accurſius Florentinus.

DE SPONSALIBUS.

Diximus de contractibus rerum, nunc de contractibus perſonarum, id eſt nuptiis. ſed quia ſponſalia præcedunt, ideo de his præmittit.

† *De iure & more veterum ſponſaliorũ Gel. lib. 4. ca. 4. & Boeth. in Top.*

d *SPonſalia.* ſed an ſine ſpõſalibus poſſint eſſe nuptiæ? Reſp. vtique, ſi ponas aliquam ductam in domum, & in eadem domo contractum matrimonium. Azo. Vel etiam in domo mulieris per verba de præſenti. Accur.

e *SPonſalia. Stipulari.* ſtipulatio poteſt interuenire, ſed non eſt neceſſaria, quia & inter abſentes contrahuntur: vt infra eod. l. iiij. & fin. Vel dic eſſe ſpeciale in ea, vt inter abſentes contrahatur. aliàs autem contra: vt inſtit. de inut. ſtipul. §. item verborũ. ex hac tamen ſtipulatione nõ reperio agi. Sed cur non agatur ad intereſſe ſi fœmina diues eſt, cum ſit rei honeſtæ ſtipulatio? Argu. contra infra de verbo. oblig. l. Titia. & quarum re. act. non da. l. j. §. quæro. Accurſius.

f *SVfficit nudus.* à ſtipulatione, non à verbis: vt ſ. l. j. Accur.

g *Conſenſus.* vt & infra eod. l. fin. & l. ſponſalia. & l. in ſpõſalibus. Accurſius.

h *Conſtat.* an idem in matrimonio, quod inter abſentes contrahatur? Videtur quòd ſic: vt j. titu. j. l. denique. quia ſolo cõſenſu contrahitur, non verbis: vt infra de iure dotiũ. l. mutus. & j. de regu. iur. l. nuptias. vnde videtur etiam inter abſentes poſſe contrahi, & in diem, & ſub conditione: vt infra de act. & oblig. l. conſenſu. & inſtit. de contrahen. empt. §. emptio. Sed econtra videtur, cum matrimonium ſit actus legitimus, & de iure cano. introductus, videtur non fieri inter abſentes, vel in diem, vel ſub conditione. nam & emancipatio ſolo conſenſu fit, non tamen in diem, vel ſub conditione: vt infra de reg. iur. actus. ſed ibi de certis actibus dicit. Item pro hoc eſt quod legitur ſupra de adopt. l. neque abſens. Accurſius. ADDITIO. Tu dic quòd matrimonium poteſt contrahi per procuratorem, A & fundatur in perſona domini: vt extra de procur. c. fin. §. j. lib. vj. Sed an poſsit contrahi ſub cõditione: dic vt not. extra de condi. appo. cap. fin.

i *Abſentem.* per nuntium, vel literas: vt j. e. l. fi. Accur.

k *Poſſe.* vt infra eod. l. in ſponſalibus. Sed quid ſi pœniteat abſentem antequã abſens conſentiat? Argu. quòd non ſunt ſponſalia: vt ſupra de iureiur. l. non erit. in fine. & j. de acquir. poſſ. l. abſenti. Sed arg. contra j. de acquir. here. l. ſi quis mihi bona. §. fi. & l. qui ſeruum. & C. de repu. l. licet. & j. de aqua plu. arcenda. l. in diem. Accur.

l *SI puellæ. Spem.* nec matrimonium: vt Codice de nup. l. in copulandis. nec procuratorem: vt C. de procur. l. neque. nec repudiare bonorum poſſeſſionem: vt j. de ſuc. edic. l. j. §. tutor. Et ſic no. quòd non eſt ſimilis poteſtas tutoris, patriæ poteſtati. pater enim diſſoluit: vt infra eodem. l. in poteſtate. Accurſius.

Tutoris poteſtas, à patria poteſtate differt.

m *IN ſponſalibus. Teſtatio.* id eſt in ſcriptis ſponſalia. Azo.

n *Spondeat.* vt C. de nup. l. neque ſine.

o *Deſideratur.* vt eorum quorum in poteſtate eſt: vt infra tit. j. l. ij. & C. de nupt. l. ſi vt proponis.

p *Niſi euidenter.* Not. intelligi conſentire, niſi cõtradicat ex quo ſcit: vt argumen. infra ſoluto matrimo. l. ij §. voluntatem. Sed arg. contra infra de furt. l. qui vas. §. qui ex volũtate. Accurſius. ADDITIO. Dic quòd hic eſt fauor matrimonij, & propter cõiunctionem perſonarum: argum. l. ſi ſeruus. infra de dona. inter virũ & vxorem. Item quia contradicendo poſſet impedire. argum. eius quod no. in l. Gaius. ſ. de pigne. actio. ſecundum Bartolum.

Sciens non contradicẽs conſentire videtur.

q *FVror. Impedimento.* vt & venditioni: vt C. de de contrahen. empt. l. ij.

r *Non infirmat.* ſicut nec videtur matrimonium: vt & ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre. & j. titu. j. l. oratione. §. fin.

s *QVæſitum. Collatæ.* id eſt de facto celebratæ[a] quãtum ad ipſorum votum, quia

a Imò, inquit Bud. hic, collatæ nuptiæ dicuntur dilatæ, reiectæq;.

t *Præceſſerint.* antequam fieret ductio in domum.

v *Nuptæ.* ſ. de facto tantum.

x *Facta.* licet enim conſenſerit ductioni: non tamen ideo conſenſit nuptiis contrahendis. & conſentire poteſt in concubinam.

y *IN poteſtate. poteſt* vt j. de rep. l. ij. in fin. ſed nuptias non: vt C. de repu. l. diſſentientis. & j. de dona. inter vir. & vxor. l.

cum

cum hi.§.ſi ſocer nurum. idem in matre, vt non faciat diuortium filiæ: vt C.de repu.l.filiæ.

a Extinguet. id eſt faciet vt non naſcatur. Accur.

b Quæ. ſcilicet condictio.

c Non ſecuta. id eſt ſi illa nolit nubere. Accur.

d Conſentiret. pater.

A uenitur ad illud prohibitum: vt ſupra de pactis. l. quod dictum. & infra de fideiuſſ. l. cum lex. & C. de nat. lib. l. legem. in fine. & C. de vſur. l. eos. in fin. & C. de vſur. rei iudic. l. fina. in fin. & ſupra de petit. hered. l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem. & ſupra de minor. l. iij. §. vtrum. Sed argumen. contra infra titu. j. l. ſi quis officij. Sed ibi eſt ſpes quòd erit matrimoniũ, licet hodie eſſe non poſsit. Itẽ argument. contra ſupra de iud. iud. ſed & ſi ſuſceperit. §. fin. & ſic econtra not. ſ. de iur. om. iud. l. ij.

filia nubẽdo efficiet dotem eſſe, condictionemq; extinguet,[a] quæ[b] cauſa non ſecuta[c] naſci poterit, niſi fortè quis proponat ita dotem patrẽ pro emancipata filia dediſſe, vt ſi nuptiis non conſentiret,[d] vel contractis vel non cõtractis, repeteret quę dederat. tunc enim habebit repetitionem.

Sponſalia conſenſu filiæ contrahuntur: quæ filia patri conſentire debet, licet contradicere poſſet, ſi haberet iuſtam cauſam contradicendi. h. d. iſta l. cum l. ſeq. Bald.

XI. IVLIANVS libro ſextodecimo Digeſtorum.

B SPõſalia, ſicut[e] nuptię, conſenſu contrahentiũ fiunt: & ideo ſicut nuptiis ita ſpõſalibus filiamfamilias conſentire oportet.

XII. VLPIANVS libro ſingulari de Sponſalibus.

SEd quæ patris voluntati non repugnat, cõſentire intellegitur.[f] Tũc autẽ ſolũ diſſentiendi à patre licentia filiæ conceditur, ſi indignũ moribus vel turpẽ ſponſum ei pater eligat.[g]

XIII. PAVLVS libro quinto ad Edictum.

C FIliofamilias diſſentiente ſponſalia nomine eius fieri non poſſunt.

XIIII. MODESTINVS libro quarto Differentiarum.

IN ſponſalibus contrahẽdis ætas † contrahentium definita nõ eſt, vt in matrimoniis.[h] Quapropter & à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt, ſi modò id fieri ab vtraque perſona intellegatur: id eſt ſi non ſint minores, quàm ſeptẽ annis.

XV. IDEM libro ſingulari de Enucleatis caſibus.

D TVtor factam pupillam ſuam[i] nec ipſe vxorem ducere, nec filio ſuo in matrimonio adiũgere poteſt[k]. Scias tamẽ quod de nuptiis tractamus: & ad ſponſalia pertinere.

Cũ aliquid prohibetur, videtur eſſe omne illud prohibitũ, per quod peruenitur ad illud. Et quãdo aliquid permittitur, videntur eſſe omnia permiſſa per quæ peruenitur ad illud: vt l. ad rẽ mobilẽ. & l. ad legatũ. ſ. de proc. & l. 2. ſ. de iuriſ. om. iud. Bald.

XVI. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

ORatio imperatorũ Antonini & Commodi, quæ quaſdã nuptias in perſonã ſenatorum inhibuit, de ſponſalibus nihil locuta eſt: rectè tamẽ dicitur, etiã ſponſalia in his caſibus ipſo iure nullius eſſe mомẽti, vt ſuppleatur[l] quod oratiõi deeſt.

Sponſus debet expectare ſponſam etiã vltra quadriennium, ſi iuſta & neceſſaria cauſa interueniat. Bartolus.

XVII. GAIVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SAEpe iuſtę ac neceſſarię cauſę nõ ſolum annũ vel biennium, ſed etiã trienniũ & quadriẽnium & vlterius trahunt[m] ſpõſalia: veluti valetudo ſponſi, ſponſęve, vel mortes parentium, vel capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quæ ex neceſsitate[n] fiunt.

Sponſalia poſſunt contrahi inter preſentes, vel abſentes, per nuntium, vel per epiſtolam. Baldus.

XVIII. VLPIANVS libro ſexto ad Edictum.

IN ſponſalibus† cõſtituendis parui refert, per ſe & coram, an per internuntiũ, vel per epiſtulam,[o] an per alium hoc factũ ſit.[p] & ferè plerunq; conditiones interpoſitis perſonis expediũtur.

DE RITV NVPTIARVM.† TITVLVS II.

I. MODESTINVS libro primo Regularum.

NVptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ: diuini[q] & humani iuris communicatio.

II. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

NVptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi cõſentiãt omnes, id eſt qui coëunt, quorũq; in poteſtate[r] ſunt.

Inter fratres cõſobrinos nuptiæ cõtrahũtur, etiã ſi ſolus cõſenſus interuenerit. Bal.

III. IDEM libro primo ad Sabinum.

SI neptem ex filio, & nepotem ex altero filio in poteſtate habeam, nuptias inter eos me ſolo[s] auctore contrahi poſſe Pomponius ſcribit: & verum eſt.

Nuptiæ imperfectæ propter defectum ætatis contractæ, adueniente legitima ætate perficiuntur. Bald.

IIII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

MInorem † annis duodecim nuptam, tunc legitimam vxorem fore, cũ apud virum expleſſet duodecim annos.[t]

e SPonſalia. Sicut. vt & ſupra eodem. l. ſufficit.

f SEd ea intellegitur. vt & j. ſolut. matr. l. dotem. Accur.

g Eligat. ergo ſi dignum eligat pater, cõtrahuntur ſponſalia ſine voluntate filiæ. ſecus tamen aſſeritur in filio: vt infra l. proxi. Ioan.ᵃ tamen dicit idem in filia, quod in filio: vt nunquam conſiſtant ſponſalia ſine voluntate filiorum & filiarum. ſed tamen vbi dignum eligat pater, contrahit cauſam ingratitudinis, niſi cõſentiat: vt fit in aliis cauſis: vt in auth. vt cũ de app. cog. §. ſi alicui. coll. viij. Item contra Codice, de nupt. l. viduæ. vbi exigitur filiam conſentire etiam, ſi dignum ſibi eligat pater: vt eius voluntas præfertur. Reſpon. hoc loquitur de ea tantum quæ eſt in poteſtate, vbi de emancipata. vel dic quòd de vtraque loquitur. hoc tamen non eſt verum, niſi ipſa ſibi dignum eligat: vt ibi.

a Iſtam opi. tenet Ioan. And. in c. I. extra de deſpon. impub. ſecundum Bald.

h IN ſponſalibus. Vt in matrimoniis. id eſt talis vt in matrimoniis: ſed alia ſcilicet ſeptem annorum, vt ſubiicit. Vel non eſt definita, vt in ſponſalibus variè in maribus & fœminis, vt in nuptiis. Vel aliter non eſſet definita ætas, vt ſolam ætatem dicam ſufficere, ſicut in nuptiis dico. nam ſi ſeptem annorum ſit, nõ ſufficit, niſi intelligat quod agatur. ſæpe enim accidit, vt non intelligant in ea ætate, ſed in ix. annis tãtum, vel decem, ſed ſola ætas. xij. annorum vel xiiij. ſufficit. tũc enim bene intelligunt, niſi ſint furioſi, ſecundum Azo.

† Quæ ætas matrimonii definiẽda, Plato dialog. 6. de legib. circa finem.

In 12. & 14. an. intelligere quis dicitur.

i TVtor. Suam. ſ. adultam.

k Poteſt. vt & Cod. de inter. ma l. ſi tutor. & infra titu. j. l. ſenatuſconſulto. & l. ſi quis tutor. §. quamuis. Accurſius.

l ORatio. Suppleatur. Not. ſuppleri vbi deficit lex: vt ſupra de teſti. l. quæſitum. Item not. ſi quid prohibetur, & id prohibetur, per quod per-

m SAepe. trahunt. vt ſint ſine matrimonio contracto ſola. alioquin tranſacto biẽnio alij nubere poteſt: vt C. eo. l. ij. & C. de repu. l. ij. Accur.

n Ex neceſsitate. forte cauſa appellatiõis exercendæ: vt arg. ſupra de iudic. l. ij. §. legatis. Accurſius.

o IN ſponſalibus. Per epiſtolam. miſſam. Az.

p Hoc factum ſit. ſcilicet ſponſio futurarum nuptiarum.

DE RITV NVPTIARVM. Id eſt de feſtiuitate ſiue ſolennitate nuptiarum. Et no. quòd hæc quatuor idem ſignificant, matrimonium, nuptiæ, coniugium, & conſortium: ſed contubernium eſt tantùm inter ſeruos: vt C. de adult. ſerui.

† Concor. tex. in c. neo illud. 30. q. 5. tex. in c. ex parte. extra de cõuer. cõiuga. ¶ In hunc titulũ Alex. ab Alex. li. 1. Gen. dier. cap. 24. vbi diffusè diuer os in cõtrahẽdis nuptiis gentiũ mores declarat. Idẽ etiã li. 2. cap. 5.

q NVptiæ ſũt. Diuini. qa eiuſdem ſectæ, vt ambo iudæi, vel Chriſtiani: vt C. de Iudæ. ne quis. & l. nemo. & Cod. de crimin. expil. hered. l. aduerſus. religionis tamen diuerſitas non impedit, cum ſint eiuſdẽ ſectæ: vt Codice de epiſc. audi. ſi legibus. Item humano iure cõmunicant, quia eiuſdẽ fori efficitur vxor cũ foro viri: licet aliud ſit in concubina: vt ſupra de iudi. l. exigere. & j. ad mun. l. de iure. in fi. Accurſius.

r NVptiæ. in poteſtate. niſi ſint furioſi, vel ab hoſtibus diu capti. vnde conſentire non valent: vt j. eod. l. ſi nepos. in fine. Accurſius.

s SI neptem. Me ſolo. non ergo oportet conſentire patrem nepotis, vt hic. Sed contra infra eodem. l. oratione. §. j. Solu hic conſobrinam, ibi extraneã ducebat. vel hic erat mortuus vel furioſus pater huius nepotis: vt infra eod. l. ſi nepos. Accurſius.

† Concor. cum hac l. c. puberes. extra de deſpon. impu. & c. vnicum. eod. titu. lib. 6.

t MInorem. Duodecim annos. adeo etiam vt ſi ante poſsit cognoſci, non tamẽ ſit vxor,

AEtas nuptiis vt cognatio impedimentũ præſtat.

A vxor, ſecundum Ioan. quia ætas vt cognatio præſtat impedimentum nuptiis. Sed arg. contra j. de verb. oblig. l. cõtinuus. §. cum ita. ſecundum Azo.

MVlierem.} C A S V S. Mulier Berta erat vxor mea per verba de futuro: miſi pro ea literas, & venit ad domum meam. preſumitur iam vxor. ſed ſi ipſa pro me miſit, & ego iui ad eius domum, non preſumitur vxor. nã mulier ſponſa ad domum ſponſi frequenter vadit vt vxor: ſed homo ad domum ſponſæ nõ ſic vadit vt vir. primũ probat tali ſimili, quia quidam Cinna contraxit cum Berta ſponſalia de futuro. tandem miſit pro ea, & ipſa iuit ad domum ſponſi, & ſponſus cœnauit ſecũ, & iuit forte ſpatiatum, & cecidit in flumen, & periit. quæritur an ſit lugendus ab ea vt vir. Et dicit quòd ſic. eſt ergo ipſa vxor præſumptione iuris, & repetit dotem, & tamen eſt virgo. hoc dicit cum duabus ll. ſequẽ. Viuianus.

a *Per literas eius.* ſcilicet viri. & eſt ſenſus huius. l. vt maritus per nuntium ſuum vel per literas vxorem ducere poſsit. mulier autem per proprium nũtium nubere non poteſt. ipſam enim in domum mariti duci oportet, & eo ipſo ſponſæ præſumitur vxor facta, ſi aliud non liqueat. vir autem non eo ſolo factus dicitur, quòd ſpõſæ domum ierit: cum ad ea quæ ſæpius contingunt, iura aptentur, ſecundum R. vt ſupra de legi. & ſenatuſc. l. nam ad ea.

† Hunc locũ explicat Alciatus li. Parerg. 4. cap. 21.

b *Quæ abeſſet.* ſcilicet à domo mariti, & ſua. Azo.

c *Non poſſe.* vt ſit vxor antequam in domũ mariti peruenerit: licet ipſe vadat ad domum vxoris.

d *Deductione.* ſcilicet vt ea ſit ſufficiens nuptiarum teſtimonium.

e DEnique. *Abſentem.* per ſuos enim amicos fecit eã in domum ſuam deduci: vt ſupra l. proxi.

f *Rediens.* ad militiam forte, vel ad aliquod negotium quod aggreſſus fuerat. vel alibi cœnauerat, & ad domum veniebat.

g *A cœna.* in domo viri celebrata, ſecundum primam.

h *Reſponſum eſt.* licet corpus eius non compareat: vt s. de his qui not. infam l. fi. in fin. Accurſius.

Furioſi conſenſus in adeũda hereditate nõ requiritur.

i SI *nepos. Sufficit.* non ergo furioſi auctoritas requiritur. ſicut nec in hereditate adeunda: vt infra de acquir. here. l. cum heres. & dotem filia repetere: vt j. ſoluto mat. l. ſi cum dotem. §. ſi ſoluto.

k *Ducere.* ſed & ante, ſi tamen talem, &c. vt j. l. proxi. & l. ſi filius. in fin.

l SI *filius. Certum ſit.* id eſt non eſt veriſimile.

SI *qua.*} C A S V S. in principio eſt planus. {A D O P T I V AE. Pater meus adoptauit libertum qui habet Titiam filiam. quæritur an ego poſsim Titiã filiam accipere? Et dicit quòd ſic. Videbatur autem contrarium, quia ego ſum auunculus eius, vt videtur: ſed tamen dicit non eſſe verum: quia eis demum efficior cognatus ciuilis per adoptionem, quibus efficior agnatus. ſed non efficior agnatus Titiæ: quia per fœminam ei attineo: ergo neque cognatus: & ſic poſſum accipere eam. Secundo dicit quòd eadem ratione poſſum ducere in vxorem ſororem patris mei adoptaui, ſi non eſt nata eodem patre cum patre meo adoptiuo, ſed eadem matre tantum. ſi enim eodem: tunc eſſet agnata patri meo adoptiuo: & ſic eã accipere poſſem. Viuia.

m *Inceſtæ.* putabantur inceſtæ, quia res peruenit in eum caſum à quo incipere non poſſit: vt j. e. l. adoptiuus. Accurſius.

n *Non propriè.* impropriè autem ſic: vt s. de teſti. l. in legibus. & j. de gradi. l. ſeruus. Acc.

o *Abſtinendum.* vt & inſtit. eod. §. ſi vxor. Accurſius.

p *Cognata enim.* hæc enim filia ſororis adoptiuę, nec naturali nec ciuili iure mihi cõiungitur: vt inſtit. eodem. §. eius vero. de naturali conſtat, item & ciuili: quia eam non adoptaui, nec pater meus: & licet pater meus matrem ſuam adoptauerat, non tamen cœpit patri meo neptis loco eſſe, quia in matris poteſtate non eſt filia: alioquin ſecus: vt inſtit. de adopti. §. illud. Item filia matri non eſt agnata. quod probatur, quia per nullum alium filius vel filia eſt matri coniunctus, niſi per ipſam matrem: ergo per fœmininum ſexum. ergo non eſt agnata, ſed cognata. ergo nec patri adoptiuo per matrem. ergo nec mihi per patrem meum naturalem & legitimum. ergo per nullum.

q *Nemo fit.* ſic ſecundum Ioan. vt ſtatim dices. ſed ſi non fit auũculus per adoptionẽ, quomodo matertera: vt infra eodem. l. per adoptionem. §. amitã? Reſpon. nemo fit ſcilicet ſic per ſororem adoptatam tantum: vt inſtit. eod. §. eius vero. ſed alio modo ſic: vt ſi habeo filiam legitimam, vel naturalem, & ex ea nepotem, & eum nepotem adopto in nepotem quaſi ex filio, cum alias non ſit in eadem poteſtate mea: vt inſtit. de pa. po. §. fina. & poſtea adopto aliquem in filium, vel aliquam in filiam: iſte vel iſta, filius vel filia, erit auunculus & matertera ad illum nepotem, ſaltem quo ad hoc vt nuptiæ impediantur. & hoc ideo, quia mihi eſt factus nepos agnatus, & filius vel filia: ſimiliter ergo & inter ſe: vt infra de ſuis & leg. hered. l. poſt conſanguineos. §. parui. & de gradi. cog. l. non facile. §. j. in fi. Item ſi habeo duas filias, & extraneum nepotem quaſi ex altera natum adopto: altera filia erit matertera adoptato. nec video cur non poſsim adoptare nepotem quaſi ex filia, cum poſsim & ſi non habeo filium filiámve: vt inſtit. de adopt. §. licet. & ſupra de adopt. l. adoptare. & l. ſi pater. §. qui duos. Accurſius.

Verba de futuro prolata, matrimonium inducunt, ſi mulier ducatur ad domũ viri. ſecus ſi vir vadat ad domũ vxoris. hoc dicit iſta not. lex. Bartolus.

V. I D E M libro quarto ad Sabinum.

MVlierem abſenti per literas eius [a] vel per nuntiũ poſſe nubere placet, ſi in domum eius deduceretur. eã verò quæ abeſſet[b], ex literis vel nuntio ſuo duci à marito non poſſe[c]. deductione [d] enim opus eſſe in mariti non in vxoris domum, quaſi in domicilium matrimonij.

B

VI. V L P I A N V S libro trigeſimoquinto ad Sabinum.

DEnique Cinna ſcribit: Eum qui abſentẽ [e] accepit vxorẽ, deinde rediens[f] à cœna [g], iuxta Tiberim periſſet: ab vxore lugendum reſponſum eſt[h].

VII. P A V L V S libro ſingulari ad legem Falcidiam.

IDeoq; põt fieri, vt in hoc caſu aliqua virgo & dotẽ & de dote habeat actionẽ.

VIII. P O M P O N I V S libro quinto ad Sabinum.

C

LIbertinus libertinã matrem aut ſororem vxorem ducere non poteſt, quia hoc ius moribus † non legibus introductum eſt.

Furioſi conſenſus non requiritur. hoc dicit not. lex. Baldus.

IX. V L P I A N V S libro viceſimoſexto ad Sabinum.

SI nepos vxorẽ velit ducere auo furẽte, oĩmodo patris auctoritas erit neceſſaria, ſed ſi pater furit, auus ſapiat: ſufficit[i] aui voluntas.

Patre ab hoſtibus capto, vel abſente, filij poſſunt libere matrimonium cõtrahere cũ tali cuius conditionẽ pater non eſſet repudiaturus. h. d. vſque ad l. ſi qua mihi. Bal.

Is cuius pater ab hoſtibus

D

captus eſt, ſi non intra triennium reuertatur, vxorẽ ducere [k] poteſt.

X. P A V L V S libro trigeſimoquinto ad Edictum.

SI ita pater abſit, vt ignoretur vbi ſit, & an ſit: quid faciendum eſt, meritò dubitatur. Et ſi triennium effluxerit poſtquã apertiſsimè fuerit pater ignotus vbi degit, & an ſuperſtes ſit: nõ prohibentur liberi eius vtriuſq; ſexus matrimonium vel nuptias legitimas contrahere.

XI. I V L I A N V S libro ſexageſimoſecundo Digeſtorum.

SI filius eius qui apud hoſtes eſt, vel abſit, ante trienniũ captiuitatis vel abſentiæ patris vxorem duxit, vel ſi filia nupſerit: puto rectè matrimoniũ vel nuptias cõtrahi: dũmodo eã filius ducat vxorẽ, vel filia tali nubat, cuius conditionẽ certũ ſit [l] patrem non repudiaturum.

Non vitiat matrimonium licet perueniat ad eum caſum à quo incipere non poteſt. Baldus.

XII. V L P I A N V S libro viceſimoſexto ad Sabinum.

SI qua mihi vxor fuit, deinde à me repudiata nupſit Seio, quem ego poſtea adrogaui: non ſunt nuptiæ inceſtæ[m]. ¶ Inter me & ſpõſam patris mei nuptiæ contrahi nõ poſſunt: quãquam nouerca mea nõ propriè dicatur. Sed & per contrariũ ſpõſa mea patri meo nubere non poterit, quamuis nurus non propriè [n] dicatur. ¶ Si vxor mea poſt diuortiũ alij nupſerit, & filiã ſuſceperit: putat Iulianus hanc quidem priuignã non eſſe, verùm nuptiis eius abſtinendum. [o] ¶ Adoptiuæ ſororis filiam poſſum vxorem ducere. cognata enim[p] mea non eſt filia eius: quia auunculus nemo fit[q] per adop-

Adoptiui.

tionem. Et eæ demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quę legitimę eſſent, id eſt quæ agnatorũ ius haberent. Pari ratione & ſororem patris mei adoptiui[a] poſſum ducere, ſi non fuit eodem patre[b] nata.

XIII. IDEM libro trigeſimoquarto ad Sabinum.

SI patrona tam ignobilis[c] ſit, vt ei honeſtæ ſint vel ſaltem liberti ſuæ nuptiæ: officio iudicis ſuper hoc cognoſcẽtis hę prohiberi[d] non debent.

Filius adoptiuus non poteſt vxorẽ ducere eam quæ fuit vxor patris ſui etiã ſi ſit emãcipatus. Item ſufficit aliũ virum fuiſſe quo ad nuptias impediendas. Bald.

XIIII. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

ADoptiuus filius ſi emancipetur: eam quæ patris adoptiui vxor fuit[e], ducere non poteſt: quia nouercæ locum habet. Item ſi quis filiũ adoptauerit, vxorem eiuſdem (quæ nurus loco eſt) ne quidẽ poſt emancipationẽ filij ducere poterit: quoniã aliquando nurus ei fuit. ¶ Seruiles quoque cognatiões in hoc iure obſeruandæ ſunt. igitur ſuam matrẽ manumiſſus[f] non ducet vxorem. Tantundẽ iuris eſt & in ſorore, & ſororis filia. Idem econtrario dicendum eſt, vt pater filiam non poſſit ducere, ſi ex ſeruitute manumiſſi ſint, etſi dubitetur patrem[g] eum eſſe. Vnde nec volgo quæſitã filiam pater naturalis poteſt vxorem ducere: quoniam in contrahẽdis matrimoniis naturale ius & pudor inſpiciẽdus eſt. Contra pudorem eſt autem filiam vxorem ſuã ducere. Idem[h] tamen quod in ſeruilibus cognationibus conſtitutum eſt, etiã in ſeruilibus adfinitatibus ſeruãdum eſt: veluti vt eam quę in contubernio patris fuerit, quaſi nouercã, nõ poſſim ducere: & contra eam quæ in cõtubernio filij fuerit, patrem quaſi nurũ nõ ducere. æque nec[l] matrem eius, quã quis in ſeruitute vxorem habuit, quaſi ſocrũ. Cum enim cognatio ſeruilis intellegitur, quare non & adfinitas intellegatur? Sed in re dubia[i] certius & modeſtius eſt huiuſmodi nuptiis abſtinere.

Videtur velle, quòd appellatione nurus non contineatur pronurus: & eodem modo de ſocru, nouerca, & priuigna: niſi A *quantum ad hanc cauſam, ſcilicet ad impediendum matrimonium: vt hoc text. ibi, ſed quod ad hanc cauſam. ſed in contrariũ videtur veritas, de quo habuiſtis in l. 1. in fi. cum l. ſequenti, ſupra de poſtulan. Bald.*

Nunc videamus quomodo nouerca, & priuigna, & ſocrus, & nurus intellegantur: vt ſciamus quas nõ liceat ducere. Quidam nouercam per ſe patris vxorẽ, & nurũ filij vxorem, & priuignam vxoris ex alio marito filiam intellegunt. ſed quod ad hanc cauſam verius eſt nec aui vxorem nec proaui duci poſſe. Duas[k] ergo vel plures nouercas ducere non poterit. B Non mirum. Nam & is qui adoptiuus eſt, nec naturalis patris nec adoptiui vxorem ducere poteſt. Sed & ſi plures vxores pater habuerit, nullam earum ducere poſſum. ¶ Itaque[l] ſocrus appellatione non tantùm vxoris meæ mater, ſed & auia & proauia[m] intellegitur, vt nullam earum ducere poſſim. Nurus quoque appellatione non tantùm filij vxor, ſed & nepotis & pronepotis continetur: licet quidẽ has pronurus appellent. Priuigna quoque non ſolũ ea mihi intellegitur, quæ vxoris meæ filia eſt, ſed & neptis & proneptis[n]: vt nullam earum du- C cere poſſim. Item eius matrem quam ſponſam habui, non poſſe me vxorem ducere Auguſtus interpretatus eſt. fuiſſe enim eam ſocrum[o].

XV. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum.

VXorem quondam priuigni, coniũgi matrimonio vitrici non oportet: nec in matrimoniũ[p]* conuenire nouercam eius, qui priuignę maritus fuit.

*Vulg. in manum.

XVI. PAVLVS libro trigeſimoquinto ad Edictum.

ORatione diui Marci cauetur, vt ſi ſenatoris filia libertino nupſiſſet, nec nuptiæ eſſent. quã[q] & ſenatuſconſultũ ſecutum eſt. ¶ Nepote vxorẽ ducente & filius cõſentire debet[r]. Neptis verò ſi nubat, volũtas & auctoritas aui ſufficiet[s]. Furor contrahi matrimoniũ non ſinit, quia conſenſu opus eſt: ſed rectè contractũ[t] non impedit.

Iſta lex in ſui principio ponit ſummarium. Baldus.

XVII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

D PEr adoptionem quæſita fraternitas eouſque impedit nuptias, donec manet adoptio, ideoque eam quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorem ducere. Aequè & ſi me emancipato illam in poteſtatem retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque volẽti generum adoptare, ſuadetur vt filiam emancipet*. Similiter ſuadetur ei qui nurũ velit adoptare, vt emancipet filiũ. ¶ Amitã quoq; & materterã, item magnã quoq; amitã & materterã magnam prohibemur vxorẽ ducere: quãuis magna amita & matertera quarto gradu[u] ſint. Vtique autem amitam* & amitam magnam prohibemur vxorẽ ducere, etſi per adoptionẽ[x] nobis cõiunctæ ſint.

*Flo. emanciparet.

*materterã magnam & am.

XVIII. IVLIANVS libro ſextodecimo Digeſtorum.

NVptiæ inter eaſdẽ perſonas niſi volentibus parentibus renouatæ, iuſtæ non habetur[y].

Filia,

a *Adoptiui* qui me adoptauit.

b *Eodem patre*. quo fuit pater meus adoptiuus: quia illa demum debet mihi eſſe cognata, quæ eſt patri meo naturali vel adoptiuo: vt ſupra de adoptio. l. qui in adoptionem. Accurſius.

c *SI patrona. Tam ignobilis*. nam ſi non eſſet ignobilis, libertinus poſſet accuſari: vt C. eo. l. iij. Accurſius.

d *Prohiberi*. vt & arg. j. eod. ſenatoris filia. reſtitui tamen non poteſt contra eum: vt C. qui & aduer. quos. l. finali. Accurſius.

e *ADoptiuus. Vxor fuit*, vt argum. ſupra eod. l. ſi qua. §. ſi vxor. & infra eodem. l. quinetiam. in principio. Sed contra infra de grad. & adfin. l. iiij. §. penult. Solut. vt ibi. Accurſius.

f *Manumiſſus*. ante manumiſsionem duplex erat ratio impedimenti, ſcilicet cognatio, & ſeruitus. poſt manumiſſionem vnum ſublatum erat impedimentum, ſed adhuc ſufficit: vt inſtit. de nupt. §. illud certum.

g *Patrem*. ſcilicet verum.

h *Idem*. quod in cognatione. Accur.

i *Sed in re dubia*. id eſt cum dubitatur an ſit pater.

k *Duas*. i. non vna eſt ſola nouerca &c.

l *Itaque*. à ſimili.

m *Proauia*. ſcilicet vxoris meæ. Accur.

n *Et proneptis*. id eſt filia vxoris nepotis ex alio viro.

o *Socrum*. impropriè: vt ſ. eo. l. ſi qua. §. j.

VXorem.} CASVS. Vxor priuigni etiam eo mortuo non poteſt nubere vitrico: & econtra vxor vitrici, eo mortuo, non poteſt nubere priuigno, vel marito priuignæ. Clara ſunt ſequentia. Viuia.

p *Nec in manum*.[a] ecõtra quaſi ad primum.

a Vide Hadrianum Card. in ti. de modis latinè loquendi. ca. in manũ conuenire.

q *ORatione. Quam*. ſcilicet orationem. ſed hodie hoc corrigitur: vt in auth. vt liber. de cetero. §. ſi quis. col. vj.

r *Conſentire debet*. ſed contra. ſ. eo. l. iij. Sol. vt ibi. Item argum. contra inſti. de adop. §. ſed ex contrario.

s *Sufficiet*. nã mulieris oportet accelerari nuptias, ne quid committat turpe. Accurſius.

t *Rectè contractum*. idẽ in ſponſalibus: vt ſ. tit. j. furor. Accurſius.

u *PEr adoptionem. Quarto gradu*. ſcilicet remotæ. quod ita probatur: ego cum matre mea ſum in primo, mater mea cum matre ſua in ſecundo, & mater matris cum ſua matre in alio, & illa cum ſorore aui in alio, ergo ego ſum in quarto cum ſorore auiæ meæ, quia vno gradu magis quàm mater mea ab eo diſto. Accurſius.

x *Etſi per adoptionem*. hoc eſt contra ſupra eo. l. ſi qua. §. adoptiuę. Sol. vt ibi.

NVptiæ.} CASVS. Cõtraxit matrimonium filius meus cũ liberta me conſentiente. item diuertit poſtea me conſentiente. dicit quòd non poteſt ei recõciliari, niſi me conſentiente.

y *Non habentur*. vt ſupra eodem. l. ij. & Co. eod. l. ſi vt proponis. Accurſius.

Filia poteſt cogere patrē officio iudicis, vt eam maritet, & dotem det. Bartolus.

XIX. MARCIANVS libro ſextodecimo Inſtitutionum.

CApite* trigeſimoquinto legis Iuliȩ, qui liberos quos habēt in poteſtate, iniuria prohibuerint ducere vxores, vel nubere, vel qui dotem dare non volunt: ex cōſtitutione diuorū Seueri & Antonini per procōſules præſideſq; prouinciarū coguntur in matrimoniū collocare, & dotare[a]. Prohibere autem videtur & qui conditionem non quærit[b].

*Vulg. incipit, Qui liberos quos hab. &c.

Curator datur rebus non perſonæ. Bal.

XX. PAVLVS libro ſingulari ad Orationē diui Seueri* & Cōmodi.

*diui Seueri & Marci. vel, diui Antonini & Commodi: vt l. 60.]. eod. Anto. Aug. ad Modeſt.

SCiendum eſt, ad officiū curatoris [non] pertinere, nubat pupilla, an non: quia officiū eius in adminiſtratione negotiorū cōſtat.[c] & ita Seuerus & Antoninus reſcripſerunt in hæc verba: Ad officium curatoris adminiſtratio pupillæ pertinet. Nubere autem pupilla ſuo arbitrio poteſt.

Circa iſtam l. vide quod habetur in tex. & gl. in c. 1. extra de deſpon. impub. quod eſt menti tenendum. Baldus.

XXI. TERENTIVS CLEMENS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

NOn cogitur[d] filiusfamilias vxorem ducere.

XXII. CELSVS libro quintodecimo Digeſtorum.

SI patre cogente ducat vxorem, quam non duceret ſi ſui arbitrij[e] eſſet, contraxit tamen matrimoniū[f], qđ inter inuitos[g] non cōtrahitur: maluiſſe hoc[h] videtur.

XXIII. IDEM libro trigenſimo Digeſtorum.

LEge Papia cauetur, omnibus ingenuis, præter ſenatores[i], eorumque liberos libertinam vxorem habere licere.

Conſuetudo ad liberam mulierem inducit matrimonium. Baldus.

XXIIII. MODESTINVS libro primo Regularum.

IN liberæ mulieris[k] conſuetudine, non concubinatus, ſed nuptiæ intelligēdæ[l] ſunt, ſi nō corpore quæſtum fecerit[m].

XXV. IDEM libro ſecundo Regularum.

FIlius emācipatus[n] etiam ſine conſenſu patris vxorem ducere poteſt, & ſuſceptus[o] filius ei heres erit.

XXVI. IDEM libro quinto Reſponſorum reſpondit.

REas[p] adulterij factas, nec ante[q] damnationem viuente marito vxores duci poſſe.

Quod ab initio non valet, tractu temporis conualeſcit. Baldus.

XXVII. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis in ſenatorio ordine agens, libertinam habuerit vxorem:[r] quamuis interim vxor non ſit[s], attamē in ea conditione eſt, vt ſi amiſerit dignitatem, vxor eſſe incipiat[t].

XXVIII. MARCIANVS libro decimo Inſtitutionum.

INuitā libertam vxorē ducere patronus non poteſt.

XXIX. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

QVod & Atteius Capito cōſulatu ſuo fertur decreuiſſe. hoc tamē ita obſeruandum eſt, niſi patronus ideo eam manumiſit[u], vt vxorem eam ducat.

XXX. GAIVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

SImulatæ[x] nuptiæ nullius momenti ſunt.

XXXI. VLPIANVS libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.

SI ſenatori[y] indulgentia principis fuerit permiſſum libertinam iuſtam vxorē habere, poteſt iuſta vxor eſſe.

Libertus à patrono arrogatus ingenuus eſt quo ad familiam, abſtinere tamē debet à nuptiis ſenatoriis. h. d. quod not. & tene menti. Baldus.

XXXII. MARCELLVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

SCiēdum eſt libertinum qui ſe ingenuo[z] dedit adrogandum, quamuis in eius familia ingenui iura[a] ſit conſecutus, vt libertinum tamen à ſenatoriis nuptiis repellendum eſſe.

Modicum interuallum temporis non inducit diuerſitatem actuum. h. d. facit ad l. Marcius. ſ. locati. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

Patris officiū eſt filias dotare.

a QVi liberos. Et dotare. eſt enim paternum officium dotare filias: vt C. de dotis promiſ. l. fi. §. vtramque.

Malū facere videtur, qui ad bonū non ſtudet.

b Non quærit. Not. facere videtur malum, qui non ſtudet ad bonū: vt ar.]. de reg. iu. l. qui nō facit. &]. de libe. agno. l. necare. & de re mili. nō omnes. §. qui captus. & l. omne. §. fi. Acc.

c SCiēdum eſt. Conſtat. vt C. eo. in copulandis. Accur.

d NOn cogitur. vt ſ. tit. j. l. filio. Acc.

e SI patre. Sui arbitrij eſſet. cogitur à patre filius, vt cōſentiat: ſicque erit matrimoniū: vt infra de tute. l. ij. §. idem Caſſius. Accurſius. ADDITIO. Intellige iſtam gl. quādo propter reuerentiā patris filius conſentit nō autem intelligas quòd interceſſerit ver⁹ metus, quia tūc matrimoniū eſſet nullū: vt in l. ſi mulier. ſ. quod met. cau. & not. extra quod metus cauſa. c. abbas. & de ſponſa. c. cū locū. ſecundum Bald. hic.

f Matrimonium. nihilominus.

g Inuitos. hic volens autem fuit, aliàs non valeret: vt hic & C. e. l. nec filium. Accur.

h Maluiſſe hoc. quàm odiū patris incurrere. non autem dicas metum adhibitum: vt ſ. quod met. cau. l. ſi mulier. §. ſi dos. Accur.

i LEge Papia. Senatores. ſed hodie etiā ſenatores: vt in auth. vt libr. de cetero. §. ſi quis. col. vj. ſed vtrum libertus cum fœmina excelſæ dignitatis poſſit hodie contrahere, nec eſt expeditum hodie. Accurſius.

IN liberæ. } CASVS. Quædam mulier libera honeſta fœmina ſtabat mecū in forma vxoris. hæc autē mihi vxor, & ego ſibi vir præſumor. Viuianus.

k In liberæ mulieris. honeſtæ, ſecundum Ioā. vt infra de concubi. l. in concubinatu. §. j. Accurſius.

l Intelligendæ. niſi contrarium ſit proteſtat⁹, vel quòd ſit concubina, vel quòd non ſit vxor: quod dic vt d. l. in cōcubinatu. Et diſtingue plene cum aliquis ad aliquam conſuetudinem habet: aut ad eā quæ eſt honeſtæ vitæ, & ingenua: aut ad eam quæ eſt inhoneſtæ. Primo caſu, aut proteſtatur quòd loco concubinæ habet, aut tacet, aut quòd non loco vxoris. Primo caſu eſt concubina: & ſecundo vxor, fauore mulieris: vt hic, &]. de concubi. l. in concubinatu. §. j. tertio caſu nec vxor, nec matrimonium, & ſic ſtuprum eſt. Si autem nō vult eſſe vxor, eo caſu quando tacuit, vir non compellitur, & dicetur ſtuprum. ſi vero inhoneſtè vixit quandoque, at nunc honeſtè viuit, licet non ingenua, & ſic ſola deſtinatione animi efficitur concubina: vt d. l. in concubinatu. in prin. & l. ſe. non vxor: vt hic in fi. Si inhoneſtè viuat, cum nec matrimoniū præſumitur, ſtuprum committitur: vt C. ad l. Iul. de adult. ſi ea quæ tibi. duo enim tantū coitus ſunt liciti ſecūdū leges, ſ. cum concubina, & vxore. alij omnes ſunt illiciti ſecundū decreta vnus tantum. ſ. cum vxore: cū alia vero, fornicatio. Acc. ADDITIO. Cum gl. dicat ſ. ibi, fauore mulieris &c. dic hoc verū de iure ciuili, ſed de iure canonico eſt ſecus, quia vxor non præſumitur, ſed eſt coitus illicitus: vt xxx. q. v. c. j. & not. per gl. in c. illud. extra de præſum. & in ca. ex parte. extra de reſtit. ſpo. ſecundum Bald.

m Fecerit. niſi cōparatio perſonarum aliud inducat: vt]. de dona. l. donationes. Accur.

n FIlius emācipatus. maior xxv. annis: cōſulitur tamen ei vt conſenſu patris faciat: vt C. eo. l. viduæ. Accur.

o Et ſuſceptus. vt]. de contra tabul. l. iij. §. ſi emancipatus. Accur.

REas. } CASVS. Vxor Titij de adulterio accuſata, & per hoc prius à viro repudiata, pendēte accuſatione alij nubere non poteſt.

p Reas. id eſt accuſatas: ſic C. ad leg. Iul. de adult. l. quamuis. §. in primis. Accur.

q Nec ante. nec poſt, cum crimine lenocinij teneatur qui duxit: vt C. ad leg. Iul. de adul. l. caſtitati. Accurſius.

r SI quis. Vxorem. de facto. Azo.

s Non ſit. de iure. Ac.

t Incipiat. quod ergo ab initio non valet, ex poſtfacto conualeſcit: vt & C. ſi rect. prouin. l. j. in fin. & argum. infra eo. ſi quis tutor. §. quid ergo.

Quod ab initio non valet ex poſtfacto cōualeſcit.

v QVod & Atteius. Manumiſit. vt & infra eo. l. matrimonij. Accurſius.

SImulatæ. } CASVS. Quidam cū aliam vxorem in prouincia haberet, contraxit cū iſta, vt ſic euaderet actionē ſtupri: nō valet matrimonium. Viuia.

x Simulatæ. facit C. plus valere quod agitur &c. Accurſius.

y SI ſenatori. facit ſ. de adop. adoptio. Ac.

z SCiendum ingenuo. patrono, alij enim non poteſt: vt ſupra de in ius voc. l. ſed & ſi. §. patrono. & ſ. de adop. l. ſi pater: in fin. Accurſius.

a Iura. hęc. ſ. neque patronus vel filius eius iure patronatus ſuccedere poſsint: itē vt patronū, vel eius ſobolē ſine venia in ius vocare poſsit: nō tamē eſt ingenu⁹, vt ſenatorias perſo

nas

PLerique opinātur, cum eadem mulier ad eundē virum reuertatur, id matrimonium idem eſſe. quibus adſentior, ſi non multo tempore interpoſito[a] recōciliati fuerint, nec inter moras aut illa alij nupſerit, aut hic aliā duxerit, maxime ſi nec dotem vir reddiderit[b].

Generale mandatum de nuptiis cōtrahendis non ſufficit, niſi mandatus ratihabitio ſubſequatur. Baldus.

XXXIIII. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum.

GEnerali† mādato quærendi mariti filiæfamilias, non fieri nuptias[c] rationis eſt. itaq; perſonā eius patri demōſtrari qui matrimonio cōſenſerit, vt nuptiæ cōtrahātur, neceſſe eſt. Ream adulterij, quam vir iure mariti poſtulauit, nō prohibetur poſt abolitionem vxorē denuo[d] ducere. Sed & ſi nō iure mariti ream poſtulauit: iure contractum matrimonium[e] videbitur. Inter priuignos contrahi nuptiæ poſſunt, etſi fratrem cōmunem ex nouo parentium matrimonio ſuſceptum habeāt[f]. Filiam ſenatoris, nuptias libertini ſecutam, patris[g] caſus non faciat vxorem. nam quęſita dignitas liberis, propter crimen patris auferenda non eſt,

XXXV. IDEM libro ſexto Reſponſorum.

FIliusfamilias miles matrimoniū ſine patris voluntate non contrahit[h].

XXXVI. PAVLVS libro quinto Quæſtionum.

TVtor vel curator adultam vxorē ducere non poteſt, niſi à patre deſponſa D deſtinatáve teſtamētóve nominata conditione[i] nuptiis, ſecuta fuerit.

XXXVII. IDEM libro ſeptimo Reſponſorum.

LIbertū curatoris puellæ prohiberi oportet vxorem eandem ducere.

In prouincia quā quis adminiſtrat, ſponſalia contrahere poteſt, vxorem autē ducere non poteſt, niſi veterē ſponſam. poteſt tamen ſuas filias nuptui tradere. Bald.

XXXVIII. IDEM libro ſecundo Sententiarum.

SI quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriūdam vel ibi domicilium habentem vxorē ducere non poteſt[k], quamuis ſponſare non prohibeatur[l]: ita ſcilicet, vt ſi poſt officiū depoſitū noluerit mulier[m] nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arris tātummodo redditis[n] quas acceperat.

Veterem ſpōſam in prouincia quā quis adminiſtrat, B vxorē ducere poteſt, & dos data non fit caduca. Qui in prouincia aliquid adminiſtrat, in ea prouincia filias[o] ſuas in matrimonium collocare, & dotem cōſtituere non prohibetur.

XXXIX. IDEM libro ſexto ad Plautium.

SOroris pronepotem nō poſſum ducere vxorem, quoniam parentis[p] loco ei ſum. Si quis ex his quas moribus prohibetur vxores ducere, duxerit, inceſtum dicitur committere.

XL. POMPONIVS libro quarto ex Plautio. C

ARiſto reſpondit, priuignæ filiam non magis vxorem duci poſſe, quā ipſam priuignam.

Licet concubinatus de iure ciuili ſit licitus: tamen illa quæ ſtat pro concubina, non dicitur honeſta materfamilias. Bald.

XLI. MARCELLVS libro vicenſimoſexto Digeſtorum.

PRobrū* intelligitur etiā in his mulierib⁹ eſſe, quę turpiter viuerēt, volgoque quæſtū facerēt, etiā ſi nō palam.[q] Et ſi qua ſe in cōcubinatū alterius q̄ patroni tradidiſſet, matrisfamilias honeſtatē non habuiſſe dico. D

Circa nuptias contrahendas non ſolum rigor, ſed etiam æquitas inſpicitur. Bald.

XLII. MODESTINVS libro ſingulari de Ritu Nuptiarum.

SEmper in coniunctionibus non ſolum quid liceat,[r] conſiderādum eſt: ſed & quid honeſtum ſit.[s] Si ſenatoris filia, neptis, proneptis, libertino, vel [ei] qui artem ludicrā exercuit, cuiúſve pater matérve id fecerit, nupſerit: nuptiæ non erunt.

---

nas ducere poſsit: vt hîc: & ſ̄. de ſta. hom. l. ſi. quæ eſt contra.

a PLerique. *Interpoſito.* vt j̄. tit. j. quod ſi non diuortium. & j̄. de re. iur. l. quod calore. Accurſius.

b *Reddiderit.* Arg. inſtit. man. §. item ſi adhuc. Accurſius.

GEnerali.} CASVS. Mandaui Titio vt quærat filię meæ virū. nō per hoc poterit ipſa ſine meo cōſenſu contrahere cum illo quē procurator ei laudauerit. {INTER PRIVIGNOS.} Ex prima vxore habui filiū, vxor verò ex alio viro filiā. hi duo priuigni rectè iunguntur, & filij ex me & vxore mea naſcituri erūt fratres vtrique priuigno. {FILIAM.} Berta filia ſenatoris nupſit liberto, nō valet matrimonium. ſed ſi ſenator poſtea amiſit dignitatē. & ſic nō eſt filia ſenatoris, certè nō valet. nam quæſita &c. Viu.

† *Glo. I. in c. poſt tranſlationē. extra de renunt. induxit hāc l. in argu. quòd qui poteſt eligere, poteſt poſtulare, & nō econtra.*

c *Nō fieri nuptias.* Not. argumentum bonū ad hoc, ſi capitulum conceſsit alicui vt aſsignaret eccleſias: quòd repræſentandus ſit capitulo, ſi ab eo fuerit inſtitutus in Eccleſia, & ſecūdum ratihabitionem capituli vel recuſationē, valeat vel non valeat inſtitutio. Acc.

d *Denuo.* bene dicit denuo. prius enim diſſolutum fuit: quod ex eo apparet, quia conſtāte matrimonio hoc crimen intendi nō potuiſſet: vt C. ad le. Iul. de adult. l. crimen. Sed hodie cōtra per auth. ibidem poſitam.

e *Matrimonium.* ſi quoquo modo poteſt ſuā ſcientiam obumbrare: vt C. ad leg. Iuliam de adul. ſine metu. Accur.

f *Habeant.* vt inſti. de nupt. §. mariti. Accur.

g *Patris caſus.* vt & ſ̄. de ſena. l. filiam. & eſt ratio, quia filius non portat iniquitatem patris: vt c. Iudęi. j. quęſt. iiij. & infra de pœn. l. crimen. ſed ſuus caſus cōfirmat matrimoniū, vt ſupra eod. ſi quis in ſenatorio. & facit infra de decu. l. ij. §. fina. Accurſius.

h FIliusfamilias. *Non contrahit.* vt nec quilibet alius: vt ſ̄. eo. l. ij. Accurſius.

TVtor.} CASVS. Finita tutela non poteſt tutor adultam vxorem ducere, niſi pater ſponſalia prius feciſſet.

i *Conditione.* hac ſcilicet vt nubat tutori. Idem eſt ſi impetret à principe: vel ſi nubat poſt xxv. annos redditis rationibus: vt Cod. de inter. ma. l. ſi patris. & l. ſi tutor. Accurſius.

SI quis.} CASVS. Poteſtas per annum non poteſt ducere in vxorem aliquam de iuriſdictione ſua, ſed ſponſalia per A verba de futuro poteſt contrahere, vt non tamen poſt depoſitum officium liceat impune pœnitere deſponſatæ. Viuia.

k *Non poteſt.* & ſi fecit, non valet matrimoniū: vt j̄. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. videamus. Accurſius.

l *Non prohibeatur.* ſic & ſ̄. de his qui no. infa. l. ſolent. §. j. Acc.

m *Mulier.* quæ prius fuerat ſponſa q̄ adminiſtraſſet, & durāte voluntate poſtea duxit quando adminiſtraret. quod non placet: vt j̄. in fi. l. Sed dic quòd ſic durante matrimonio. Vel referas ad proximum dictū, vt ſi deſpōſaſſet in ipſa adminiſtratiōe, poteſt ſi vult poſtea ratū habere. & ſi non vult, non cōpellitur mulier: vt hic, & C. eo. l. & ſi contra.

n *Redditis.* ſ. ſpōte ſua. nec enim cogitur: vt C. ſi rec. ꝓuin. l. j. quæ eſt cōtra. Vel diſtīgue, vtrū minacem feruorē adhibuit, an non: vt C. ſi quacunq; præ. l. j. vel meli⁹ hic cū ipſa poſtea contraxit cum alio, alioquin contra. Acc.

o *Filias.* Cur ergo in filio nō idē, vt ei vxorē ducenti conſentiat: vt j̄. e. l. qui in prouincia. & arg. C. de inter. ma. ſi tutor. Item facit. j̄. eo. l. libertum. §. fi.

p SOroris. *Parentis.* vt inſtit. eo. §. fratris. Accurſius.

STuprum.} CASVS. Mulier cōmittit ſtuprum ſi turpiter viuit, & quæſtum facit palā, vel non palam. Item ea quæ alterius cōcubina quam patroni fuerit, iam nō eſt honeſta, nō tamen dicit eā ſtuprū committere. Viuia.

q *Etiam ſi non palam.* intellige in cōiugata. aliàs videtur cōtra. C. de adult. l. quæ adulteriū. & facit j̄. ad l. Iul. de adult. l. ſi vxor. Acc.

* *Vulg. Stuprum.*

SEmper.} Pone exemplum vt ſupra eo. l. ſi qua. §. j.

r *Quid liceat.* ſ. de iure ſtricto. Accur.

s *Honeſtum ſit.* ſ. de æquitate: vt j̄. de reg. iu. l. ſemper. & pone exēplū. ſ̄. eo. l. ſi qua mihi. §. ſi vxor. Accur.

PAlam.} CASVS. Senator nō poteſt contrahere cū ea quæ palam facit quæſtum. nūc ergo exponit quę dicātur palam feciſſe. {SENATVS.} Senator non poteſt ducere vxorem damnatam in publico iudicio illo quo cuilibet de populo accuſare licet. Secundo dicit, quod ea quæ eſt damnata de calumnia cauſa publici iudicij, vel de præuaricatione de publico iudicio, non videtur damnari. Tertio, quòd ea quæ eſt deprehenſa in adulterio, habetur pro damnata de publico iudicio. Cetera plana ſunt. Viuia.

Palam,

Palam dicitur quæſtum facere illa quæ ſine diſtinctione perſonarũ ſe proſtituit. et non ſolũ infamia notatur illa quæ præſentialiter modo facit, ſed etiam illa quæ iam fecit, licet modo facere deſierit. etiam prætextu paupertatis non excuſatur. Bart.

XLIII. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

PAlam[a] quæſtũ facere dicemus non tãtùm eã quę in lupanario[b] ſe proſtituit, verũ etiã ſi qua, vt adſolet[c], in taberna[d] cauponia vel qua alia[e] pudori ſuo non parcit. Palam[f] autẽ ſic accipimus, paſſim, hoc eſt ſine delectu, nõ ſi qua adulteris vel ſtupratoribus ſe cõmittit[g], ſed quę vicem[h] proſtitutæ ſuſtinet. Item quòd cum vno & altero[i] [ſe] pecunia accepta commiſcuit, non videtur palã corpore quæſtum facere. Octauenus tamen rectiſsimè ait, etiam eam quæ ſine quæſtu palã ſe proſtituerit, debuiſſe his connumerari. Non ſolùm autẽ ea quæ facit, verùm ea quoq; quæ fecit, etſi facere deſiit, lege notatur. Neque enim aboletur turpitudo, quę poſtea intermiſſa[k] eſt. Non eſt ignoſcẽdum ei quæ obtẽtu paupertatis turpiſsimã vitam egit[l].

Lenociniũ facere non minus[m] eſt, q̃ corpore quæſtũ exercere. Lenas autem eas dicimus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt.[n] Lenã accipiemus & eã quæ alteriꝰ nomine hoc vitæ genus exercet. Si qua cauponã exercẽs, in ea caupona quæſtuaria habeat (vt multæ adſolẽt ſub prętextu inſtrumẽti cauponij ꝓſtitutas mulieres habere) dicendum hãc quoq; lenæ appellatione cõtineri.

Senator non poteſt ducere in vxorem damnatam publico iudicio. Bald.

Senatus cẽſuit, non cõueniẽs eſſe vlli ſenatori, vxorẽ ducere aut retinere dãnatã publico iudicio, quo iudicio cuilibet ex populo experiri licet, niſi ſicui lege aliqua accuſandi publico iudicio nõ eſt poteſtas.[o] Si qua calũniæ iudicio dãnata ſit ex cauſa publici iudicij, & q̃ ꝑuaricatiõis dãnata eſt, publico iudicio dãnata eſſe nõ videt.[p]

Deprehẽſa in adulterio, efficitur infamis, ſiue poſt deprehenſionẽ ſequatur ſentẽtia, ſiue non: etiam ſi ſequatur ſententia abſolutoria, quia lex ipſum factũ notat. Bald.

Quæ in adulterio[q] deprehenſa eſt, quaſi publico iudicio[r] dãnata eſt. Proinde ſi adulterij cõdẽnata eſſe ꝓponatur[s]: nõ tãtũ quia deꝑhẽſa eſt, erit notata, ſed q̄a & publico iudicio damnata eſt. Quòd ſi nõ ſit deꝑhẽſa, dãnata aũt: idcirco notatur, q̄a publico iudicio dãnata eſt. At ſi deprehenſa[t] quidẽ ſit, dãnata aũt nõ ſit, notata erit. Ego puto & ſi abſoluta ſit poſt deprehẽſionẽ, adhuc tamen notã illi obeſſe debere, quia verũ eſt eã in adulterio deprehẽſã, q̄a factũ[u] lex, nõ ſentẽtiã notauerit. Nõ adiicitur hic (vt[x] in lege Iulia de adulteriis) à quo vel vbi deprehẽſam. Proinde ſiue maritꝰ ſiue q̄s aliꝰ deprehẽdiſſe ꝓponatur, videtur notata. Sed et ſi nõ in domo mariti, vel patris ſui deꝑhẽſa ſit, erit notata, ſecundũ verba legis.

Lex Iulia prohibet ſenatorẽ, & deſcendentes ex eo per lineam maſculinam, nuptias vel ſponſalia cõtrahere cum liberta, vel cum ea, cuius pater vel mater artẽ ludicram exercuit: & econtra libertus, vel artem ludicram exercens: ſeu cuius pater vel mater artem ludicram exercuit, prohibetur cum filia ſenatoris, vel deſcendentiũ ex eo per lineam maſculinam, matrimoniũ contrahere. Bald.

XLIIII. PAVLVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

LEge Iulia ita cauetur: *Qui ſenator eſt, quive filiꝰ, nepóſve ex filio, pronepóſve ex filio nato cuius eorũ[y] eſt, erit: ne quis eorũ ſpõſã vxorémve ſciẽs dolo malo habeto libertinam, aut eam quæ ipſa, cuiúſve pater matérve artẽ ludicrã facit, fecerit: néve[z] ſenatoris filia, neptíſve ex filio, proneptíſve ex nepote filio nato, nata: libertino, eíve[a] qui ipſe, cuiúſve pater[b] matérve artem ludicrã facit, fecerit: ſponſa nuptáve ſciens dolo malo eſto: néve quis eorum dolo malo ſciẽs ſponſam vxorémve eam habeto.*

Cum tractatur de odio: appellatione patris, vel matris, non comprehenditur auus, vel auia. Bald.

Hoc capite prohibetur ſenator libertinã ducere, eáve cuius pater matérve artem ludicram fecerit: item libertinus ſenatoris filiã ducere. Non obeſt auum & auiam artem ludicram feciſſe. Nec diſtinguitur, pater in poteſtate habeat filiam, necne: tamen iuſtũ patrem intelligẽdum Octauenus ait: matrẽ, etiam ſi volgo conceperit.[c]

a *Palam.* lex iſta cum ſuperiori tertia continuatur. Accur.
b *Lupanario ſe proſtituit.* locus meretricibus deſtinatus ad hoc ſolum, vt ſui formam venalem exhibeant. Accurſius.
c *Adſolet.* id eſt ſolitum eſt.
d *Taberna.* Taberna eſt locus vbi comeſtibilia venduntur, & comedentes recipiuntur, non ad cubandum, vel ad equos ſtabulandos, ſed ad comedendum tantum. at caupona vbi etiam aduenæ & ad comedendum & ad cubandum, non ad ſtabulandum. Item ſtabulũ dicitur locus ille qui tantum equos recipit. Sed quid ſi quis hæc omnia facit, cur magis caupo quàm ſtabularius vel tabernarius vocabitur? *Taberna quid ſit.*
e *Vel qua alia.* ſcilicet taberna, vel domo. Accurſius.
f *Palam.* aliter accipitur. j. de teſta. l. heredes. in prin. Accur.
g *Committit.* cum delectu. Accurſius.
h *Vicem.* id eſt morẽ. ſic C. ad l. Iul. de adult. l. ſi ea quæ.
i *Et altero.* ſcilicet tantum.
k *Intermiſſa eſt.* huiuſmodi enim intermiſſiones nõ proſunt, nec nocent: vt argum. j. de adqui. poſ. l. iij. §. Nerua. & j. de ſolut. l. qui res. §. aream. Azo.
k *Intermiſſa.* niſi ſtatim mutauerit: vt ſ. de infa. l. pen. Accurſius.
l *Egit.* quæ etiam nõ poteſt ferre teſtimonium: vt ſ. de teſti. l. iij. §. vlt. Et not. non parci malo ratione paupertatis. Sed arg. contra. C. de pat. qui fil. diſ. l. ij. & infra de excu. tu. l. paupertas. *Paupertas malum nõ excuſat.*
m *Non minus.* immo magis, cũ duo videantur facere delicta, in ſe, & in alio: vt diximꝰ ſ. de infa. l. imperator.
n *Proſtituunt.* accipiẽdo pecuniam à ſtupratoribus: vel paciſcendo vt aliqua ſibi ſupponant. Idem & ſi ſine pecunia hoc faciãt ex conſuetudine: vt ſupra de his qui not. infa. l. athletas. §. ait prætor. & ſupra eo. l. Octauenus. Sed an idem ſi ſemel tantum, non ex conſuetudine, vel lucri cauſa, aliquis vel aliqua aliam ſupponat? Accurſius.
o *Poteſtas.* vtpote ſi eſſet infamis.
p *Non videtur.* Sed hoc qualiter eſſe poteſt, cũ calumniator publico iudicio accuſatur. ſ. l. Iul. repe. & l. Corn. de fal. vt ſupra de calum. l. ij. §. hoc autem. & infra ad l. Corn. de fal. l. j. quæ ſunt publica crimina: vt infra de publ. iud. l. j. Item præuaricationis crimen nõne quandoque publicum eſt, quandoque priuatum: vt infra de præuaric. l. præuaricationis? Sed hæc quantum ad prohibitionem nuptiarũ non videtur publico crimine damnata.
q *Quæ in adulterio deprehenſa eſt.* ſecus eſt in maſculo, ſecundum Ioan. & aliàs etiam ſi deprehendatur, quia maior caſtitas, etiam ſecundum mores hominũ, exigitur in fœminis. *Maior caſtitas in fœminis quàm in maſculis exigitur.*
r *Publico iudicio.* an idẽ in quolibet publico iudicio? Reſpõdet Ioan. non.
s *Proponatur.* non tamen quia deprehenſa eſt; erit notata, ſed quia publico iudicio eadẽ damnata eſt.
t *Si deprehenſa.* Quid ſi non fuerit deprehẽſa: commiſit tamen adulterium? Reſpõ. infamis eſt, etſi probari non poſſit, quia factũ lex &c. ſed Ioan. contra. exigit enim deprehenſionem.
v *Factum.* id eſt mulierem propter factũ, id eſt cõmiſſum adulterium, non ſentẽtiam iudicis: quia per eam fuit abſoluta.
x *Vt.* id eſt ſicut. Az. & facit ad §. infra ad leg. Iul. de adult. l. nec in ea. & l. marito. Accurſius.

LEge Iulia. } CASVS. Duo dicit: Primo, quòd ſenator, vel ex eo deſcendentes, non accipiant vilem fœminam in vxorem. Secundo econtra, quòd filia ſenatoris, vel ex ea deſcendentes, non nubant vili homini. & dicit quæ ſit vilis fœmina, & vilis homo. hoc capite diuidit reſponſa, & plana eſt. Viuia.

y *Cuius eorum.* i. quiſquis filius alicuius eorum eſt, vel erit.
z *Néve.* ſ. cauetur.
a *Eíve.* ducere. ſ. prohibetur.
b *Pater.* ſcilicet eius quæ nupſit filio ſenatoris: qui pater artem ludicrã exercuit. Accurſius.
c *Conceperit.* argum. contra infra de verbo. oblig. l. iuſta. pater ergo naturalis vel iniuſtus non obeſt filiæ quo minus nubat filio ſenatoris: mater vero naturalis & iniuſta nocet: quia ſemper eſt certa, etſi vulgo conceperit: pater vero is eſt, quem nuptiæ demonſtrant: vt ſ. de in ius vocan. l. quia.

Naturalis.

Item nihil refert, naturalis [a] ſit pater, an adoptiuus[b]. an & is[c] noceat, qui antequā adoptaret, artē ludicrā fecerit, atque ſi naturalis pater, antequā filia naſceretur, fecerit? & ſi hui⁹ notæ homo adoptauerit, deinde emācipauerit: an nō poſsit duci[d], ac ſi talis pater naturalis deceſſiſſet? Sed de hoc caſu[e] contrariū[f] legis ſentētiā eſſe Pōponius rectè putat, vt eis[g] nō connumeretur. Si poſtea [h] ingenuę vxoris pater materve artem ludicrā facere cœperit, iniquiſsimū eſt dimittere eā debere: cū nuptię honeſtè cōtractę ſint, & fortaſſe iam liberi procreati ſint. Planè ſi ipſa artē ludicrā facere cœperit, vtiq; dimittēda erit. Eas quas ingenui ceteri prohibētur ducere vxores, ſenatores non ducent[i].

Liberta nupta patrono, non poteſt diuertere eo inuito. Bald.

XLV. VLPIANVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

IN eo iure qđ dicit[k], *inuito patrono libertā quæ ei nupta eſt, alij nubere nō poſſe:* patronum accipimus (vt reſcripto imperatoris noſtri, & diui patris eius cōtinetur) & eum qui hac lege emit, vt manumittat [l]: quia manumiſſa, liberta emptoris habet. Qui autē iurauit ſe patronū, hoc idē nō habebit[m]. Ne is quidē debet habere, qui nō ſuis nummis cōparauit. Planè ſi filiusfamilias miles eſſe proponatur, non dubitamus, ſi caſtrenſis peculij ancillā manumiſerit, competere ei hoc ius. eſt enim patronus ſecūdū conſtitutiones, nec patri eius hoc ius cōpetit. Hoc caput ad nuptā tantùm libertam pertinet, ad ſponſam nō pertinet. Et ideo inuito patrono nuntiū ſpōſa liberta ſi miſerit, cum alio cōnubiū habet. Deinde ait lex: *Inuito patrono.* Inuitum accipere debemus eum, qui non conſentit [n] ad diuortiū. Idcirco nec à furioſo diuertēdo, ſoluit ſe huius legis neceſsitate: nec ſi ab ignorante diuorterit. Recti⁹ enim hic inuitus[o] dicitur q̃ qui diſſenſit[p]. Si ab hoſtibus patron⁹ captus eſſe proponatur, vereor ne poſsit iſta connubiū habere nubēdo, quemadmodū haberet ſi mortuus eſſet. Et qui Iuliani ſentētiā pro-
A bant, dicerent nō habiturā cōnubiū. Putat enī Iulianus durare ei⁹ libertę matrimoniū etiā in captiuitate, ꝓpter patroni reuerentiā. Certè ſi in aliā ſeruitutē [q] patron⁹ ſit deductus: proculdubio diſſolutū eſſet matrimonium.

Illud quod dicitur de liberta nupta patrono, quòd eo inuito non poſsit alij nubere: habet locum in liberta communi. Bald.

XLVI. GAIVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

ILlud dubitationis eſt, an & qui cōmunem libertā [r] vxorem duxerit, ad hoc ius admittatur. Iauolen⁹ negauit: quia nō propriè videtur
B eius libertā, quę etiā alterius ſit. Aliis cōtrà viſum eſt: qa libertā eius eſſe negari non poteſt, licet alterius quoq; ſit liberta. Quā ſententiam plerique rectè [s] probauerūt.

Non ſeruatur honor illi, qui ſe in ſceleratam vitam deducit. Bald.

XLVII. PAVLVS libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatoris filia quę corpore quæſtū vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, impunè libertino nubit: nec enim honos ei ſeruatur, quæ ſe in tantum ſcelus * deduxit.[t]

C XLVIII. TERENTIVS CLEMENS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

FIlio patroni in libertam paternam, eādemq; vxorem[u] idem iuris quod ipſi patrono daretur, ex ſententia legis accōmodatur. Idemque dicendum erit & ſi alterius patroni filius viuo altero libertam eorum [x] vxorem duxerit.

In actu quem quis facit contra legem, non habet beneficium legis. Bald.

Si ignominioſam libertā ſuam patronus vxorē duxerit: placet, quia contra legē[y] maritus ſit, nō habere eum hoc legis beneficiū.

In eo quod aſsignatur vni ex libertis: nihil iuris habent alij liberti. h.d.

D Si vni ex filiis adſignatam, alter vxorem duxerit, non idem ius, quod patrono tribuendum. Nihil enim iuris habebit, quia ſenatus omne ius libertorum adſignatorum ad eum tranſtulit, [z] cui id pater tribuit.

Licet minoribus, quod non licet maioribus: non econtra. h.d.

XLIX. MARCELLVS libro primo ad legē Iuliā & Papiam.

OBſeruandum[a] † eſt, vt inferioris gradus homines ducant vxores eas quas hi qui altioris dignitatis ſunt, ducere legibus ꝓpter dignitatem prohibentur.[b] at contra, antecedentis gradus homines nō poſſunt eas ducere, quas his qui inferioris dignitatis ſunt, ducere non licet.[c]

In neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit. Bart.

L. IDEM libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

PRoximè cōſtitutū dicitur, vt cū quis libertā ſuā duxerit vxorē, quā ex fideicōmiſsi cauſa manumi-

a *Naturalis.* ſcilicet & legitimus.
b *Adoptiuus.* imò refert, vt ex ſequentibus colligitur, quia ſi pater artem ludicram exercuit poſt adoptionem, deinde emācipauit: nō nocet emancipato. ſecus tamen in naturali. quare dicas nil referre, dummodo poſt adoptionem ante emancipationem pater adoptiuus artem ludicrā exercuit.
c *An & is.* qui ducit ſenatoris filiam. Acc.
d *Duci.* ab adoptato, ſenatoris ſcilicet filia. Vel dic, talis filia adoptiua. Accur.
e *De hoc caſu.* iſto ſcilicet quādo ille qui artem ludicrā exercuit, me adoptauerit: deinde me emācipauit. per hoc ergo collige quod in ſuperioribus nocet.
f *Contrariam.* contraria eſt quantum ad id, quod de his quorum pater artem ludicram exercuit, cauetur.
g *Vt eis.* quorum pater artem ludicram fecerit, vt ob hoc impediatur à nuptiis.
h *Si poſtea.* quàm nupſit. Azo.
i *Non ducent.* vt ĩ. eo. obſeruandum. in fi.

IN eo.} CASVS Quædam lex Iul. de maritandis ordinibus dixit, quòd liberta nupta patrono nō poteſt eum dimittere, vt aliū accipiat, eo ſcilicet inuito. quis ergo erit patronus, cui hæc priuilegia dantur, vt alij nō nubat eo inuito? Exponit hic per multa reſponſa. Aliæ ergo mulieres poſſunt dimittere ſuos viros quādo volunt. Viuianus.

k *In eo iure quod dicit.* vt ĩ. de diuor. l. fin. in prin. & ĩ. eod. l. matrimonij. Accurſius.
l *Vt manumittat.* vt & ĩ. de ſuis & legit. l. j. circa princ.
m *Non habebit.* vt & ſupra de in ius voc. l. adoptiuum. §. pen. nec etiam ei ſuccedet: vt ĩ. de iu. pa. ſi iurauero. Accurſius.
n *Conſentit.* expreſſim.
o *Inuitus.* id eſt ignorans.
p *Diſſenſit.* quare autem ignorans rectius dicitur inuitus, collige ſupra de arbi. l. ſi in tres. & l. ſicuti. & de re iud. duo. licet Pe. dixerit hoc non poſſe intelligi.
q *Seruitutem.* vt quia damnatus eſt in metallum.

r ILlud. *Communem libertam.* i. ſuam & alterius. & facit infra de aſsignat. lib. l. ſi ex duobus.
s *Rectè.* No. quòd cōmune eſt, meū eſt: vt ĩ. de lega. ij. l. v. §. fin. Sed argu. contra, ĩ. de auro & arg. leg. l. Quintus.
t SEnatoris. *Deduxit.* quia vilitas vitæ, dignas legum obſeruatione nō credidit: vt C. ad l. Iul. de adul. qui adulterium. & facit ſ. eod. l. ſi patrono. & ĩ. eo. l. prox. in fi.

FIlio.} CASVS. Siue ipſe patronus, ſiue filius alterius patroni, cum duo ſint, habeat libertam vxorem, non nubet alij eo viro inuito. {SI VNI.} Patronus quidam aſsignat libertam in teſtamento vni ex filiis. poſt hoc liberta nupſit alij, cui aſsignata non eſt. non habet ille hoc priuilegium, quod alij etiam nubere non poſsit eo inuito. Viuianus.

v *Vxorem.* ſ. filij.
x *Eorum.* id eſt ſuam & alterius. & facit ĩ. de aſsignat li. l. ſi ex duobus. Accurſius.
y *Quia contra legem.* bona ratio, vt & ſupra l. proxi. & de mino. l. auxilium. in fi.
z *Tranſtulit.* vt infra de aſsignat. lib. l. j. in princ.

OBſeruādum.} CASVS. Duo dicit. In ſecundo dat exemplum de l. nuptiæ. Viuianus.

a *Obſernandum.* vt magnę pro magnis remaneant. Accurſius.
b *Prohibentur.* ſcilicet prohibitione iuris, aliā quàm ratione dignitatis. Accur.
c *Non licet.* vt ſ. eod. l. lege. §. fi. Accur.

Meum eſt, quod commune eſt.

* *Flor. & Vul. fœdus.*

† *Huc pertinet illud Ouidij in Deianira ad Herculem: Tam malè inæquales veniūt ad aratra iuuenci, Quàm premitur magno cōiuge nupta minor.*

a PRoxime. *Contrahere.* vt & j. de diuor. l. patrono. Accurſius. b *Puto.* ſcilicet hanc eſſe rationem. Accurſius.
c *Ferendus.* eam impedire.
d *Magis.* niſi debita erat in diẽ, vel ſub conditione, & ante manumiſit: vt C. de ope. lib. l. mater. & j. de here. inſti. l. iij. §. qui fideicommiſſam. Accurſius.
e MAtrimonij. *A nullo alio*, vt & j. de diuor. l. patrono. & ſupra eo. quod & Ateius. & l. in eo iure. & fac. j. qui & à quibus. l. matrimonij.
f INceſtæ. nefariæ nuptiæ dicũtur inter aſcendentes & deſcendentes: & etiam quandoque inceſtæ: vt infra eo. l. fi. Inceſtæ autẽ dicuntur inter collaterales: inutiles inter omnes: vt inſt. de nup. §. ſi aduerſus. Sed contra ſupra de condi. ſine cau. l. auunculo. Solu. vt ibi.
g NVptiæ. *Ad infinitum.* adeo vt ſi Adam hodie viueret, nullã accipere poſſet: vt inſtitu. de nupt. §. j. Accurſius.
h ET *nihil*. & facit ſ. eo. adoptiuus. §. ſeruiles. Accurſius.
i *Nã & volgo.* à ſimili.
k QVinetiam. *Maneat.* vt inſtit. eo. §. ij. & propter hoc dicit ferè. ſ. de adop. l. in omni. Accur.
l *Ducere.* facit ad hũc §. infra de pœn. l. ſi diuortio. & l. ſi quis forte. & l. capitalium. §. ſolutum. & infra de fur. l. ei qui. & infra eo. l. ſi quis. §. quid ergo. Accurſius.
m *Intellegor.* Cur ſecus in ea quæ fuit vxor patris adoptiui: vt & ſ. e. l. adoptiuus. in princ. Reſpon. quia ibi remanet loco nouercæ: hic vero remanet loco auiæ, vel materteræ. Accurſius.
QVi in prouincia. } CASVS. in prin. eſt planus. {DIVVS.} Liberta conſuluit principem ſuper huiuſmodi quæſtione. Dicit enim ſe nupſiſſe auunculo ſuo, credens licere de iure, ex conſilio auiæ: & cum eo ſtetit diu bene per xl. an. & habuit multos filios: an filij eſſent legitimi? Et reſpon. imperator quòd ſic, fauore liberorum, & propter diuturnitatem temporis. Viuianus.
n *Notat.* facit ſupra eod. l. ſi quis officium. §. fin.
o *Diuturnitate.* ſpeciale. aliàs contra: vt infra de act. & oblig. l. obligationum fere. §. placet.
p *Statum liberorum.* Confirmatur quidẽ ſtatus liberorũ, ſed non matrimonium: vt j. ad l. Iul. de adul. ſi adulteriũ. §. idem Pollioni. Et ar. contra. j. de decu. l. Modeſtinus. Azo. Sed hic A non fuit acerrimus error: ergo non debuit tenere matrimonium: vt C. de inceſt. nupt. l. qui contra. Reſp. matrimonium quidem non tenet: ſed confirmatum fuit ab imperatore, ſecundum Azo. immo non fuit confirmatum, ſed tantũ ſtatus liberorum fuit confirmatus: vt dixi modo.

manumiſerit, liceat libertæ inuito eo nuptias contrahere[a]: puto[b] quia non erat ferẽdus[c] is qui ex neceſſitate manumiſit, nõ ſuo arbitrio. magis[d] enim debitam libertatem præſtitit, quàm vllum beneficium in mulierem contulit.

LI. LICINNIVS Rufinus libro primo Regularum.

MAtrimonij cauſa ancilla manumiſſa, à nullo alio[e] vxor duci poteſt, quàm à quo manumiſſa eſt, niſi patronus matrimonio eius renuntiauerit. Si autẽ filiusfamilias matrimonij cauſa iuſſu patris ancillã manumiſerit: Iulianus putat perinde eã haberi, atq; ſi à patre eius manumiſſa eſſet: & ideo poteſt eam vxorem ducere.

B

LII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

INceſtæ[f] nuptiæ neq; dotem habẽt: & ideo omne quod perceptũ eſt, licet fructuum nomine, auferetur.

LIII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

NVptiæ conſiſtere non poſſunt inter eas perſonas quæ in numero parẽtium liberorúmve ſunt, ſiue proximi, ſiue vlterioris gradus ſint, vſque ad infinitum[g].

C

LIIII. SCAEVOLA libro primo Regularum.

ET nihil[h] intereſt, ex iuſtis nuptiis cognatio deſcẽdat, an verò non. nam & volgo[i] quęſitam ſororẽ quis vetatur vxorem ducere.

LV. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

QVin etiã nefas exiſtimatur, eam quoque vxorem ducere, quę per adoptionem filia neptiſve eſſe cœperit: in tantum, vt & ſi per emancipationẽ adoptio diſſoluta ſit, idem iuris maneat.[k] Patris adoptiui mei matrem aut materterã, aut neptem ex filio, vxorem ducere[l] non poſſum: ſcilicet ſi in familia eius ſim. alioquin ſi emancipatus fuero ab eo, ſine dubio nihil impedit nuptias: ſcilicet quia poſt emancipationem extraneus intellegor[m].

LVI. VLPIANVS libro tertio Diſputationum.

ETiam ſi concubinã quis habuerit ſororis filiam, licet libertinam: inceſtum committitur.

LVII. MARCIANVS libro ſecundo Inſtitutionum.

B QVi in prouincia† officiũ aliquod* gerit, prohibetur etiã conſentire filio ſuo vxorẽ ducenti.

Temporis diuturnitas, & iuris ignorãtia cũ numero liberorũ, inducũt principem ad legitimationem liberorum. Bald.

In libro ſecundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat:[n] Diuus Marcus & Lucius imperatores Flauię Tertullæ per Menſorem libertũ ita reſcripſerunt, Mouemur & temporis diuturnitate:[o] quo ignara iuris in matrimonio auũculi tui fuiſti, & quòd ab auia tua collocata es: & numero liberorũ veſtrorum: idcircoq; cum hæc omnia in vnum concurrũt, cõfirmamus ſtatum liberorum[p] veſtrorũ in eo matrimonio quæſitorum, quod ante annos quadraginta cõtractũ eſt, perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent.

C

LVIII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

A Diuo Pio reſcriptum eſt, ſi libertina ſenatorẽ[q] deceperit quaſi ingenua, & ei nupta eſt: ad exemplũ prætoris edicti dandam in eam actionem[r]: quia ex dote nullum[s] lucrum habet, quæ nulla eſt.

D

LIX. PAVLVS libro ſingulari de Adſignatione Libertorum.

SEnatuſcõſulto quo cautum eſt[t] ne tutor pupillam vel filio ſuo, vel ſibi nuptum collocet, etiam nepos ſignificatur[u].

Qui ſuſtinet periculum tutelæ per ſuam perſonam, habetur pro tutore: licet tutor non ſit. ſecus ſi per perſonã alterius. Bart.

LX. IDEM libro ſingulari ad orationem diui Antonini & Commodi.

A Diuo. } CASVS. Liberta dicens ſe ingenuã, cum liberta eſſet, nupſit ſenatori: & c. in dotẽ dedit ſub pacto vt lucraretur dotem ſi prædecederet. deinde apparuit liberta: & ſic matrimonium non valet, nec pactum ſuper dote: cum neque dos fuerit. qualiter ergo ſenatori conſulitur? Reſpon. aget contra libertã actione de dolo, vel iniuriarum. Viuianus.
q *Senatorem.* qui fecerat pactum de dote lucranda. Accũrſius.
r *Actionem.* de dolo. vel dic ſecundum Hu. ſcilicet iniuriarũ. Sed cur in fauorem ſenatoris decepti dicitur non valere pactum: vt j. titu. j. ſi res. §. j? Reſp. matrimoniũ etiam vtriuſque voluntate nõ poteſt valere: quia prohibetur[a] per legem: ſed ſecus vbi dolus vnius dedit cauſam contractui. Azo.
s *Nullum.* niſi ei ſuccurratur per actionem de dolo: licet fecerit pactum.
t SEnatuſconſulto. *Cautum eſt.* vt ſupra de ſpond. l. tutor. Azo. & argum. C. de interdic. mat. l. j.
v *Significatur.* vt & infra de verbo. ſignifi. l. filij appellatione. & j. l. proxi. §. fina. & l. libertum. §. j. j. reſpon. Accurſius.
SI *quis tutor.* } CASVS. Non poteſt tutor quondam pupillam ſuam in vxorem accipere. de quo ergo tutore eſt intelligendum, videndum eſt: & primo quærit de eo qui non eſt tutor: pertinet tamen ad eum periculum vt ad tutorẽ: vt quia ſe falſis excuſationibus excuſauit: vel pupilla eſt capta ab hoſtibus. Secũdo quęrit de magiſtratibus, & de fideiuſſoribus eorum, an hi contineantur. Et dicit quòd nõ: quia neque in numero trium tutelarum computatur onus. Tertio quærit de honorario, qui datur cauſa honoris, vt pupillus ſic timeatur. Et dicit hunc contineri. Quarto, de eo tutore qui non geſſit, dicit contineri. Quinto, de eo qui eſt in pendenti, vt qui ſe excuſabat, & interim puella facta eſt adulta. Et dicit perfici debere excuſationem: & ſi vera erit, non continetur: alioquin ſic, licet alij dixerunt quòd neque recipitur poſtea excuſatio, & ipſe contineatur,

† *Ad materiam iſtius l. vide Bald. optimè loquentem in l. parentes. ſ. de in ius vocan.*
* *Flo. aliquid.*
a *Gloſ. iſta vbique eſt reputata ſin. per ſcriben. vt hic in nomine interpreta. Bolog. Vltra ego addo quod text. hic cũ ſua glo. eſt ſin. ſecundũ præpoſi. poſt Bald. in plerisque locis. in cap. preterea. 2. extra de ſpon.*

SI quis tutor quidē nō ſit, periculū tamen tutelę ad eum pertineat, an ſententia orationis cōtineatur: veluti ſi pupilla ab hoſtibus capta [a] fuerit, aut falſis allegationibus à tutela ſe excuſauerit, [b] vt ex ſacris conſtitutionibus periculū ad eū pertineat? Et dicendum eſt hos quoq; ad ſenatuſcōſultum pertinere. Nam & huiuſmodi periculum in numerū trium tutelarum computari cōprobatum eſt. Sed ſi propter alterius perſonam periculum ad eum peruenit, videamus ne extra ſententiam ſenatuſcō-

B ſulti ſit: veluti ſi magiſtratus in tutelæ periculum inciderit, vel fideiuſſerit quis pro tutore, vel curatore: quia nec [c] in numerum trium tutelarum hæc imputantur. Et conſequens eſt hoc probare. [d] Quid ergo ſi honoris cauſa tutor datus ſit, quatenus nec huiuſmodi tutela in numerū cōputatur, nunquid idem ſit? Sed ratio in cōtrarium ducit, ꝙ dictum eſt & honorarium tutorem periculum ſolere pati, [e] ſi malè paſſus ſit adminiſtrari tutelam.

C Quin autē ille qui cum datus eſt tutor, ceſſat in adminiſtratione, pertineat ad orationem non eſt dubitandum: quia perinde tenetur ex ſacris cōſtitutionibus, atque ſi geſsiſſet. Quid ergo ſi cum ſe vellet excuſare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, excuſationis negotium fuerit dilatum, & inter moras pupilla adoleuerit? an ad ſenatuſconſultum pertineat? quæſtio in eo eſt, an & poſt pubertatē officio finito, excuſationē eius recipi oporteat. Nam ſi recipitur, & excuſauerit, impunè poteſt ducere.

D Si verò non debeat recipi poſt officium finitum, non rectè ducit. Et ait Papinianus libro quinto reſpōſorū, officio finito excuſationem recipi non oportere: & ideo exacti [f] temporis periculum ad eum pertinere. Sed mihi hoc nequaquem placet. Iniquum eſt enim propter dilationem quæ forte nō dolo, ſed quæ ex neceſsitate cōtingit, non excuſari, vel nuptias impediri excuſatione recepta. [g] Quanuis verbis orationis cautum ſit, ne vxo-

A rem [h] tutor pupillā ſuā ducat, tamen intellegendum eſt ne deſponderi quidem poſſe [i]. Nam cum qua nuptiæ contrahi non poſſunt: hæc plerunque [k] ne quidem deſponderi poteſt. Nam quæ duci poteſt, iure deſpondetur. Quid ergo ſi adoptiuus filius tutoris duxerit pupillā illicitè, poſteaque emancipatus fuerit? Credendum [l] eſt de adoptiuis emancipatis ſenatū non ſenſiſſe: quia poſt emancipationem in totū adoptiuæ familiæ obliuiſcūtur. [m] Naturales liberi licet

B in adoptionem dati fuerint, ſenatuſcōſulto continētur. Quid ergo ſi tutor datus ꝓuocauit [n], & poſtea heres eius victus eſt? Præteriti temporis periculū præſtare debet? an verò ſi filius heres fuerit, & victus eſt, ad orationem pertineat? Et conſequēs eſt hoc probare: quoniā rationē [o] debet reddere.

LXI. PAPINIANVS libro trigenſimoſecundo Quæſtionum.

DOte propter illicitum matrimonium caduca facta, exceptis impenſis neceſſarijs, quę dotem ipſo iure minuere ſolent: [p] quod

C iudicio de dote redditurus eſſet maritus, ſoluere debet. [q]

In arbitrio dato intelligitur ne eligatur perſona prohibita: licet concedens arbitriū eam eligere potuiſſet. h.d. Bart.

LXII. IDEM libro quarto Reſponſorum.

QVanquam in arbitrio matris pater eſſe voluit, cui nuptum filia communis collocaretur: fruſtra tamen ab ea tutor datus [r] eligetur. Neque enim intellegitur pater de perſona tutoris cogitaſſe: [s] cū ideo maximè matrem prætulit, ne filię nuptias tutori committeret.

D Mulier liberto [t] viri ac patroni ſui mala ratione coniungitur. [u] Tutor qui rationes curatori reddidit: puellam* ſuam ante conſtitutum tempus ætatis eius vxorem ducere, nec matrē ex alio matrimonio factam, poteſt. [x] *pupillam

Quod fit cōtra prohibitionē legis, ipſo iure nō valet. ad hoc allegatur.

LXIII. IDEM libro primo Definitionum.

PRæfectus cohortis, vel equitū, aut tribunus contra interdictū [y] eius prouincię duxit vxorē, in qua officium gerebat. matrimonium non erit. [z] quæ ſpecies pupillæ comparanda [a] eſt: cum ratio potētatus nuptias prohibuerit. Sed an huic quoq; ſi virgo nupſit, non ſit auferēdum quod teſtamēto relictum eſt, [b] deliberari poteſt. Exemplo tamen pupillæ nuptæ tutori, quod relictum eſt poteſt mulier conſequi: [c] pecuniā tamē in do-

tur, vt poſsit eam accipere. Cetera ſunt plana vſque in fin. tit. Viuianus.

a *Capta.* tunc enim finitur tutela, & deſinit eſſe tutor: vt inſtit. quibus mo. tut. fini. §. item ſi in ſeruitutem. licet periculum ad eum pertineat: vt hic dicitur.

b *Excuſauerit.* vt & C. ſi ex fal. alleg. l. j. & ij. & fin. & inſtitu. de excu. tu. §. fin.

c *Quia nec.* videtur debere eſſe extra ſententiam, quia nec &c. vt & j̄. de excu. tut. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis. Accur.

d *Probare.* vt ſit extra ſententiam ſenatus.

e *Pati.* & propter ſe ſuſtinet, non propter alterius perſonam, & nego. geſto. vtili: vt j̄. de teſta. tut. l. ſi nemo. §. fi. Accur.

f *Exacti.* id eſt tranſacti.

g *Recepta.* ſi iuſte ſe excuſauerit poſt pubertatem, alioquin nō ita: vt j̄. ea. l. §. fin. & ar. de app. l. imperatores. §. ſi magiſtratus. & j̄. ſi tutor vel cura. appel. l. j. & ij. & C. de excu. tut. l. quanquam. & s̄. de vſur. l. tutor. j. reſp. & j̄. de ſolu. l. qui res. §. huic. in fi.

h *Ne vxorem.* ſcilicet tantum.

i *Quidem poſſe.* vt & ſupra eo. l. tutor. Accurſius.

k *Plerunque.* hoc dictū eſt propter viduā quæ intra tempus luctus poteſt deſponſari: non tamen duci: vt s̄. de his qui no. infa. l. ſolet. §. quæ virū. idem in his qui officijs funguntur: vt s̄. eo. ſi quis officium. idem in minore xij. an. quę poteſt eſſe ſponſa, non tamen nupta.

l *Credendum.* aliàs credendum: aliàs dicendum.

m *Obliuiſcuntur.* ſic ergo confirmatur matrimonium: vt & j̄. eod. l. eos qui. §. ſed & ſi. & facit s̄. eo. l. quinetiā. in fin.

n *Prouocauit.* appellauit ergo. & ſic eſt contra inſtit. de excu. tut. §. qui autem. Solu. non poteſt appellare à nominatione. ceterum ſi nominatus ſe excuſat, & eius excuſatio vt iniuſta repellatur, appellare poterit. Accurſius.

o *Quoniam rationem.* bona ratio: vt & infra eod. l. libertum. §. ſenatus.

p *DOte. Solent.* vt & j̄. de impen. in rebus dotal. fac. l. j. §. j. Accur.

q *Soluere debet.* fiſco: vt s̄. eodem. l. inceſtæ. & C. de inceſt. & inut. nupt. l. qui contra. Accurſius.

r *QVanquam. Datus.* à iudice, vel à teſtatore.

s *Cogitaſſe.* cum vxor eſſe non poſsit: vt j̄. de libe. & poſthu. l. filius à patre. §. ſi quis eo tempore. & C. de interdi. ma. l. ſi patris. Et not. hic ar. quòd in generali ſermone, &c. vt & s̄. de ſeruit. l. ſi cui. Accur.

t *Mulier liberto.* nupta patrono.

u *Coniungitur.* poſt cōiūctionem patroni ſui inuito eo: vt ſupra eo. l. in eo iure. in princ. Accur.

x *Factam poteſt.* etiam ſi de alio matrimonio ante xxv. ann. ſit mater: quia ſuſtulit liberos.

y *PRæfectus. Interdictū.* legis ſcilicet.

z *Non erit.* vt C. de nup. l. & ſi. Accur.

a *Comparanda.* nam nec ibi valet matrimonium cum tutore contractum: vt infra eo. l. non eſt.

b *Relictum eſt.* ſcilicet à tali viro.

c *Conſequi.* immo videtur quòd non: vt infra de vſufruc. leg. l. vxori maritus. Solu. ibi dicit litera vna, nō poſſe repeti quod ex ea cauſa ſolutum eſt: & ſic concordat. vel ſi eſt poſſe: dic quòd loquitur in eo caſu, cum perpetua erat prohibitio: hic cum nō erat perpetua: & ideo legatum capere poterat: vel melius, ibi loquitur de ea vxore quæ ſciebat ſe illicitū contrahere matrimoniū: arg. j̄. de leg. j. l. fin. Itē hoc in legatis. ſecus

in do-

autem à ñ datis vel donationibus inter viuos : vt infra de don. inter vir. & vxo. l. cum hic. §. fin. & C. de dona. ante nu. l. ea quæ. quæ ſunt ar. contra. & facit infra de his qui. vt indig. l. ij. §. itē ſi quis.

a Libertum. Vel filio. quod eſt prohibitum: vt ſupra eod. l. ſenatus.

b Compelluntur. ſimilis ratio: vt ſ. de adopt. l. nec ei. j. reſpon. ſic ergo & in extraneo : cū ibi ſit eadem ratio : vt j. de fonte. l. j. §. interdictū. & ſ. ad l. Aquil. l. illud.

c Collocare. cum ceſſet ibi prædicta ratio: vt & C. de inter ma. l. curatorem. & ſupra eod. l. ſi quis officium. §. fin.

d Eos qui. Legitimos eſſe. vt C. de nup. l. & ſi contra. Sed an illi qui ante depoſitū officium nati ſunt, legitimi ſint? Reſpondit non : arg. ſupra de ſtatu homi. l. Paulus. quæ eſt contra. & argum. ſupra eodem. l. ſi quis in ſenatoria. ſecus in concubina : vt inſt. de nup. §. fina.

*eodē, ſubaudi libro, vt ad Paulū referatur.

e Non eſt matrimonium. Intra vicenſimum & ſextum. & infra quadriennium : vt C. de interdicto matr. l. ſi tutor. & l. ſi patris. Azo.

f Deſtinatam. quia tūc valeret: vt infra de iur. dot. l. cum poſt. §. nuptijs. & ſupra eodem l. tutor. in fin. Et ſic nota quòd iuſſus maioris excuſat: vt ſ. de his qui not. infa. l. furti. §. qui iuſſu.

Maioris iuſſus excuſat.

g Vterque. ſcilicet pater & filius. ſed contra ſupra de infa. l. qui iuſſu. Sol. in alio caſu dicit. vel hic filius cōſenſit ſponte. Accur.

h Adminiſtrat. vt tutor : vt ſupra eodem. l. libertum. nō aliter: vt infra eod. l. penulti. §. ſi puellæ. Accur.

i Non ſolum. Suſpicionem. quæ aliàs adeſt : vt C. de inter ma. l. ſi tutor vel cu. Not. ergo hic quòd cauſa affectionis remouet malam ſuſpicionē: vt C. de ado. l. penult. §. ſi verò pater naturalis. in fi. §. quandoque autem inducit : vt C. vbi pu. edu. de. l. fin. & C. de excu. tu. l. antepe. quæ ſunt arg. contra.

Affectionis cauſa ſuſpicionem remouet.

k In eiuſdem poteſtate. huic quæſtioni nō reſpondet: ſed potes dicere ſic : vt infra de excu. tu. l. tria.

l Vt in genero. Pone exemplum quando filius adoptiuus cōtrahit matrimonium cū filia mea non emancipata, ante adoptionē, nec enim tenet matrimonium : vt §. e. l. per adoptionē. & l. quin etiā. Itē ille filius adoptiuus gener eſt. Alij dicunt, vt quia pater adoptiuus filij pupillā cuius tutelam gerit, ei dat. ſed certe hic videtur omnis ſuſpicio ceſſare: vt ſ. ea. l. §. de vno.

m Quod magis. referas te ad proxi. §. ſcilicet vt impediatur adoptio, & matrimoniū duret: licet quidā contra dixerūt: quo nil falſius: vt probatur per l. C. de nupt. l. fina. ſecūdum Ioā. & de exc. tu. l. amplißimi. Accur.

n Nam. dixi durante tutela adoptionem impediri: nam &c.

o Longum. id eſt remotum à ratione. Ac.

p Impedire. certè impeditur quaſi &c.

q Et ſi. id eſt quamuis. Accur.

r Simplex. id eſt ſine eo priuilegio quod defuncto cōpetit: vt j. de admin. tuto. l. ex pluribus. Accur.

s Cui. ſcilicet puellę.

t Coniungere. cur etiā extraneus heres tutoris prohibetur à nuptijs eius quę fuit in tutela: cum filia pupillæ nō prohibetur copulari ipſi tutori. Reſpō. quia etiam heres extraneus rationem reddere tenetur eodē modo quo & ipſe. ideóque ſicut tutor prohibetur. ita & ipſe. ſed heres, pupillæ non eodem modo, id eſt non cum eodē priuilegio

in dotem datam, mulieris heredi reſtitui neceſſe eſt.

LXIIII. CALLISTRATVS libro ſecundo Quæſtionum.

Libertum, eundemq; tutorem pupillæ, eo quòd in matrimonium collocata ipſi tutori ſuo vel filio [a] eius eſt, ſenatus relegandum cenſuit. Senatuſconſulti quo prohibentur tutores & filij eorū pupillas ſuas ducere, puto heredem quoque tutoris extraneum ſententia adprehendi : cum ideo prohibuerit huiuſmodi nuptias, ne pupillæ in re familiari circumſcribantur ab his qui rationes eis geſtæ tutelæ reddere compelluntur.[b] Tutor autē pupilli non prohibetur filiā ſuam collocare[c] pupillo ſuo in matrimonium.

LXV. PAVLVS libro ſeptimo Reſponſorum.

Eos qui in patria ſua militant, non videri cōtra mandata ex eadem prouincia vxorem ducere: idque etiā quibuſdam mandatis cōtineri. Idem eodem* reſpondit: mihi placere, etſi contra mandata contractum ſit matrimonium in prouincia: tamē poſt depoſitum officiū, ſi in eadem voluntate perſeuerat, iuſtas nuptias effici: & ideo poſtea liberos natos ex iuſto matrimonio legitimos eſſe.[d]

Pœna extraordinaria quæ venit imponenda propter iniuriam factam alteri, debet moderari ſecundum qualitatem & dignitatem illius, vt maior imponatur ſi eſt nobilis, quàm ſi ignobilis, qui recipit iniuriam. ad hoc allegatur, & eſt notandum.

LXVI. IDEM libro ſecundo Sententiarum.

Non eſt matrimonium, ſi tutor vel curator pupillam ſuam intra vicenſimum & ſextum[e] annum: nō deſponſam à patre, nec teſtamento deſtinatam,[f] ducat vxorē: vel eam filio ſuo iungat: quo facto vterque[g] infamatur: & pro dignitate pupillæ extra ordinem coërcetur. Nec intereſt, filius ſui iuris, an in patris poteſtate ſit.

Curatoris libertum eam pupillam, cuius patronus res adminiſtrat,[h] vxorem ducere, ſatis inciuile eſt.

Non ſummatur: quia breuis. Bald. Nota tamen ſecundum Bart. quòd inter coniunctas perſonas de facili præſumitur fraus. pro hoc infra de bon. liber. l. penul. & C. de nat. libe. l. 3. circa fi. Bartolus.

LXVII. TRYPHONINVS libro nono Diſputationum.

A Non ſolū viuo tutore, ſed & poſt mortē eius filius tutoris ducere vxorem prohibetur eā, cuius tutelæ rationi obſtrictus pater fuit. Nec puto intereſſe extiterit ei heres filius, an abſtinuerit paterna hereditate, an nec heres fuit, fortè exheredatus, aut præteritus, emancipatus. Nā et fieri poteſt, vt per fraudē in eū collata* bona patris propter tutelā reuocari oporteat. De vno dubitari poteſt, ſi auus tutelā geſſit neptis ex filio emancipato natę, an nepoti ex altero filio eā B collocare poſsit, ſiue emācipato, ſiue manēti in poteſtate: quia par affectionis cauſa ſuſpicionē[i] fraudis amouet. Sed & ſi ſenatuſconſultum ſtricto iure cōtra omnes tutores nititur, attamen ſummæ affectionis auitę intuitu huiuſmodi nuptiæ cōcedendæ ſunt. Sed et ſi filiusfamilias tutor puellæ vel curator fuit: puto vel magis patri eius nō oportere eā nubere. Nūquid nec fratri, qui eſt in eiuſdem poteſtate?[k] Sed videamus ſi Titij filius duxerit vxorē eam, quæ tua pupil C la fuit, deinde Titiū vel filiū eius adoptaueris, an perimētur nuptiæ, vt in genero [l] adoptato dictum eſt: an adoptio impeditur. Quod magis[m] dicendū eſt & ſi curator dū gerit curā, adoptauerit maritū eius puellæ cuius curator eſt. Nam[n] finita iam tutela, & nupta puella alij, vereor ne longum [o] ſit adoptionē mariti eius impedire,[p] quaſi propter hoc interponatur, vt ratio tutelæ reddendæ cohibeatur: quā cauſam prohibitionis nuptiarū contrahendarū oratio diui Marci cōtinet.* Et ſi[q] quis curator ventri boniſq; datus ſit, prohi- D bitionē eiuſdē ſenatuſcōſulti inducit. Nā & hic debet rationē reddere. Nec ſpatiū adminiſtrationis mouere nos debet: quia nec in tutore nec curatore diſcrimē maioris aut minoris tēporis, quo in huiuſmodi munere quis fuerit, habitum eſſe.

*Flo. collocata.

*Eadem dicitur oratio diui Antonini & Cōmodi. ſ. eo. l. ſi quis tutor. in inſcriptione. Anto. Aug. ad Modeſt.

Not. quòd priuilegium quòd habet pupillus in actione tutelæ, nō tranſit ad heredem etiam ex eo deſcendentem: & pro hoc reprobatur gloſ. in l. ex pluribus. j. de admin. tut. et in l. damus. §. 1. j. de priuile. credi. ſecundum Iaco. de Aret. Bart.

Si puellæ tutelā Titius adminiſtrauit, vel curator negotia geſſit, eaq; nondū recepta ratione deceſſit, filia herede relicta: quærenti, an eam filio ſuo poſſet Titius collocare in matrimoniū, dixi poſſe: quia ratio hereditaria eſſet, et ſit ſimplex[r] debitum: alioquin omnis debitor eam cuius[s] obligatus eſſet ex aliqua ratione, prohibetur ſibi filioq; ſuo coniungere.[t] Sed & is qui pupillam abſtinet

quo ipſa pupilla: vt & ̄j.de admi.tut. l.ex plurib⁹. ideoq; licet prohibeatur pupillæ matrimoniũ, non tamen heredis eius. Et eſt hæc quæſtio ſimilis ei quæ fit de herede liberti, quare non præſtat reuerentiam, ſicut libert⁹ præſtat heredi patroni? Reſp. ideo, qa heres liberti omnia iura ingenui habet: vt ̄j. de obſequi. l. heres. heredi verò patroni pręſtatur à liberto: quia heres etiã extrane⁹ in ius patroni ſuccedit: vt C. de in ius vo. l. ij.

a *Iuriſdictionis.* quę dedit abſtinendi facultatem.

b *IVre. Committit.* in aſcẽdentibus & deſcẽdẽtib⁹ præſumitur ſciẽtia: ar. ̄j. vnde cog. l. octaui. & C. de in integ. reſ. mi. l. de tutela.

c *Palã fecerit.* Hęc ſunt vera cũ dubitatur quis cõtraxit matrimoniũ, ſciẽs an ignorãs. ſed ſi certũ ſit ꝙ qui palã cõtraxit, ſcierit: punietur æqualiter cum eo qui clam cõtraxerit. Azo. Item no. hic ar. ꝙ plus delinquit qui clã facit ꝗ qui palam: vt ar. ̄j. de adm. tu. l. nõ exiſtimo. & ̄j. de auct. tu. l. v. §. ſane ſi ipſe. & ̄j. de iur. fiſ. l. non intelligitur. §. ſi quis. & C. de repu. l. vxor. Sed arg. cõtra. ̄j. vi bo. rap. l. ij. §. generaliter. & inſtit. de oblig. quæ ex delic. §. pœna.

Clã peccãs plus delinquit quàm qui palam.

†Quales cõſtituẽdæ dotes, Plato dialogo 6. de legib. & Ariſ. li. 2. Polit. ca. 7.

DE IVRE *dotium.*

d *DOtis cauſa.* i. datio dotis ob matrimoniũ.

e *Et cum.* & pro i. Accurſius.

f *Vt ſemper.* vnde dicitur matrimoniũ habere indiuiduam conſuetudinem? vt inſti. de pat. pot. in prin.

g *REipublicæ. poßint.* vt infra ſoluto matrimo. l. j.

h *DOtis. Eſſe poteſt.* vt ̄s. tit. j. l. inceſtæ. & ̄j. de pri. cre. l. intereſt. & ̄j. de cond. & de l. hoc modo legato. & C. de donat. ante nupt. l. fi. §. ſicut.

i *PRofectitia. Parente.* i. auo paterno, vel proauo. Accur.

k *Vel facto.* vt patet ſtatim per multa exẽpla: vt ar. ̄j. de vul. ſub. ſed & ſi plures. §. in arrogato. & C. de coll. vt liberis. Sed contra ̄j. eo. §. ſi pater. Solu. vt ibi.

l *Non eſſe.* quia ſ & aſt. Vetus.

abſtinet bonis patris ſui, rationẽ eius rei pręſtare debet: & fieri poteſt, vt & ſi incõſultius hoc fecerit, & hoc nomine condẽnari debeat. Sed etſi optimo conſilio vſus ſit auxilio prętorię iuriſdictionis,[a] quia nõ ſoluendo pater eius deceſſerat: nihilo minus tamen quia iudicio hoc probari oportet, impediũtur nuptiæ. Nam qui bene tutelã et ex fide adminiſtrauit, nihilo minus prohibetur.

Si actus prohibitus celebratur palam, poteſt quis prætextu ignorantiæ excuſari, ſecus ſi clam. Bartolus.

LXVIII. PAVLVS libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Turpillianum.

B IVre gentiũ inceſtũ cõmittit,[b] qui ex gradu aſcendẽtium vel deſcendentiũ vxorem duxerit. Qui verò ex latere eã duxerit, quam vetatur, vel ad finẽ quam impeditur: ſi quidẽ palã fecerit[c], leuius: ſi verò clam hoc cõmiſerit, grauius punitur. cuius diuerſitatis illa ratio eſt circa matrimonium quod ex latere nõ bene contrahitur: palam delinquentes, vt errantes maiore pœna excuſantur: clam committentes, vt contumaces plectuntur.

DE IVRE DOTIVM† TITVLVS III.

C *Dos datur eo animo, vt ſemper apud maritum ſit. h. d.* Baldus.

I. PAVLVS libro quartodecimo ad Sabinũm.

DOtis cauſa[d] perpetua eſt: et cum[e] voto eius qui dat, ita contrahitur, vt ſemper[f] apud maritum ſit.

II. IDEM libro ſexagenſimo ad Edictum.

REipublicæ intereſt mulieres dotes ſaluas habere, propter quas nubere poſsint.[g]

D *Vbi non eſt matrimoniũ, ibi non eſt dos, ſed quaſi dos putatiua.* Bald. *Sed an vidua dicatur habere dotem? videtur quòd nõ vt hic cõtradicit* Baldus. *C. vnde vir & vxor. l. 1. in fi. vbi vide.*

III. VLPIANVS libro ſexageſimotertio ad Edictum.

DOtis appellatio nõ refertur ad ea matrimonia quæ conſiſtere non poſſunt. Neque enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt.[h] Vbicũq; igitur matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt.

Incrementum vel acceßio non facit nouã dotem: ſed veterem auget. hoc dicit. facit iſta lex, quòd ſi ille qui emit, vel in dotem accepit proprietatem, ſoluit gabellã: vſufructu redeunte ad proprietatem, nõ tene-

A *tur ſoluere pro eo gabellam. non enim eſt noua adquiſitio, ſed prima res adquiſita in re ipſa augmentata abſque facto hominis.* Bartolus.

IIII. PAVLVS libro ſexto ad Sabinum.

SI proprietati nudę in dotem datę vſusfructus acceſſerit, incrementum videtur dotis, non alia dos: quẽadmodum ſi quid alluuione acceſsiſſet.

Primo ponit ſummarium. & de iſto fecit magnum feſtum in l. 1. ̄j. ſolu. matri. Bart.

V. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Sabinum.

PRofectitia dos eſt, quæ à patre vel parente[i] profe-

B cta eſt de bonis vel facto[k] eius. Siue igitur parens dedit dotem, ſiue procurator eius, ſiue iuſsit alium dare, ſiue cũ quis dediſſet negotium eius gerens, parens ratum habuerit: profectitia dos eſt. Quòd ſi quis patri donaturus, dedit, Marcell⁹ libro ſexto digeſtorum ſcripſit, hãc quoque à patre profectam eſſe. & eſt verum. Sed & ſi curator furioſi, vel prodigi, vel cuiuſuis alterius dotem dederit: ſimiliter dicemus dotem profectitiam eſſe. Sed & ſi proponas pretorem vel præſidem decreuiſſe quan-

C tũ ex bonis patris vel ab hoſtibus capti vel à latronibus oppreſsi filiæ in dotem detur: hæc quoque profectitia videtur. Si pater repudiauerit hereditatem dotis conſtituendæ cauſa, fortè quòd maritus erat ſubſtitutus, aut qui potuit ab inteſtato hereditatem vindicare: dotem profectitiam non eſſe[l] Iulianus[m] ait. Sed & ſi legatum in hoc repudiauerit pater, vt apud generum heredem remaneat dotis conſtituendæ cauſa: Iulianus probat non eſſe profectum id de bonis,* quia nihil erogauit de ſuo pater, ſed non adquiſiuit. Si pater† non quaſi pater, ſed alio dotem promittente fideiuſsit, & quaſi fideiuſſor ſoluerit, Neratius ait non eſſe profectitiam dotem, quanuis pater ſeruare à reo id quod ſoluit non poſsit.[n] Sed ſi pater dotem

D promiſit, & fideiuſſorem vel reum pro ſe dedit: ego puto profectitiam eſſe dotẽ. Sufficit enim quòd pater ſit obligatus, ſiue reo[o], ſiue fideiuſſori. Si filiusfamilias mutuatus[p] creditorẽ delegauit, vt daret pro filia dotem, vel etiam ipſe accepit, & dedit: videri dotem ab auo profectã Neratius ait hactenus, quatenus auus eſſet dotaturus neptẽ ſuam, id enim in rẽ aui videri verſum. Si quis certam quantitatẽ patri donauerit, ita vt hanc pro filia daret: non eſſe dotẽ profectitiã Iulianus libro ſeptimodecimo digeſtorum ſcripſit. obſtrictus eſt enim vt det: aut ſi nõ dederit,[q] condictione tenetur. Hoc & in matre iuris eſſe ait, ſi fortè ſub ea conditione vxor marito det, vt pro filia genero in dotem daret: nec videri vxorem marito donaſſe. Rectiſsimè ergo ait, vt nõ ſit interdicta donatio iure ciuili.[r] Non

lia ratione vir ſucceſſionem habiturus eſt: & ideo ſi talia vir vxori donauerit, donatio valet, cũ non fiat pauperior: vt ̄j. de donat. inter vi. & vxo. ſi ſponſus. §. ſi maritus.

m *Iulianus.* iſte Iul. veritatem ſolam ſimpliciter eſt locutus. fictione tamen legis aliud eſt. ſ. vt ſit profectitia: quia patris facto dotem cõſtitutam negare non poteſt: vt ̄s. eod. circa princ. huius legis, quæ eſt contra. & duo videntur actus interueniſſe, quaſi patri ſit legatum ſolutũ: & pater dediſſe in dotem poſtea videatur: vt ̄j. de fund. do. ſi nuptura. §. fi. & inſti. per quas perſo. nob. acqui. §. j. quæ ſimiliter eſt contra. vel ſecundum Ir. forte aliud eſt cum pater repudiat: vt hic, aliud cum ipſa mulier ſiue filia: vt d. l. ſi nuptura.

n *Non poßit.* quia non ſit ſoluendo.

o *Reo.* ſ. ſoluenti.

p *Mutuatus.* in negotium ſcilicet patris: vt & ſupra de in rem ver. l. & ideo. §. fi.

q *Dederit.* qui dotem ſoluerit.

r *Iure ciuili.* vt & infra de dona. inter vir. & vxo. l. ſiue vxor. Accurſius.

** bonis patris.*

†Lud. Ro. ſo. 6. ſin. 167. reputat iſtum tex. vnicum ad hoc, ꝙ ſi extrane⁹ promiſit dotẽ pro filia alterius, & pater vt fideiuſſor extranei ſoluerit, nõ poterit repetere à debitore extraneo. in quo intellectu ſuit deceptus Lu. vt potes videre hic in nouis interpreta. Bolog.

A hoc dedit, vt ipſe habeat, ſed vt genero pro filio expēdat. denique ſi non dederit, cōdictione tenetur.[a] eſſe igitur dotem iſtam aduentitiā Iulianus ait: & ita vtimur.[b] Si filiusfamilias dotem promiſerit,[c] & ſui iuris factus dederit: profectitiā eſſe dotē. non enim pro hereditate patris æs alienum ſoluit: ſed ſuum æs alienum[d] ſuſceptū dum filiusfamilias eſſet, paterfamilias factus exonerauit. Si pater pro filia emancipata dotem dederit, profectitiā[e] nihilo minus dotē eſſe nemini dubiū eſt: quia nō B ius poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profectitiam facit: ſed ita demum, ſi vt parens dederit. Ceterum ſi cū deberet filiæ, voluntate eius dedit: aduentitia dos eſt.

Nota textum mirabilē, quòd quādo pater curator filiæ promittit dotem: videtur promittere vt pater, non vt curator. Bal.

Papinianus libro decimo quæſtionum ait, cùm pater curator ſuæ filiæ iuris ſui effectæ dotē pro ea conſtituiſſet, magis eum quaſi patrem id, quàm quaſi curatorem feciſſe videri.[f] Iulianus libro nonodecimo Digeſtorū adoptiuum quoque patrem, C ſi ipſe dotem[g] dedit, habere eius repetitionem ait.

Cū quis dat ex perſona alterius, ſi quidē poterat euitare ne daret: ipſe dare videtur, non ille ex cuius perſona dat. ſed ſi vitare non poterat, ille non ipſe videtur dare. h.d.

Si quis pro aliena filia dotē promiſerit, & promiſſori pater heres extiterit: Iulianus diſtinguit intereſſe ante nuptias pater heres extiterit, & dotem dederit: ante poſtea. ſi ante, videri dotem ab eo profectam. potuit enim nuntium[h] remittendo reſoluere dotē. quod ſi poſt nuptias, nō eſſe profectitiam.

Afflictus in vno, releuandus eſt in altero: ne detur afflictio afflicto. h.d.

D VI. POMPONIVS libro quartodecimo ad Sabinum.

IVre ſuccurſum eſt patri, vt filia amiſſà, ſolatij loco cedere, † ſi redderetur ei dos ab ipſo profecta: ne & filiæ amiſſæ & pecunię damnum ſentiret.[i] Si pater alienum fundum bona fide emptum in dotem dedit, ab ipſo profectus[k] intellegitur. Si in dote dāda circūuentus ſit[l] alteruter, etiā maiori annis vigintiquinq; ſuccurrēdum eſt: quia bono & æquo non cōueniat, aut lucrari aliquē A cū dāno[m] alteri⁹, aut dānum ſentire per alterius lucrum.

VII. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Sabinum.

DOtis[n] fructū ad maritū pertinere debere, ęquitas ſuggerit. cū enim ipſe onera matrimonij ſubeat, æquū eſt eū etiā fructus percipere. Si fructus cōſtante matrimonio percepti ſint, dotis non erunt.[o] ſi verò ante nuptias percepti fuerint, in dotē cōuertuntur,[p] niſi fortè aliquid inter maritū futurū et deſtinatā vxorē cōuenit. tūc enim quaſi donatione facta fructus non redduntur.[q] B Si vſusfructus in dotē datus ſit, videam⁹ vtrū fruct⁹ reddēdi ſint, nécne. Et Celſus libro x. digeſtorū ait intereſſe qd acti ſit: & niſi appareat aliud actū, putare ſe ius ipſum in dotē eſſe, nō etiā[r] fruct⁹ qui percipiūtur. Si res ī dotē dētur, puto in bonis mariti fieri: acceſſionēq; tēporis marito ex pſona mulieris cōcedēdā. Fiūt autē res mariti, ſi cōſtāte matrimonio in dotem detur. Quid ergo ſi ante matrimoniū? Siquidē ſic dedit mulier, vt ſtatim eius fiāt, efficiūtur. Enimuero ſi hac cō C ditione dedit, vt tunc efficiātur cū nupſerit,[s] ſine dubio dicemus tunc eius fieri, cum nuptiæ ſecutæ fuerint. Proinde ſi forte nuptiæ non ſequātur nūtio remiſſo: ſi quidē ſic dedit mulier, vt ſtatim viri res fiāt: cōdicere eas debebit miſſo nūtio. Enimuero ſi ſic dedit, vt ſecutis nuptijs incipiāt eſſe: nūtio remiſſo ſtatim eas vindicabit. Sed ante nuntiū remiſsū ſi vindicabit: exceptio poterit nocerè vindicanti aut doli, aut in factū. Doti enim deſtinata non debebunt vindicari.[t]

D VIII. CALLISTRATVS libro ſecundo Quæſtionum.

SEd niſi hoc éuidēter actū fuerit, credēdū eſt hoc agi, vt ſtatī res ſpōſi fiāt, et niſi nuptię ſecutę fuerīt, reddātur.[u]

IX. VLPIANVS libro trigenſimoprimo ad Sabinum.

SI ego Seiæ res dedero,[x] vt ipſà ſuo nomine ī dotē det: efficientur eius, licet nō in dotē ſint datę: ſed cōdictione tenebitur.[y] quòd ſi pro ea res ego dem: ſi quidē ante nuptias, intereſt qua cōditione dedi: vtrum vt ſtatim fiāt accipientis: an ſecutis nuptijs. ſi ſtatim, nuntio miſſo condicam. ſin verò

a *Tenetur.* vt & infra de dona. l. ij. §. j.

b *Vtimur.* vt & j. e. l. cum vxor. & arg. s. ad Macedo. l. ſed & ſi. §. j.

c *Promiſerit.* pro ſua filia. Accur.

d *Aes alienum.* quaſi de bonis ſuis, non de bonis aui huius neptis. nam volebat eam à ſe, non à patre ſuo eſſe profectam, aliàs ſecus: vt s. de in rem ver. l. & ideo. §. fi. Accur.

e *Profectitiā.* Sed quęro an ſine ſtipulatione reuertatur ad patrem, cùm ipſa mulier videatur ſtipulari, cùm ab extraneo datur. Extraneus autē dicitur, qui eā in poteſtate nō habet: vt C. de rei vxo. act. §. accedit. Reſpon. ſecundū Ir. tutius eſt ad patrē debere reuerti etiā ſine ſtipulatione, ſi vt parens dedit: quod poteſt colligi ex hac. l. & j. de diuor. & repu. l. ſi filia. & j. ſol. ma. l. filiæ. Sed Io. contra per d. l. C. de rei vxo. act. §. accedit. A DDITIO. Dic quòd opinio Io. eſt vera: quia per emācipationē cōſolidatur actio dotis filiæ. ergo ſi conſolidatur iam quęſita patri: ergo multo magis impeditur acquiri per emācipationem, ſecundū Bal. hic.

f *Videri.* ſic & adoleſcenti furioſo datur curator magis vt adoleſcenti quàm vt furioſo: vt j. de tute. l. iij. §. j. Accur.

g *Dotem.* i. dotis obligationem. Accur.

h *Nuntium.* facta ergo erant ſponſalia.

i IVre. *Sentiret.* vt & C. de bo. quæ liber. l. ij. & facit. j. de dona. cau. mor. l. ſi alienā. & l. qui alienam. Accur.

k *Profectus.* cum nomine eius Publicianā habeat: vt s. de euic. l. pater filiæ.

l *Circumuentus ſit.* in æſtimatione rerum. alioquin videtur obuiare. C. ſi aduer. do. l. j. vbi dicitur de ea quæ omnia bona ſua circūuenta dedit in dotem: quæ reſtituitur propter ætatē. ergo ſi maior, non reſtitueretur: ſed hic dicit quòd ſic. vel melius, hoc verum eſt cum dolus aduerſarij adfuit. Vel dic ſpeciale in dote, vt etiam maior reſtituatur deceptus re ipſa, ſecundum quoſdam: vt no. j. eo. l. ſi res. §. j.

† Vt ad quē ſumm⁹ mœror morte filię venit, ad eundē ſummus honor perueniat. Cic. in orat. pro Quintio.

m *Cū dāno.* vt & s. de cōdic. ide. l. nā natura.

n DOtis. vt & j. eo. l. plerūq;. §. ſi ſerui. in fi. & C. eod. l. pro oneribus. & s. fami. er. l. ſi maritus. & argu. C. de ac. emp. l. fructus. Et not. hic quòd quandoq; lucratur fructus, & tamen non ſuſtinet onera matrimonij. nā ſol. ma. dotē in pecunia exiſtentē non reſtituit niſi poſt annū: vt C. de rei vxo. act. §. exactionē quandoque ſuſtinet onera, & tamē non lucratur: vtputa ſi ante nubilem ætatem eam nutriuerit. Eſt & alius caſus: vt ſi cōtracto matrimonio ſuſtinet onera: nec petit fundum ſibi dari: vt s. ſol. ma. l. de diuiſione. Illud autē generaliter eſt no. ſecundū Azo. quòd tria exigūtur vt maritus lucretur fructus. ſ. quòd contractum ſit matrimonium: & tradita ſit poſſeſsio vel res: & quòd quis ſuſtinuerit onera matrimonij. ceterum ſi quod iſtorum trium defuerit, contrarium erit: vt ex prædictis ll. patet. & probatur infra de do. exce. l. pater. Accurſius.

Maritus vt dotis fruct⁹ lucretur, tria requiruntur.

o *Non erunt.* vt & s. proxi. reſpon.

p *Conuertuntur.* vt s. de vſur. videamus. §. ante matrimonium. & infra eo. l. ſi ſeruo in dotem. & infra de pac. dot. l. ſi liberis. §. Paulus. Accurſius.

q *Non redduntur.* valet enim ante facta donatio: vt infra de donat. inter vir. & vxo. l. inter. Accur.

r *Non etiam.* vt infra eod. l. cum in fundo. in prin.

s *Cum nupſerit.* ſic ergo dominium ſub cōdit. datur: vt j. de acquir. poſ. l. qui abſenti. §. ſi quis.

t *Vindicari.* quandiu ſpes eſt quòd matrimonium fieri debeat: vt s. de cōdict. ob cau. da. l. quod ſeruus. & j. eo. l. ſi pater. §. quę debitorē. & l. ſi debitor.

u SEd niſi. *Reddantur.* vt & j. de vſuca. pro do. l. j. & j. eodem. l. dotem. Et not. huiuſmodi verba intelligi ſecundum iuris effectū. ſic. & j. de condit. & demon. l. hæc conditio. & C. ſi man. ita fue. alie. l. ea quidem.

x SI ego. *Dedero.* nō donaturus. ſ. aliàs: alioquin contra: vt j. de dona. l. & generaliter. Azo.

y *Tenebitur.* vt j. eo. l.

verò non ſtatim, potero vindicare[a]: quia meæ res ſunt. Quare & ſi ſequi nuptiæ nõ poſſent propter matrimonij interdictionem: ex poſteriore[b] caſu res meæ remanebũt. ¶ Si res alicui[c] tradidero, vt nuptijs ſecutis dotis efficiãtur, & ante nuptias deceſſero: an ſecutis nuptijs dotis eſſe incipiant? Et vereor ne nõ poſsint in dominio eius effici, cui datæ ſunt: quia poſt B mortem incipiat dominium diſcedere ab eo qui dedit: quia pendet donatio in diẽ nuptiarum: & cum ſequitur conditio nuptiarum, iam heredis dominium eſt: à quo diſcedere rerum non poſſe dominium inuito eo fatendum eſt. Sed benignius eſt fauore[d] dotium, neceſsitatem imponi heredi conſentire ei quod defunctus fecit: aut ſi diſtulerit, vel abſit, etiã nolente vel abſente eo dominium ad maritum ipſo iure transferri, ne mulier maneat indotata. Dotis autem[e] cauſa data accipere debemus ea C quę in dotem dãtur. Ceterũ ſi res dẽtur in ea quæ Græci παράφερνα dicũt, quæque Galli peculiũ appellant: videamus, an ſtatim efficiãtur mariti.* Et autẽ, ſi ſic dentur, vt fiãt, effici mariti: & cum diſtractũ fuerit matrimoniũ, nõ vindicari oportet, ſed cõdici[f]: nec dotis actione peti: vt diuus Marcus, & imperator noſter cum patre reſcripſerunt. Planè ſi rerum libellus marito detur, vt Romæ vulgo fieri videmus: nã mulier[g] res quas ſolet in vſu habere in domo mariti, neque D in dotem dat, in libellũ ſolet conferre, eumque libellũ marito offerre: vt is ſubſcribat, quaſi res acceperit: & velut chirographum eius vxor retinet[h], res quę libello continentur, in domum eius ſe intuliſſe. Hę igitur res an mariti fiant, videamus. Et non puto: non quòd non ei tradantur[i] (quid enim intereſt, inferantur volẽte eo in domum eius, an ei tradantur?) quia[k] nõ puto hoc agi inter virum & vxorem, vt dominium ad eũ transferatur: ſed magis vt certũ ſit in domum eius illatas*[l]: ne ſi quandoq; ſeparatio fiat, negetur.[m] Et [quia] plerunque cuſtodiã earũ maritus repromittit,[n] niſi mulieri cõmiſſæ[o] ſint: videbimus, harum rerum nomine[p] ſi non reddantur, vtrũ rerum amotarum, an depoſiti[q], an mandati[r] mulier agere poſsit. Et ſi cuſtodia marito committitur, depoſiti vel mandati agi poterit. ſi minus, agetur rerum amotarum, ſi animo amouentis maritus eas retineat: aut ad exhibendum, ſi non amouere eas conniſus eſt.

x. IDEM libro trigenſimo quarto ad Sabinum.

PLerunque[s] intereſt viri, res nõ eſſe æſtimatas: idcirco, ne periculum rerum ad eum pertineat:[t] maximè ſi animalia in dotem acceperit, vel veſtem qua mulier vtitur. Eueniet enim, ſi æſtimata ſint, & ea mulier adtriuit, vt nihilo minus maritus æſtimationẽ[u] eorũ præſtet. Quotiẽs igitur nõ æſtimatæ res in dotẽ dantur, & meliores[x] & deteriores mulieri fiũt. ¶ Si prædijs ineſtimatis aliquid acceſsit, hoc ad compendiũ mulieris pertinet: ſi aliquid deceſsit, mulieris dãnũ eſt. ¶ Si ſerui[y] ſobolẽ ediderũt, mariti[z] lucrũ nõ eſt: ſed fœtus dotaliũ pecorũ ad maritũ pertinẽt: quia fructibus cõputantur: ſic tamẽ, vt ſuppleri proprietatem prius oporteat: & ſummiſsis in locum mortuorum capitũ ex adgnatis, reſiduum in fructũ maritus habeat:[a] quia fruct⁹ dotis ad eũ pertineat. ¶ Si ante matrimonium æſtimatæ res dotales ſunt, hęc æſtimatio quaſi ſub conditione eſt. nãq; hanc habet cõditionẽ, *Si matrimonium fuerit ſecutum.*[b] ſecutis igitur nuptijs, æſti-

*Veluti cũ mulier viro in manũ cõuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Vide Vlpianũ in inſtitutionibus.

*Flo. illata.

licet.§.quotiens.& ſ.de condic.ob cau.l.ſi donaturus.

a *Vindicare.* miſſo nuntio: aliàs non: vt ſ.eo.l.dotis.

b *Ex poſteriore.* ſ. quando ſic dederam vt demum ſecutis nuptijs fiant accipientis: vt ſ.proxi.

c *Si res alicui.* marito futuro. Accur.

d *Fauore dotium.* vt & infra e. in ambiguis. ſed certe immo de iure communi ita videtur vbique: vt infra de dona.l.ii.§. ſi pecuniã. quæ eſt cõtra. vbi dominiũ rei donatæ trãſit: vt argum. C. communia de leg. l. fin. §. penult. & C. de teſt. ma. l.ſtatuliberis. Solu. ibi in l. ij. de dona. eſt ſpeciale in pecunia: vt & aliàs ſupra ſi cert. pet. l. ſingularia. vel ſubaudi hic maxime in dote. nam & idem aliàs. vel tertio hic fauore matrimonij: vt dicit. aliàs enim poteſt pœnitere heredem. ſ. eius qui dedit: ſicut teſtator potuit: vt ſupra de condi.cau. da. l.iij.§.ſed ſi tibi. & l.ſi pecuniam. j. reſpõ. & §. ſi ſeruum. ſed ibi non pœnituit teſtatorem nec heredẽ eius: quare in eum tranſit dominiũ. ſed hoc videtur falſum: quia nec hic nec ibi potuit pœnitere, cum is qui accepit ſua cauſa accepit. Dic ergo tu, vt dictam ſolutionẽ defendas, quòd hic potuit pœnitere: quia fuit datio ob cauſam: vt ſupra eod. l.adoptiuum. §. j. niſi in dote, vt hic dicit. ibi non, quia fuit donatio. nec ob. ad primum: quia ibi erat res integra. Vel dic, hic in fauorem, vt conſentiat: nõ autẽ vt dominiũ trãſeat: quia hoc eſt de iure communi. Alij dicunt quòd hoc eſt verum, ſi ponas eos ſic conueniſſe vtriuſque forte gratia: vt tunc mutare non poſsit. Aliud eſſet & ſi ſolus legem dixerit, & ſui gratia quam immutare eius heres poſſet, niſi in dote: & hoc caſu loquitur hic. & facit infra de acquiren.poſ. l. fundi. §. fin. contra. Solu. hic in dominio, ibi in poſſeſ. vel alio caſu. Item contra j.de ſol. l.fin. Sol. vt ibi.

e *Dotis autem.* Tria vult videre vſque in finem leg. Primo, ſi agitur vt iſtæ res paraphernales fiant viri, qua actione repetuntur. Secundo, ſi fiat libellus, an dominium transferatur. Tertio ſi dominium non tranſeat in virum, qua actione res repetantur.

f *Sed condici.* Sed quæro an iſta cõdictio ſit priuilegiata? Reſpon. nequaquam, quamuis cõdictio quæ datur pro eo quod eſt datum nomine dotis repetendæ, ſit priuilegiata: licet non ff. Vetus.

A fit dos: vt j.eo.ſi ſponſa.& j.de pri.cre.l.ij.§.ſi.

g *Nam mulier.* interpoſitio eſt vſque illuc, hæ igitur &c.

h *Retinet.* i. quaſi. & loco chirographa retinet mulier hũc libellũ: vt ſi dubitetur, chirographũ probet, & res quæcunq; ſcriptę ſunt in eo quod intulerit in domũ viri, & ſimiliter retinet mulier in ſuo vſu. & hoc ſubijcit, res &c. alij nõ habẽt, & dicunt ꝙ ille verſus, res quæ &c. eſt forma libelli. ſcribit enim maritus res, &c. & bene ſtat, & eſt forma libelli. & cõſtrue vt ibi notaui.

i *Tradantur.* q. d. nihil: vt j. de ſolu. l. pecuniam. & ſupra nau. cau. ſta. l. j. in ſi. & l. ij.

k *Sed quia.* i. ideo non transfertur, quia &c.

l *Illatas.* & illud ideo ſubſcribit maritus, ne &c.

m *Negetur.* eã intuliſſe.

n *Repromittit.* in libello enim huiuſmodi repromiſsiones contineri ſolent. Azo.

o *Commiſſæ.* ſi enim huius cuſtodiã nõ ſuſcepit, ſed mulieri ſuo arbitrio eas cuſtodiẽdas cõmiſit, cuſtodiæ renũtiãdo: nõ eſſet quæſtio an marit⁹ teneretur: nã ſine dubio non teneretur. Azo. vt arg. ſ.nau.cau.ſta.l.ſi.§.j.

p *Nomine.* quando nõ eſt dominium tranſlatum: vt ſuperiori proximo caſu.

q *Depoſiti.* agitur depoſiti, cùm res à marito ex cauſa depoſiti retinẽtur eo forte cuſtodiã promittente. nã in depoſito cuſtodia paciſci poteſt. Accur.

r *Mãdati.* nõ depoſiti agitur, cum res penes mulierẽ ſunt, & cuſtodiã marito mãdat. Acc.

s *PLerunque.* plerũq; ideo dicit: quia ſecus eſt aliquãdo puta ſi res communiter vili pecunia æſtimetur, quando fuit data in dotem: nunc verò multo carior facta eſt.

t *Pertineat.* vbi non ſunt æſtimatæ. Accur.

u *Aeſtimationem.* vt & j.ſol.mat. l. æſtimatæ. & C.eo. l.cum dotem. & l. quotiens.

x *Meliores.* niſi cũ res in põdere conſiſtũt: vt j.eod.l.res. Accur.

y *Si ſerui.* id eſt ancillæ inæſtimatæ: vt modo dixi. ſic per maſculinum intelligitur fœmininũ: vt ſ. de vſu. l. equis. & j. de vſuca. ſi aliena. §. Scæuola. & j. de fur. l. qui vas. §. ex furtiuis. Accur.

z *Mariti.* immo reſtituere cũ ipſa dote debet: vt C.de rei vxo.ac. §. cumque. quia partus non eſt in fructu: vt ſ.de vſufr.l.in pecudum.

a *Habeat.* habet enim omnes fructus: vt & j.eodem. l.cum poſt.§.fin.& ſ.eod.l.dotis.

b *Secutum.* vt & j.eo.l.in rebus.§.ſi re. & l.ſtipulationem.

Rei eſt electio in alternatiuis.

matio rerũ perficitur: & fit vera[a] venditio. Inde quæri poteſt ſi ante nuptias mancipia æſtimata deperierint, an mulieris dãnum ſit. Et hoc conſequens eſt dicere. nam cùm ſit cõditionalis venditio, pendente autem conditione mors contingens extinguat venditionem[b]: conſequens eſt dicere, mulieri periſſe: quia nondũ erat adimpleta venditio; quia æſtimatio venditio eſt. ¶ Si res in dotem datæ fuerint, quãuis æſtimatæ, verum conuenerit, vt aut æſtimatio, aut res præſtentur: ſi quidẽ fuerit adiectum, *vtrũ mulier velit*: ipſa eliget, vtrũ malit petere rem, [an] æſtimationẽ. B Verũ ſi ita fuerit adiectum, *vtrum maritus velit*: ipſius erit electio. Aut ſi nihil de electione adijciatur, electionẽ habebit maritus, vtrum[c] malit res offerre, an pretiũ earũ. Nam & cum illa aut illa res promittitur: rei †electio[d] eſt vtrã præſtet. ſed ſi res nõ C extet, æſtimationem omnimodo maritus præſtabit.

†Facit cap. inter ceteras, cum gl. ſuper ver. quodcunq;. extra de reſcrip.

XI. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

SAnè & deteriorem factã reddere poterit.

Paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito, vel fieri tempore permiſſo, & conferri in tempus prohibitum. h. d. concordat. l. nemo. infra de here. inſti. Bartolus.

XII. VLPIANVS, libro trigeſimoquarto ad Sabinum.

SI res æſtimata[e] poſt contractum matrimoniũ donationis cauſa adprobetur[f], nulla eſt æſtimatio: quia nec res diſtrahi donationis cauſa poteſt, cum effectum in- D ter virum & vxorem nõ habeat. res igitur in dote remanebit. Sed ſi ante matrimonij[g] tempus collata donatio videatur: atque ideo non valeat.

No. iſtum §. pro minoribus læſis in venditione rerum ſuarum: vt ſi læſi ſint in eo quod vendiderunt, reſtituantur ad rẽ: ſi in pretio, ad pretiũ: vt ſcias qualiter debeas libellum formare: quia pluries accidit. Bartolus.

Si mulier[h] ſe dicat circũuentam minoris rẽ æſtimaſſe, vt puta ſeruũ: ſi quidem in hoc circũuenta eſt, quòd ſeruũ dedit, non tantùm in hoc, quòd minoris æſtimauit[i], in eo acturã, vt ſeruus ſibi reſtituatur[k]. Enimuero ſi in æſtimationis modo circunuenta[l] eſt: erit arbitriũ mari- B ti, vtrum iuſtam æſtimationẽm[m], an potius ſeruum præſtet[n]. & hæc[o] ſi ſeruus viuit. quòd ſi deceſsit, Marcellus ait[p] magis æſtimationem preſtandam: ſed nõ iuſtam, ſed eam quæ facta eſt: quia boni conſulere[q] mulier debet, quod fuit æſtimatus. Ceterũ ſi ſimpliciter[r] dediſſet, procul dubio periculo eius moreretur, nõ mariti. Ideq; & in minore[s] circunuenta Marcellus probat. Planè ſi emptorẽ habuit mulier iuſti pretij: tunc dicendum iuſtã æſtimationem prẽſtandam[t]. C idque[u] duntaxat vxori minori annis præſtandum Marcellus[x] ſcribit. Scæuola autẽ in marito notat, ſi dolus eius adfuit[y], iuſtam æſtimationẽ præſtandam. Et puto verius quod Scæuola ait. Si cũ marito debitore mulier pacta ſit, vt id quod debeat, in dotem habeat: dotis actione ſcilicet eam agere poſſe exiſtimo.[z] Licet enim ipſo iure priore debito liberatus non ſit, ſed tamen exceptionem habere poteſt.

XIII. MODESTINVS libro ſingulari de differentia Dotis.

D SI mulier poſt diuortium, antequam ex ſtipulatu de dote agat, ad eundem virum fuerit reuerſa: conſtantius dicetur, per doli exceptionem ineſficacem[a] fieri ex ſtipulatu actionem, vſquequo matrimonium durat.

XIIII. VLPIANVS libro trigeſimoquarto ad Edictum.

a *Vera.* quo ad periculum: non quo ad omnia: vt infra eo. l. A quotiens. quæ eſt ar. contra.

b *Venditionem.* vt & ſ. de peri. & commo. rei ven. l. quod ſi pendente. & nouationem: vt j. de noua. l. quotiens.

c *Vtrum maritus.* poteſt enim poni in cuiuſlibet electione: vt hic, & j. de fun. do. l. quod ſi fundum.

d *Electio.* No. in alternatiuis rei eſſe electionem: vt hic, & infra de dona. inter vir. & vxo. l. quod autem. §. ſi maritus. & C. de condic. inde. l. ſi quis. & ſupra depoſiti. l. ei. §. quod ſi de pluribus. & ſ. de cõtrahen. emptio. ſi in emptione. §. ſi emptio. & de iureiu. l. iuſiurandum. §. alterum. & j. de iure pa. l. adigere. §. qui ſtipulatur. Sed arg. cõtra. j. de auro. & argẽ. l. ſi quis ita. & de leg. j. l. planè. §. fina. ſed illa ſpecialia in vltima voluntate.

e *SI res æſtimata.* pretio viliori. Accur.

f *Approbetur.* id eſt probetur quòd ita ſit. Accur.

g *Sed ſi ante matrimonij.* ſ. fuerit æſtimata res minus: donationis cauſa videatur, nec enim valet æſtimatio, niſi cõtracto matrimonio: vt ſ. eod. l. plerunque. §. ſi ante. & ideo non valet: vt ſubijcit. Sic ergo not. quòd nõ valet negotium, cùm in eum caſum deducitur à quo incipere nõ poteſt: vt & diximus. ſ. de vſufr. l. Titio. Itẽ ſi fiat donatio conſtãte matrimonio, & in id tempus perficiatur quo ſolutum eſt matrimonium, valebit: vt infra de dona. inter vi. & vxo. l. ſi eum. §. fi. & l. quia. Accur.

h *Si mulier.* Sex reſpõſa ponit hic. §. quæ ſic ponas: quòd ſiqua mulier dicat ſe circunuentam in æſtimatione: aut dol⁹ mariti interceſsit: & tunc omnino iuſtam æſtimationem præſtabit etiã mortuo ſeruo, minori vel maiori vxori: vt in ſi. huius. §. aut nõ dolo mariti, ſed ipſa re: & tunc aut erat minor: quo caſu reſtituitur, vt habeat iuſtã æſtimationem: niſi in duob⁹ caſib⁹: hoc eſt, ſi viuat ſeruus. Item ſi ſit mortuus. cùm tamen emptorem iuſti pretij ipſa inuenit: vt j. §. idẽque. & j. plane. aut maior, & tunc in vnico caſu reſtituitur: hoc eſt cum ſeruus viuit: vt ibi, enimuero ſi in, &c. ſed & ſi ſit in hoc decepta qđ dedit, reſtituitur minor vel maior, vt ipſam repetat ſi viuit: aut ſi non viuit, iuſtam æſtimationem ſi eſt minor: vt in principio: vel factam, ſi eſt maior: vt ibi, quòd ſi deceſsit, &c. & quære in caſibus de iure do. l. quotiens. §. fi. Accur.

i *Aeſtimauit.* & ſic ad iuſtam æſtimationem.

k *Reſtituatur.* ſiue ſit maior, ſiue minor mulier. ſed in eo quod de æſtimatione dixit, intelligas in minore: vt differat ab illo verſi. idemque & in minore.

l *Circunuenta.* re ipſa, non dolo. Accur.

m *Iuſtam æſtimationem.* quæ aliàs dicitur verum pretium: vt & ſ. de in rem verſo. l. ſi res. in princi.

n *Præſtet.* Ergo vbi decepta eſt in hoc ipſo quod dedit, electio eſt mulieris vtrũ agat ad rẽ, an ad iuſtã æſtimationem. ſi vero decepta tãtum eſt quòd minoris æſtimauerit: eliget maritus, rem an iuſtam æſtimationem præſtet. Sed certe opponitur: maior nõ experitur niſi decipiatur aduerſarij calliditate: vt ſ. de mino. l. in cauſæ. §. pe. hic autem eſt contra. Solu. hic fuit deceptio vltra dimidiã iuſti pretij, ibi nõ: vt arg. C. de reſcin. vẽ. l. ij. vel dic ſpeciale in dote vt ſ. eo. iure. §. fi. & arg. C. ſol. ma. l. ſi circunſcripta. in princip. Item contra. ſ. de mino. l. patri. §. prædium. & §. item ex diuerſo. vbi indiſtincte ad arbitriũ decepti pretiũ redditur. Sol. vt ibi. Accurſius.

o *Et hæc.* ſ. quę dixim⁹ duobus ſuperioribus caſibus. Accur.

p *Marcellus ait.* in primo caſu quãdo in hoc vt daret, fuit decepta. nõ autem refertur ad alium: vt j. e. §. ibi. Scæuola &c.

q *Conſulere.* i. conſiliũ ſibi ſumere ne petat iuſtã æſtimationẽ. Vel dic, id eſt caute pręmeditari quod fuerit æſtimatus, bonum. i. bono mulieris. ſ. propter ei⁹ vtilitatem: cũ ſi nõ eſſet æſtimatus, nihil eſſet habitura: vt ſubiicit: vt ſ. eo. plerunque. §. ſi prædijs. Accur.

r *Si ſimpliciter.* id eſt non æſtimatum. Accurſius.

s *Minore.* ſ. ergo loquitur in maiore. alioquin nõ eſſet bona ſimilitudo: & dic idẽ. ſ. vt iuſtam habeat æſtimationem: vel ad ſeruum ſi viuit: vt in j. & ij. reſpon. Accur.

t *Præſtandam.* etiàm ſi ſit mortuus. Accur.

u *Idq;.* ſ. vt iuſta æſtimatio debeatur ſeruo mortuo. Accur.

x *Marcellus.* non autem in maiore: vt ſupra proxi. ibi, quod ſi deceſsit.

y *Adfuit.* etiam in æſtimatione: vt differat à primo caſu. Accurſius.

z *Exiſtimo.* vt j. eo. ſi ſponſalibus. §. ſi mulier.

a *SI mulier. Ineſficacem.* vt & j. eo. diuus. & j. ſolu. ma. l. pen. §. ſi vxor. & ſ. de ritu nup. l. plerique. hoc autem eſt verum, niſi extraneus dotem dediſſet pro muliere, & ſtipulatus eſt ſibi reddi: vt j. eo. ſtipulationem. & l. ſequen. Accur.

SI rem.} CASVS. Mulier cõuenit dare ſeruũ ęſtimatũ in dotẽ, & fuit in mora: tũc deceſsit ſeru⁹: tãdẽ ſolutũ eſt matrimonium;

nium:quæritur,an æſtimationem mulier poſsit repetere? Et dicit quòd non,ſecus ſi in mora non fuiſſet. Viuianus.

a Dederit.id eſt dare conuenerit. Azo.

b Faciente.poſt nuptias:alioquin contra:vt ſ. eo.l.plerũque. §.ſi ante. Accurſius.

SI rem æſtimatã mulier in dotẽ dederit[a], deinde ea morã faciẽte[b] in traditione, in rerũ natura eſſe deſierit: actionẽ eã habere non puto.

XV. POMPONIVS libro quartodecimo ad Sabinum.

QVod ſi per eam non ſtetiſſet, perinde pretium aufert,[c] ac ſi tradidiſſet: quia quod euenit emptoris periculo[d] eſt.

XVI. VLPIANVS libro trigenſimoquarto ad Sabinum.

B QVotiens res æſtimata in dotẽ datur,euicta ea virũ ex empto[e] cõtra vxorẽ agere: & quicquid eo nomine fuerit conſecutus, dotis actione ſoluto matrimonio ei præſtare oportet. Quare & ſi duplũ fortè[f] ad virum peruenerit: id quoq; ad mulierẽ redigetur. Quæ ſententia habet ęquitatem[g]: quia non ſimplex venditio[h] ſit, ſed dotis cauſa: nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris. Sufficit enim maritum indemnem preſtari,non etiam lucrũ ſentire.

C XVII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

IN rebus dotalibus virum præſtare oportet tam dolum,quàm culpã[i]: quia cauſa ſua dotem accepit.ſed etiã diligentiam[k] præſtabit,quã in ſuis rebus exhibet. ¶ Si re æſtimata data, nuptię ſecutę non ſint, videndum eſt quid repeti debeat, vtrum res, an æſtimatio. Sed id agi videtur, vt ita demum æſtimatio rata ſit, ſi nuptiæ ſequantur: quia nec alia cauſa contrahendi fuerit. Res igitur repeti debeat,non pretium.

D XVIII. POMPONIVS libro quartodecimo ad Sabinum.

SI mãcipia in dotem æſtimata accepiſti, & pactũ conuentum factum eſt, vt tantidem æſtimata diuortio facto redderes, manere partum eorum apud te Labeo ait[l]: quia & mancipia tuo periculo fuerint.

XIX. VLPIANVS libro trigenſimoquarto ad Sabinum.

ET iam ſi alij iuſſu mariti dos detur[m], nihilominꝰ maritus de dote obligatur[n].

c QVod ſi per eã. Aufert. id eſt accipit de iure,vel petit.

d Periculo. vt & aliàs. ſupra de peri. & com. rei ven.l.illud. Accurſius.

e QVotiens. Ex empto. ſed ſi non fuiſſet æſtimata, non agitur: vt C.e. l.j.

f Duplum forte.cũ hoc fuiſſet ſtipulatus.

g Aequitatem.vt j.eo. non ſolum.

h Venditio. Argu. cõtra.ſ.eo. plerunque. §. ſi ante. Accur. ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij dic quòd licet nõ ſit ſimplex vẽditio, eſt tamen vera: vt in l.cõtraria.& facit pro gabellis, vtrum ſi datur res æſtimata in dotem, ſoluantur duæ gabellæ dotis & venditionis. & eſt hic argum. quòd vna: quia iſta æſtimatio eſt potius quoddã capitulũ contractus dotalis, q̃ ſit contractus ſeparatus: quod credo verũ per iſtam literam: vt communiter determinatur per ſcribentes hic.

i IN rebus. Culpam. ſ.leuem, vel leuiſsimam ſi diligẽtiſsimus erat in ſuis. & hoc eſt quod continuat: ſed etiam &c.

k Diligentiam. cum ſi culpandus erat in ſuis rebus, culpandus erit in dotalibus. ſi enim minus diligens in ſuis fuit,non ideo parcendum eſt ſibi in dotalibus: vt infra ſolut.mat. ſi conſtante. §.ſi maritus. Accurſius.

l SI mãcipia. Labeo ait. vt & infra ſolut. mat.l.penult.§.mancipia. Sed contra .C.ſol. mat.l.j.vbi partum dicit reſtitui. Solu ibi habebat electionem maritus, an res ipſas etiã deteriores reſtitueret, vel æſtimationẽ: ideoque emolumẽtũ partus non ſpectat ad ipſum: quia nec periculũ deteriorationis: ſed hic ſpectabat ipſum periculum ad maritum: quia debebat reſtituere aut æſtimationem, aut res non deteriores: ideoque ad ipſum ſpectat partus. Accur.

ETiam. } CASVS. Siue vir ſiue alius pro eo mandante dotem accipiat, ipſe vir accepiſſe videtur.

m Detur. nõ dicit, obligatur: vt j.eo.l.ſi mulier ita.iij.reſpõ. ff. Vetus.

A n Obligatur. hoc ipſo enim videtur accipere: vt infra de acquiren.poſ. j. §.ſi iuſſerim.& infra de fun. do.l.ſi nuptura.in prin. Accur.

IVlianus.} CASVS. Titius accepit Bertã in vxorẽ, quæ promiſit centũ in dotẽ ſe daturã cũ morietur ipſa Berta. quæritur an valeat? Et dicit Iul. ꝙ ſic. quod probat à ſimili: quia ſi pure promiſiſſet, & vir feciſſet pactum de non petendo dum illa viueret, valeret pactum. ſed Paulus dicit, primo caſu non valere, licet valeat ſecundo: neque eſt bonũ ſimile: quia primo nunquam dos poterat ſeruire oneribus matrimonij: talis naturæ erat pactũ ſeu ſtipulatio. ſed ſecundo ſic ſua natura, niſi interueniſſet pactum de non petendo, vnde primo non valet: quia erat factum pactũ de dote lucrãda: & ſic ſolu.matrimo. petet vir. Viuianus.

Origo rei non poteſt conferri in tempus quo debet extingui. h.d. vide in l.Titio. cũ morietur. ſupra de vſufruc. Bartolus.

XX. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

IVlianus ſcribit[o] †, valere talem ſtipulationem: *Cum morieris dotis nomine tot dari?* quia & paciſci ſoleat, ne à viua[p] exhibeatur[q]. quod nõ eſſe ſimile accepi[r], Aliud eſt enim differre exactionem[s]: aliud ab initio in id tempus B ſtipulari, quo matrimoniũ futurũ non ſit.[t] idq; & Ariſtoni & Neratio & Pomponio placet.

Stipulatio de dote, habet in ſe tacitã cõditionẽ, ſcilicet ſi matrimoniũ ſequatur. Bar.

XXI. VLPIANVS libro trigenſimoquinto ad Sabinum.

STipulationem quæ propter cauſam dotis fiat, conſtat habere in ſe conditionem hãc, *ſi nuptiæ*[u] *fuerint ſecutæ*: & ita demum ex ea agi poſſe quamuis non ſit expreſſa conditio, *ſi nuptiæ*, cõſtat. quare ſi nuntius remittatur. defeciſſe conditio ſtipulationis videtur[x].

C *Nota quòd ſermo ſimpliciter prolatus, intelligitur de prima vice, Bartolus.*

XXII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

ET licet poſtea eidem nupſerit, non conualeſcit ſtipulatio.

Not. l. facit ad quæſtionem. dicit ſtatutũ quòd mulier dotata nõ ſuccedit patri: quòd ſi pater relinquat ſibi in teſtamento centũ. licet non dixerit, pro dote, quòd intelligitur pro dote. quod not. Baldus.

XXIII. VLPIANVS libro trigẽſimoquinto ad Sabinum.

QVia* autẽ† in ſtipulatione non eſt neceſſaria dotis[y] adiectio, etiam in datione tantũdem ducimus. *

XXIIII. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

D SI filiafamilias nuptura, ex peculio cuius adminiſtrationem habet, dotem viro dedit: deinde cum in eadem cauſa peculium eius[z] eſſet, diuortium fecerit: dos ei rectè ſoluitur, quaſi à quolibet peculiari debitore[a].

XXV. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

SI ei nuptura mulier qui Stichũ debebat, ita cũ eo pacta eſt: *Pro Sticho, quẽ mihi debes, decẽ tibi doti erũt*: ſecũdũ id qđ placuit rẽ pro re ſolui

o Iulianus ſcribit. & valet pactum: vt infra titu.j.l. ſi.in ſi.

p Ea viua. ſcilicet muliere.

q Exhibeatur. i. accipiatur, vel petatur.

r Accepi. cũ in primo caſu dos non potuerit ſeruire oneribus matrimonij: in ſecundo potuit, niſi fuiſſet pactum: ideoque primo caſu non valet: ſecundo ſic: vt j. e. ſi pater mulieris. in ſecundo autẽ petetur poſt mortem mulieris, ſi pactũ fuit de lucrando. & ſic eſt huic l. argu. contra ſupra de condic. inde. l. ſufficit. Accur.

s Exactionẽ. vt fuit in ſecundo caſu Accur.

t Non ſit. vt in primo: quo caſu non valet: vt dixi.

u STipulationem. Si nuptiæ. vt & ſ. eo. l. in rebus. §. ſi re. & infra eo.l.non enim.

x Videtur. vt & j.eo.l. ſi ſponſalibus. in prin.

y QVod autem. Dotis. quia dixit vir, cẽtum à te accepi, non exprimendo ex cauſa dotis. hoc tamen agebatur in donatione propter nuptias, quæ hoc tempore dicebatur ante nuptias. Et no. hic ar. ꝙ licet non dicat capitulũ, eligimꝰ te in epiſcopũ: ſed ita, eligimus illũ: ꝙ valeat electio. ſic j. eo. l. promittendo. ſic & C. de li.præ.l iiij.& j.de here.inſtit.l.j.& j.e. l.tali in ſi. Accur.

z SI filiafamilias. Eius eſſet. id eſt cum adhuc eandẽ adminiſtrationẽ haberet peculij.

† Bal. hic reputat iſtum tex. ſing. in ratione ſui: in verſic. aliud enim eſt &c. & eſt tex. clarus, & nõ eget aliqua noua interpreta. Bolog.

** Vulg. Quod.*

† Bal. in l. nulla. C.e. tit. valde extollit iſtũ textum, de quo hic in nouis interpre. Bolog.

** Vulg. dicimus.*

a Debitore. à quo rectè ſoluitur huic perſonæ: vt & j.de noua.l.ſi. & ſ.de pac. ſi vnus.in prin.

A

poſſe: [a] & liberatio contingit, & decem in dotē erunt: quia et permutatio dotium [b] conuentione fieri poteſt.

XXVI. MODESTINVS libro primo Regularum.

ITa cōſtante matrimonio permutari dotem poſſe dicimus, ſi hoc mulieri vtile [c] ſit: ſi * ex pecunia in rem, aut ex re in pecuniam [d]. idque probatum eſt.

XXVII. VLPIANVS libro trigeſimoſexto ad Sabinum.

B

QVod ſi fuerit factum: fundus vel res dotalis efficitur.

XXVIII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

POſt nuptias pater nō poteſt deteriorē cauſam filiæ facere: quia nec reddi ei dos inuita [e] filia poteſt.

XXIX. VLPIANVS libro trigeſimoſexto ad Sabinum.

CVm pater dotē pro filia promittit et dotē legat: ſi quidē marito legauit, videndū eſt an legatū valeat. Et non puto valere. Nam cū creditori debitor legat id quod debet, nullū legatum [f] eſt. Quòd ſi filiæ legauit, valet legatum. Dos enim ex promiſsiōe marito debetur, legatum filiæ. Et ſi quidem hoc animo teſtatorē eſſe filia oſtēderit, vt duplicaret ei legatū, habebit vtrūq;: dotē quā maritus perſecutus fuerit: et legatū ex cauſa legati [g]. Quòd ſi alterutrū [h] voluerit [i] habere: ſi mulier legatum petat, oppoſita doli exceptione non aliàs cogetur ei heres legatum ſoluere, quàm ſi cauerit indemnem hoc nomine heredem futurum aduerſus maritū ex promiſsione agentē. Sed ſi maritus agat [k], nihil de indemnitate eum cauere oportebit [l]: verùm mulier poſt eum agens, exceptione repelletur, quia ſemel dos præſtita [m] eſt.

XXX. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

DOtem [n] quę in prius matrimonium data eſt, nō aliter conuerti in poſterius matrimonium dicēdum eſt, quàm [o] cū hoc agitur: dum hoc agi ſemper interpretemur [p], niſi probetur aliud conueniſſe.

XXXI. PAPINIANVS libro quarto Reſponſorum.

QVod ſi nō diuortium, ſed iurgiū fuit: dos eiuſdem matrimonij manebit.

XXXII. POMPONIVS libro ſextodecimo ad Sabinum.

SI ex lapidicinis dotalis fundi lapides vel arbores, quę fructus non eſſent [q], ſiue ſuperficium ędificij dotalis voluntate mulieris vendiderit: nummi ex ea venditione recepti ſunt dotis.

C

Non imputatur marito, cur vxorem, vel eius patrem dotem pro vxore promittentem, non conuenit, vel extraneum dotem ex cauſa donationis promittentem. ſecus ſi promiſit tanquam debitor mulieris. h.d.no. l. Bal.

XXXIII. VLPIANVS libro ſexto ad Sabinum.

SI extraneus ſit qui dotem promiſit, isq; defectus ſit facultatib⁹, imputabitur marito cur eū nō conuenerit [r], maximè [s] ſi ex neceſsitate, nō ex voluntate dotem promiſerat. nam ſi donauit, vtcūq; parcēdum marito, qui eū nō præcipitauit ad ſolutionem, qui donauerat: quemque in id quod facere poſſet [t], ſi cōueniſſet, condemnauerat [u]. Hoc enim diuus Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate cōueniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos [x].

D

a SI ei. *Solui poſſe.* vt & ſ. de conſt. pecu. l. j. §. an poteſt.

b *Dotiū.* vt dicitur j. l. proxi. & infra de pac. dotali. l. ſi mulier dotis. ſi ergo conſtante matrimonio. cum res iam eſt dotalis, fieri poteſt: ergo multo magis cum res non eſt dotalis: vt hic argumentatur.

c ITa cōſtante. *Vtile.* vel non dānoſum: non aliàs, vt hic, & infra de pac. dota. l. ſi mulier dotis. & l. cū maritus. j. reſpon. Accur.

d *In pecuniā.* fiat permutatio, Azo.

POſt nuptias. } CASVS. Mulier. c. vel pater pro ea in dotem dedit, & ſic eſt actio quæſita patri & filiæ. ſi poſtea ſecum filia paciſcatur, non valet pactum. Viuia.

e *Inuita filia.* vt j. de pac. dota. l. cum dos. & infra ſolu. matr. l. quotiēs. niſi filia leuis ſit, & nimia circa maritū immerentem: vt j. ſol. ma. ſi cum dotem. §. eo autem tempore.

CVm pater. } CASVS. Pater pro filia. c. nomine dotis promiſit viro. poſtea eidem viro legat eadem centum. dicit ꝙ non valet legatum: cum nō plus ſit in legato, quàm dotis promiſsione. Secūdo, ſi legauit filiæ, tūc diſtingue: aut voluit valere legatū ſalua remanente facta promiſſione viro, & debetur vtrunq;. aut alterutrū ſolui voluit: & tunc ſubdiſtingue: aut prius agit filia pro legato: & conſequitur, & cauet de ſeruando indemnē heredem ex promiſſione facta viro. aut prius agit vir, & nō cauet: ſed tamē agendo poſtea mulier exceptione repellitur. Viuia.

f *Nullum legatum.* vt j. de leg. iij. ſi deportato. §. ſi quis creditori.

g *Ex cauſa legati.* vt j. de leg. j. plane. §. ij. Acc.

h *Alterutrum.* vel legatum tātum, vel dotem tantum. Accur.

i *Voluerit habere.* ſcilicet pater filiam. Accurſius.

k *Agat.* Quid autem ſi quilibet eorum agere volet? Reſpon. neuter admittatur, niſi cōcordent: vt j. de le. j. huiuſmodi. §. cum pater.

l *Oportebit.* quare ergo hæc diuerſa? Reſpon. hoc caſu conſequitur debitum & oneroſum per ſe: vt infra de act. & obli. l. ex promiſsione. vnde plus onerari non poteſt: ſed ſuperiori caſu de lucro tantum contenditur: vnde oneratur: vt infra de leg. j. plane. ij. §. ij.

m *Præſtita.* quid ſi dubium eſt de voluntate? videtur quòd filia probet: vt j. de leg. j. plane. & de lega. ij. l. Sempronius. Arg. contra quòd heres. ſ. de proba. l. quingenta. Solu. eſt ex lege infra de annu. le. l. libertis. in princ. & de leg. j. huiuſmodi. §. cum pater. & facit C. de lega. l. filia.

DOtē. } CASVS. Siue pater ſiue ipſa mulier dotē dederit primo viro: eo mortuo nubēdo ſecūdo videtur eandem dotē donare. ſed ſi non ſeparauit ſe à primo, ſed fecit iurgiū, per vnā noctē forte: remanet dos eiuſdē matrimonij. Viuia.

n *Dotem.* datam à muliere. idem ſi à patre: vt C. de rei vxo. ac. auth. ſed quamuis. Accurſius.

o *Quàm cùm hoc agitur.* an idem ſi alius pro muliere dotem dederit, & matrimonio poſtea conſentiat? Reſpon. ita. & hic caſus eſt infra de pac. do. l. cum maritus. §. Titius. ſecus ſi non cōſentiat: vt infra eod. ſtipulatio. & ſupra eo. ſtipulationem. & l. licet.

p *Interpretemur.* vt infra eod. l. diuus. & arg. ſ. e. ſed niſi. & ex duabus legib⁹ colligitur. C. qui teſta. facere poſ. l. ij. & C. de bo. eo. l. fi. in fin. Accur.

SI ex lapidicinis. } CASVS. Mulier dedit fundum in dotem in quo erant lapides, qui nō renaſcuntur, quos vendit pro c. hæc centum erunt dos: nō autem fruct⁹ dotis: quia auulſi non renaſcuntur. idē de domo quæ erat in eo fundo, vt ſi vendidit ſuperficiem, pretiū ſit dos. nam hic non ſunt fructus, ſed ipſa dotis ſubſtantia.

q *Fructus non eſſent.* ſed ſi fructus eſſent, non reſtituerētur, vt ſ. eo. l. dotis. ſunt enim lapides in fructu, ſ. ſi talis ſit fundus in quo lapis renaſcatur. idem in argentifodinis, & cretifodinis: vt infra ſolut. matri. l. diuortio. §. ſi vir in fundo. & §. ſi fundus.

SI extraneus. } CASVS. Tria dicit: quia aut debitor mulieris iuſſu mulieris ꝓmiſit nomine dotis: aut extraneus volens dare vxori promiſit centum nomine dotis: aut ipſa mulier ſeu pater eius. Primo caſu, ſi vir negligat exigere, & fiat debitor non ſoluendo interim, imputatur viro quòd tunc habeat vxorem indotatam, & ſoluto matrim. reddat ac ſi habuiſſet. in alijs duobus non imputatur viro, licet negligat exigere, & interim fiat non ſoluendo: & ideo periculum erit mulieris. Viuia.

r *Non conuenerit.* cum potuit: vt j. de pac. do. l. ob res. §. fina. & infra ſolu. matr. Mæuia. j. reſpon. Sed contra. j. ſol. mat. ſi ſocer. §. j. Solu. non dicitur. ibi imputari: ſed exigit vir vt mulieri reddat.

s *Maxime.* Cur dicit, maxime, cum omnino ad eum ſpectet periculum, ſi ex neceſsitate promiſit ei debitor mulieris: ſi ex liberalitate, nequaquam? Reſpon. vtrobique ſentit periculum: quia mulierem habet indotatam: & ideo dicit, maxime. ſed in primo caſu ſentit periculum reddendæ dotis: in alio nòn, vt ſubijcit.

t *Quod facere poſſet.* videtur quod hoc beneficium aduerſus eum cui delegatus eſt, habere non debeat: vt j. eo. l. pen. & j. de re iud. l. Neſennius Apollinaris. quæ ſunt contra. Sol. ibi promiſſor iam erat factus debitor mulieris: & ideo ibi imputatur viro ſi non exigat: hic non: argu. j. eod. l. vir ab eo. & l. cum vir. vel dic vt in d. l. Neſennius.

u *Condemnauerat.* id eſt condemnari feciſſet.

x *Condemnandos.* vt & infra de re iudic. l. inter eos. §. is qui. Accurſius.

Auribus.

Sed ſi vel pater vel ipſa promiſerunt, Iulianus quidem libro ſextodecimo Digeſtorum ſcribit, etiã ſi pater promiſit, periculũ reſpicere ad maritũ. quod ferendum non eſt. Debebit igitur mulieris eſſe periculum. Nec enim quicquam iudex proprijs* auribus[a] audiet mulierem dicentem, cur patrem, qui de ſuo dotem promiſit, non vrſerit[b] ad exſolutionem: multo minus cur ipſam non cõuenerit. Rectè itaque Sabinus diſpoſuit, vt diceret, q̃d pater, vel ipſa mulier promiſit, viri periculo non eſſe: quod debitor, id viri eſſe: quod alius, ſcilicet donaturus, eius periculo ait, cui adquiritur. Adquiri autem mulieri accipiemus, ad quam rei commodum reſpicit.

*Flo. proprijs.

Pater pro filia non poteſt in dotem dare rem vxoris ſuæ ſine ipſius conſenſu. Bart.

XXXIIII. Idem libro trigeſimotertio ad Sabinum.

MAter cum filiæ aurum dediſſet vtendum, pater puellæ id aurum in dotẽ viro adpẽdit: dein mortua eſt mater. ſi inſcia inuitáue vxore[c] vir[d] id aurum in dotẽ dediſſet, manet id aurum heredis matris, vindicariq; poteſt: & eo minorẽ dotem viro datã eſſe placuit[e]. quia res euicta eſt, marito competit aduerſus ſocerum actio[f].

XXXV. Idem libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.

DOtẽ à patre vel à quouis alio[g] promiſſam, ſi vir nouandi cauſa ſtipuletur[h]: cœpit viri eſſe periculum, cùm ante mulieris fuiſſet.

XXXVI. Idem libro quadrageſimooctauo ad Sabinum.

DEbitor mulieris, iuſſu eius pecuniam viro[i] expromiſit: deinde vir acceptã eam iuſſu mulieris fecit. res mulieri[k] perijt. Hoc quomodo accipimus? vtrum dotis nomine, an & ſi alia ex cauſa? Et videtur de eo debitor[l] edictum, qui dotis nomine promiſit. Illud adhuc ſubeſt, vtrum ante nuptias, an poſt nuptias id factum ſit. Multum enim intereſſe videtur. Nam ſi ſecutis nuptijs id factum eſt dote iam conſtituta: maritus accepto ferendo perdit dotem[m]. ſi autem antequam nuptiæ[n] ſequerentur: nihil videtur doti conſtitutum eſſe[o].

XXXVII. Paulus libro duodecimo ad Sabinum.

NOn enim[p] aliàs perit mulieri actio, quàm ſi nuptiæ ſecutæ fuerint. nam ſi ſecutæ non ſunt, manet debitor mulieri obligatus.

XXXVIII. Vlpianus libro quadrageſimooctauo ad Sabinum.

SAnè videndũ eſt, an marito mulier quæ iuſſit accepto ferri, obligetur. Et putem obligari mandati actione: & hoc ipſum in dotem conuerti, quòd mulier mandati iudicio obligata eſt. Et quod dicitur, rem mulieri perire: conſequens eſt. Nam ſi cœperit velle de dote[q] agere, ipſa ſecum debebit cõpenſare iuſſum ſuum.

Nota quòd dos data in primo matrimonio inualido, tacitè videtur repetita, ſi poſtea validetur. Bart.

XXXIX. Idem libro trigeſimotertio ad Edictum.

SI ſerua ſeruo quaſi dotem dederit, deinde conſtante coniunctione ad libertatẽ ambo peruenerint, peculio eis non adempto[r], & in eadem coniunctione permanſerint: ita res moderetur, vt ſi quę ex rebus corporalibus velut in dotẽ tempore ſeruitutis datis, exſtiterint: videantur ea tacitè in dotem conuerſa, vt earum ęſtimatio[s] mulieri debeatur.

Maius eſt impedimentũ naturale, quàm accidentale. ad hoc allegatur.

Si ſpadoni[t] mulier nupſerit: diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit, nécne: vt in caſtrato dicas dotẽ non eſſe. in eo qui caſtratus[u] non eſt, quia eſt matrimoniũ, et dos,

---

a *Auribus.* auribus audio: ore loquor. Virg. *ſic ore locuta eſt.*

b *Non vrſerit.* contra infra ſol. ma. ſi ſocer. §. j. Sol. nõ dicitur ibi imputari, ſed exigit vir, & mulieri reddit, vel actionem cedit. Accurſius. ADDITIO. Tu dic aliter, ſecundum Bald. hic quòd viro non imputatur cur patrem mulieris non conuenit, vt hic: ſed bene imputatur viro cur heredes patris non conuenit. & ita ſentit glo. in l. contraria. & pro hac ſolutione eſt caſus. j. de pact. dota. l. ob res. §. vlti. ver. ſed ſi non petierit.

c *MAter. Vxorem.* eademque matre.

d *Vir.* idemque pater.

e *Placuit.* quia non videtur datum quod nõ fecit accipientis: vt j. de reg. iur. l. non videntur data.

f *Actio.* ex empto: cũ ſit æſtimatum datum: vt ſupra de ac. empt. l. l. creditor. §. prædium. ita tamen ſi non ſciuit rem alienam ſicut in emptione dicitur: vt C. de euict. l. ſi fundũ. autem fuerit inæſtimatus, aut dos cœpit à promiſſione, & tunc agitur, quaſi nec datũ fuerit, aut à datione: & tunc qui dedit ignorans, non tenetur: qui ſciens, tenetur de dolo ſi fuerit extraneus: ipſa autem mulier tenetur actione in factũ: vt C. eo. l. prima.

DOtem. CASVS. Pater c. promiſit viro filiæ nomine dotis. hæc eadem vir ſtipulatur à Titio animo nouandi. iam erit periculo viri nouus debitor: licet primus non erat, quia pater, vel forte donator.

g *Alio.* donare volente.

h *Stipuletur.* ab alio ſcilicet extraneo qui nõ habet priuilegium patris vel donatoris. alioquin ſi animo donandi promitteret pater, vel alius, non eſſet periculum viri: vt ſupra eod. l. ſi extraneus.

DEbitor. CASVS. Debebam Bertæ ex cauſa mutui, quæ viro eius promiſi mandato ipſius. tãdem accepto tulit mihi vir, eiuſdem mulieris voluntate. refert an iam contractum erat quando fuit mihi accepto latum: & tunc iam tenebar cum effectu: & ſic potuit mihi accepto ferri. aut non erat contractum: & tunc non tenebar cum effectu ex promiſſione. nam ineſt conditio meę promiſſioni, ſi interim ſequatur: quo caſu neq; acceptilatio tenet: & ſic mulieri remaneo obligatus, cum non ſequatur matrimonium. & ſic loquitur lex ſequens. ſi autem matrimonium ſequitur poſt acceptila. tunc eodem tempore exiſtit conditio ſtipulationis: & acceptilationis: & ſic nihil videtur in dotem eſſe: vt in fine huius legis. & eſt idem quod in primo: & poteſt vir agere contra vxorem actione mandati ad intereſſe, quantum erat debitum. Vltimo exponit verbum dictum in princ. l. dotem. quòd dos mulieri perit, qualiter intelligatur. Viuianus.

i *Viro.* cauſa dotis: vt infra dicitur.

k *Mulieri.* ſi vero ſine iuſſu, periculum eſſet mariti: vt infra ſol. ma. l. pe. §. ſi vir. & infra e. l. vir ab eo.

l *Debitore.* vt & ſupra eo. l. quod autem. Idẽ tamen in alio: vt s̃. mã. l. idemque. §. ſi cui.

m *Perdit dotem.* quantum ad ipſum debitorem: non vt eius periculum ſit, cũ non donãdi animo faciat: ſed gratia exequendi mãdatum: vt j. eo. l. ſanc. & C. ſi dos cõſtan. matri. l. ij.

n *Nuptiæ.* quod fieri nõ poſſe videtur: vt j. e. l. ſi debitor. Accur.

o *Conſtitutum eſſe.* ſcilicet in dotem cõtracto poſtea matrimonio. ſi enim contractũ nõ eſſet matrimoniũ, acceptilatio non valeret: vtputa tacita cõditione quæ inerat in promiſſione & acceptilatione deficiente: vt infra e. l. ſtipulationem. & infra eo. promittendo. in princ. & ſic mulieri debitor remanet obligatus. & ita continuatur: non enim &c.

p *NOn enim.* quod dicitur ſupra e. l. debitor.

q *SAne. De dote.* deſtinatione, nõ re vera: vt & dicitur de deſtinatione: vt ſupra depo. l. Lucius Titi[9]. Accurſius.

r POſt diuortium mulier ſi de dote. ſi, id eſt quamuis, & ſubaudi, maxime, & ſic idem dices & ſi cauerit. vel dic, quãdo alij nõ nupſit mulier: vtrobique, id eſt ſiue ei cauerit maritus, ſiue non redintegrato matrimonio dotẽ redintegrari dices. Si verò alij nupſit, tunc redintegrari dices, cum maritus ei non cauit: vt ſ.eo.diuus Seuerus.& ĩ.ſolu.mat. ſi mulier.& l.pen. §.vxor. Ioan.& alij vt Ot. indiſtinctè dicunt ſecus ſi cauiſſet, tunc enim ſoluiſſe videtur: vt C.ad l. Fal. l.fin. Accur.

Si legato.

a Si legato. Noluit. idem dico & ſi ſimpliciter reliquit: vt ꝫ. de fun. do. l. funus. & ꝫ. de adquiren. here. l. aditio. Si verò intuitu mariti, apud maritũ reſidebit: vt ſ. de pec. l. hinc quæritur. §. poteſt. & hoc poſt nuptias. ante verò ſine diſtinctione quæritur mulieri: vt tantum quęſitum ſit in cauſa dotis: vt ſ. eo. l. ſi ſeruo. & adde quod not. ꝫ. ſol. mat. l. ſeruus dotalis. Accur.

A cum eo. l. ſi liberam. Sed quo titulo? Reſpõ. vt ꝫ. pro dote. l. j. in fin. Item contra. ꝫ. ſo. ma. l. ſi alienã. Solu. pecunia iſta non fuit in dotem: quia antequam fuiſſet matrimonium, maritus iſte conditione tenebatur eam domino ancillæ reſtituere. at ibi in dotem fuit ab initio. ideo iuſte mulieri redditur. Io.

Vſusfructus.} Casvs. Quidã extraneꝰ dedit mihi vſumfruc. fundi ſui in dotẽ, & nõ fuit ſibi ſtipulatus. hęc Berta mihi nupſit, & tandẽ diuertit: vnde repetit dotem. quæritur, qualiter ei reddã. ſi enim ei cedã vſumfructũ, non valet: ſed redit ad dominum proprietatis ex natura vſuſf. conſulit ergo hæc lex vt vir locet vſumfruct. vel vẽdat mulieri, vt ſic vir videatur rem habere, qui eſt vſusfructuariꝰ: & non alij cedere. ſed quia mulier debet gratis rẽ habere: ſit dicta locatio vel vẽditio vno nummo. Viuia.

b Non habebat. ſcilicet nec etiam vſumfructũ proprietatis.

c Ad eum. immo videtur ꝙ ſic: vt ſ. de vſu fru. l. arboribus. §. vſufructuarius. Sol. aliud eſt cedere: vt hic. aliud cõcedere vel donare, vt ibi, ſcilicet perceptionem fructuũ. Cur ergo fructuarius iſte nõ donat? Reſpõ. quia tenetur reddere. Nam in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit: vt ꝫ. de adi. le. l. rem legatam. & ꝫ. de reg. iur. l. donari. ſit ergo remedij loco vnius nummi tantum locatio, quæ alias nulla eſſet, maxime pro re digna magna mercede. vt infra de adquir. poſ. l. ſi quis autem. §. fi. & ſ. loc. l. ſi quis conduxerit. quæ ſunt contra. ſic ergo ſpeciale eſt hic. vel dic vt ibi. Accur.

Liberalis in neceſsitate nemo exiſtit.

obuenit: quod teſtator noluit a ad maritum pertinere: id ſoluto matrimonio reddendum eſt mulieri.

LXVI. Idem libro octauo ad Quintum Mucium.

SI vſusfructus fundi, cuius proprietatem mulier nõ habebat, b dotis nomine mihi à domino proprietatis detur, difficultas erit poſt diuortium circa reddendũ ius mulieri: quoniã diximus vſumfructũ à fructuario cedi nõ poſſe niſi domino proprietatis: B & ſi extraneo cedatur, id eſt ei qui proprietatẽ non habeat, nihil ad eũ c trãſire, ſed ad dominũ proprietatis reuerſurum vſumfructum. d Quidã ergo remedij loco rectè putauerũt introducendũ vt vel locet e hunc vſumfructũ mulieri maritus, f vel vẽdat nummo vno: vt ipſum quidem ius remaneat penes maritũ, perceptio verò fructuũ ad mulierem pertineat.

LXVII. Procvlvs libro ſeptimo Epiſtularum.

PRoculus nepoti ſuo ſalutem. Ancilla quę nupſit, dotiſq; nomine pecuniã viro tradidit: ſiue ſciat ſe ancillam eſſe, ſiue ignoret, nõ poterit eã pecuniam viri facere, eaque nihilominus manſit eius, cuius fuerat antequam eo nomine viro traderetur: niſi forte vſucapta g eſt: nec poſtea quàm apud eundem virũ libera facta eſt, eius pecuniæ cauſam mutare h potuit. itaque nec facto quidẽ diuortio: aut dotis iure, aut per cõdictionẽ repetere rectè poteſt: i ſed is cuius pecunia eſt, rectè vindicat k eam. Quòd ſi vir eam pecuniam pro ſuo poſsidendo vſucepit, ſcilicet quia exiſtimauit mulierem liberam eſſe, propius eſt vt exiſtimẽ eum lucrifeciſſe: l vtique ſi antequã matrimoniũ eſſe inciperet, vſucepit. Et in eadem opinione m ſum, ſi quid ex ea pecunia parauit antequam ea dos fieret: ita vt nec poſsideat eam, n nec dolo fecerit quo minus eam poſsideret. o

Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. Bart.

LXVIII. Papinianvs libro decimo Quæſtionum.

DOtis promiſsio p non ideo minus valebit, quòd ignorante initio patre nuptiæ q non fuerint, ſi poſtea conſenſerit: C cùm omnis dotis promiſsio, futuri matrimonij tacitam conditionem accipiat. r Nam & ſi minor annis duodecim vt maior deducta ſit: tunc primum petetur, cùm maior annis apud eundem eſſe cœperit. Quod enim s vulgatũ t eſt, dotis promiſsionem in primis duntaxat nuptijs

h Mutare. ſ. mulier. ſed maritus poſſet per vſucapionem: ſed tunc teneretur eã reſtituere mulieri ſoluto matrimonio: quia dos fuit: ac ſi vſucepiſſet ante matrimonium, id eſt antequã eſſet libera lucrifaceret: vt hic dicitur: nec reſtitueret: quia nec dos fuit.

i Rectè poteſt. ſcilicet mulier.

k Vindicat. ſed cur nõ reſtituitur huic ancillæ pecunia, quãuis matrimoniũ non ſit: ſicut minori. xij. ann. vt ꝫ. e. l. ſi ſponſa? Reſpõ. minori reſtituitur: quia eius data eſt pecunia: itẽ quia ætate permittente nubere poteſt. in ancilla ſecus eſt.

l Feciſſe. ſed cur ei reddere non debet, cũ ab ea habuit cauſam: ſicut & aliàs contingit: vt ſ. de condic. inde. l. indebiti. §. ſed & ſi. & ꝫ. de do. cau. mor. l. ſi alienam. quæ ſunt contra? Reſpon. quia ante adquiſitionem domini per vſucapionẽ ſibi condictio adquiri non potuit, quia erat ancilla: ſed ibi potuit.

m Opinione. i. vt mulieri non teneatur. Ac.

n Eam. ſ. pecuniam.

o Poſſideret. ſecus ſi rẽ meam relegit in pecuniam: in quo caſu conuenitur de pretio iudicio nego. geſt. in defectũ. ſed quare non hic? Reſpon. idem eſt forſan de æquitate. vel quod melius eſt, ideo dictum exiſtimo in pecunia, quia aſsidua permutatione conſumitur: & ideo data eſt, vt erogetur. vel melius, quia iſte qualiſqualis maritus nõ habet lucratiuam cauſam. & ideo non approbo opi. Ioan. qui ſcribit hic agi neg. geſt. in ſubſidium, in tali notula, in eadẽ opi. &c. ſcilicet vt domino non teneatur, licet lucrifecerit, ſcilicet pretium, & hoc re extante, & nondum vſucapta: alioquin ratum habendo dominus aget neg. geſt. Ioan.

d Vſumfructũ. Sed contra inſti. de vſufr. §. item finitur. vbi dicit quòd nihil agitur. Sol. nihil agitur quo ad perſonam extranei: agitur tamen aliquid: quia admiſſus ad dominum redit ſecundum Io. Item contra. ſ. de vſufru. arboribus. §. vſufructuarius. Sol. vt ibi.

e Vel locet. Sed cur maritus iſte nõ dat in ſolutũ perceptionẽ fructuum, non ius ipſum quod nec poteſt: ſicut aliàs aliud pro alio datur: vt ꝫ. ſol. mat. l. vſufructu in prin. nam ibi formalis datur, & cauſalis reſtituitur, vel econtra? Reſpon. illa ſecũdum iſtam intelligitur, vt ſi patiatur vti, ſit locatio vſuſfructus vel venditio. vt hic dicit: vel vt ibi not.

f Maritus. per locationem: vt ſupra de vſufruct. l. arboribus. §. vſusfructuarius.

PRoculus.} Casvs. Quatuor dicit. Ecce Berta ancilla nupſit de facto, & pecuniã domini c. in dotẽ dedit. quæritur an hæc pecunia fiat in dominio viri? Et dicit ꝙ non. niſi teneat vir per triennium non conſumendo, etiam ſi vſucapiat. Secundo, ſi hæc mulier manumittatur, & ſtetit cum eodem viro: an tunc ſaltem fiat viri? Et dicit ꝙ non. ſed dominus pecuniæ eam vindicat ſi extat: aut condicit ſi eſt conſumpta. Tertio redit ad primũ, ſi vir vſucepit ante terminum, an teneatur ad tantundem domino pecuniæ quondam? Et dicit quòd non. nam lucrifecit vſucapiendo. Quarto dicit idẽ eſſe ſi alio modo deſinat eam habere iure ſine dolo, ſ. ante matrimonium. hoc eſt antequam ſit illa libera. Viuia.

g Vſucapta. quo caſu lucrifecit: vt ꝫ. e. l. §. quod ſi vir. & hoc ſi ab ignorãte muliere ſe eſſe ancillam, viro detur: vt C. quod

D DOtis.} Casvs. Tria dicit Primo filiaf. nupſit ignorante patre: & aliquis extraneus promiſit dotem: deinde pater ſciuit, & ratum habuit matrimonium. quæritur, an confirmetur promiſsio dotis. & dicit quòd pendebit vſque dum matrimonium valeret, & tunc erit dos. Secundo dicit idem in minore. xij. an. pro qua dos promiſſa eſt. nam tenebit promiſsio quando erit matrimo. & tunc erit dos. & interim pendet. Tertio obijcitur prædictis duobus ex quadã regula, qua dicitur: quomodocunque dos promittatur, intelligatur valere pro primo matrimonio, non pro alio. ſed certe hic nõ fuit aliud in medio, neque etiam erat aliquid in primo caſu, ſine conſenſu patris: neque in ſecundo caſu cum pupilla. ſed ſi primum matrimonium aliquid eſſet, dos ab extraneo promiſſa non tenet in ſecundo, ſed tantum in primo. Viuianus.

p Dotis promiſsio. facta etiã antequã de facto contrahat, Acc.

q Nuptiæ. ſcilicet de facto. Accur.

r Accipiat. traditio rerum inæſtimatarũ non fit, ſed reſoluitur ſub conditione: vt ſ. eod. l. ſed niſi. aliud forſan eſt in rebus æſtimatis: vt ſ. eo. l. plerunque. §. ſi ante. & ꝫ. de vſucap. pro dote. l. ſi æſtimata res. Accur.

Rerũ inæſtimatarũ traditio nõ fit.

s Quod enim. bene dico, ſi conſenſerit. quod enim &c.

t Vulgatum. vt ꝫ. de verb. ſignifi. l. boues. §. hoc ſermone. & infra

infra qui & à qui.l.matrimonij.& ĩ.de pac.dot.l.inter ſocerũ: A §.ſi.& j.de lega.iij.l.fideicõmiſſa.§.ſic.& ſ.pro ſoc.l.ſi ſocius pro filia.§.quod ſi ſalua.Sed arg.cõtra.ĩ.de condit.& demon. hæc conditio.in ſi.j.reſpon.& ĩ.rem rat.habe.l.quo enim.§.j.

destinari:* neque durare obligationem, ſi poſt alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiſerat: tunc locum habet, cum interceſſerunt aliæ nuptiæ[a].

*Flo. deſtinare.

LXIX. IDEM libro quarto Reſponſorum.

CVm poſt diuortium[b] viro ſciente mulier in poſſeſsionem prædiorum, quę in dotem promiſit,[c] longo[d] tẽpore fuerit: conueniſſe tacitè[e] videtur, ne dos quæ promiſſa fuerat, petatur: & ſi petere ea* cœperit, pacti exceptione a muliere repellitur. B Mulier pecuniam ſibi debitã à Seio cum vſuris futuri temporis in dote promittenda demonſtrauit: eas quoq; dotis portionem eſſe, quarum dies poſt nuptias ceſsit,[f] rationis eſt. Vſuras[g] dotis in ſtipulatum cum dote poſt diuortium deductas, ex die ſecundi matrimonij[h] non eſſe præſtandas placuit: quia nec ſortis exactio locum habere cœpit.[i] medij autem temporis debebuntur.

*eam.

Vir qui non ſuſtinuit onera matrimonij, pro illo tẽpore non poteſt petere vſuras. h.d.

In domum abſentis vxore deducta, nullis in eã interea ex bonis viri ſumptibus factis: ad exhibitionem vxoris promiſſas vſuras[k] reuerſus vir improbè petit.[l] Gener à ſocero dotem arbitratu ſoceri certo die dari, non demonſtrata re vel quantitate ſtipulatus fuerat. arbitrio quoque detracto, ſtipulationem valere placuit:[m] nec videri ſimile, quòd fundo non demonſtrato nullum eſſe legatum[n] vel ſtipulationem fundi conſtaret[o]: cum inter modum conſtituendæ dotis, & corpus ignotum[p], differẽtia magna ſit. Dotis etenim[q] quantitas, pro modo facultatium patris, & dignitate[r] mariti conſtitui poteſt. Nuptiis ex voluntate patris puellæ cum filio tutoris iure contractis: dos pro modo facultatiũ, & dignitate natalium rectè per tutorem[s] conſtitui poteſt. Patrona[t] dotem pro liberta iure promiſſam,[u] quòd exſtiterit ingrata non retinebit.[x] Cum res in dotem ęſtimatas ſoluto matrimonio reddi placuit: ſumma declaratur, non venditio contrahitur. ideo- C que rebus euictis, ſi mulier bona fide eas dederit: nulla[y] eſt actio viro.[z] alioquin de dolo[a] tenetur. In dotem rebus ęſtimatis & traditis, quãuis eas mulier in vſu habeat, viri dominium[b] factum videtur.* Partum dotalium ancillarum, dotis[c] eſſe portionẽ

a *Nuptiæ.* cum alio factæ: ſed nec hæ dicẽtur aliæ, ſed eædẽ, cum & retro dicantur validæ, ſecuta tamen ratihabitione. Acc.

CVm poſt. CASVM in princi. huius.l. vide j. in gloſ.j. {IN DOMVM.} Vir cum ad pręſens non ſolueretur dos, ſtipulatus eſt à patre mulieris vſuras dotis, vt exinde alat eam. tandem ipſa venit ad domum viri, & de ſuo ſe ſuſtentauit. dicitur ꝙ vir non poteſt petere vſuras. {PATRONA.} Patrona pro liberta quæ nupſit, dedit.c. in dotem. ex hoc libera extitit ingrata. non ideo patrona reuocat dotem, niſi eam in ſeruitutem reuocet. {PARTVM.} Ancillas mulier in dotem dedit. partus earum augent dotem: & ſunt dos. ideoque ſi vxor dicat viro quòd ſint communes, non valet: quia ſic eſſet donatio, quæ non valet inter virum & vxorem conſtante matrimonio. Viuianus.

Caſum ponit.

b *Cum poſt diuortium.* Diuertit vxor à marito culpa ſua: cui centum in dotem promiſerat, & fundum tradiderat. meruerat autem dotem amittere: quia culpa ſua diuerterat: ſed tamen quia maritus videtur ſua taciturnitate renuntiaſſe retẽtioni dotis, ideo nõ petit fundum, nec pecuniam promiſſam. vel dic in tradendis tantum: & non traditis.

c *Promiſit.* & tradidit. & ideo videbatur quòd maritus poſſet intendere rei vindi. ſed contrarium eſt.

d *Longo.* viro ſciente & paciſcente. Accurſius.

e *Tacitè.* vt ſupra de probatio.l.Procula.

f *Ceßit.* ſi vir eam non exhibuerit: ſed ipſa ſe & familiam ſuam exhibeat: quare vſuræ veniunt. aliàs ſecus: vt infra eo.l. ſi mulier.

g *Vſuras.* aliter ſi debitori nupſiſſet: vt ĩ.eo.l.ſi mulier. Acc.

h *Matrimonij.* Vxor mea à me diuertit. promiſi ei dotẽ, cum D inſtaret repetẽdo eam, congruo tempore me ſoluturum poſt quinquẽnium cũ vſuris ſemiſsibus. recõciliata eſt poſtea mecum in matrimonio in ſecũdo anno poſt ſtipulationem: fuitque in matrimonio. expleto quadriennio ſecundo diuertit, & petit vſuras à tempore interpoſitæ ſtipulationis: quod nõ poteſt: quia ſors & vſura cœpit non deberi contracto matrimonio: ideoque petit vſuras à die ſtipulationis vſque ad ſecundum matrimonium currentes.

i *Cœpit.* id eſt cœpit non habere.

k *Vſuras.* pecuniæ promiſſæ in dotẽ, & non ſolutæ ab vxore.

l *Petit.* vt ſupra manda.l.antepenult. & infra ſoluto matrimonio.l.in inſulam.§.vſuras. & infra de doli except.l.fin. in principio. Accurſius.

m *Placuit.* imò videtur quòd non: vt C. de do.promiſ.l.j. Solu. hoc in patre donãte filiam, cuius eſt officium dotare eam: aliud in alio. vel ibi nulla conuentio vel promiſsio interceſſerat: licet eſſet ſcriptum promiſſam fuiſſe dotem, cum probaretur in contrarium. vel ibi promiſsio interuenit nuda. ſ. dotis dandæ. ſed tamen quantitas vel ſpecies non erat declarata: ideoque non datur actio. Nec enim ſpecialia duo concurrere poſſunt: & ꝙ ex nudo pacto detur actio, & ad incertã dotem: A hic autem vnum ſpeciale tantum fuit, ſcilicet dotis incertæ, cum ſtiputio interceſsit.

Specialia duo cõcurrere non poſſunt.

n *Legatum.* Argumen. contra. ĩ.de adimen.lega.l.ſi cui. Accurſius.

o *Conſtaret.* cum ille qui legat, vel promittit, nullum fundum habebat: ſed habere credebat. imò idem & ſi haberet. Secus eſt in domo: vt ĩ.de leg.j.l. ſi domus. quæ eſt contra. Et ideo aliud eſt in fundo: quia ſola deſtinatione patrisfamilias cõſtituitur: vt infra de lega.j. quod in rerum.§. quod ſi poſt. cuius ſtipulatio facta in genere, vel legatũ, ideo non valet, quia heres adeo minimum fundũ dãdo ſe liberare poſſet, vt in eo nec etiam palmam nec etiam digitum propter breuitatem ipſius fundi extendere poſſet. domus autem legatũ non ita facile conſtitui poteſt deriſorium: cũ domus pariete demum interiecto diuidatur in duas: vt ſupra com. prædi. l. ſi quis quas.§.ſi quis partem. ſecundum Io. Vel hic cum agebatur vt certus fundus demõſtraretur: vt infra de verborum obl.l.ita ſtipulatus. & l. triticum. licet legatum valeat, ſi de certa re ſenſerit teſtator, & non expreſſit: vt infra de lega.j. legato.§.j. Item contra ad id quod hic de legato dicitur infra de adimen. lega. l. ſi cuĩ. Sed ibi ſpeciale fauore alimentorum. Item ad idem contra. infra de leg.iij. Stichus. Sed & ibi debet doceri artificium ſimiliter fauore alimentorum, vt ex eo ſe debeat alere: vt ibi dicit.

*Flo. videretur.

p *Ignotum.* legatũ, vel promiſſum. Sed quid ſi dixit, dabo fundum in dotem? Reſpondeo, videtur valere etiam magis quàm hic: & dabitur fundus conueniens.

q *Etenim.* à ſimili, ergo à patre. Accurſius.

r *Et dignitate.* vt ſupra eo.l.quæro. Accurſius.

s *Per tutorem.* vel curatorẽ, vel procuratorem, cũ heres tantũ gener erat ſpe & deſtinatione. Sed qualiter hic tutor poteſt in re ſua auctor fieri: vt inſti.de aucto.tu.§.vltimo. & ĩ.ad Trebell.l.j.§.fuit quæſitum. ipſe enim tenetur ad dotẽ reddendã, vel de peculio, vel de in rem verſo, vel quod iuſſu? Reſpõderi poteſt, quòd principaliter res illa ſpectat ad filium: vt argu. ĩ.de auct.tut.l.j. ſed & in re ſua, cum notum ſit pupillum non damnificari, auctor erit: vt ſupra de contrahen.emp.l.fiſtulas. §.fundum. Accurſius.

t *Patrona.* patrona promiſit dotem pro liberta ſua. Accur.

u *Promiſſam.* marito futuro.

x *Retinebit.* hoc plane legitur ita, ſcilicet niſi eã in ſeruitutẽ reuocauerit. poteſt enim, cum amodo matrimoniũ ſequi non poſsit: nec dos petetur. quid ſi poſt cõtractum matrimonium extitit ingrata, & eſt reuocata in ſeruitutem? Reſpon. vt C.eo. l.ſi dotem.

y *Nulla.* ſi non præceſsit promiſsio vel pollicitatio: hodie tamen ex ſtipulatu agitur: vt C.de rei vxo. act.l.j.in prin. vel dic vt ibi.

z *Viro.* Sed quid ſi pereant? dicit vt no C.ſolu ma.l.j.

a *De dolo.* id eſt in factum, nomine doli: vt C.e.l.j.

b *Dominium.* & periculum: vt infra ſolu.ma.l.æſtimatæ.

c *Dotis.* nec videtur dos reſtitui, niſi & partus ſit reſtitutus: vt infra ſoluto ma.l.ſi marito.§.fina. & ſupra eod.l.plerunque. §.ſi ſerui. Accurſius.

conuenit: ideoq; fruſtra paciſci virum vt inter vxorem & ſe partus communis ſit[a].

LXX. PAVLVS libro ſexto Quæſtionum.

IN ambiguis, pro dotibus reſpondere melius eſt[b].

LXXI. IDEM libro tertiodecimo Quæſtionum.

CVm dotem mulieris nomine extraneus promiſit, mulieris periculum[c] eſt. ſed ſi maritus nomē ſecutus, vſuras exegerit: periculum eius futurum reſpondetur.[d]

B LXXII. IDEM libro octauo Reſponſorum.

MVlier bona ſua[e] omnia in dotem dedit. Quæro, an maritus quaſi heres oneribus reſpondere cogatur. Paulus reſpondit, eum quidē qui tota ex promiſſione dotis bona mulieris retinuit, à creditoribus eius conueniri non poſſe[f]: ſed non plus eſſe in promiſſione bonorum, quàm quod ſupereſt deducto ære alieno[g].

Paulus reſpondit, in rebus[h] dotalibus, etiam patrē[i] mariti dolum & culpā præſtare debere. C Paulus reſpondit, ſi mulier[k] de ſuo dotem dedit, & adhibuit matrem quæ ſtipularetur[l]: potuiſſe eam poſtea inſtrumentum[m] dotale mutare.

Bona intelliguntur deducto ære alieno.

LXXIII. IDEM libro ſecundo Sententiarum.

MVtus, ſurdus, cæcus, dotis[n] nomine obligantur: quia & nuptias[o] contrahere poſſunt. Manente matrimonio, non perdituræ vxori ob has cauſas[p] dos reddi[q] poteſt, vt ſeſe ſuoſque alat: vt fundum idoneū emat[r]: D vt in exilium, vel *in inſulam relegato parēti præſtet alimonia, *aut vt egentem virum, fratrē, ſororemve ſuſtineat[s].

**ſvt in.*

** alimonia, in neut. genere, vt apud Varronem alimonium.*

LXXIIII. HERMOGENIANVS libro quinto Iuris Epitomarum.

SI ſponſa dotem dederit, nec nupſerit: vel minor duodecim annis, vt vxor[t] habeatur: exemplo dotis, condictioni[u], fauoris ratione, priuilegium quod inter perſonales[x] actiones vertitur, tribui placuit.

Dos dicitur in bonis viri quo ad dominium rerum dotalium: ſed quo ad ius & ſuſtentationem vxoris, dicitur eſſe ipſius vxoris. Baldus.

B LXXV. TRYPHONINVS libro ſexto Diſputationum.

QVamuis in bonis mariti dos ſit[y], mulieris tamen eſt. Et merito placuit, vt ſi in dotem fundum inæſtimatū dedit, cuius nomine duplæ ſtipulatione cautum habuit,[z] isq;[a] marito euictus[b] ſit: ſtatim eā ex ſtipulatione agere poſſe.[c] Porrò cuius intereſt nō eſſe euictū quod in dote fuit, quodque ipſa euictionē pati creditur ob id quod eum in dotem habere deſiit: huius etiam cōſtante matrimonio, quamuis apud maritum dominium ſit, emolu- C menti poteſtatem eſſe creditur: cuius[d] etiam matrimonij onera maritus ſuſtinet.

LXXVI. IDEM libro nono Diſputationum.

SI pater mulieris mortis ſuæ[e] cauſa dotem promiſerit, valet promiſſio. Nam & ſi in tēpus quo ipſe moreretur, promiſiſſet,[f] obligaretur. Sed ſi cōualuerit, cur ei non remittatur obligatio per cōdictionem[g]: atq;[h] ſi ſtipulāti quiuis alius promiſiſſet[i], aut dotem[k] alicuius[l] nomine? Nam vt corporis vel pecuniæ tranſlatæ[m], ita obliga- D tionis cōſtitutæ mortis cauſa condictio eſt. Non idē dicendum eſt in perſona mulieris, ſi mulier mortis ſuæ cauſa dotem promiſerit: quia niſi

a *Communis ſit.* hoc ideo, quia donatio inter virū & vxorem nulla eſt. Accurſius.

IN *ambiguis.* } CASVS. Stipulatus fui dotem arbitrio ſerui mei. valet ſtipulatio in dubio, & reducitur ad arbitrium boni viri potius, quam non valeat.

b *Melius eſt.* vt C. de do. promiſ. l. fi. & l. cū pater. & l. ij. & eſt ambiguum pactum in dote cōſtituenda: vt pro ea reſpondetur. ſ. eod. cum poſt. §. gener. ſic eſt & in dote repetenda: vt cum inutilis intercesſit ſtipulatio: vt C. de rei vxo. act. in prin. Item quia præfertur aliis creditoribus. & facit. ſ. eo. ſi ego. §. ſi res. & l. dotem quæ. & j. de reg. iur. l. in ambiguis.

c *CVm dotem. Periculum eſt.* niſi vir in exigēdo moram fecit: vt ſ. eod. ſi extraneus. & dic vt ibi. Accur.

d *Reſpondetur.* ſi deſinit debitor eſſe ſoluēdo. & facit. ſ. e. ſi extraneus. Accurſius.

e *MVlier bona ſua.* quod nulla lege prohibetur: vt C. e. l. nulla. & hoc ſemper facere videtur, quando viro conuenit in manum: vt in Topicis Ciceronis. ſed lex non dicit.

f *Non poſſe.* vt C. de dona. l. cum res. ſed cōtra. C. ad l. Iul. de vi publi. l. ij. ſed ibi ideo tenetur fiſcus, quia videtur quaſi ſucceſſor, cum delinquens amittat: hic autem mulier non amittit. Acc.

g *Alieno.* quia bona intelliguntur, quæ ſuperſunt deducto ære alieno: vt j. de col. bo. l. ij. §. illud. & C. de bo. quæ libe. l. fi. §. vbi autem. Accurſius.

h *In rebus.* aliàs. §. Paulus. & aliàs lex, In rebus. Accurſius.

i *Patrem.* non ſolum maritum. Io. ſed & patrem dotem accipientem. alioquin de dolo ſolo tenetur: vt ſ. de pec. l. in bonæ fidei. & ſ. eo. quemadmodum. §. j. Accur.

k *Si mulier.* aliàs. §. Paulus. & aliàs lex, Si mulier. Accurſius.

l *Stipularetur.* eius mā dato, vt mandati teneatur: vt ſ. manda. l. idemq, in fundo. §. ſi cui. vel neg. geſt. ſi ſine mandato: vt ſ. de neg. geſt. l. pen. & facit. j. tit. j. l. cum maritus. §. fi.

m *Inſtrumentum.* vt ſic ſtipuletur ſibi dotem reddi: & ſic vt non matri, ſed ſibi reddatur. Accurſius.

n *MVtus. Dotis.* ſi dotem acceperint. Accurſius.

o *Nuptias.* vt j. de vulg. & pup. ſubſti. l. ex facto.

p *Cauſas.* alioquin donare videtur: vt C. ſi dos conſtan. matri. l. ſi dos. Ioan.

q *Reddi.* ſed vir inuitus non cogitur, niſi cum ad inopiā vergit: vt j. ſolu. ma. l. ſi conſtante. Io. & in alio caſu: vt & ſ. eo. l. quemadmodum. & j. eo l. ſi.

r *Emat.* qui in dotem ſit: vt ſ. eo. l. ita conſtante.

s *Suſtineat.* vt habes hic, & j. ſolu. matrim. l. quamuis. & l. ſed A ideo. & ſ. de religio. l. ſic pro rata. §. maritus. & j. de dona. inter vi. & vxo. l. ſi quis pro vxore. §. ſi vxor. Accurſius.

t *SI ſponſa. Vxor.* tanquam maior.

u *Condictioni.* ob cauſam, vel ſine cauſa. quæ generalior eſt.

x *Quod inter perſonales.* quod priuilegium habet mulier etiam hodie in hypothecis: vt C. qui po. in pign. ha. l. fin. nam reipublicæ intereſt, & c. vt j. ſo. ma. l. j. eadem ratio eſt in hac maiore ſpōſa, vel minore: vt j. de priui. cre. l. j. §. fi. & l. intereſt. quare idem debet eſſe ius, vt etiā idem habeat priuilegium inter hypothecarios, ſecundum Io. contrarium tamen ſumi poteſt arg. ex illa. l. aſsiduis. ibi, quis enim &c. Accurſius.

y *QVamuis in bonis mariti dos ſit.* omnimodo: vt inſtitu. de re. diui. §. per traditionē. & j. ſol. ma. l. ſi conſtāte. §. ſi maritus. vnde poteſt ſeruum dotalē manumittere: vt j. de manu. ſeruū dotalem. quod non poſſet ſi eſſet alterius: vt C. de his qui à non do. l. ſi non proprietatem. Itē iubere adire hereditatem: vt j. ſo. ma. l. ſeruus dotalis. & hic ſecundum Io. licet quo ad quædam mulier domina videatur: vt j. ſolu. ma. diuortio §. ſi fūdus. & l. ſi conſtante. §. ſi maritus. & l. in his rebus. Item ideo, quia in his rebus aliter: vt C. eo. l. in rebus. ſicut filius paternarum: vt j. de libe. & poſt. l. in ſuis. & C. qui po. in pig. ha. l. aſsiduis.

z *Cautum habuit.* ſcilicet mulier.

a *Isq;.* ſcilicet fundus.

b *Euictus.* per hypothecariam. Io.

c *Poſſe.* vt ſ. de euic. l. ſi pro re pupilli. §. ſi per euictione. Accurſius.

d *Cuius.* non ſolū habet dominiū dotis maritus: ſed etiam habet onera matrimonij.

S*I pater.* } CASVS. Pater mulieris donauit c. viro cauſa mortis, vt ea eſſent dos. quæritur an valeat. Et dicit quòd ſic: ſicut ſi promiſiſſet pater poſt mortem ſuam. Secundo dicit, quòd ſicut aliàs donatio cauſa mortis reuocatur, ſi conualeat donator, ſic hic. Tertio quòd ipſa mulier non cōſtituit dotem per donationem cauſa mortis: quia ſic eadem mortua dos daretur, & ſic ſolut. matrim. eſſet dos, & non ſeruiret oneribus matrimonij. Viuia.

e *Mortis ſuæ.* ſcilicet patris.

f *Promiſiſſet.* ſcilicet non cauſa mortis.

g *Per condictionem.* certe immo remittitur: vt j. de dona. cau. mor. l. ſenatus. §. donatio. in fin.

h *Atque.* id eſt ſicut.

i *Promiſiſſet.* aliquid non cauſa dotis, ſed cauſa mortis tantū.

k *Dotem.* cauſa mortis filius, vel alius.

l *Alicuius.* non filiæ.

m *Tranſlatæ.* eſt condictio. Accurſius.

a *Seruiat.* id eſt ſeruire poſsit. Ioan. vt ĩ. de ſtatulibe. Labeo.
b *Nulla eſt*, vt ſ. eo. l. Iulianus. vel dic vt ibi. & eſt hic arg. ſ. de vſufruct. l. Titio. & ĩ de vſufruct. leg. l. v. §. fi. Accur.

A u *Maritus.* conſtitutus. Azo. ſed morte ipſius mariti: vel eo non vtente: vt ſupra ea. l. §. quòd ſi mulier.
x *In hac.* id eſt vbi maritus non amiſit vſumfructum.

matrimonij oneribus ſeruiat[a], dos nulla eſt.[b]

Quando obligatio vſuraria trãsfertur in cauſam dotis, deſinunt vſuræ currere. Bal.

LXXVII. IDEM libro decimo Diſputationum.

SI mulier debitori ſuo, qui ſub vſuris debebat, nuptura dotem promiſiſſet quod is ſibi deberet: poſt contractas nuptias ſecuti temporis vſuras non eſſe dotales[c]: quia illa obligatio tota tolleretur, perinde ac ſi ſolutũ debitum mulieri, in dotem ab ea datum[d] eſſet.

LXXVIII. IDEM libro vndecimo Diſputationum.

CVm in fundo mariti habẽs mulier vſumfructũ, dotis cauſa eũ marito dedit: quãuis ab ea vſusfructus deceſſerit, maritus tamẽ non vſumfructum[e] habet, ſed ſuo fundo quaſi[f] dominus[g] vtit, conſecutus per dotem plenã fundi proprietatem, non ſeparatam vſufructu: nec eſt quod non vtendo maritus amittat. Diuortio autem facto conſtituet in eodem fundo vſumfructum mulieri[h].

Quòd ſi in matrimonio deceſſerit vxor, nihil emolumẽti ob dotẽ habere videtur maritus: quia etſi vxorem eam nõ duxiſſet*, fructuariæ morte finitus vſusfructus ad proprietatẽ rediret: ideoq; nec in funus confert mulieris[i]. Planè ſi pater filiæ nomine, qui[k] in fundo generi vſumfructũ habebat*, dotis cõſtituendæ gratia eũ dederit: & in matrimonio [ea] mortua fuerit: habebit ex ſua perſona vſusfructus petitione. Quòd ſi mulier in fundo ſuo marito vſumfructũ dotis cauſa cõſtituerit: tũc ex mariti perſona erit vſusfructus propriè, qui & non vtendo ipſius* pereat[l]. quod ſi acciderit[m], videamus an etiã nũc dotata ſit mulier. Et ſi quidẽ dominiũ apud mulierem eſt fundi[n], ad quẽ reuerſus eſt vſusfructus: nihil iã in dote habet, quod actione dotis cõſequatur ab eo, cui quòd nõ vtendo amiſit vſumfructũ imputari non poteſt: ex quo ipſa lucrũ[o] habet: ideoque indotata erit. Quòd ſi alienauerit vxor ꝓprietatem, quę ſine vllo mulieris emolumento[p] plenior facta eſt, adhuc dotata eſt: qa dotis actiõe teneri debet maritus, qui quãdo licuit vſufructu vti, amiſit eũ non vtendo.[q] Nam ſi habere perſeueraſſet vſumfructũ ad diuortiũ, cõmodo mulieris cederet ei⁹ reſtitutio: quia etſi nõ protinus[r] ad ipſam tranſiret, tamẽ vel ſi pretio[s] vel beneficio[t], ſine incõmodo mulieris ad proprietatẽ reuertetur. Si autẽ vſumfructũ maritus[u] nõ

B amiſerit, morte mulieris non finitur vſusfructus apud maritũ. Diuortio autẽ facto, primo videamus & in hac[x] & in ſuperiore[y] ſpecie, an pro rata tẽporis eius anni diuidentur[z] fructus. quod probandum[a] eſt. Ipſius autẽ reſtitutio ita fiet, vt habẽti mulieri fundũ, vſusfructus cedatur, & ita cũ proprietate conſolidetur.

Sed etſi nõ ſit fundi domina, nihilomin⁹ cõpetit dotis actio, vt dimittat à ſe marit⁹ vſumfructũ[b]. Nam vel exempto actione adhuc[c] vt vſumfructũ præſtet, mulier tene-

C tur: aut pretium eius cõſequi ſperat: aut cuiuis magis gratiã præſtare, quã relinquere apud inimicũ ius ad ſe trãſlatum, licere ei ciuile[d] eſt. Vxor viro vſumfructũ dotis nomine dedit. manente matrimonio eidẽ fundũ vẽdidit. quęſitũ eſt, diuortio facto, quid dotis iudicio recuperare debeat. Dixi referre, quãti fundus veniſſet. Nã ſi nudę proprietatis æſtimatio facta fuiſſet, mulier dotis iudicio pretium vſusfructus recuperare debet. Quid ergo eſt ſi vir ante[e] litẽ conteſtatam[f] mortuus

D fuiſſet? heredes eius nihil pręſtituros.[g] Nã & ſi quilibet alius emptor proprietatis extitiſſet, heres viri nihil mulieri præſtaret: ſcilicet vſufructu reuerſo ad proprietatẽ[h]. Ceterũ ſi fundus totus veniſſet quãti debet venire, nõ detracto vſufructu intellegi mulierẽ dotẽ manẽte matrimonio recepiſſe[i]. Si fundus communis in dotẽ dat⁹ erit, & ſocius egerit cũ marito cõmuni[k] diuidũdo, adiudicatusq; fundus ſocio fuerit: in dote erit quãtitas qua ſocius marito dãnatus fuerit: aut ſi omiſſa[l] licitatione extraneo ad-

c SI *mulier. Dotales.* immo contra: vt ſ. e. cum poſt. §. mulier. Solut. ibi ipſa ſe alebat: vel ibi alij non debitori nupſit.
d *Datum.* iuris factione duo actus interuenire creduntur: vt ĩ. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. in fin.
e CVm *in fundo.* Vſumfructum. quantum ad formam: vt ſ. de ſerui. vrba. prædio. l. in re. habet tamen quantum ad cauſam.
f *Quaſi.* veritatis expreſsiuum.
g *Dominus.* ſcilicet in vſufructu. Accur.
h *Mulieri.* vt ĩ. ſolut. matri. l. vſufructu. & ĩ. de fun. do. l. ſi maritus. §. fin. Accurſius.
i *Mulieris.* alioquin ſi de dote aliquid lucraretur, conferre cogeretur: vt ſ. de relig. l. in eum.
k *Qui.* ſcilicet pater.
l *Pereat.* hoc enim neceſſe eſt, vt dicas dotem reſtitui etiam liberis exiſtẽtibus. nam periniquum eſſet vt vſque in vitam filiorum duraret vſusfructus.
m *Acciderit.* ſ. vt non vtendo ſit amiſſus.
n *Fundi.* poteſt enim eſſe quòd alienauit mulier fundum, & poteſt eſſe quòd non. Accurſius.
o *Ex quo ipſa lucrum.* Hic no. quòd nõ poſſum alicui obiicere culpam, cum ex culpa lucrum ſenſerim. ſed ſi ita ſimpliciter dicatur: apertiſsime falſum eſt. nam fallit in omni vſucapione & pręſcriptione: & maxime in vſucapione pro donato. ſed certè hæc quæ culpam obiiciebat, agebat, non poſſidebat. Item agendo, & culpam obiiciendo, petebat idipſum quod habebat: vnde merito repellitur, quaſi non poſsit obiicere culpam, ex qua ipſa lucrum ſenſit, quod & ipſa habet.
p *Emolumento.* nã ad eam mulierem redire non poteſt.
q *Vtendo.* vt ſupra eo. ſi extraneus.
r *Protinus.* ſoluto matrimonio.
s *Pretio.* dato mulieri à proprietario. Accurſius.
t *Beneficio.* collato ipſi mulieri à proprietario, vt ipſa ſibi cedi faciat vſumfructum.

* *tamen fruct.*
Culpam nõ poteſt imputare, qui ex culpa lucrũ ſentit.
* *Flo. habebit.*
* *Vulg. ipſi.*

y *In ſuperiore.* id eſt vbi amiſit, & apud mulierem fundi dominiũ remanſit.
z *Diuidantur.* inter maritum & vxorem. Ac.
a *Probandum.* vt infra ſol. mat. l. fructus. & C. de rei vxo. act. §. cumq; ex ſtipulatu.
b *Ipſius vſumfructum.* quem in ſuo fundo mulier dedit in dotẽ. Accur.
c *Adhuc.* cum mulier prius vendidit proprietatem nudam, & accepit pretium, vt faceret cedi vſumfructum emptori ſoluto matrimonio. Accurſius.
d *Ciuile.* immo videtur inciuile: quia ſic indulgetur maliciis. & ſic eſt arg. contra. ſ. de rei vin. in fundo. & ſupra de euic. l. in creditore. Accur.
e *Ante litem.* & poſt diuortiũ. Quid ſi poſt litem conteſtatam & diuortium? Arg. quòd idem: vt ſ. ad exhibẽ. l. tigni. §. fi. ſed contra. ſ. de noxa. ſi alienus.
f *Conteſtatam.* pro pretio vſusfruc. recuperando.
g *Præſtituros.* hoc ideo quia hic vſusfr. conſtitutus ex perſona mariti periit: vt ſ. ea. l. §. quòd ſi mulier in ſuo fundo. Accur.
h *Proprietatem.* mortuo marito. Accur.
i *Recepiſſe.* tunc ſi locupletior facta eſſet mulier ſoluto matrimonio, remouetur exceptione: alioquin non: vt C. ſi dos conſtan. matri. l. j.
k *Communi diuidundo.* ſcilicet quod fieri poteſt: vt ſ. communi diuid. l. communi diuidundo. §. ſi debitor. licet ipſe prouocare nõ poſsit: & C. de fun. do. l. ij.
l *Omiſſa.* aliàs omiſſa: & aliàs amiſſa. & ſecundum has duas literas dic, ſcilicet à ſocio, ſed ab extraneo, vt ſubiicit. aliàs dicit admiſſa, id eſt deducta re in licitationem: ſed alter ſociorum nõ poterat licitari: quia extraneus fuit admiſſus: vt dicit: quod quãdoque fit: vt C. communi diui. l. ad officium. & ſic not. alienationem in fundo dotali admiſſam, neceſſariam: vt ĩ. de fun. do. l. j. & argu. C. de litig. l. fin. & C. man. l. per diuerſas. §. exceptis.

A dictus hic fundus fuerit, pretij[a] portio, quę diſtracta eſt:[b] ſed ita, vt nō vice corporis habeatur: nec diuortio ſecuto, præſenti die, qđ in numero * eſt reſtituatur:[c] ſed ſtatuto tēpore[d] ſolui debeat. Quòd ſi marito fundus fuerit adiudicatus: pars vtiq; data in dotē, dotalis manebit. Diuortio autē facto ſequetur reſtitutionem,[e] propter quā ad maritū peruenit, etiā altera portio:[f] ſcilicet vt recipiat tantū pretij nomine à muliere, quātum dedit ex condēnatione ſocio. Nec audiri debebit al- B teruter eā æquitatē recuſans, aut mulier in ſuſcipienda parte altera quoq; aut vir in reſtituēda. Sed an cōſtante matrimonio nō ſola pars dotalis ſit, quæ data fuit in dotē, ſed etiā altera portio, videamus, Iulianus de parte tantū dotali loquitur: & ego dixi in adiutorio illā ſolam dotalem eſſe. Si marito dotis nomine ſtipulanti promiſit per errorē is qui exceptione tutus erat, nec * ſoluat: cogetur ei ſoluere.[g] & habebit condictionem aduerſus mulierem, aut patrē, vter eorum delegauit, ob id quod indebitū ma- C rito promiſit, aut ſoluit.

LXXIX. LABEO libro ſexto Poſteriorū à Iauoleno Epitomatorum.

AVus neptis nomine filio natæ genero dotē dedit: & moritur.[h] negat Serui⁹ dotē ad patrē reuerti:[i] & ego cū Seruio ſentio: qa nō poteſt videri ab eo ꝑfecta: qa nihil ex his ſui habuiſſet.[k] Pater filiæ nomine centū doti ita promiſit, *cùm cōmodiſſimū eſſet*, Atteius ſcripſit Seruiū reſpōdiſſe, cū primū ſine turpitudine[l] & infamia dari poſſit, deberi.

LXXX. IAVOLENVS libro ſexto ex Poſterioribus Labeonis. D

SI debitor mulieris dotem ſpōſo promiſerit, poſſe muliere ante nuptias à debitore eā pecuniam[m] petere: neq; eo nomine poſtea debitorē viro obligatū futurū, ait Labeo: [quod] falſum eſt: quia ea ꝓmiſſio in pēdenti eſſet.[n] donec obligatio in ea cauſa eſt.

LXXXI. PAPINIANVS libro octauo Quæſtionum.

PAter filiæ nomine nummos alienos quos mutuos acceperat, aut in cauſam crediti receperat,[o] in dotem dedit. conſumptis[p] his dos profectitia efficitur.

A LXXXII. PROCVLVS libro quinto Epiſtularum.

CVm vxor virū ſuū, quā[q] pecuniā ſibi[r] deberet,[s] in dotem filiæ communis dare iuſſerit, & id feciſſe dicatur: puto animaduertendum eſſe, vtrum eam dotē ſuo, an vxoris nomine dedit. ſi ſuo: nihilo minus vxori eum debere pecuniam. ſi vxoris nomine dederit, ipſum ab vxore liberatum eſſe.[t]

LXXXIII. IAVOLENVS libro ſexto Poſteriorum Labeonis.

SI debitor mulieris dotem ſponſo promiſerit, non poſſe mulierem ante nuptias B à debitore eam pecuniam petere: quia ea promiſſio in pēdenti eſſet donec obligatio in ea[u] cauſā eſt.

Nota iſtū caſum ſingulare pro eo qui ab initio promiſit, quod dare non poterat. Bar.

LXXXIIII. LABEO libro ſexto pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI de dote promiſſa agitur, nō oportet in quantū facere poteſt, condēnari eū qui promiſit. Paulus. Imò qđ ad extraneum attinet,[x] ſemper hoc verū eſt. Ceterùm ſi manēte adfinitate dotē promiſſam gener à ſocero petit: vtique in quantū facere poteſt, ſocer cōdemnabitur. Si dire- C pto matrimonio petitur:[y] ex cauſa[z] & perſona id tribuendū puto. Quid enim ſi ſocer ſpecie * futurę dotis induxerit generū, * & cū ſciret ſe præſtare dotē non poſſe,[a] id egerit, vt genero inſidiaretur?[b]

Nota caſum expreſſū, quòd extra cauſas expreſſas in l. mutus. §. 1. ſ. e. nō poteſt ſolui dos mulieri, niſi in eius vtilitatē vertatur: vt hic, & no. in l. 2. in prin. j. ſol. ma. & l. cum in fundo. §. vxor vero. ſ. eo. Item no. quod ſicut maritus non poteſt alienare fundū dotalem, ita nec vxor cōſentire marito alienāti: niſi propter mulieris vtilitatē, licet quidam contra per. l. ſi prædium. C. eo. tit. Bart.

LXXXV. SCAEVOLA libro octauo Digeſtorum.

D FVndū filiæ nomine pater in dotē dederat. huius[c] heredi filię ex aſſe, creditoribus patris vrgētibus, vtilius, videtur potius fundū qui dotalis eſt, diſtrahere, ꝙ[d] minus fructuoſus ſit: & alios hereditarios vberiore reditu retinere. marit⁹ cōſentit, ſi nulla in ea re[e] captio ſit futura.[f] Quæro, an ea pars[g] dotis quæ in hoc fundo eſt, mulieri manente matrimonio rectè ſoluatur. Reſpondit, ſi pretiū creditori[h] ſoluatur, rectè ſolutum.[i]

DE PACTIS DOtalibus.

TITVLVS IIII.

a *Pretij.* id eſt pretij rei quæ diſtracta eſt: vel pretij portio. i. pretium portionis. Ioan.

b *Diſtracta eſt.* erit in dotem. Ioan. (* Vulg. numerato.)

c *Reſtituatur.* quod in corpore mobili & immobili deſideratur: vt C. de rei vxo. ac. §. exactio.

d *Statuto tempore.* poſt annum hodie: vt prædicto. §. exactio.

e *Reſtitutionē.* ſ. rei vel partis dotalis. Ioan.

f *Portio.* quæ dotalis non eſt. Io. vt ſ. de act. emp. l. Iulianus. §. idem Celſus. & ſ. com. di. l. communi diuidundo. §. ſi debitor. & j. prox. reſpon.

g *Soluere.* vt j. de do. excep. pure. §. pe. & facit. ſ. de condi. cau. da. l. ſi donaturus.

h AVus. *Moritur.* au⁹ Ioan.

i *Reuerti.* ex tacita ſtipulatione: ſed ad mulieris heredes.

k *Habuiſſet.* pater aliud eſt, ſi nomine filij dedit: tunc enim tale eſt: ac ſi ipſe filius dediſſet. vnde ad ipſum reuertitur: vt j. de col. bo. l. dotem. quæ eſt contra. vel ibi de æquitate. Accurſius. (* Flo. ne.)

l *Turpitudine.* Quæ adeſt cum abeſt dignitas: vt j. de verbo. ſigni. nepos.

m SI *debitor. Pecuniam.* ſine volūtate mariti, vel ſponſi: alioquin contra eſt: vt ſ. e. l. debitor. & l. nō enim. Accurſius.

n *Eſſet.* vt j. eo. ſi debitor. & ſ. de cōdic. cauſa data l. quod Seruius.

o PAter. *Receperat.* à ſuo debitore. Io.

p *Conſumptis.* reconciliat ergo dotem conſumptio: vt hic. Item vſucapio. vt ſ. eodē. l. Proculus. (*Vſucap. & cōſumptione dos recōciliatur.*)

q CVm *vxor virum.* dare iuſſerit &c.

r *Sibi.* ſ. mulier.

s *Deberet.* vir.

t *Liberatum eſſe.* facit ſ. eo. l. v. §. fi. & j. de ad qui. poſ. l. j. §. hoc quidem. & §. per procuratorem. Accurſius.

u SI *debitor. In ea.* vt ſ. prox. l. ſi debitor. Accurſius.

SI *dote.* CASVS. Quidam promiſit dotem pro muliere, quæ nunc conuenitur à viro. quæritur, an in ſolidum, non deducto ne egeat, conueniatur: an non eo deducto. Diſtinguitur: ſi fuerit extraneus, ſemper condemnatur in ſolidum: ſi fuerit pater, in quantum facere poteſt. Item diſtinguitur: an conſtante matrimonio petitur, & habetur ratio ne egeat. an eo finito: quia pactum erat forte de dote lucranda: & tunc diſtinguitur: aut pater decepit generū ſciens ſe non ſoluendo: & tenetur in ſolidum: alioquin non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt: hoc eſt deducto ne egeat. Vi.

x *Attinet.* niſi aliud conuenit, ſcilicet vt extraneus condemnetur in quantum facere poteſt: vt ſupra de pac. l. ſi quis crediderit. Ioan.

y *Petitur.* ab eo, qui promiſit dotem.

z *Ex cauſa.* ex qua tribuitur hoc beneficiū: vt ſi ex cauſa dotis agatur. Item etſi agatur ex cauſa dotis: tamen quandoque non datur hoc beneficium: vt ſi is qui conuenitur, doloſe verſatus eſt. Item ratione perſonæ tribuitur: quia extraneo promittenti dotē, non præſtatur.

a *Non poſſe.* vt infra de admini. tuto. l. cum poſt. §. j.

b *Inſidiaretur.* merito ergo in ſolidum tenetur. idem & de marito, & de ſocio dicetur. ſ. vbi dolum commiſerint, vt in ſolidū condemnentur: vt j. ſolu. mat. l. etiam. & l. ſi cōſtante. & j. de re iudi. l. ſed hoc ita. quæ videntur contra. (* Vulg. ſpe. * generi.)

c FVndū. *Huius.* ſcilicet patris. Acc.

d *Quod.* id eſt quia.

e *In ea re.* id eſt permiſſione.

f *Futura. mariti.* nec enim facit hoc animo donandi.

g *An ea pars.* hic enim fund⁹ erat pars huius dotis: quia & alia erāt in dotem.

h *Creditori.* tūc enim nō eſt perditum quod exigitur: vt ſ. e. l. mutus. §. manente. & vt de emptore rei eccleſiaſticæ dicitur. C. de ſacroſanct. eccle. authē. hoc ius. & in auth. de eccle. titu. §. omnibus. col. ix.

i *Solutum.* & ſic not. fundum dotalem alienari hoc caſu: quia eſt vtile: & magis videtur permutatio: vt ſupra eo. l. ita conſtante.

DE PACTIS *dotalibus.*

Quia ſuper dote de qua dictum eſt, ſunt quedam pacta que valent: quedam que non: ideo de omnibus dicit.

Paciſci.

P *Aciſci poſt nuptias.* } C A S V S. Paciſcitur mulier de die reddendæ dotis, itẽ de dolo & culpa. hæc pacta valent, ſiue ante matrimoniũ, ſiue poſtea fuerint: ſi modo adſint, quos negotiũ tãgit. ſ. mulier & vir: & pater cuiuſlibet eorũ, vel alteri⁹ qui dotẽ dedit. aliàs eis qui abſunt non nocet. Vi.

a *Paciſci poſt nuptias.* pu ta de dote reddẽda: de culpa præſtanda: & de ſimilibus: dum tamen donationis animo nõ fiat: vt ĵ. eo. l. cum maritus. ĵ. reſpon.

b *Oportet.* vt omnibus proſint & noceant.

c *Ne ei.* ſcilicet filiæ: puta cum pater pactus eſt reddi ſibi, pignoribus & fideiuſſoribus acceptis: quorũ obligatio filiæ non quęritur: quia ſicut patri per filium, ita filię per patrẽ quæri receptũ eſt: niſi patri heres exiſtat: vt ĵ. eo. l. cum dos.

d *Non proſit.* vel non noceat. Accurſius.

e S *I cõuenerit. Remaneret.* vt ĵ. ſol. mat. l. ſi cum dotem. Accur.

f *Pactum.* vt ſi incontinenti ſit factũ, aduerſatur enim vtilitati publicæ, vt infra ſol. ma. l. j. & ſ. de iure dotiũ. l. ij.

g *Interuenit.* vbi autẽ mulier in matrimonio decedit, ſiue interueniãt liberi, ſiue non, poterit maritus ex pacto lucrari dotem. ſiue ro vir decedat: ſiue interueniant, ſiue nõ, nonnunquã ſeruatur. ſed ſi diuortiũ interuenit liberis extantibus, valet: aliàs nõ: vt probatur. ĵ. de dote prælegat. l. j. in prin. Ac.

h P *Acta. Diuortio.* vt ſi alter moriatur.

S *I conuenerit.* } C A S V S. Mulier dedit c. in dotem hoc pacto, vt maritus non lucretur fructus, ſed fiãt dotis. quæritur an valeat pactum. Et dicit quòd non, indiſtinctè. Secũdo caſu idem planius diſtinguit, dicens. Dic vt ponitur gloſſ. in verbo, diſtinguit. Viuianus.

i *Si cõuenerit.* cõtra. C. de iure do. l. res quarum. Accurſius.

k *Indotatam mulierem.* quia niſi matrimonij oneribus ſeruiat dos, nulla eſt: vt ſ. titu. j. l. ſi pater. & ĵ. eo. l. liberis. §. Paulus. Accurſius.

Caſum ponit. l *Diſtinguit.* Huius legis diſtinctio talis eſt: quia aut fundus vel vſusfructus eſt dotalis, & conuenit vt fructus redderet: & tunc non valet pactum. aut nec fundus nec vſusfruct⁹ dotalis eſt: ſed paſſa eſt mulier maritum fructus percipere: ita vt eos redderet, id eſt eorum ęſtimationem, & ipſe habeat tantummodo vſuras, & tunc valet pactũ: hac tamen ſumpta ſubdiſtinctione, vt ſi quidem maritus ideo quod pactum interpoſuit de fructibus reddendis, maiorem dotem eſt conſecutus, pactum valeat: alioquin contra. Accurſius.

I. I A V O L E N V S libro quarto ex Caſsio.

P Aciſci poſt nuptias,[a] etiam ſi nihil antè cõuenerit, licet. Pacta quæ de reddẽda dote fiunt, inter omnes fieri oportet,[b] qui repetere dotem,* & à quibus repeti poteſt: nec ei[c] qui non interfuit, apud arbitrum cognoſcentem pactum non proſit.[d]

*Vulg. dotẽ poſſunt.

Pactum factum, vt ſoluto matrimonio liberis exiſtentibus dos remaneat penes virũ: intelligitur, ſi morte mulieris matrimonium diſſoluatur: non ſi morte viri. Bal.

II. V L P I A N V S libro nonodecimo ad Sabinum.

1 S I conuenerit, vt quoquo modo diſſolutum ſit matrimoniũ liberis interuenientibus, dos apud virum remaneret:[e] Papinianus Iuliano prætori reſpondit, morte mariti finito matrimonio, neq; conueniſſe videri dotem remanere: & ſi conueniſſet, nõ eſſe ſeruandum pactum[f] cõtra dotem, cum mariti mortalitas interuenit.[g]

III. P A V L V S libro tertio ad Sabinum.

P Acta conuenta quæ in diuortij tẽpus collata ſunt: non facto diuortio[h] locum non habent.

Pactum quòd maritus nõ lucretur fructus dotis, ſed reſtituat: non valet, niſi propter ipſum ſit maiorem dotẽ conſecutus: vel mulier ſeipſam alat. hoc dicit. Si verò fiat de certa parte fructuũ, videtur indiſtinctè valere: vt infra eo. quæris. & adde. l. ſi inter virũ ĵ. e. & hoc ſi fiat ante contractum matrimoniũ: aliàs nullo modo valat. d. l. quæris.

IIII. V L P I A N V S libro trigeſimo primo ad Sabinum.

2 S I conuenerit,[i] vt fructus in dotem conuerterentur: an valeat conuentio? Et Marcellus ait libro octauo Digeſtorum conuentionem nõ valere. propè enim indotatã mulierẽ[k] hoc pacto fieri. Sed ita diſtinguit[l], vt ſi quidẽ fundum in dotẽ dederit mulier, ita vt maritus fruct⁹ redderet, nõ eſſe ratum pactũ:[m] idemq; eſſe & ſi vſumfructũ in dotem hoc pacto dedit. Quòd ſi cõueniſſet de fructibus reddendis, hoc eſt, vt in dote eſſent[n] fructus, quoſquos percepiſſet: & fundus vel vſusfructus in hoc traditus eſt, non vt fundus vel fructus fieret dotalis, ſed vt fruct⁹ perciperet dotis futuros: cogendum de dote actione fructus reddere.[o] Erũt igitur in dote fruct⁹. & fruetur iſte vſuris quæ ex fructibus collectis & in ſortẽ redactis percipi poſſunt. Ego vtrubiq;[p] arbitror intereſſe qua contẽplatiõe dos ſit data: vt ſi ob hoc ei maiorẽ dotẽ mulier dedit, quia fruct⁹ volebat eſſe dotis, contento marito ea pecunia quæ ex vſuris redituũ colligitur, poſſe dici cõuentionẽ valere. Nec enim videtur ſterilis eſſe dos. finge quadragena* annua eſſe reditus apud eum, qui nõ acciperet in dotẽ (niſi hoc conueniſſet) plus trecentum.* vti boni cõſuleret,[q] tã vberẽ dotem cõſecutus? Et quid dicimus ſi pactũ tale interuenit, vt maritus fructus in dotem cõuerteret, & mulier ſe ſuosq; aleret tueretúrve, & vniuerſa onera ſua expediret? quare non dicas conuentionem valere?[r]

Pactum quod eſt contra ius, vel per quod quis inuitatur ad delinquendum, non valet. h. d. iſta. l. not. Baldus.

V. P A V L V S libro ſeptimo ad Sabinum.

I Llud cõuenire* nõ poteſt,[s] ne de moribus agatur, vel plus vel minus exigatur, ne publica coërcitio priuata pactione tollatur. Ac nec illa quidem pacta ſeruanda ſunt, ne ob res donatas vel amotas ageretur: quia altero pacto ad furandum mulieres inuitantur: altero ius ciuile impugnatur. Et ſi conuenerit, ne ob impenſas neceſſarias ageretur, pactum[t] non eſt ſeruandum: quia tales impenſæ dotem ipſo iure[u] minuunt.

Non valet pactum, quòd maritus nõ teneatur de culpa, ſed de caſu ſic. h. d.

VI. V L P I A N V S libro quarto ad Edictum.

